Universidad de Deusto
Biblioteca

D. Gregorii

OPERA

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex Bibliotheca Collegij Societatis

DIVI GREGORII

THEOLOGI, EPISCOPI NAZIANZENI OPERA, quæ quidem extant, omnia, tam soluta quàm pedestri oratione conscripta, partim quidem iam olim, partim uerò nunc primum etiam è Græco in Latinum conuersa.

Quorum Catalogum proxima post Vitam eiusdem, à Gregorio presbytero descriptam, pagina reperies.

EX RVFINO, DE GREGORIO NAzianzeno testimonium.

Huius neq; uita aliquid probabilius et sanctius, neq; eloquẽtia clarius et illustrius, neq; fide purius et rectius, neq; scientia plenius & perfectius inueniri potest: ut qui solus sit, de cuius fide ne dissidentes quidem inter se, ut fieri solet, partes & studia disputare potuerint: sed id obtinuerit apud Deum & ecclesias Dei meriti, ut quicunq; ausus fuerit doctrinæ eius in aliquo refragari, ex hoc ipso, quia ipse magis sit hæreticus, arguatur. Manifestum nanq; iudiciũ est, non esse rectæ fidei, omnem qui in fide Gregorio non concordat. Hunc ergo absq; ullo scrupulo lege: sciens tamen, quòd eloquentiæ eius præfulgidum in Græco lumen non parum necessitas interpretationis obscurat. In quo utrum nostri sermonis paupertas, an ipsa interpretationis natura hoc agat, tu qui utriusq; linguæ habes peritiam, magis probato.

24563

BIBLIOTECA DE LA DIPUTACION PROVINCIAL BILBAO

Accessit rerum uerborumq; in hisce omnibus memorabilium locupletiss. INDEX.

BASILEAE, PER IOANnem Heruagium, Anno M. D. L.

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIOTECA

ORNATISSIMIS AVGVSTANAE REIPVBLICAE PRAEFECTIS, CONSVLIBVS, ac Senatoribus, Dominis ſuis ſingulari ſtudio obſeruandis,

VVOLFGANGVS MVSCVLVS
Gratiam ac pacem à Domino
apprecatur.

MALORVM, QVIBVS POSTREMVM hoc ſeculū plus nimio abundat, haudquaquam minimum illud eſt, uiri ornatiſsimi, quòd à ſe inuicem præſenti rerum tempeſtate diuelluntur, quorum animos in fide ac ueritate Chriſti oportebat eſſe quàm cōiunctiſsimos. Ea res dubio procul admodum urit eorum pectora, qui pacis pariter & Chriſtianæ ueritatis amantes, ſic Eccleſijs fidelium conſultum eſſe cupiunt, ut quantum in ipſis eſt, nihil non & facere & perpeti geſtiant, quo inter Chriſtiani nominis conſortes cùm pax uera, tum ueritas pacifica non reſtituantur modò, ſed & in finem uſq; confirmentur. Hoc animo præditus, D. clementiam quotidie imploro, quo tandem Eccleſiæ ſuæ miſereatur, & hoſce motus ipſe componat, ac corda eorum conuertat, qui ſic ſe in hiſce gerunt diſsidijs, ut nihil minus quàm ea quę Chriſti ſunt, quęrere uideantur. Licet enim præſentem rerum perturbationem peccatis noſtris cumprimis deberi fateamur: illud tamen planè liquet, inſtrumenta illius eſſe, non eos qui ueritati acquieſcendum eſſe docent: ſed eos potius, qui omnia uel nominis ſui ſplendore, uel autoritatis excellentia, uel terrenarū rerum emolumentis metiuntur: qui tamen & deberent ex officio, & poſſent pro authoritate ſua malis iſtis plurimum adferre remedij. Verùm quando ægrè ſperari poteſt, ut id noſtris temporibus fieri concedatur, nihil eſt pijs hominibus reliquum, quàm ut ad Dominum pro Eccleſia ipſius noctes ac dies interpellent, & ſimul quæ illi cōmoda & utilia uidentur, ſedulò moliantur, atq; ita tanquam fideles miniſtri aduētum Seruatoris in opere bono patienter ac conſtanter expectent. Vt hanc igitur normam & ipſe pro mea tenuitate ſequar, uiſum eſt non ſolum meis ipſius lucubrationibus, ſed & ueterum orthodoxorum ſcriptis è Græco ſermone in latinum translatis, ad Chriſtianæ religionis profectum, ſi non prorſus eximia, ea ſaltem in publicum uſum adferre, quæ aliqua ratione pijs mentibus prodeſſe probariq; poſſunt. Quare cū Ioannes Heruagius Baſilienſis typographus, de Republica Chriſtiana optimè meritus, opera iſta D. Gregorij Nazanzeni, cognomento Theologi, utraq; lingua tam Græca quàm Latina in publicum emittere ſtatueret, & ad id

Universidad de Deusto
Biblioteca

Instituti operam meam amicitiæ iure posceret: cogitaremq; hoc maximè scriptorum genere neminem ex cordatis offendi, quod præstare potui, haud illibenter præstiti. Requirebatur autem haud parum laboris ad præsentē editionem. Etenim licet multa iam antea partim ab insigni uiro, piæ memoriæ, Bilibaldo Pirckheimero Norico, partim à Petro Mosellano Protegensi, uiris doctis, & in utraq; lingua non infeliciter institutis, latinitate donata essent: demptis pauculis à Ruffino uersis: multum tamen negocij exhibuerunt duo Gręci codices: uetusti quidem, uerùm iuxtà plurimis in locis corrupti. cui malo diligēti collatione, & perspicaci iudicio occurrendum fuit: id quod typographi est cura & diligentia factum. Deinde desiderabantur quædā latinis, quæ uerti, & antea uersis adieci. Tertiò, ne confusio lectorem turbaret, cuncta in ordinem redegi: quem etsi non prorsus exactum, hactenus tamen tolerabilem esse iudico, ut iam commodius qualicunq; serie digesta legi possint, quàm si dispersa & cōfusa essent omnia, ut fuerunt antea.

De ipso authore, qua fuerit eruditione, qua pietate, qua non suis duntaxat, sed & posterorū tēporibus existimatione: quamq; digna sint illius scripta, quę ad posteros transmittantur, & à fidelibus hominibus legantur, monuerunt ante me alij. Illud autem, quo fidelis sim Domino, in præsenti admonuerim, ut qui uel huius authoris, uel aliorum cōsimilium quorumcunq; scripta legit, iudicium adhibeat ex sacris scripturis desumptum, sciteq; instar mundi animantis singula ruminet, ac inter ea ritè discernat, quæ irrefragabili ueritate, & ea quæ pro catholica cuiusq; ætatis opinione & consuetudine à uiris sanctis sunt scripta: quo honorem canonicis scriptoribus, Prophetis uidelicet, Apostolis & Euangelistis debitum, haud interuertat, & ad eos transferat, qui illum etiamsi adhuc in uiuis essent, nullo pacto agnoscerent. Nec est, ut admonitionem hanc molestè quisquam ferat, cum ipsi quoq; patres huiusmodi cautionem ac prudentiā ab illis requirant, qui scripta ipsorum legunt. Sic Augustinus in epistola ad Fortunatum: Neq; quorumlibet disputationes, inquit, quanquam catholicorum & laudatorum hominū, ueluti scripturas canonicas habere debemus, ut nobis non liceat salua reuerentia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in scriptis eorum improbare atque respuere, si fortè inuenerimus quòd aliter senserint quàm ueritas habet, diuino adiutorio ab alijs intellecta, uel à nobis, &c. Et in epistola ad Hieronymū: Ego enim fateor, inquit, charitati tuæ, solis eis scripturarum libris, qui iam Canonici appellantur, didici hunc timorem honoremq; deferre, ut nullū eorum authorem scribendo aliquid errasse, firmissimè credā. Aut si aliquid offendero in eis literis, quod uideatur contrarium ueritati, nihil aliud quàm

quàm uel mendosum esse codicem, uel interpretem non assecutum esse quod dictum est, uel me minimè intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate doctrinaq; præpolleant, non ideo uerum putem, quia ipsi ita senserunt: sed quia mihi uel per illos authores canonicos, uel probabili ratione, quod à uero non abhorreat, persuadere potuerunt. Consimilia & in epistola ad Vincentium scribit. Et in prologo tertij libri de Trinit. Noli meis literis, inquit, quasi canonicis scriptis inseruire, sed in illis quodcunq; non credebas, cum inueneris, incunctanter crede. In istis autem quod certū habebas, nisi certum intellexeris, noli firmè credere. Et in libro Retractationū: Negare non possum, inquit, nec debeo, sicut in ipsis maioribus, ita multa esse in tam multis opusculis meis, quæ possint iusto iudicio & nulla temeritate culpari. Hæc ille: ad quem remitto, si qui admonitionem hanc meam friuolā esse iudicant. Habet hoc seculū multos cordatos uiros, qui lectione patrum antiquiorū haud omnino præter rationem impense delectantur: quorum studijs haud quidem grauatim, qualicunq; labore meo inseruio. opto tamen illis, ut dum scripta patrum legunt, uigilanter obseruent, quid ex ipsis sacrarum & canonicarum scripturarū fontibus, quid ex catholicis & uulgatis opinionibus, quid ex affectibus priuatis, quid ex feruore contentionis ac disputationis, quid pacis studio magis quàm ex animi sententia & recto iudicio dictū appareat. Deinde ad ea quoq; non oscitent, quæ illi uel à se ipsis, uel inter se discrepando, aliter atq; aliter tradiderunt: quæ nō eam ob caussam moneo, ut sanctorum uirorum labores calumnijs diuexari, & ut in prouerbio est, senes pontibus deijci cupiam: sed ut iuxta Apostolicam admonitionem, cuncta legitimè probentur, & quæ bona sunt retineantur, reliqua transeantur. Detestabile genus hominum est planè, quod omnia ueterum omnium flocci facit & fastidit: rursus incauti sunt, & incircumspecti admodum, qui absq; omni iudicio & discrimine cuncta illorum uorant. Regia uia incedendum est, & Christiana utendum prudentia. Haud quāuis monetā indiscriminatim recondunt οἱ χρηματόφιλοι: nec quouis cibi genere utuntur, qui cautè comedunt, ac ualetudinis rationē habent: quanto magis conuenit, ut qui in lectione scripturarum uersantur, precio sum à uili, certa ab incertis, imò noxia à salubribus prudenter ac scitè separent. Neq; de illis quoq;, qui hac nostra ætate scripserunt, atq; etiamnum scribunt, aliter pronuncio, quàm ut eadem cautione illorum quoq; scripta legantur: nec cuiusquam lucubrationes, commentarij, disputationes, conclusiones, &c. plus inueniāt fidei & authoritatis, quàm ex diuini uerbi certitudine merentur. Nemo siquidem adeò est uel cogitādo, uel intelligendo, uel loquendo ac scribendo circumspectus, cautus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

religiosus & perfectus, ut non alicubi hallucinetur, & uel nõ certa, uel impertinentia, uel falsa quoq; proferat. Quare opus est indefessa uigilantia omnibus illis, qui doctorum hominum scripta legunt, ne per incuriam aut quæ uera sunt relinquant, aut falsa pro ueris arripiant.

Cæterùm, uiri colendissimi, quod operis huius editionẽ præstantiæ uestræ nuncupare uolui, nulla temeritate factum censeri ab illis posse iudico, qui aliquid saltem humani sensus in pectore gerunt. Primùm enim, uehementer ingratus sim oportet, nisi maximam me lucubrationum mearum partem Augustanæ Reipublicæ, inclytæ illi ac celeberrimæ, debere fatear: quæ me annos circiter decem & octo, admodum liberaliter fouit, ac docentem in ecclesia Christi placidè audiuit: cuius temporis consuetudo meritò maiora uerę gratitudinis specimina requirit. Et utinam talis ego sim, qui beneficijs in me à tanta ciuitate collatis, pro dignitate respondere possim: & talia dentur tempora, quæ piæ gratitudinis officia non excludant, sed & admittant, & ad gloriam Domini rectè collocent. Deinde uisum est hac ratione animos uestros ad id excitare studij, ut quacunq; honesta poterit occasione fieri, codices Græcos illos, quos publica uestra Bibliotheca egregios habet, ac peruetustos, non tineis ac blattis, sed publico fidelium usui consecretis. Alioqui non uideo, quis usus esse possit, thesauri quantumuis magni, tantisper dum claustris abditus latet, ac tenebris ueluti sepultus detinetur. Sunt inter illos pleriq; tales, ut digni uideantur, qui magnis etiã sumptibus in lucem producantur, inq; mille exemplaria multiplicentur: ad quam rem tum etiã spectabatur, cum initio ære satis luculento cõparabantur. Quare uiri ornatissimi, ut & animos uestros ad id instituti qualicunque meo officio excitem, & simul uoluntatis meæ propensionẽ erga Ecclesiam ac Rempublicã uestram, perpetuò firmam & constantem declarem, haud incommodũ putaui, si editionem hanc operum D. Gregorij Nazanzeni, nomini uestro dedicarem. Nec arbitror esse adeò morosum aliquem, ut id uel uobis, uel mihi uicio uertat. Neq; absurdum iudicari debet, si Græcus iste Theologus, inter Græcos episcopos tam pietatis quàm eruditionis nomine, haud postremo loco habitus, hac ueluti legatione ad uos fungatur, ad hoc missus, ut suæ gentis authores, qui apud uos asseruantur, si nihil aliud, saltem inuisat ac salutet: & si per uestram obtineri poterit beneuolentiam, ad regenerationis lucem exemplo suo prouocet. Habet hæc ætas uiros doctos, & utraq; lingua sic instructos, ut ei proposito, si id menti uestrę Dominus indiderit, pro dignitate inseruire queant. Nec schola uestra hac est commoditate destituta, quam M. Xystus Betuleius, charissimus mihi in Domino cõpater, uir apprimè doctus ac pius, tam Græca quàm Latina

Latina eruditione haud infeliciter annos, iam nõ paucos moderatur & instituit, cuius opera & diligẽtia ad hanc rem plurimũ præstare poterit. Nec eo labore, opinor, grauabit: modò intelligat, se hoc studij genere, tam præstantiæ uestræ, quàm multorum bonorum desiderio gratificari. Hisce rationibus itaq; motus, opera hæc Græci Theologi Reipublicæ uestrę honoris ergò nuncupo: oroq;, ut hoc studium meum æqui boniq; cõsulatis, animiq; mei gratitudinẽ, ac, qua est erga Ecclesiam ac Rempub. uestram, propensionem, deniq; & authoris huius dignitatem sic excipiatis, ut ea quæ Christianam Rempublicã cõcernunt, haud leuiter uobis cordi esse declaretis. Dominus ac Seruator noster Christus Iesus Ecclesiam suam, quę apud uos est, clemẽter inspiciat, & ad regni sui gloriam ac ueram felicitatem in cognitione ac studio ueritatis ac pietatis constanter prouehat, & Rempublicã uestram, charissimam liberorum meorum parentem, in hisce turbulentis temporibus, in uera pace & iusticia, ad finem usq; inconcussam conseruet. Bernæ Heluetiorum, Anno Dominicæ incarnationis
M. D. L. 16 Maij.

DE VITA D. GREGORII NAZANZENI.

GREGORIVS hic, cognomento Theologus, Nazanzi episcopus, (qui uicus est Cappadociæ) uir doctissimus, Basilij Magni necessarius & amicus, literis fuit apprimè eruditus, & singulari quadam faciendorum uersuum facultate excellens. Extant illius in hoc genere scripta, quibus ingenij bonitas & magnitudo studij declaratur. Philosophiæ autem operam præcipuam dabat, & orationem diligenter ad sententiosum ac subtiliorẽ modum componebat. Completa fuisse tradunt numerosis Gregorij huius scriptis, uersuum triginta millia. Doctrina fuit singulari & exquisita, morum ac uitæ maxima integritate, atq; etiam comitate. Docendo & expositionibus rerum plurimum ualebat. Oratione utebatur ubere quidem, sed cùm elimata cura, tum grauitate stabili. Ne aduersarios quidem & inimicos lædebat: quare satis quietam uitam ad annos fermè nonaginta produxisse fertur. Quum Constantinopoli in dissidio Demophileo Ecclesiam regendam suscepisset, & quidam Maximus inuidia ipsi subijceretur, ægrè ferentibus multis, & hortantibus, ut sedem illam ac dignitatem suam retineret, negauit illius Ecclesiæ curam aliter sibi quàm ad tempus esse commissam: orauitq; ut paterentur ocio suo pacem Ecclesiæ conciliare, atq; ita Nazanzum rediit: ubi tandem alio constituto episcopo, in agro uitam solitariam uixit. Incredibili amore Basilium complexus fuit, se quidem natu minorem. Studuerant Athenis. Coniungi etiam similitudine morum ac uoluntatis uidebantur. Pluris se Basilium quàm seipsum facere, non obscurè testabatur: quem etiam ad honores testimonio suo producebat, & à quo ueritatem in maximis rebus quærebat. Sacras literas eatenus tenebat, quatenus opus esse censebat. Etenim exquisita illarum scientia uidetur ei negata, quamuis singulare studium conceda-

tur. Vix cum quoquã hi duo, Gregorius & Basilius, siue oratione, siue scripto disputasse feruntur, quem non in sententiam suam perducerent.

Fuere & alij hoc nomine: utpote Gregorius frater Basilij, & Gregorius Arianus episcopus Alexandriæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA DIVI GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI,

à Gregorio presbytero concripta, et à Bilibaldo Pirckheymero in latinum uersa.

CONVOCAT uos (uiri) Gregorius, rectè Theologi cognomine insignitus, ad spirituale sermonum conuiuium: apponitq; uobis cibum immaterialem, cunctis delicijs cõditum, ac omni corruptibili sublimiorem. Cæterùm nolite mirari, quod ad tantam prolapsus sum audaciam, ut tam propriæ imbecillitatis, quàm magnitudinis illius oblitus esse uidear, quum ipse ob uirtutis excellentiam, usq; ad hodiernum ferè diẽ, ab omnibus taciturnitate fuerit honoratus, nullusq; doctor aut scriptor uitam eius tali ordine & serie explicuerit, ut tanti uiri res præclarè gestæ dignè posteritati fuissent commendatæ: quod ipse quidem magno præstitit Basilio, nec non episcopis alijs, ac martyribus beatis, quorum uitam cum uniuersis eorum gestis memoriæ mandauit perpetuæ. Primùm enim impossibile erat, ut uenerando huic genitori, qui hic uobiscum astat, contradicerem, quum sermones tanquam debitũ quoddam à me extorqueret, & ad diuini Gregorij laudem celebrandã, non minus paternè quàm heriliter, & uehementer quidem compelleret, ac obedire iuberet: insuper nõ parumper comminaretur, & hanc tam generationis, quàm educationis retributionem exigeret. Deinde nequaquam mihi uidentur sancti talem nobis uirtutem inuidere, quæ quũ in uita ob oculos posita fuerit, multos ad imitandũ hortari possit, & bonum haud sinat ex hominum aboleri memoria, sed illud quotidie renouet. Quapropter obmisso præludio longiori, Theologũ meorum sermonum primitijs, tanquã nuper decerptis coronabo floribus. quod si tenuius quàm dignitas eius requirit, animi tamen promptitudo ne quaquam deerit. Arbitror autem uirum hunc tanquam in omnibus perfectum, & hanc meam laudem benignè laturum: nam & patribus magis accepta est infantium balbuties, præcipuè quum ex animi procedit simplicitate, quàm adultorum sermo articulatus, & admodũ sonorus. Accedit quod honor qui per sermones celebratur, præcipuè Gregorio nostro peculiaris existit. Quibus enim unusquisq; oblectatur, eisdem etiam aliquando honoratus lætatur: quin etiam quũ uiueret corporaliter, præ cunctis rebus alijs sermonibus gaudebat. Ac ideo quũ sapientiam amplexus fuisset, & illius amator esset factus, & ab ipsa (iuxta paroemiã) fuisset seruatus: quur postquàm huius seculi rebus ualedixit, & præsentia cum uita puriori, & quæ plus accedit sapientiæ permutauit, non magis his gauderet & oblectaretur? Vos autem concio sacra, precor, nolite multitudinem rerum præclarè ab ipso gestarum, nimis exactè scrutari: quoniam nullus scriptor illas nobis per manus tradidit, sed eas mihi, per sermones eius hinc inde dispersos, colligere necesse fuit: ædificantium instar, qui undiq; calculos colligũt, ac eos in unius domus supplementũ coaptant. Incipiã igitur unde, incipere est conuenientissimum, nempe à patria illius, quæ ciuitas fuit Nazianzenis, inter Cappadoces dignitate secunda: quæ tanti uiri natiuitate adeò est illustrata, ut ad ultimos orbis fines per eum sit cognita. siquidem nequaquam Pella per Alexandrum adeò splendida est facta, nec Persæ per Cyrum tam uehementer sunt exaltati, quantum Nazianzum per Gregorium: quod oppidum iuxta meam opinionem, propter uiri tanti uirtutes, ex diametro inter Indos & Britannos est situm, quo utrinq; redderetur insigne. Parentes autem eius generosi fuere, & iusti, magisq; animarũ quàm corporum puritate inseparabiles. ex quibus pater, tanquam alius Abraham, paternam reliquit terram & idola, peregrinatusq; est ad religionem. siquidem deposita infelicitate, et abiecto Hypsistariorum errore, legitimus gratiæ factus est mystes: primò quidem ouis, deinde ob summam eruditionem in Nazianzenis etiam ecclesiæ

clesiæ assumptus est pastorem. Matrem uerò sortitus est sanctam, & ex sanctis maioribus ortam, quæ inter cætera pietatem quoq; hæreditario quasi iure acquisiuit. Sanè quum prolis uirilis teneretur desiderio, talium bonorum datori supplicauit, ut uoti huius compos fieret. & proh fides, proh feruor spiritus. Quàm primùm Deo partum, quemadmodum Anna Samuelem uouisset, mox etiam nascendum concepit. ille igitur qui uoluntatem timentium cum implet, per uisum nocturnũ ipsi puerum etiam nondum natum ostendit, simul & formam ac nomen illius indicauit. at illa quũ eum peperisset, paulo pòst etiam Deo dedicauit: dolores maternos, nec nõ mœrores muliebres, doni superans magnanimitate. At puer in paternis moribus enutritus, naturæ felicitate adeò inter coætaneos præcelluit, ut ætas tenera nequaquam illi impedimento esset, quo minus ad perfectorum & mores, & doctrinam accedere posset. Disciplinas igitur iuueniles ac triuiales, quũ ferè cursim attigisset, penitus despexit, tanquam inutiles, & quæ non nisi melioribus impedimento forent. Siquidem uirtutis possessionem aufert malitia: quemadmodum & unguenti odorem fœtor corrumpit, si iuxtà cõstitutus fuerit. Sanè quum iam ad pubertatem peruenisset, ac eloquentiæ teneretur desiderio, Cæsaream perrexit: ubi & cum optimis conuersatus est præceptoribus, doctrinamq; hanc paruam est adeptus. Hinc in Palæstinam nauigauit, ut ibi rhetoricæ operam daret, quo & eloquentia excellere, & hominum illorum mores perdiscere ualeret. Inde Alexandriam perrexit, & ad Pharum, ita ut multas ciuitates uideret, & multorum hominum prudentiam, pro sapientia acquirenda addisceret: quemadmodum ex sapientibus quidam inquit. Quumq; plurimum utilitatis ibi fuisset consecutus, ad matrem sermonum Athenas naue Aeginetica transfretauit. Verùm quum in Parthenio nauigaret pelago, tempore procelloso, ac nauigatione iactaretur aduersa, subitò tempestas adeò uiolenta est exorta, ut in uitæ etiam ueniret discrimen. caligo enim nequaquam procellis tolerabilior, tam pontum quàm ætherem abscondebat: quumq; omnes corporalem deplorarẽt mortem, ipse de animæ solicitus erat interitu: nondũ enim baptismate signatus erat. mors igitur quæ ex aqua imminebat, salutem illi per aquam contulit. Quid igitur facit magnus ille, & qui ante regenerationem seipsum ueritate formabat? Vestimento circundatus, clamoribus & eiulationibus ita pariter nauigantes commouit, ut omnes proprijs neglectis periculis, luctum illius adiuuarent. Dei enim miracula recensuit, quæ in Aegypto & in deserto, tam in pelago quàm in terra perpetrauerat: ueluti maris rubri diuisionem, & mox reductionem: quemadmodumq; ex petra fontem profudisset, & aquam amaram edulcasset: Amalec obtruncasset per manus inermes, quæ salutiferam portenderent crucem: muros Hierichontios absque cunctis subuertisset machinis: prophetam ex ceti uentre saluasset, & alia quæ in sacris continentur libris: promittens obiter, si ex pelagi saluaretur periculo, & baptismatis remissionem consequeretur, quòd se saluanti esset dedicaturus. Precibus igitur illum flectit, qui alioqui propitius esse, & culpam ob naturæ mansuetudinem remittere solet. Confestim namq; mare fluctuare cessauit, & tempestas in serenitatem est conuersa, ac pelagus quod eousque uehementer sæuierat, quieuit. & hic quidem in illis erat. At parentibus eius in somno ostendebatur, quid filio accidisset. illi uerò patrũ more (quid enim plura dicere refert?) orationibus & lachrymis deum obsecrabãt, ut illi in mari periclitanti opem ferret. Confestim igitur post supplicationem uiderũt in somno filium, Erinnym quandam, et ultricem furiam manibus captiuam tenere, quæ uehementer illi reluctabatur. hæc quum post reditum eius à parentibus referri audiuisset, gratias egit saluatori. & hæc postea euenere. Quidam præterea ex ijs qui unà nauigabant, iuuenis admodum illi acceptus, uidit in nocte, quum res in maximo esset discrimine, matrem beati illius, per mare gradientem, & nauem ad continentem pertrahentem. Hãc uisionem

quum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quum enarrasset, confestim mira sequuta est tranquillitas. Quapropter infideles cuncti, qui in naui erant, fide ad Gregorij accurrebãt Deum, ipsumq; adiutorem fuisse sunt confessi. Nunquid hoc Heliæ miraculo est inferius? qui quum contra idololatricam insaniam Sidoniæ stetisset, igne peregrino & cœlesti sacrificium consumpsit, quo Israel ad ueri Dei fidẽ inducere posset, ita ut populus admiratione captus clamaret: Dominus ipse est Deus, uerus Deus est ipse. Talis erat Gregorius, inopinata salute præditus: multos enim infinitis erroribus irretitos in unam uiam, & fidei perduxit semitam. Postquàm uerò Græcia ipsum tenuit, & glorioſum nomen Athenarum, quid dicere necesse est, cum quanta animi susceptus sit beneuolentia? confestim enim tam à doctoribus, quàm à discipulis, præstantissimus in sermonibus est iudicatus. Quum uerò nõ multum effluxisset tẽporis, uenit Athenas à Byzantio Basilius Magnus, eiusdem doctrinæ causa. Sodales igitur & contubernales sunt facti. Veruntamen haud facile quis explicauerit, quantum coniunctio illa et consuetudo utriq; profuerit. qui enim solus est, etiam si quid rectè nouit, non tamen sibijpsi credit, sed obambulans quærit à quo confirmetur: quum autem duo in unum doctrinæ commiscentur desideriũ, tum inter se ostendunt firmamentum, ac eum qui partim inuenit, necnon illum qui ueritatem confirmat, comprehendunt in seipsis. & ut breuiter dicam, pari æmulatione sub unum reducti sunt iugum: siquidem una fide erãt illuminati, & unanimes uirtutis amatores, qui pari festinarent cursu, ita ut arantium, aut agricolarum instar, promptitudine æquali sapientiæ aruũ seminarent, meterent, & copiosum colligerent fructum. animi enim fortitudine, & aduersitatum tolerantia omnes ferè coætaneos exuperabant. Etenim quemadmodum equi ut plurimum umbra et strepitu commoueri solent, ita etiam iuuentus ob res aduersas indignari consueuit & dolere: at ipsi è diuerso constantes erant & immobiles, in ijs quæ sæpius ac multipliciter quidem accidebant, ita ut quum terræ motus horrendus Græciam concussisset, ipsi apud omnes magnanimitatem suam & prophetica uoce se dignos ostenderent, quæ ait: Si etiam terra fuerit concussa, non tamen timebimus. Proinde corpora à iuuentute omni exercuerunt abstinentia, contenti necessarijs, Heliæ instar, & Ioannis, qui ex arborum uiuebant fructibus. quæ uerò ad uentris delicias, nec non ad gulæ pertinerent irritamenta, penitus contempserunt, uoluptatesq; longè ualere iusserũt. Quid autem de castitate dicam? quam in omni uita purè ac illibatè Deo cõseruarunt, ita ut minus redargui possent, quàm Xenocrates ille & Polemon: ex quibus hic dum cum scorto dormiret, immobilis iacuit: ad illum uerò uix prostitutæ ingredi audebant, quum nimium philosophi seueritatem timerent. & in his quidem uiri isti egregiè se gerebãt. Sanè fori aut concertationum nullam habebant curam: Aristidem in hac re imitati, ne ex uirtute pecuniam acquirere, aut philosophiam ultro mercenariam facere uiderentur. erant autem omnibus æquè boni, auaritiamq; & prodigalitatem pariter fugiebant, ac intra terminos manebant honesti: adeò autem concertationes contemnebant, & ita super Antisthenem, & Diogenem, nec nõ Cratetem attollebantur, ut disciplinam illorum differẽdi abijcerent. Pariter enim facultates tales despiciebãt, arrogantiam autem & gloriam inanem longè repellebãt: quibus admirandi illi canes, publicis præconijs homines capere solent, superbia, aliorum omnium instar philosophiæ puritatem inquinantes. Cæterùm de studiorum diligentia quid dicere attinet? quum uniuersa eorum uita in sola uersaretur meditatione, desideriumq; indesinens in scientiæ situm esset adeptione, ita ut die & nocte pro ea insudarent, quemadmodum Iob inquit beatus. Rectè enim nouerant generosi, quòd meditatio referta esset labore: at perseuerantia & multitudo cognitionis præstaret robur. Inde illis contigit, ut non solum temporis sui doctores, sed & ueterum quàm plurimos tam labore, quàm naturæ superarent felicitate. Porrò honestis tantum incumbebant

incumbebant studijs: siquidem in Grammatica nihil eos latebat. ex Rhetorica autem solummodo eloquentiæ decerpebant florem, reliquas uerò nugas dimittebãt. Philosophiam autem moralem, & ratiocinationum, tam in disciplinis mathematicis, quàm in medicandi arte demonstrationes, nec nõ reliqua studia liberalia, non leuiter tantum, aut ideo attingebant, ut priuatis plus haberent: sed ita perdiscebant, ut præceptores & doctores esse possent præstantissimi. ex Musica autem solum uetustum illud ac concinnum, & quod animę iracundum et reluctans demulcet, perdiscebant: quod uerò uoluptatem concitat, scenæ demandarunt. numerorum autem computatione, & geometriæ adæquatione, nec non astrorum motu et positione, tanquam noui Moses & Daniel instituebantur: non tam ad studia ea impulsi, quàm intellectum omnem ad Christi (ut scriptum est) obedientiam captiuantes. siquidem scientias illas solummodo philosophiæ ornatũ & protectionem esse censebant. Per omnes igitur tam meliores quàm deteriores, ut dici solet, disciplinarum semitas gradiebantur, quo quædam declinare, alia uerò cum prudentia eligere possent. eum siquidẽ laudo, licet extra nostram sit caulam, qui dixit, nequaquam ignominiosum esse, id etiam quod minus bonum existat cognoscere: quandoquidem remediũ ex illo contingere solet ijs, qui nequaquam odiose, sed beneuolè quę dicuntur excipiunt. Cæterùm quid mihi accidit amici? interim enim dum sermo procedit, non secus me, ac equus insessorem, in beati Basilij laudes abripuit. Parumper igitur illum ueluti habenis moderabor, & nimiam euagandi licentiam compescam. Qui enim ultra uires nituntur, etiam à rebus excidũt mediocribus. Basilius igitur pulcherrimis mercibus coemptis, domum concessit. Gregorius autem tenaciter ab Athenien sibus retinebatur discipulis, qui nec illi abeundi facultatem concedebant, sed ut eos doceret, uehementer orabant. quin etiam ut sophisticam cathedram ascenderet, hortabantur. Ille igitur ut ijs gratificaretur, parumper remansit: paulo pòst uerò omnibus supplicauit ac persuasit, & quod necessarium esset, ut ad parentes rediret, quum iam triginta annos in studiorum disciplinis consumpsisset: ac ita se patrię reddidit. Primùm igitur diuinum suscepit baptismum, cuius uirtute iam antea erat illuminatus: terminumq; sibi ipsi statuit, ne unquam iuraret, donec in hac uita ageret, quem etiam ad finem usque seruauit. Deinde desiderium parentum ac amicorum adimpleuit, qui sermones eius audire desiderabant. Quumq; consulerent, ac necesse esse dicerent, ut se tam publicis quàm domesticis immiscere malis (ita enim rerum materialium splendorem uoco) ipse sibi ipsi consuluit, ut se offerret Deo: quemadmodum etiam dum periclitaretur, uouerat: ac se à mundo segregaret, & soli purissimo addiceret, ac sacris incumberet libris, ut inde ueritatis eliceret splendorem. Quod consilium etiam re ipsa adimpleuit. elegit enim, ut solitarius pro mundano, & inops pro quæstuoso fieret. Sæpius igitur Christum manifestè in somno uidit, nec non in meditatione nocturna. & hãc retributionem pro illa accepit puritate. nam ut liber inquit sacer: Beati puri corde, quoniam Deum uidebũt. siquidem illum purum uocat Dominus, qui instar Gregorij magni, ciuitates, forum, theatra, sophistarum fastum, principum arrogantiam, iudicum citationes, litigantium contentiones, rhetorum nugas, furum insidias, mercatorum insatiabilitatem, cauponum periuria, diuitum superbiam, inopum maleficia, satietatem nauseantem, ebrietatem petulantẽ, gloriam labilem, uestes pretiosas, uasa ex argento & auro elaborata, domus picturis & marmorũ crustis ac lapillis sumptuose exornatas, nec non alia cuncta derelinquit. quoniam puras mentes perturbare solent, quo minus purissimo lumini concedatur ingressus. Et hæc noster egit Gregorius, quum adhuc in flore iuuentutis esset constitutus. Postquàm autem pater filium ad sacerdotium promouisset, ac in presbyterum elegisset, uiq; eum & uix ad sententiam suam perduxisset, quid facit? Ecclesiam relinquit, & curas quę mentem distrahũt effugit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

effugit, in Pontumq; profectus, cum Basilio philosophiæ incumbit. Quum enim simul operam literis dedissent, ac parumper à se inuicem fuissent diuisi, rursus conuenerunt, quum eos morum similitudo & promissa fides in unum compelleret. quo in ipsis impleretur quod dictum est: Vbi duo aut tres in nomine meo collecti fuerint, ibi in medio eorum existo. Vnà igitur agebant, ac uirtutem conuersatione mutua adaugebant, exercitationisq; leges Deo acceptis exercitatoribus, & qui mundum reliquissent, constituebant: leges inquam, quę longè magis quàm Lycurgi illius essent pacificę, et quàm Solonis plus synceræ, nec nō Minois magis æquæ. Et ut excellentius quid de uiris illis dicam, Mosen imitabantur: nebula enim contecti erant, & montes turbidæ huius uitæ exuperabant, ac longè seipsos segregantes leges ferebāt. Pater uerò senectute & curis degrauatus, insuper luctu filij Cæsarij oppressus, molestissimè uitam ferebat solitariam: ac ideo epistolis supplicibus Gregorium ad reditum sollicitabat. ille uerò impium esse iudicās, si patri, & sacerdoti, & seni haud obediret, partim uolens, partim uerò nolens est reuersus. Quietis enim desiderium illum in Ponto remanere suadebat: uerùm pietatis scopus, & obsequium paternum, eum inde retrahebat. Cæterum quum Cæsarius in maximo constitutus fuisset officio, siquidem thesauri & pecuniæ publicæ illius cōmissæ fuerāt curæ, ac sub officij ingressum uitam cum morte permutasset, oportebat secundum legem, ut pater filij bona hęreditatis iure adiret, & si quid ex tributis deficeret, ipse pro illo satisfaceret. unde magnus Gregorius maximis curarum inuolutus est turbis. Multi enim canum instar ad fores eius accurrebāt, existimantes illū demortui facultates deserturum. Pater enim senectute & morbis degrauatus, ac in nonagesimo iam constitutus anno, fori certamina nequaquam subire poterat. Ad Gregoriū igitur omnis cura est deuoluta. Veruntamē ueneratio erga parentes, & spes mercedis promissæ, quæ debetur ijs qui in parentes fuere pij, cuncta grauia reddebant leuia. Interea res accidit talis. Quū hæresis Arriana, per spiritus malitiæ ecclesiam infestaret, multi ciuitatum episcopi in exilium sunt pulsi, ac multipliciter tam ui quàm calumnijs agitati. sacerdotes uerò & populi multitudo ita affligebantur, ut cōgregationes suas sub æthere facere cogerentur. non enim domus habebant, in quibus orarent: neq; contra leges & iustitiam impijs cōmunicare uolebant, quum hæresis omnes ferè terrarum occupasset fines, manu ac impietate regia audaciam sortita. Data est igitur potestas pastoribus perniciosis, qui sub agnino tegumento lupum abscondere solent, ut episcopos expellerent pios, & qui primo pastore Christo digni erant. Quidam igitur timore perculsi, alij blanditijs emolliti, nonnulli pecunia deliniti, aliqui simplicitate morū decepti, hæreseos inescati sunt illecebris, ita ut aduersarijs communione adiungerentur, idq; manuum scriptura testarentur. Ex quibus unus erat beati Gregorij pater, simplicitate quadam hamum deglutiēs. Hoc regionis illius monachi nequaquā tolerantes, à communione eius se subtraxerunt: cum quibus & non minima pars populi defecit, monachorum fidem tanquam digniorem manifestè sequuta. Quid igitur seruus facit Dei? Primò Deum precibus & nocturnis placat uigilijs, orans ut malum hoc dissolueret, & dissensioni obduceret cicatricem. inde silere potius quàm loqui decreuit, ac ita tacendo tristitiam manifestam præ se tulit. Postea uerò patrem admonuit, ut ob lapsum ueniam peteret, ac purè & sinceriter ueritatem confiteretur, pariterq; eos qui ab illo defecerant, ad concordiam & unitatem reduxit: sicq; ornatum reddidit ecclesiæ, & utrique parti factus est uenerabilis, tam patri quàm gregi pio: sermonibusq; pacificis diei festiuitatem exhilarauit, conglutinans dissidentia, & remedij celeritate obliuionem inducēs ægritudini. Sanè Cratem ferunt Thebanum dissidentium domus ingredi, ac sermonibus pacificis lites dirimere solitum: uerùm factum hoc Gregorij longè illud exuperat. Non enim priuatim, quemadmodum ille, sed publicè concordiam

concordiam patriæ reddidit. & quod maximum est, nequaquam inter eos dijudicauit, qui de pecunijs aut iniurijs disceptabant. ibi enim sæpius uel leuis adhortatio facile discordiam sedare consueuit: uerùm inter eos qui de fide disceptabant, ubi rei magnitudini, cōcertatio quoq; admiscerī solet, ita ut sapientes quoq; sermones, uix etiā parumper dissidentia cōponere ualeāt. Postquàm autem Christianorū malitia & uita dissoluta, deum & mandata eius contemnere cœpit, imperatorē Christi osorem nobis suscitauit, Iulianū dico tyrannum, qui uirtutem progenitorum suorum, ac fidem Constantini magni, planè contrarijs superare cōtendit: ac ideo Christianos ab omnibus arcuit iustis, tametsi nequaquam lege publica Christianorū persecutionem proclamari iuberet, nutu tamē tacito, ac legislatione impia illos infestabat. Voluit enim, ut Christiani haudquaquā Græcorū sermonum & disciplinarum cōpotes fierent. Deus igitur ex longanimitate sua diu sceleſtum illum exaltari permisit: quū uerò malitiam eius penitus inemendabilem esse uideret, romphea sua fulminea, quemadmodum impietas eius digna erat, illum prostrauit, & scelerum pœnas ab eo exegit, in oris barbaricis, barbaricam et ferinam illius uitam detruncans. Confestim igitur Gregorius magnus prauitatem illius et impietatē notauit infamia, unà cum Sybariticis gentilium turpiloquijs, quorum fabulas antiquas, & uariorum deorum errorem in omnium denudauit oculis, ita ut sapientibus communem excitaret risum. Cæterùm cur ego uiri res magnas & ingentes sermone breui iniuria afficere, & planè contra scopum constitutum incedere conor? ac in tempore collaudationis, quum præcipuè oporteat laudandum delibatione rerum gestarum glorioſiorem reddere, tam citò ab infamantibus illis sermonibus discedere nitor, quum planè sint admirandi, tam ob historiæ uarietatem, quàm harmoniam, nec non summam in dicendo eloquentiam. Præcipuè igitur contra tyranni legislationem mirandam, quæ prohibet ne Christiani gentilium institutis disciplinis, sancti nostri prudentiam considerate. ibi enim & heroicis & iambicis, & trimetris, nec non uarijs alijs usus est carminibus, dicendi præterea charactere tam tragico quàm comico, uniuersa insuper cōpositionis specie: quin paulo minus omnium disciplinarum doctrinam in suis expressit sermonibus, ubique pia insulciens argumenta, aut uirtutis laudem, uel animæ aut corporis puritatem, seu Theologiam, aut deprecationes, uel similia metrica conscribens oratione: omnem lasciuiam declinans, fabularum nugas & deorum monstra, quemadmodum & decebat, penitus derexit, & hoc modo doctrinam perquàm sapientem Christianis exhibuit. Ostēdit enim, quòd leges impij illius tyranni illicitæ, ac nullius essent utilitatis, quum Christianis disciplinarum gratia inuiderent, immo potius è diuerso semetipsos plecterent & ulciscerentur. Talis enim inuidiæ est natura, ut parum aut nihil offendat eos quibus inuidet: uerùm eos qui illam parturiunt, ingenti afficit detrimento. Quin etiam quum Athenis ageret, cum Iuliano est cōgressus, admodum adhuc iuuene, & nondū ad imperium ascito: sed quum discendi gratia ad doctores pergeret, ibi etiam amicis prædixit, adolescentem pernicioſum, infidelem, ac ualde impium, nec non ad omne malum procliuū fore: inde coniecturam sumens, quòd illum animi passionibus obnoxium cerneret, & quia risum haberet petulantē, nec non uisum ferinū: ac totū corpus eius subsultaret, ipseq; assiduè moueretur. sed & impetus stultitiæ plenos, & collocutiones impietate refertas in illo notauit, tametsi hęc sub exercitij specie occultari uiderētur. Præcipuè uerò mouebatur, quod cerneret illū homines malos amare, uirtutis autē laudatores contemnere. Hæc quum uidisset, omnibus prædixit, pessimam illius fore manifestationem, & occultæ mentis eruptionem. Oportere enim naturas bonas, testimonium rebus præbere futuris: & quæ obscurè ostenduntur, coniectura & intellectu, prius quàm euenīāt, percipere. Verùm ille malè pe rijt, quū frustra scelestus fuisset, & nihil sibi aliud quàm pœnæ materiam re-

 condidisset,

Universidad de Deusto
Biblioteca

condidisset. Gregorius autem non post multũ temporis, quum hæreticorũ caterua ubiq; per Cæsarię oram uagaretur, ac sanctus Eusebius metropolis gubernacula teneret, cui cum Basilio tum presbytero, ac in Ponto philosophanti, inimicitiæ erant, hęreticorum timens conspirationem, & quia ecclesiæ præfectus insultum talem nequaquam uiriliter sustinere posset, leuior enim erat, licet uitæ esset puræ, ac in Theologia nequaquam inexercitatus: ad Basilium luminis instar splendentem Gregorius misit, ac illum rogauit, ut inimicitias remitteret: et quum animarum periculum cognosceret, quàm celerrimè Metropoli ac tantæ Ecclesiæ auxilium ferret, quin & presentiam obiter suam & auxilium promisit. his optimo persuasit duci, ut bellum deponeret, cui & ipse unà militaturus accessit: ac in hæreticorum munimenta impetum fecit, impiorumq; dogmata abscindens & dissoluens, trophęum erexit, ac hostes in fugam ita conuertit, ut uirtutis eius manifestum caperẽt experimentum. Hæc Deus per seruos suos fecit, qui quum multam hominum impietatem emergere uidit, ob honoratissimæ creaturæ commiseratio nem, uiros tandem excitauit, qui subsidium & emendationem periclitantibus afferre possent, ne ob defectum confirmantis, humanum genus inficeretur. quemadmodum & tum quoque fecit, ac suos confirmauit, hosq; non secus ac coagulum lacti injiciens, in medium statuit, ac eos qui uaria prauitate & impietate, multum inter se dissidebant, in unam colligauit amicitiam & harmoniam. Interea non multum temporis effluxit, quum prædictus ecclesiæ præses ad meliorem transiuit uitam, unde multus labor Gregorio est excitatus, quum & ad ciuitatem nunc priuatim quibusdam, nunc publicè scriberet omnibus, & tam per patrem quàm per seipsum suaderet, ut Basilium in episcopatus assumerent thronum: non ideo solum ut amico commodaret, uerùm & ut in uniuersum omnibus prouideret. Vidit enim, uidit inquam manifestè, adiutorem spiritu dignum: quapropter non prius destitit, quàm consilium tam egregium perduceret ad finem: sicq; rem tandem peregit. Basilius igitur Cæsareensiũ tenuit gubernacula, uerùm enimuerò ob inuidiam & dominandi libidinẽ maleuolorũ quorundam, Cappadocia in duas diuisa est partes, quæ usq; ad tempus illud semper fuerat unita. inde quoq; à Cęsareensibus segregata est Tyana, et se deinde cõtra utrasq; defendit. sed & reliqua oppidula dubitare cœperũt, cui parti potius adhærere deberent. unde magna exorta est cõtentio, prætextũ habens, quasi animarum gereret curam: studiũ autem nimis uehemens, auaritiã & dominandi libidinem, quoniam res erant turpissimæ, honestis appellationibus celare satagebãt. Rerum igitur nouitate Basilius magnus oppressus, simul & domesticis priuatus, Gregoriũ Sasimis episcopum dare decreuit, quo cõmuni consilio dissidium, tãquam damnum aliunde sibi emergens, hoc pacto sedaret: simul ut si regionem episcopis firmasset, maiorem curam ecclesijs impendere posset. Nullus igitur Basilio usus est utilior, quàm Gregorius: & nemo ex episcopis fortior, qui resistere posset, si quid incideret noui. Itaq; quũ consilium illud cum patre Gregorij admirandi cõmunicasset, ui uirum ad munus protraxit suscipiendum: & opus quidem finem habebat, at ille quemadmodũ sæpius diximus, quũ scopum haberet quietis, & à negocijs liberationem, tristabatur & indignabatur, quoniã necessarium arbitrabatur, ut priuatim sui ipsius curam gereret. ad quam rem, regio illa, Sasimam dico, minimè ipsi apta erat, utpote tumultus & ciuilium turbarum plena. siquidem in uia sita est regia, & equorum publici cursus stationes habet, ac ideo multam perturbationem quietis concitat amatoribus: utilitatẽ autem, seu fruitionem, uel fortuitam, quasi nullam præstare solet. Hæc quum uideret, ad curam fugit ægrotorum, ubi ministerio & sermonibus spiritalibus, morborum leniebat dolores, ac philosophiam temporum faciebat exercitium. Fertur etiam, nec oblationes, uel electionis munera, neq; aliud quid, quemadmodum alij episcopi Sasimis solebant, accepisse: sed in electione solũ de actione cogitasse.

Interea

Interea pater multis illum rogauit, ut rursus Sasimæ ecclesiam reciperet. Verùm postquàm à scopo aberrauit, secundò effecit, ut ille pro illa Nazianzi curam assumeret. idq; non solum admonitione perfecit, sed iam execrationem quandam admiscuit, quæ ob sacerdotalem negligentiam emergere posset. Ab illo tempore Gregorius assiduè patri adhælit, ac rem magnam esse iudicauit, obedire patri. Quem & talibus alloquutus est uerbis: Pater, tametsi molestè imperata feram, gratiam tamen tuam nequaquam sperno. Nazianzi curas suscipio. Cognoscat autẽ sacra tua et Deo accepta prudentia, quòd impossibile sit, quum tu à uita hac discesseris, ut ego ecclesiam retineã. Suscipiens uerò pater, mihi (inquit) fili uiuenti baculus fias, ac senectutem sustenta, & tu quoq; precibus sustentaberis. Quum uerò obiero, quem admodum tibi placuerit, res tuas disponito. Hæc quum audiuisset, quàm optimè potuit senum parentum curam gessit, quum pater iam centesimo appropinquaret anno, mater uerò haud longè ab illo distaret, ac ambo multo iam, ut credere par est, indigerent ministerio: præcipuè quum iam Cæsarius obijsset, nec non Gorgonia soror, inter mulieres sanctissima, ac ambo ad uitam meliorem, nec non felicitatem transijssent stabiliorem: quos etiam orationibus honorauit funebribus, solus senectutis derelictus consolatio, debilitatis medela, parentum piorum, ne quid magni dicam, meliorum successio. Gloria uerò adeò satisfaciebat maioribus, ut illorũ et memoriam prolongaret, & usq; ad mundi extenderet durationem. Quis igitur unquam plus pius, tam scientia, quàm amore diuino, domesticorum, nec non domus propriæ extitit dispensator quàm ille, qui unicuique suum impartitus est officium, cognatis, amicis, famulis, hospitibus. ecclesiastica uerò ita disposuit, ut curam suam pastoralem, tanquam regulam quandam iustam, cunctis proponeret pastoribus. Rectè igitur à diuino dictũ est Paulo: Qui rebus priuatis præesse non nouit, quomodo ecclesiæ Dei curam gerere poterit? & ille unum solum prudentia instruebat, ut hoc pacto domum unam saluaret: at noster hic, ut domum & ecclesiam, immo ecclesiam & ciuitatem. siquidem domus est res publica bene ordinata, & ciuitas ambitu utique domo perfectior. Eiusdẽ uerò est scientiæ multos saluare et paucos, aut etiam unum solum: ac ideo non toto & omni, sed solum quanto talia differunt. Quum autem pater eius Gregorius (ita enim & ipse uocabatur) uitam cum morte permutasset, ipse patrem oratione honorauit funebri: nam Deo acceptam matrem Nonnam, adhuc uiuentem laudauerat: piè ac sanctè faciens, & quemadmodum patris & matris, nec nõ Christi amatorem decebat. Curam igitur eius in uiduitate constitutę gessit, quum in senectute longęua auxilio egeret, et quiete. Verùm post eius obitum, ecclesia excessit, ac Seleuciam est profectus, ibiq; apud uirginum sanctæ Teclæ domicilium habitauit, tempus tribuens, ut episcopus aliquis Nazianzo præficeretur. Quum uerò regressus esset, inter æquales uersabatur, minimè pastoris fungens officio. Quumq; populus ipsum expeteret, nequaquam flectebatur precibus, sed immobilis persistebat, non secus ac quercus annosa ad uentorum flatus inconcussa. Quod autem mihi ferè excidisset, nunc uobis narrare pergam, nõ magis ob eius gloriam, quàm utilitatem uestrã, siquidem omne bonum æmulatione etiam dignum est: quod autem æmulatione dignum, id etiam uirtutem conferre ualet: uirtus uerò ipsa, sectatores suos ad Deum usq; prouehit. Quum Basilius magnus fratres detrimento affici uideret, qui ualde commiseratione & compassione digni erant, quum interim tamen nemo illorum tangeretur misericordia, sed quàm plurimis propter ruditatem & inhumanitatem nimiã, piaculi aut inquinationis instar abominationi essent, naturali cõmotus est instinctu, cõsiliumq; cæpit pium, & fraterna charitate dignum: domos enim ædificauit ingentes, ex prouentibusq; quos ab opulentioribus colligebat, inopes alebat. illos enim sermonibus prudẽtibus ad distributionẽ hortabatur, ac omnes debiles ad domus illas, quas pauperum

Universidad de Deusto
Biblioteca

uocabat receptacula, colligebat. In hac re Gregorius illi egregiam nauauit operam, quemadmodum liquet ex oratione quam de fouendis habuit paupertibus. Ex qua intelligere datur, quãtum studium in hac re magno impenderit Basilio. Ibi enim planè ostendit, inopum sustentationẽ mandatũ esse maximũ, immensitatemq; ac clementia Dei dignissimũ esse. Verum id adeò modestè facit, ut nequaquã percipi possit, quòd ipse rem tam egregiã peregerit. Cæterum quum Ariana hæresis longo tempore ecclesiã premeret, ac manu regia Dei subuersa essent munimenta, ut ad impietatẽ protraherẽtur simpliciores (docet autem illa magnum Deum patrem, & paruum filium, creaturamq; spiritum sanctum) pullulauit tandem ueluti ex hydra quadam nouum caput uirescens, nempe Pneumatomachorum hæresis, de filio quidem rectè sentiens, & uerbum æquale patri statuens, spiritum uerò sanctũ blasphemans, idq; dupliciter. Quidam enim illum manifestè creaturã esse docent, alij autẽ neq; creaturam, neq; Deum, sed liberum: quos ille rectè dimidiarios uocabat, asserens appellationem hanc probè eorum conuenire opinioni. uenerantur enim filium, sed spiritum sanctum afficiunt ignominia. Hæc contentio uniuersum Romanum occupauit orbem, sed potissimũ Byzantij prævalebat. Deus igitur spiritus sanctus, Gregorium excitauit Theologum, quum miseraretur eorum qui sub eo peribant dogmate. & tanquam ad Mosen dixit: Videns uidi uexationẽ populi mei, qui in Aegypto est (at Aegyptus lingua Hebræorũ caligo uocatur, ac ideo & nunc quoq; palpabiles hæreticorũ significat tenebras) Et gemitus eorum audiui, & descendi ut eos liberarẽ. quapropter nunc adesto, ut te mittam in Aegyptũ. Tali igitur adhortatione uirum commouit, ut Byzantium nauigaret, spiritu repletus, ut pro spiritu pugnaret. Confestim igitur impetus ille à Basilio luminari magno est incitatus, i pse' q; ad certamẽ spirituale unctus, quinetiã quàm plures pontifices, & ex regia urbe fideles, quum auxilio indigerent, summis illum rogabãt precibus, ut mala ab eis pelleret. quapropter in auxilium urbis illius aduolauit, omnibus delicijs ornatu & opibus cassus, spiritu uerò planè repletus. A' cognatis igitur nõ minus corpus eius, quàm pietas, benignè est susceptum. reperit autem ecclesiam tanquam nauis malum in monte erectum, uel sicut uiæ signum in colle, ut prophetice loquar, cõstitutum, exiguam, attenuatã, & delitescentem, ac per uim omni loquendi libertate priuatam. Sacras uerò domus cũctas direptas, & ui occupatas, adeò ut sola Anastasia sancta, orthodoxis esset relicta: forsitan quia tũ propter ambitus contempta esset angustiam, quemadmodum norunt ij qui templũ uiderunt antiquum. Confestim igitur quemadmodum Dauid alius emicuit, & alienigena dogmata sermonum firmitate, tanquam funda dissecit, fidelibusq; fideliter loquendi audaciã præstitit, quotidie recipiẽs et capiens Deo eos qui male à ueritate desciuerant. Paruo igitur elapso tempore, tantã multitudinem conuertit, ut nequaquam cum primis conferri posset. planeq; hic sacra impleta est scriptura, quę ait: Domus Dauid procedebat, et magnificata est: domus autem Saul retrocedebat, & est debilitata. Variam igitur cernere erat disciplinam inter eos qui saluati erant. Quidam enim iam in retia inciderant, alij uerò appropinquabãt, nõnulli in fide erãt perfecti, & ij alios uenabantur, & docebãt. Ob hæc Arianorum quidam irascebãtur, quidam uero inuidebant. è quibus tamen nonnulli decorum esse censebant, ut illum adiuuarent, & cum decertante cõcertarent: licet enim ob emendationis successum indignarentur, ob inuidiã tamen ecclesię procurabant incrementũ. Etquum inter æquales excellere nequirent, aut non uellent, prauitate uirtutem dilatare contendebant. Cæterum quum malum hoc nondum quieuisset, exortus est Apollinaris Syrus, qui de nouo proprium quoddam prauitatis excogitauit documentum. incarnationẽ enim nequaquam uerã fuisse censebat, sed carnis solũ & animæ irrationalis assumptionẽ docebat, ac animam rationalem penitus à dispensatione abscindebat. Quũq; doctrina gentili

tili admodum præstaret, multos sermonis decepit uarietate. Ab omnibus igitur terrarum oris hæreseos aderant discipuli, qui indoctos tanquam hamis in perditionem trahebant. Gregorius itaq; rursus perdifficili implicitus est certamini. ubiq; enim aderat, arguens, comminans, adhortans, quosdam in fide seruabat, alios unde exciderant reducebat. Accidit autem, quemadmodum in talibus fieri cõsueuit, ut perfectę incarnationis cõfessio, in duos filios ab indoctis censeretur diuisio. Quũ igitur discipuli Apollinaris assiduè populi aures obtunderent, & sancti patris accusarent facta, prævaluit tandem calumnia. Gutta enim assiduè distillans, saxum etiam tandẽ excauat. et quia talia multorum auditu sublimiora erant, qui nequaquã dispensationis profunditatẽ intelligere poterant, lupis credebatur: pastor autem qui uerita tem docebat, suspicioni obnoxius erat. Qui igiẽ pro Apollinaris pugnabãt opinione, tanquam apri syluestres, quum iampridem iram acuissent, perturbationemq; & calumniam, quę Gregorio ex Apollinarij opinionum censoribus concitabantur, in auxiliũ sumpsissent, populum ementitis concitarũt sermonibus, ut uirum, quemadmodum olim Iudæi Stephanum, lapidarẽt: nisi quòd ictibus aberrarunt, quum Deus suũ protegeret propugnatorem. Cõprehendentes autem illum tanquam seditiosum quendam, & pacis turbatorem, ad consulis pertraxerunt tribunal. Proh impudentia, proh menda cij uiolentia. Gregorius de talibus iudicat, qui alienæ irę & turbationis mitissimus erat medicus, qui pacis erat dispensator, qui Christi erat discipulus, clementis illius & humilis, et qui mansuetudinẽ lege statuisset. at ipse quamuis talibus oppressus esset difficultatibus, solũmodo hęc in ore habuit: Propter nomen tuum Christe, etiã si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. mox sine uerberibus et supplicio est dimissus, martyr absq; corporis afflictione, & sine uibicibus coronatus, solum modo tantum tolerans, quantum sustinuit uoluntate: sed ne pateretur, Christus cõcessit. Igitur quũ talibus fulgeret certaminibus, iam omnibus cognitus erat, acceptus ob loquendi libertatem, acceptus ob uirtutem, & labores similes, cõspicuusq; multitudini ecclesiæ: ita ut Petrus, qui tum magnæ urbis Alexandrinorũ episcopus erat, & post Athanasium curam pastoralem susceperat, ad Gregoriũ magnum mitteret, et illi Constantinopoleos episcopam confirmaret, admodumq; rectè ac iustè episcopi eum officio fungi iuberet, quo labores dignitate compensaret, & mercedem sudoris, thronum, non tamẽ gratia humana, retribueret. Cæterùm multiplex rerum gestarum congeries, mentem mihi interturbauit, & quemadmodum singula acta fuerint, confudit, sequentiumq; copia non secus ac in undarum collisione, priora abscondit. Verùm quum semel loqui cœperim, nequaquam desinam, prius quam ad optatum finem deueniam, quã in re meæ imbecillitati diuinum Gregorium adiutorem sumam: nec non à mansuetudine uestra, meæ in dicendo tenuitati, ueniam me impetraturum spero. Erat quidã in urbe regia Maximus nomine, genere Aegyptius, moribus barbarus, qui Gregorio non secus ac Mosi olim nouus Iamnes, est factus. Cynicus is erat philosophus, baculo, coma, & ueste attrita seuerus, eò usq; enim philosophabatur: uerùm gula, auaritia, ac impudentia, canis magis quàm Cynicus erat, & Antisthenis familiaribus contrarius: quemadmodũ & de Nabal audimus. Is igitur ad sacrum accessit pastorẽ, à quo etiã est instructus: quumq; impietatem dedidicisset, membrũ est factus ecclesiæ, ac per baptisma regeneratus. inde quũ religionem simulasset. à pontifice mensę quoq; ac poculo est adhibitus, qui & omnia illi concredebat. erat enim minister egregius, laudator sermonum beneuolus, Christianus nequaquã pessimus. Quum uerò temporis successu, sui quoq; specimen præstitisset, gradu etiam dignus est reputatus, ac sic clericorum numero asscriptus. Cõfestim igitur ludam imitatus, defectionem moliri cœpit, & doctori suo bellũ inferre cogitauit. Ad quã rem perficiendam, ecclesiæ presbyterum quendam adiutorem assumpsit, qui nul

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum unquam honorem adeptus fuerat, sed nec honorādis adnumerabatur: is Maximo negocium illud concinnabat, quo agebatur, ut eum Byzantij episcopum cōstitueret. Verùm quia ad rem hāc aurum necessarium erat, unde illud sumptū sit audite. Presbyter quidam insularis ex Thaso, Byzantiū applicuerat, ac secum attulerat pecunias, ut pro illis Proconesij marmoris tabulas emeret. hunc aggressi, promissis inescant (perfacile enim leuitas deceptioni est obnoxia) ac aurum prauitatis suæ coemptorē accipiunt. in Alexandriam igitur mittunt, ac Petro persuadent, ut uiros Byzantium legaret, qui Maximū in Cōstantinopolitanum eligerēt episcopū. Vixq; hęc sermonibus tractata fuerant, quum mox ab Aegypto aderāt, qui Maximo episcopam traderent. Erat autem Petrus ille idem, qui prius Gregoriū in thronum cōstituerat. tum uerò Maximū eligebat citra ullum iuris ordinem, nec non absq; omni tum uirtutis, tum gloriæ uiri respectu. Quum igitur aduenissent qui ab illo mittebātur, manè erat, ipsiq; ecclesiam sunt ingressi, nequaquam pastori illud significantes, non presbyteris, non clero, non magistratui, non populo fideli, confestimq; ad electionem se accingebant. Id quum auditum esset, turmatim aderant sacerdotes, clerus, populi multitudo, hæreticorum turba: omnes enim tanquam insani agebantur, rei iniquitate, & hominum prauitate tam immensa perculsi. malitiæ enim magnitudo inimicos etiam quandoq; ad uindictam innocentum concitare solet. Postquam igitur consilia eorum procedere nequibant, sed necessitas eos ab inceptis desistere cogebat, siquidem populi illius obstabat audacia, quid faciunt? Ecclesiā egrediuntur, & in domum cantoris cuiusdam se recipientes, Maximum ibi elegerunt, quum quosdam è populo coadiutores & auxiliatores haberent, qui propter morum peruersitatem ab ecclesia fuerant eiecti. tales enim ob mutationes repentinas gaudere, ac res bene dispositas odio habere, semperq; innouationibus oblectari solent. Ciuitas igitur ira flagrabat: nec facile quis referre posset, quot conuicijs Maximus discerperetur. Sed & Gregorio ipsi homines indignabantur, quòd tanta beneuolentia Maximum dignum censuisset, ac talem audaciam illi suppeditasset: quapropter & nouum illi excusationis certamen est suscitatum. Vt igitur populi ardorem sermonis demulceret medicamento, ita ad eos locutus est, Nolite mihi, uiri, uestro irasci patri: etenim si ego illi bonus uisus, & ideò culpæ sum obnoxius, quòd malitiam eius minus præuiderim, qualis erit qui beneficia accipit, & pro illis reddit insidias? Siquidem malitiam non præuidisse, nequaquam facit reum: hoc enim solius Dei est. Præterea & lex quoque iubet, ut omnibus misericordiæ uiscera aperiamus, & affectu paterno fideles suscipiamus. Omnem enim ad me uenientem, Christus ait, non ejiciam foras. Res magna mihi erat Maximus, ex gētili baptizatus. res magna mihi erat, homo uirtutem simulans: tametsi nouissimis ostenderit, quid in prioribus simulauerit. Verùm nequaquam ad nos pertinet, ut coniecturæ innitamur, quandoquidē haud in opinionibus ambulamus, neq; quid futurum sit cognoscimus. Id enim solum diuina donat prudentia, ac ideo nos faciem intuemur. Deus uerò, quemadmodum audiuistis, scrutatur corda. His uerbis multitudinis indignationem sedauit, effecitq; ut ob tantam animi bonitatē magis episcopo suo faueret. Cæterùm quum Theodosius, qui ex Hispania generis ortum trahebat, in Macedonia castra haberet, & contra Hesperios barbaros bellū gereret, accepit Maximus Aegyptiorum episcoporū cateruam, qui ipsum in sacerdotem elegerant: ac cum ijs Thessalonicam profectus, imperatorem conuenit, ac regiæ urbis sacerdotiū petijt. Nam ex legibus ecclesiasticis illud consequi haud poterat. ac ideo illud ex mandato regio adipisci cogitabat, tanquam minimè ad sacerdotium, sed potius ad tyrannidem electus esset. Verùm illi repulsam tulerunt, iratusq; Imperator, multis eos conuitijs abegit. Quid igitur facit Maximus? inexpugnabilis enim est dominandi libido, in Alexandriam nauigat, & ijsdem conatibus domesticos

domesticos quosdam Petri auro decipit, illumq; pari aggreditur malitia. Aut mihi, inquit, regiæ urbis pontificatū acquire, aut nec à tuo abstinebo. & iam audacia in manifestum prorumpebat periculum, nisi præses, qui tū Alexandriam moderabatur, Maximum ab urbe pepulisset, timens ne res ad seditionem & cædes usq; procederet. & sic ille dignam audacię suæ mercedem tulit. Gregorius uerò multitudine laborum pressus, & ob uarias curas fessus, domum, deposito officio ire constituit. prius tamen populum admonuit, ut fidem quam ab eo acceperat, firmiter seruaret, uirtutiq; studeret, quam ipsis & re et uerbo ostendisset. Hęc quū clerus & populus audiuisset, magnus clamor est exortus. omnes enim ob discessum eius lugebāt: cerneręq; erat spectaculū miserabile, uiros, mulieres, iuuenes, senes, eximios, indoctos, principes, priuatos, omnes deniq; communi resonare planctu, et patris priuationem nequaquam ferre: ita ut quidam sublata uoce clamaret, Aude pater, ac tecum trinitatem ipsam eijce. Hanc uocem quum generosus ille audisset, impetum refrenauit, & se cum eis remansurum promisit, donec episcoporum fieret congregatio. Sperabatur enim, quendam ab ijs præpositum iri, qui officio episcopali dignus esset, quo ipse à tantis absolueretur curis: nihilominus tamen discessum illi inhibuerunt, ac ita concio est soluta: tametsi res nequaquam iureiurando firmata fuerit, quum morum eius integritati confideretur. Quum igitur turbæ illæ aliquantisper sedatæ essent, quiesq; reddita esset rebus, rursus effulsit trinitatis dogma, doctrina & labore beati Gregorij, inter omnes fideles dilatatum. illam enim pulcherrimè excoluit, adeò ut cultura quam Noe olim fecit, longe fuerit uenerabilior. siquidem ecclesiæ aruum ad fundum usq; elaborabat, & impietatis spinas sermone tanquam aratro, ab animabus extirpabat. animas enim quasdam adaquabat, ut prophetice loquar. alijs uerbum seminabat diuinum. at quædam æqualiter pullulabant, & radices agebant altiores. nonnullæ carmina cantabant, quædam ad genua usq; uestimenta suffarcinabant. aliæ ad spicas colligendas se accingebant. illę exultabant, & ad messem erant paratiores. quasdam iam area continebat, nonnullas uerò cumulus. aliæ uentilabro paleam, et dogmata rationi contraria discernebant, purgatę Christo. aliquę dignæ erant ut conderentur horreis. at quædam in panem iam erant elaboratæ. et hic est finis agriculturæ uniuersæ, cuius deliciarū scopus est, transmutatio, propter quam unusquisq; messem ac laborem omnem lętè tolerat. tali igitur sudore, tantoq; studio uir Dei pro salute laborabat multorum. Cæterùm fruitio his nequaquam respondebat. non enim quemadmodum agricola fructuum particeps erat, sed gratis bonus existebat. labores enim sustinebat, ex Euāgelio uerò nullos sumptus colligebat. Vnde accidit, ut magis diligeretur: quumq; magis diligeretur, libentius etiam audiretur, Deoq; plures animas lucraretur: nō quòd iracundia grassaretur, sed mansuetudine imperitiam pelleret, & animas sermonum uirtute ad meliorem habitū perduceret. Quidam enim orationis capiebātur suauitate, alij exactam amplectebantur doctrinam. nonnulli uiri laboribus & tolerantia inflectebantur, quibusdam mansuetudo eius uenerabilis erat. alios autē sinceritas, & planè hominis philosophicū plus mouebat. quidam tanquam uenationē hanc aduocassent ac tenerent, illam quoq; fouebant, suoq; applaudebant suffragio. & quod maioris erat prudētiæ, nō omnibus omnia credebat, sed uirtutē uniuscuiusq;, non secus ac medicus quispiā optimus ęgrotantiū habitum, diligenter expendebat, ac unicuique debitum suum distribuebat medicamentum. Sed nec prophanis seu imbecillibus mysterij concredebat arcana, neque ab hominibus ritè initiatis aliquid abscondebat, tanquam illis ea inuideret quæ utilia essent. quosdam publicè redarguit, quos pudor ad pœnitentiam perducebat. alijs priuatim delicta sua ob oculos ponebat. Nōnullis minabatur, quibus id melius esse censebat. qui autem se emendauerant, illos paternè & officiosè laudabat, minimè enim assentiabatur, sed uirtuti per rectum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tramitem ad felicitatẽ iter struebat. Siquidem in hoc rhetorica differt à philosophia, quòd illa adulatione cauponaria, ac laudibus suis beneuolentiam captat mortalium: at illa humanæ utilitatis curam gerit, ac sermonem celebratione mellis instar edulcat, laudisq; uoluptate ad uirtutem eos pertrahit, qui in illam inciderunt. Cæterùm in omni doctrinarum genere, præcipuè uerò Theologica profunditate, tantum eminuit, ut licet tempore multo, multi extitissent uiri in Theologica sapientia præstantissimi, famaq; & nominis celebritate clarissimi: solus tamen iste, post Ioannem Euangelistam Theologi nomine sit insignitus, appellationemq; hanc tanquam præcipuam sortitus. Proinde quum omne bonum in corde eius esset inclusum, nec prophetico etiam carebat spiritu: & hoc uos mihi credituros scio, qui in uiri huius sapientia oblectari soletis. Decet igitur ut dictis suis & scriptis, in hac quoq; decoretur parte. Siquidem in oratione quam in episcoporum habuit præsentia, ita est loquutus. Talis olim grex, talis quoq; nunc est, ita bene habituatus ac dilatatus. Proinde si olim non erat populus, paulatim tamen ad hanc auctus est multitudinem. Prophetizo autem, quòd & plus augebitur: hæc mihi sanctus spondet spiritus, si quid in me propheticum est, & ritè prospicio futura. siquidem non multum temporis effluxit, & prophetia hæc est adimpleta. Quoniã ecclesiæ multitudo, maris ferè adequauit harenam, ac ita prophetiæ prodigium, per euentus comprobatum est miraculum. Postquàm autem prædictus Theodosius pius, in Cæsarẽ est electus, et liberum lumen ecclesię est exortum, quid dicere refert, quot panegyricis exultauerit sermonibus? Quantũ orthodoxorum iram demulserit, qui hæreticis acceptam malitiam recompensare contendebant, ac eos à quibus in tempore potentiæ, persequutionem & supplicia pertulerãt, in tempore mutationis pari retributione ulcisci quærebãt. Quid igitur sanctus dixit? non hoc, inquit, exigit Christus, nec ita nos docet Euangeliũ. tempus est ut errantes conuertantur, cognoscant errorem suum discendo. Procidant coram Domino, abrenuncient impietati, ouiumq; admisceãtur gregi. Hęc mea sit ultio, ut saluentur qui nos affecere iniuria, & confiteantur ea bona esse, quæ prius sunt persequuti. Longanimes estote filij, uir longanimis abundat sapientia. benefacite ijs qui uos oderunt, et dimittite eis delicta sua planè. si autẽ ira uestra nimiũ adhuc ardet, & nequaquã penitus cohiberi potest, saltem quod secundũ est, à uobis fiat. Relinquite hæc Christo, & futuro reseruate iudicio. mea enim est uindicta, & ego retribuã, ait Dominus. Hisce sermonibus illis persuasit ut quiescerẽt. Quũ autem bellũ, quod cum Hesperijs barbaris contractũ fuerat, esset finitũ, omniaq; ex Imperatoris constituta essent sententia, ac ille pœnas ab illis eorũ ausibus dignas exegisset, captiuosq; abegisset, ac uictis tributũ imperasset, triumphũ superbum et spectatu dignũ in regia egit ciuitate. tumq; episcopũ Gregoriũ, honorificè, & quemadmodũ ob labores suos dignus erat, suscepit, ac sermonibus prolixioribus benę uolentiã suam erga illũ declarauit. Quibus in fine adiunxit: Pater, tibi & studoribus tuis Deus per nos ecclesiã tribuit. Ecce do tibi domũ sacrã, & thronum. At beatus gaudio perfusus, Imperatorẽ salutauit, illiq; bene precatus, à regia exiuit. Cęterùm Ariani (hucusq; enim sacrã occupabant domũ) contra sanctũ cõcitati, rem armis & bello decernere satagebãt, obiterq; Imperatorẽ rogabant, ne eis domũ auferret: nam potentiæ resistere timebãt. Gregorio autem sancto, nec non ijs qui cum illo erant, mortem minabantur. Publicè itaq; ad pugnam se expediebant. priuatim uerò quendã submiserunt, qui clanculum episcopum aggrederetur, & gladio illum transuerberaret: & hoc erat hostiũ consiliũ. Mane autem facto, populus Dei cũ suo processit pastore, ut domũ occuparent sacram. Erat autẽ tumultus magnus, & perturbatio haud minor, quàm quũ urbs quędã hostili diripit insultu. multi enim undiq; armati in plateis uersabantur, quidam uerò domorum occupauerant culmina, magnus præterea ululatus ex mulierum & puerorum luctu

luctu commixtus, in altum tollebatur. In templũ igitur Imperator cum sancto est ingressus. Verùm enimuero quemadmodum sępius in rebus accidit humanis, quum adhuc mane esset, factæ sunt tenebræ, nebulaq; solarem abscondit circulum. quapropter cõtigit, ut accidens hoc à festiuitate & lætitia fieret alienum. siquidem Arianos gaudio replebat, tanquam Deo domus displiceret mutatio. fidelium autem animas tristicia quædam subijt ac perturbatio. Postquam autem pastor & Imperator intra sanctum ingressi sunt ambitum, uox una laudis ab omnibus est leuata, lachrymæq; effusæ sunt, & manus in altum protensæ. Cumq; densitas nubis disparuisset, solare lumen rursus fulgere cœpit, ac sacrum templum illuminauit. Cum itaq; cœlum rursus luce splenderet, hominum mentes ex tristicia in gaudium sunt mutatæ. Imperatorem itaq; populus rogauit, ut sanctum confirmaret in sede. uerùm beatus ille repugnabat, & nequaquã ibi confirmari uolebat. Cæterùm cum ob abstinentiam nimiam & debilitatem, multitudinem haud alta uoce allo qui ualeret, per uocaliorem quendam id faciundum curauit: illamq; talibus compellare iussit uerbis: Nunc filij tempus est, ut grati sitis, ac gratiam confiteamini acceptam, ob ea quæ nobis gratificata est trinitas ueneranda. cæterùm throni negotium in aliud tempus differemus. His uerbis populus delinitus quieuit. Imperator uerò ob tantam uiri modestiam, magna admiratione est perculsus, ac ita panegyris est soluta: quum Christus lęticiam, necnon securitatem suis tribuisset quàm plurimam, adeò ut armorum apparatus ac insaniæ furor penitus dispareret. solum autẽ unus enudatus est gladius, qui tamen citra sanguinem rursus in uaginam est reconditus. Cæterùm Gregorio non usquequaq; concessum est, ut haud confirmaretur in throno. nam licet nollet, & fortiter repugnaret, nihilominus tamen episcoporum multitudine in episcopali confirmatus est sede. Verùm hæc paulo pòst acciderunt. Porrò imperator fidem illi dedit, ac honorem paternum & uenerationem promisit. nam licet uir ille doctrinæ expers esset, pietate tamen et mansuetudine, ac si quis alius, excellebat. at Gregorius melius esse duxit, ut Deo potius uacaret quàm Imperatori, ac ideo rarò se Imperatoris immiscebat negotijs. Etenim quum cerneret potentes in aula auaricia laborare, ac munerum causa hominibus gratificari, eos uerò qui nihil donarent, admodum despicere: orationibus & doctrinæ, necnon infirmorũ curæ ac uisitationi incumbere maluit, talibusq; seipsum ac gregem purgare Deo: nonnunquam uerò in agrum quietis secedebat desiderio, quo corpus ob defatigationis assiduitatem, aliquantisper refocillaret, & ad reliquos labores perferendos corroboraret. ac ideo non nisi rarò ad Imperatoris pergebat aulam. rectè et decenter Paræmiæ memor, quæ iubet, ut rarò pedem amicorum domibus inferamus, ne ob assiduitatẽ nimiam nos odio habere incipiant. Proinde licet tantæ ecclesiæ pastor esset designatus, totq; reditus & uariarum opum accęperet cumulum, nec unam inde drachmã in suam uertit utilitatem. si enim uoluisset uim auri colligere, potuisset ingentem. Quin nec ab ecclesiæ dispensatoribus prouẽtus & expensæ rationem aliquando exegit. sed nec unquam uasa descripsit sacra, asserens curã talem ad institores potius, quàm ad uiros pertinere sacros: ac principum magis propriam esse, quàm episcoporũ. His omnes edocuit, ut potius conscientiæ puritatem Deo exhiberent, quàm homines negotiorum rationibus tentarent. Cæterùm laborum assiduitate, senectute & debilitate iam incuruatus, ita ægrotare cœpit, ut in lecto decumbere cogeretur. Populi igitur multitudo turmatim ad domum in qua iacebat, aduolauit: at ipse quemadmodũ perterriti solent, demissis ad pauimentum pedibus, in lecto consedit, interrogans quid sibi eorum uellet aduẽtus. at illi ob ea quæ acciderant, Deo gratias agebant, ac pro rege, templi & aliarum sacrarũ ædium gratia, necnon pro orthodoxorũ ecclesia orabant, asserentes pastorẽ omnium harũ rerum causam esse: sic lætitia perfusi abierunt. adolescens uerò quidã ibi relictus, manibus suis sancti pedes apprehendit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

illumq; fletu ingenti, ac lachrymis rogauit obortis, ut ei delictum suum dimitteret. Quumq; à beato interrogaretur, quid nam commisisset? nil ille respondit, sed solũ flens, in uenia petenda perstitit. Verùm ex astantibus quidam: Pater, ait, hic est homicida ille, qui ex submissione quorundam, ensem per uiscera tua adigere debebat, à quo periculo Christus manifestè te liberauit. quantum enim in illis fuit, scelus iam perpetratum erat. ob tanti igitur sacinoris audaciam pœnitens, ad pedes tuos cum clamore procidit. Euestigio igitur pater, tanquam pater: Fiat tibi amicissime, inquit, Christus propitius, ipseq; tibi ueniam concedat, quum & tu mihi peperceris. tantummodo ad excusationem audaciæ, meus fias, hæresimq; detestare, ac Deo adiungere, cui & seruias seruitute syncera & spontanea. Ciuitas igitur quum responsionis audiuisset longanimitatem, maiori illum prosecuta est beneuolentia. Eodem tempore ex uniuersa Romanorũ ditione, præterquam ex Aegypto & Hesperia, sancta centum & quinquaginta episcoporum conuenit synodus, ut urbi regiæ fidelem præponerent episcopũ, ac hæreses quæ inter Arianas pullulauerant tempora, uniuerso conuentus calculo ab ecclesia extirparent. Cæterùm quantum ad hæreses pertinebat, iam pridem Gregorius magnus uiam strauerat, ac feras ecclesiastico gregi insidiantes strenuè persecutus fuerat, tum quoq; in sancta synodo diligentem nauabat operam. sancta uerò synodus eum in cathedrã constituit, duce magno pastore Antiochiæ, Meletio, uiro in fide pio, & qui Arianicis temporibus ab ecclesia expulsus, multas calamitates pertulerat, ac longo tempore solum exilij causa uerterat. uerùm quid dicere attinet, qualis fuerit moribus? mansuetus enim erat, strenuus, iustus, uirilis, sapiens, & omnib. uirtutibus egregiè ornatus. huius consilio & persuasione præualuit suffragium, ut Gregorius præeminentiam in urbe sortiretur regia. At ille licet reliqua quæ ad episcopatũ spectarent, permoleste ferret, gregis tamen desiderio, & quia putaret, si regiæ urbi præsideret, quòd orbis lites tanquam è specula quadam considerare, sicq; dissolueret, & ecclesias dissidentes ambabus manibus ad unitatem reducere posset, episcopam suscipere decreuit. Quum uerò sanctus Meletius ultimum uitæ diem in urbe regia clausisset, ita funebri honoratus est pompa, ut tota ciuitas regia ad illam effunderetur, multasq; profunderet lachrymas. Tumq; eo gnosci potuit, quanta ciuitatis multitudo esset. Rursus igitur cõtentio de se de est suborta, inter seq; discrepabãt episcopi. & quidam comitia iusta fuisse iudicabant, ac ideo etiam uolebant ut firma permanerẽt. alij autem his quæ bene decreta fuerant, contradicebant. Hæc quum Gregorius intellexisset, licet semel cathedram accepisset, confestim tamen illam relinquere deliberauit, taliq; apud episcopos usus est oratione: Ego sub initium, pastores sacri ac uenerandi, regiæ urbis sede, ut nostis, sanctificari nolebam. Proinde si me laboris & sudoris gratia in ecclesiam induxistis, & ut huic præessem optastis, sufficit mihi, ut ego his Deo thesaurizem, à quo & retributionem expecto. Verùm postquam me gregis desiderium, ac cõmune uestrum suffragium cathedram suscipere coegit, nequaq; mihi rectè agere uidemini, quòd nunc decreta subuertatis propria, & non omnes in unum consentiatis: sed quibusdam uideatur, ut quę semel decreta sunt maneant firma, alijs uerò minimè. Ego uerò quum nequaquam diuitem aut sublimem desiderem cathedram, neutiquam mihi lucrum esse censeo, quòd regiæ urbis iam episcopus existam: cæterùm filiorum orbationem absq; animi passione ferre, molestissima simul & stolidissima mihi passio uidetur. proinde ne uideamini ex inuidia, & animi leuitate quadam, alia facere quàm quæ prius decreuistis, uincantq; apud uos præsentia, pristina uerò tanquam inania contemnatis, lubens episcopa cedo. cõsulite, ac per uos agenda agite: mihi uerò & nunc & olim solitudo cordi est: nec à Deo excluduntur, qui priuantur throno. Hæc quum dixisset, ac sciret multos clàm aliter sentire, quàm palàm præ se ferrẽt, domum in qua habitabat, reliquit, ac ad aliam longè ab ecclesia remoram se transtulit,

transtulit, quo & tumultus & turbarum fugeret conuentus. Multi igitur ex populo illuc confluebant, rogantes & orantes, ut misereretur gregis, quem tot laboribus ac sudoribus enutriuisset, & auxisset. Da, inquiebant, amantissimis tui gratiam hanc, & quoniã uigorem uitæ tuę primùm in nostram expendisti salutem, fac ut nec nouissimo tuo priuemur subsidio, saltemq; corpus tuum nobis sit residuũ, qui tua doctrina sumus illuminati. His ille uocibus, tanq; filios amans pater deliniebatur, ac quid nam faceret, dubitare cœpit. Deũ itaq; rogauit, ut cuncta pro bonitate ac dignitate sua disponeret. Hęc quum ita se haberent, uenerunt Byzantium episcopi, qui ex Aegypto & Macedonia uocati erant, quum synodus publica adhuc duraret: ij quoniam beatus Gregorius sine eorum consensu confirmatus fuerat, humana animi deuicti passione, electionis contradicebãt decreto: non quòd Gregoriũ ita odio haberent, ut ipsum occultis peterent insidijs: sed ut illos ulciscerentur, qui sine eorũ consensu Gregorium confirmauerãt, & thronum ei tradiderant. At beatus ille, quum episcopi hac de re cõuenissent, in medium processit, & ita est loquutus: Viri, gregis sacri cõpastores, turpe foret, & nequaquam nostrum, si alios pacem doceremus, inter nos autẽ bellum concitaremus. quo pacto enim alios ad concordiã reuocare poteritis, quum ipsi in ijsquę iam decreta sunt, discordetis? Verùm per trinitatẽ ipsam uos oro, ut cuncta honestè & pacificè inter uos cõponatis. Si uerò ego uobis diuisionis huius causa existo, nequaq; purior sum Iona propheta. proijcite me in mare, et cessabit à uobis tempestas calamitatũ: paratus sum, licet me insontẽ esse sciam, uestræ cõcordię causa, quicquid uobis libitũ fuerit, perpeti. Throno me priuate, ab urbe pellite: solummodo ueritatem & pacem, ut Zacharias ait, diligite. Valete sacri pastores, & me, laborum meorum memores, liberate. Hęc quum dixisset, pudore illi sunt confusi. Gregorius autẽ è congregatione egressus, ad Cappadocũ transiuit uicum, gaudio pariter & mœrore suffusus: gaudio, quòd à laboribus liberaretur: mœrore autẽ gregis causa, quòd illum relinqueret. Sed & in regiam perrexit, ut Imperatori ualediceret. Ad quem inter cætera sic quoq; loquutus est: Tu quidem Imperator, ecclesiam multis affecisti beneficijs, refundat tibi Christus in die retributionis. Verùm Cęsar potentissime, pro quibus nunc rogo, tu mihi indignari noli: non pecunias peto, non uersicoloria altariũ desidero uelamina, non cognatorũ principatus: sed laborũ remissionem precor. cesset inuidia, pacem faciant episcopi, potissimũ te autore. Tu qui barbarorũ audaciam compescuisti, sacerdotum etiam pugnas sedato. trophęa potentiæ tuæ maxima, unica episcoporũ concordia ornato. hoc ego donum peto, hanc ultimam mihi gratiam dato. Hęc quum Imperator audisset, admiratione est perculsus, pariter & senatus. maximo enim uiri tenebantur desiderio, ac ideo difficulter eum absoluerũt, & abitum concesserũt. Interim & dum adhuc in aula esset regia, Nectarius quidam Tarsensis Cilicię præfectus, à synodo in ipsius constitutus est ecclesiam. Gregorius autem clerum et populi conuocauit precipuos, ipsosq; adhortatus est, ut fidei custodirent depositum, et Dei mandata seruarent. de inde illis ualedixit: & quum omnibus lachrymarum fontem excussisset, ab urbe discessit. Contulit autẽ se ad agrum Arianzum, quem ex hæreditate paterna in Cappadocia possidebat. Quum autẽ multum effluxisset temporis, ex quo Basilius Magnus ab hac uita ad Deum concesserat, præsentia cum sublimioribus permutans, epitaphium illi conscripsit, ac Cæsaream, metropolim sacram profectus, coram ecclesia sermonem recitauit. quo facto, rursus domum concessit. Quum uerò iam diu ob moram in urbe regia factam, à patria abfuisset, duodecim enim annos Byzantij egit, accidit ut Apollinaris discipuli quidam, secundam Cappadociæ prouinciã inuaderent, ac multos impietati s decíperent sermonibus. quinetiã ad illam accedere sunt ausi, ita ut episcopũ regioni, & Nazianzo eligerent. uerùm ipse celerrimè Nazianzum hoc scelere purgauit. cumq; uehementer rogaretur, ut patriæ curam gereret,

Universidad de Deusto
Biblioteca

gereret, episcopam suscipere abnuit. uehementer enim quietam amplectebatur uitam. Eulalium autem quendam Nazianzo constituit pastorem, quem ipse inter honoratos habebat præcipuum, non ideo solum quòd ab illo colebatur, sed quòd moribus quoq; modestissimus erat. ipse uerò quum iam ægritudinibus infestaretur, in Arianzo se recipiebat. Quumq; iam nõ amplius ambulare posset, Clydonio presbytero, uiro pio, & legitimo Dei seruo, nec non alijs quibusdam mandauit, ne pestem hæreseos, & electiones Apollinaristarũ, tanquam reprobas, & ab ecclesia catholica alienas susciperent. quin nec contentus leui inter illos uti testimonio, fusius scripsit, ac singulatim Apollinaris subuertit deliria: quemadmodũ epistolæ duæ ad Clydonium conscriptæ manifestè ostendunt, nec non carmina ab illo relicta. In carminibus autem, quorum & antea meminimus, duplicẽ scopum habuit: primum quidem, ut illicitam Iuliani legem, planè puerilem & inefficacem redargueret. ea enim iubebat, ne Christiani gentilium disciplinarum participes fierent. secundum autem, quoniam uidebat Apollinarem uarios libros diuerso metrorum genere conscribere, ac horum elegantia quàmplurimos hæretica decipere impietate, necessarium duxit, quum post regressionem suam in Arianzo quiesceret, ac à negocijs feriatus ocium ageret, ut & ipse carmina scriberet. unde mihi plurima argumenti deprehenditur materia. Dehinc per aliquod tẽpus quieuit, philosophia uitã expurgans. Quũq; iam contemplationi maiori immersus esset, fragilem hanc uitam, cum conditione meliori & sublimiori in multa permutauit senectute, cuius hic uix simulachrum aliquod deprehenderat. Proinde ego iam uiro tanto pro uiribus honorem impendi, quo patris optimi, nec non eorum qui res illius gestas scire desiderant, satisfacerem desiderio: ipsi breuem quandam uitæ, ac paucis cõprehensam haberent descriptionem. haud enim scio, num aliquis ex illis etiam qui admiranda præditi sunt sapientia, omnia dignè enarrare posset. Tu uerò, pater beate, scenæq; ueræ spectator & mysta, ubi uoce exultationis & salutis, angeli cum sanctis Deum collaudant, tui memor sis Gregorij, qui hæc breuiter est philosophatus. Etenim si dum hæc apud te proloquor, ob uirium etiam defectum, dignitate destituor: animi tamen promptitudine, inobedientiæ me culpam euitaturum spero. siquidem non minus ad te, quàm ad Deum ipsum, sacra uox illa pertinet, Acceptum esse, quicquid fit pro uiribus.

OPERVM D. GREGORII NAzianzeni, quæ hoc libro continentur, Catalogus.

1 Apologeticus, quo rationem reddit, cur in Pontum propter presbyterij ordinationem aufugerit: Vuolfgango Musculo interprete Pag. 1
2 Oratio ad Nazianzenses, qui ipsum uocauerant: at postquam uenisset, non comparebant. Bilibaldo Pircheimero interprete 24
3 Apologeticus ad patrem & Nazianzenses, post fugæ reuersionem. eod. interp. 25
4 Oratio dicta in præsentia Gregorij, fratris Basilij, quum ille post electionem præsideret. eod. interp. 28
5 Oratio præsente patre & Basilio Magno habita, quum in Episcopum Azimorum esset electus. eod. interp. 30
6 Oratio, cum à patre in consortium assumeretur. eod. interp. 31
7 Oratio qua se excusat, quòd abstinuerit aliquandiu à functione ecclesiastica. eod. interp. 34
8 Oratio in funere fratris sui Cæsarij dicta. eod. interp. 40
9 Oratio in funere Gorgoniæ sororis. eod. interp. 49
10 Oratio consolatoria, cum pater ipsius Episcopus taceret ob grandinis calamitatem. eod. interp. 56
11 Oratio in funere patris, præsente Basilio Magno habita. eod. interp. 64
12 Oratio funebris, in laudem Basilij Magni. eod. interp. 79
13 Oratio funebris in Athanasium, Alexandriæ episcopum. eod. interp. 109
14 Oratio in Cyprianum. eod. interp. 120
15 De pace, siue reconciliatione monachorum, Oratio I. eodem interp. 126
16 De pace, Oratio II. eod. interp. 134
17 De pace, Sermo III. ad Amphilochium. eod. interp. 138
18 Oratio ad subditos timore perculsos. eod. interp. 144
19 De cura pauperum, siue de paupertate fouenda. eod. interp. 148
20 De statu Episcopali & dogmate, Oratio instructiua. eod. interp. 162
21 In Machabæos. eod. interp. 166
22 De modestia in disputationibus seruanda. eod. interp. 171
23 Ad Heronem philosophum, ab exilio regressum. eod. interp. 181
24 Ad eos qui in classe ex Aegypto uenerant. eod. interp. 189
25 Aduersus Arianos, & de seipso. eod. interp. 192
26 De seipso, contra eos qui ipsum cathedram Constantinopolitanam affectare uulgauerant. eod. interp. 198
27 De his quæ contra Maximum gesta fuerant, cum reuerteretur ex agro. eod. interp. 202
28 Oratio in præsentia Episcoporum CL. habita. eod. interp. 219
29 De electione Doarensium. eod. interp. 218
30 Ad uirginem exhortatoria. eod. interp. 219
31 In dictum Euangelij. eod. interp. 220
32 Ad Euagrium, de deitate. eod. interp. 227
33 Ad Nectarium Episcopum Constantinopolitanum. eod. interp. 229
34 Contra Eunomianos. Petro Mosellano interp. 230
35 De Theologia. eod. interp. 235
36 De filio I. eod. interp. 251
37 De filio II. eod. interp. 260
38 De spiritu sancto. eod. interp. 269
39 In Theophania, seu natalem Saluatoris nostri. Bilib. Pircheimero interprete 280
40 In festum Epiphaniæ. eod. interp. 286
41 In sanctum lauacrum. eod. interp. 293
42 De paschate, & ignoscenda obsequẽdi tarditate. Vu. Muscul. interp. 310

43 In san-

Universidad de Deusto
Biblioteca

43 In sanctum Pascha Bil. Pirch. interp. 311
44 De Pentecoste. eod. interp. 322
45 De noua Dominica, & tempore uerno, ac martyre Mamante. eod. interprete 328
46 Annotatio in Ezechielem. Vuolf. Musculo interp. 332
47 Metaphrasis in Ecclesiasten. eod interp. 333
48 In Iulianum apostatam inuectiua I. Bil. Pirch. interp. 342
49 In eundem II. eod. interp. 373
50 Ad Clidonium Epistola prima. eod. interp. 386
51 Ad Clidonium Epistola secunda. eod. interpr. 390
52 De fide tractatus. Ruffino presbytero interprete 392
53 De fide Nicena. eod. interp. 405
54 EPISTOLAE D. GREGORII NAZIANZENI, numero LXXX. Vuolfgango Musculo interprete 404. inde
55 Carmina eiusdem diuersa, ad bene beateq; uiuendum utilissima, ab Aldo Manutio Romano è græco ad uerbum conuersa 435
56 Tragœdia, CHRISTVS patiens, Sebastiano Guldebeccio Tigurino interprete 498

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI GREGORII NAZIANZENI

APOLOGETICVS, QVO RATIONEM REDDIT, CVR in Pontum propter presbyterij ordinationem aufugerit, & qua de causa inde reuersus sit: simulq; declarat, quæ sit sacerdotij constitutio, & qualem oporteat esse Episcopum: Vuolfg. Musculo interprete.

VICTVS sum, ac fateor etiam esse me uictum. Subiectus sum Domino, illiq; supplicaui. Conuenit enim, ut orationis meæ exordium beatissimus Dauid submini-stret: immo magis ille, qui in Dauide loquutus est, atque etiamnum per illum loquitur. Optimum siquidem est, ut cuiusque uel sermonis, uel operis principiũ ordine instituatur, & ex Deo prodeat, & in Deum desinat. De causa uerò uel dissidij et pusillanimitatis, propter quam elongaui fugiens, & seperatus à uobis tempore non paruo, illorum forte iudicio manesi, qui nostri desiderio tenentur: uel præsentis huius mansuetudinis & mutatæ sententiæ, qua me uobis reddidi, alius quidem aliud opinetur licet, ac dicat etiam, iuxta quod nos uel odio, uel amore prosequitur: & hic culpam non remittat, ille uerò satisfactionem recipiat ultrò (nihil enim tam est hominibus iucundum, atq; aliena loqui: & maximè, si uel beneuolentia quadam uel odio rapiantur. unde fit, ut ab illis ueritas frequenter occulatur) ego tamen quę uera sunt, in medium, abiecto pudore, adferã, & iustas causas utriq; partibus exponam, cùm illorum qui nos accusant, tum qui causam nostram alacriter tuentur, sic ut partim meipsum incusem, partim defendam.

Et ut sermo nobis ex ordine procedat, de pusillanimitate, quæ in hac causa præcesserit, prius dicam. Neque enim patiar, ut quisquam in me offendatur, ex illis qui omnia nostra accuratè obseruãt, siue bene habeãt, siue malè: quoniam sic Deo placet, ut qui Christiani sumus, id faciamus quantum in nobis est: deniq; & illis qui iam offensi sunt, si quidem offensi sunt aliqui, hac apologia mea medebor. Bonum quippe est, ut neq; peccando, neq; peccati suspicionem præbendo, quantum fieri potest, & ratio patitur, offendiculũ multis aut scandalum ponamus. Nouimus siquidẽ, quàm graue sit & ineuitabile illis, qui uel unum ex pusillis offenderunt, supplicium ab eo paratum qui mentiri nescit.

Mihi sanè, ô uiri, accidit hoc neq; ut imperito & imprudenti, immo ut parumper glorier, neq; ut contemptori diuinarum legum & constitutionum. Etenim ut in corpore membrorum aliud principale est, & reliquis ueluti præsidet: aliud uerò subiectum est, & regitur: ita & in ecclesijs Deus æquitatis lege constituit, quæ cuiusq; dignitatem continet, uel prouidentia quoq;, qua cuncta colligauit, ut alij uelut oues pascantur & regantur, quibus id conducibilius est, & uerbo pariter & opere competenter gubernentur: alij uerò pastores sint ac doctores, ad perfectionem Ecclesiæ, illi uidelicet, qui plebem uirtute & familiaritate erga Deum excellunt, & rationem obtinent, quam anima ad corpus, uel mens habet ad animam: sic, ut utræq; partes inter se coniunctæ & commixtæ, tam quæ inferior est, quàm quæ excellit, sicuti uidere est in membris, & harmonia spiritus coagmentatæ & colligatæ, unum corpus efficiantur, quod & perfectum sit, et ipso Christo capite nostro reuera dignum. Itaq; noui, ne alijs quidem conducibilius esse, ut principatu destituantur ac dissoluantur, quàm ut ordini subdantur, etiam hominibus, præsertim istis, quibus id minimè omnium prodest. sed tanto nocentius est, quanto maioribus sunt periculis obnoxij: quibus plurimi faciendũ est, ut si quod primarium est, nempe ut non peccent, haud seruauerint, saltem id quod secundarium est retineant, uidelicet ut ubi deliquerunt, ad uiam reducantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iam quoniam ista apparent esse commoda & iusta, æquè malum est, & consimiliter confusum, si cuncti ad principatum adspirent, ac nemo subijci sustineat, atq; si omnes hoc, siue ministerium, siue principatum uocemus, detrectauerint. Sic enim maxima ex parte claudicabit, & iam non amplius honestatem suam honesta Ecclesiæ plenitudo retinebit. Quo facto, quomodo posthac, & à quibus coletur Deus, & ea quæ mystica sunt, ac sursum ad cœlestia ducunt dispensabũtur? quæ res nobis & maxima est & preciosissima, nõ existente rege, non principe, non sacerdotio, non sacrificio, non illis omnibus, quorum olim, tanquam maximorum bonorum priuatione propter grauia scelera, immorigeri Iudæi puniti sunt ac condemnati.

Verùm illud nec alienum, nec absurdum aliquid illis habet, qui in diuinis philosophantur, si ex inferiore subditorum gradu ad sublimitatem principatus ascenderint, neq; extra consuetas est philosophiæ leges, aut dedecori cõsine: quemadmodum neq; nautæ ex illis qui probati sunt, si ad proram dirigendam, & si in eo munere uentos ritè obseruauerit, ad totius nauis gubernationem subuehatur: neq; militi generoso, si centurio constituatur: & centurioni probato, si totius belli gerendi principatum sortiatur.

Neq; putare debet quisquam ex illis, qui quoniam admodum insolentes sunt ac molesti, de rebus alienis iuxta suos ipsorum affectus iudicant, quod gradus huius ordinem desiderio amplioris subire erubuerim. Non sum usq; adeò uel diuinæ maiestatis, uel humanæ submissionis ignarus, ut nõ uniuersæ genitę naturę magnũ quid esse ducã, si quouis modo Deo appropinquet, qui solus omnium illustrissimus est & splendidissimus, puritatecq; sua cunctam non modò corpoream, sed et incorpoream naturam transcendit.

Quid igitur accidit mihi? & quę fuit causa propter quam obedire detrectarem? Etenim plerisq; uidebar, nec mihijpsi consistere, nec is esse amplius, qui cognitus fueram antea: sed alius ex alio factus, & pluspuam conueniat repugnare, & cõtumaciter agere. Itaq; huius rei causas, quas iam olim cognoscere optastis, nunc audite. Primum id me maximè obstupefecerat, quod prętер expectationem ex improuiso impetebar: perinde atq; illis accidere solet, qui repentino sonitu percelluntur, quare cum ratiocinationis acumen non tenerem, pudorem solui, cui tamen semper fui assuetus. Deinde subibat animum meum affectus eius boni, quod est ex quiete & successu: cuius amore inde ab initio si quisquam studiosus alius, ego certè ducor. quem secessum etiam in maximis ac difficilimis periculis Deo uoui, & iam ueluti præ foribus existentem complecti cœpi, cuius etiam desiderium per experientiam in me accendebatur & augebatur. Itaq; non tuli, cum uim mihi inferri, ac me in medios tumultus protrudi, & uelut è sacro quodam uitæ asylo uiolẽter auelli sentirem. Etenim nihil mihi tantopere placebat, atq; sic uitam instituere, ut clausis sensibus, extra carnem & mundum degam: & in meipsum conuersus, nihil humanarum rerum, nisi omnimoda necessitate adactus, contingam: sed supra uisibilia subuectus, mihijpsi loquar & Deo, ac diuinas emphases semper in me puras, et à cõmixtione inferiorũ impressionũ et errorum alienas ferã, quæ sint mihi & nũc & semper ueluti uerũ & immaculatũ Dei ac rerũ diuinarum speculũ, lumenq; accipiã lumine, hebeti illud quod est clarius: atq; ita iam futuri seculi bonum, quasi fructus quosdam decerpam, & cum angelis conuersèr: denicq; supra terram euectus, terram relinquam, & à spiritu in cœlestibus constituar. Quod si quisquam uestrũm hoc amoris genere tenetur, is intelligit quid sit quod loquor. & ei quod mihi tum accidit, facilè ignoscit. Etenim multitudini illorum forsan non satisfacio, quibus ista ridicula uidentur, eo quòd uel propter propriã dementiam, uel propter eos qui hoc statu sunt indigni, malè afficiuntur: & rei bonę malum nomen imponentes, philosophiam inanis gloriæ studium appellant: ad eam peruersitatem, inuidentiam, & multorum maliciam, ad id quod peius est procliuẽ cooperatricem assumentes, ut hoc pacto prorsus uno delicto inuoluantur: siue mali, quod

quod in ipsis operatur: siue boni, quod ab ipsis non creditur.

Præterea & illud mihi accidit (eloquar enim ad uos, quicquid hac in re secreti est) quod nescio, an rusticitati, uel libertati adscribam. Accidit tamen. Offendebar ab illis, qui cum nihilo sint plebeijs meliores, immo utinam non etiam peiores, illotis tamen, ut prouerbio dicitur, manibus, & mentibus profanis, sacratissimis sese rebus ingerunt: & priusquam digni sint, ad sacra accedunt: gradum sibi uindicant, & circa sacram mensam frequentes premuntur & arctantur haud secus, quàm si hunc ordinem non uirtutis exemplar, sed occasionem ac materiam quæstus: nec ministerium debitum, sed principatum, in quem inquirere non liceat, esse putent. Et hi numero prè ipsos subditos excedunt, pietate & uitæ splendore miserè & infeliciter destituti, ut mihi temporis ac mali huius successu neminem amplius habituri uideantur cui præsint, quibusuis docendi munus usurpantibus, pro eo qđ dociles Dei esse debebant, & cunctis prophetantibus, sic ut & Saul iuxta ueterem historiam & parœmiã inter prophetas habeatur. Nihil enim tanta copia ullo tempore uel exstitit, uel fuit, ex illis quę interdum uigent, et rursus desinunt, sicuti Christianis nunc huiusmodi & probra & peccata cumulantur. quorum etsi prouentum sistere, uires nostras superat: attamen odio illa prosequi, deq; illis erubescere, haud minima pietatis pars est.

Illud uerò postremum, & maius adhuc est quàm quę hactenus dicta sunt. Ad ipsum enim iam orationis colophonem peruenimus: nec mentiar: neq; enim id fas est illis qui de tantis rebus loquuntur. Haud arbitrabar, neque nunc arbitror, eiusdem esse rationis, gregi uel armento præfici, & animabus hominum gubernandis præesse. Illic enim abũdè sufficit, si grex uel armentum crassitie ac pinguedine crescat. Et quoniam huc spectant armentarius, & pastor, de locis circumspiciunt irriguis & pascuis, ac greges suos de pascuis ad pascua ducunt & reducunt, quieti tradunt: inde rursus transferunt, & reuocant, aliquando quidem uirga, frequenter tamen fistula utentes. Nullum autem arbitror aliud esse uel pastoris uel armentarij opus, nisi ut obiter lupos arceat: et si quod pecus infirmetur, remedium adhibeat. Cęterùm cura illorum plerunq; est, quercus, & umbra, & fistula, & in herbidis locis cõmodus recubitus, & aqua frigida, & sub aura stratum ex tempore paratum, denicq; subinde amatorium aliquid cantillare, & boues uel gregem compellare: & quod ex illis pinguissimum est, uel in escam suam usurpare, uel uendere. Virtutis uerò nullus unquam pastor aut armentarius curam gessit. Quę nam etiam illorum est uirtus? uel quam honestatem uoluptatibus suis præponunt?

Homini uerò, cui difficile est, ut subesse sciat, periculum est, ne difficilius illi sit, ut hominibus præesse sciat, præsertim hac regendi ratione, quam nos spectamus, quæ lege Dei traditur, & ad Deum ducit: quæ quanto est sublimior, & maiore dignitate prædita, tanto est & periculosior, ei saltem qui cor intelligendi habet: quem oportet etiam instar argenti, aut auri, undequaq; & quibusuis temporibus & causis uersatum, haud quaquam adulterinum quid aut subæratum sonare, nec aliquid deterioris materiæ, & igne feruẽtio re dignum, in seipso continere. Alioqui malum tanto grauius erit, quanto plures subditos regendos suscepit. Est enim ea malicia grauior, quæ in multos transit, quàm quæ in uno tantũ consistit. Neq; enim tanta facilitate pannus ineluibilem tincturam, aut quod applicaĩ, fœtorem, uel diuersum quid recipit: neq; morbus aliquis tam facile in aerem diffunditur, et uapor ille per aerem corpora animantiũ inficit, id quod pestis et est, et uocatur: quàm procliue est, ut quàm celerrimè præpositi malicia subditorum animos repleat. id quod multo accidit facilius, quàm si uirtus illis è contrario sit inserenda. hoc ipsum est, unde potissimum fit, ut probitatem malicia fœcunditate sua excellat. Et huc accedit, quod me maximè diuexat, quoties cõsidero, quàm desiderabile quid & promptum sit malicia: & nihil adeò facile & proclive

Universidad de Deusto
Biblioteca

exiſtat, atq; fieri malum, etiamſi nemo ſit, qui nos adigat: ac rurſus quàm rara ſit & moleſta boni acquiſitio, etiamſi plura ſint quæ nos ad illam trahant & prouocent. Et hoc eſt, quod mihi beatiſsimus Aggæus conſideraſſe, indeq; ad celebrem illam & ueraciſsimam imaginem mentem uertiſſe uidetur, cum dicit, Interrogate ſacerdotes de lege. Si caro ſancta in ueſtimento cibum aliquem uel potum, uel uaſculum quoddam tetigerit, an confeſtim id quod applicatum eſt ſanctificat? Illis negantibus, rurſus interrogate: Si immundicia aliquid iſtorũ tetigerit, an ueſtigio contaminat? Reſpondebũt illi, quòd cõtaminet, nec impollutũ maneat per huiuſmodi polluti contactũ. Ad quid iſta dicit? Ad id uidelicet, q̃ de iam loquor. Quod bonũ humanę naturę acquiſitu difficile eſt, perinde atq; ignis materię humidiori. Plurimi uerò ad cõmunicationem mali parati & apti, quaſi calamus quidã ſunt, qui ſcintilla & uento correptus, facile propter ariditatẽ accẽdit & conſumit. Etenim citius quis modicam maliciã ubertim in ſe recipit, q̃; copioſam uirtutẽ paulatim. Nam & modicum abſinthij amaritudinẽ ſuam melli celerrimè indit, mel uerò dulcedinem ſuam abſinthio non ita facile ingerit, etiamſi duplicatũ adhibeatur. & modicus calculus ſubtractus, totum fluuiũ in decliuia diſtrahit: è cõtrario uerò uix illum robuſtiſsimũ munimentũ cõtinet, uel ne exorbitet, impedit. Eſt aũt illud ex ijs quæ diximus primo loco uerendũ, ne admirandæ uirtutis mali uideamur eſſe pictores, immo pictorũ fortè nõ adeò malorũ, plebis uidelicet, malũ archetypõ, uel ne nõ procul abſimus à parœmia illa, Qui alios curare nituntur, ipſi ulceribus ſcatent. deinde etiãſi ſe quiſq; purũ ab omnis generis peccato cuſtodiat, idq; ſummo ſtudio, neſcio tamẽ an hoc quoq; ſufficiat illi qui alios ad uirtutẽ inſtituere debeat. Haud enim illum, cui id muneris cõcreditur, malũ duntaxat non eſſe (eſt enim illud etiam plebeijs ac ſubditis turpiſsimum) ſed & ſtudio bonitatis excellere, iuxta mandatum, quod à malo declinare, & quod bonum eſt facere iubet. & non ſolum prauos typos ex animo delere, ſed & meliores imprimere oportet: ſic ut magis uirtute, quàm dignitate ſubditos excellat. nec menſuram aliquam boni & aſcenſus ſui ſciat. nec magis quod obtinuit, lucro deputet, quàm damno id quod conſequutus non eſt: ſed per id quod in manibus eſt, progreſſum ad ea faciat quæ ordine & è uicino conſequũtur. Nec magni ducere debemus, ſi plebem excellimus: ſed pro detrimento habere, ſi dignitati noſtræ non reſponderimus. denique ſi quid rectè geſſerimus, non proximorum illud, ſiue mali ſint, ſiue plurimum in uirtutis ſtudio progreſsi, ſed mandati comparatione æſtimare: neq; exiguis ponderibus uirtutem appendere, debitã ter maximo illi, à quo ſunt omnia, & in quem deſinunt omnia: nec putare, quod eadem quibuſuis conueniant. quemadmodum nec eadem eſt omnibus ætas, nec eadem perſonarum forma, neq; animantium natura, neq; telluris qualitas, nec ſtellarum uenuſtas & amplitudo: ſed quod idiotæ quidem ſit prauitas illa, qua fiunt quæ mala ſunt & ſupplicio digna, quibus etiam lex grauiter dominatur. Principis uerò aut præpoſiti, ut optimus ſit, & in bono indeſinenter progrediatur: ſiquidem uirtutis ubertate ſubditam plebem ad moderationem attrahere, & non uiolentia cogere, ſed perſuaſione allicere uelit. Coactio ſiquidem, præterquam quòd tyrannica eſt, nec laudem meretur, nec diuturna eſt. Solet enim quod coactum eſt, perinde atq; planta uiolenta manu attracta, ubi remittitur, ad ſeipſum recurrere: quod uerò uoluntariè fit, & diuturnum eſt
1. Pet. 5. ualde, & ſecuriſsimum, tanquam beneuolentiæ uinculo munitum. Vnde ſanè gregem potiſsimum uoluntariè, non coactè paſci, lex noſtra & legislator ipſe præcipit. Sed eſto, ſit aliquis nõ malus, & præterea ad ipſum uirtutis uerticem aſcenderit: non uideo tamen, quam ſcientiam conſequutus, aut qua potentia fretus, ad hunc præpoſituræ gradum conniti debeat. Etenim mihi reuera ars artium, & ſcientia ſcientiarum eſſe uidetur, hominem regere, omnium animantium uerſutiſsimum ſimul, ac moribus diuerſiſsimum. Poterit autem quis ex curandorum corporum ratione per collationem indagare, quæ

Pictor enim imaginem ad archetypũ efficit: uos uerò nõ eſtis ĩmagines, ſed ipſa paradigmata, id eſt archetypi, ad malum.

ſit cura animarum, & ubi, quàm ſit illa operoſa cognouerit: inde experimentum ſumere, quàm ſit hæc noſtra maioris negocij naturaq; materiæ, & uirtute ſcientiæ, denique & ſine efficaciæ precioſior. Etenim illa circa corpora curanda, & materiam fragilem ac fluxam laborat, quæ omnino diſſoluẽda eſt, & quæ ipſius ſunt fragilitatis paſſura, etiam ſi ad tempus artis ope adiuta, diſturbationem ſui ſuperet. Nam uel morbo, uel tempore diſſoluitur, cedens naturæ, & terminos ſuos non tranſgrediens. Hîc uerò circa animam curandam ſtudium eſt, quæ ex Deo eſt, & diuina, & cœleſtis nobilitatis conſors, ad quam etiam properat, quamuis deteriori colligata: forſan & alias quidẽ ob cauſas, quas ſolus Deus nouit, qui illã alligauit, & ſi quis ex Deo habet, ut iſta myſteria cognoſcat: uerùm quatenus mihi & mei ſimilibus iſta ſcire conceſſum eſt, ob duas. Vnam, ut cum inferioribus certando & luctando, cœleſtis gloriæ hæreditatẽ conſequatur, perinde atq; aurum igne, præſentis uitę tentationibus probata, & ea quę ſperantur, nõ ſolum tanquam Dei donum, ſed & ut uirtutis pręmiũ accipiat. Et hoc ſupremæ bonitatis eſt pariter & noſtrum, ut quod bonum eſt faciamus, non ſolum naturæ inſitum, ſed & ſtudio uoluntatis et liberi arbitrij motibus ad utrumq; pertinentibus plantatũ & cultum. Alteram uerò, ut etiã id quod deterius eſt, ad ſe trahat, & craſſitie paulatim liberatũ ad ſuperna ſubuehat: ut quod animę Deus eſt, id cor pori ſit anima, per ſemetipſam ſubminiſtram illam materiam pueri inſtar inſtituens, & conſeruum ſuum Deo familiarem reddens.

De anima, & illius cura.

Loca, tempora, ætates & horas, & quæ alia ſunt eiuſmodi, ſpectat et obſeruat medicus, medeturq; præſcribit, & cauet, ne quid impedimenti accidat arti per concupiſcentias quas gignit morbus. Vtitur aliquando & uſtionibus, & inciſionibus, & auſterioribus alijs medicandi modis: quæ licet admodum moleſta & difficilia uideantur, nihil tamen ex illis adeò eſt moleſtum ac difficile, atq; mores, affectus, uitę conuerſationem, uolũtatis propoſita, & ſi quid aliud huiuſmodi inſitum nobis eſt, obſeruare & curare, & quãcunq; beſtialitatem & feritatem conſorti noſtro eximere: ac uiciſsim quicquid mãſuetum, Deoq; gratum eſt, illi inſerere, & inſertum confirmare: atq; animam pariter & corpus rectè ac ſic gubernare, ne id quod melius eſt, deterioris dominio ſubijci concedamus, id quod omnium eſt iniquiſsimum: ſed id quod ſecũdarium in natura eſt, principali & imperiali ſubijciamus. quæ lex & diuina eſt, in quacunq; creatura Dei, tam uiſibili, quàm extra ſenſus noſtros cõſtituta, planè optima.

Conſidero & illud. Singula ex ijs quæ annumerauimus, & à medico ſeruantur, ſicuti natura ſua conſtituta ſunt, ſic permanent. nec quicquam uerſutè in aduerſum ex ſeipſis machinantur, nec callidè medendi artificio repugnant: ſed materiam potius medicinæ cura ſuperat, niſi incidat, ut ægroti negligentia nonnihil impedimenti gignat: quam & ipſam tamen haud difficile fuerit cauere & arcere. Nobis uerò & prudentia, & amor noſtri ipſorum, et quod facile uinci nec ſcimus, nec patimur, plurimum ad uirtutis ſtudiũ adfert impedimenti, perinde ac ſi acies quædam aduerſus auxiliares copias dirigatur. Deniq; quantum ſtudij ad hoc impẽdere oportebat, ut morbus medicis nudetur, tantum impendimus, ne medicas manus experiatur: ſumuſq; fortes ac ſtrenui aduerſum nos ipſos, & induſtrij ad hoc cauendum, ne curemur. Aut enim ſubdolè, more ſeruorum, peccatum abſcõdimus, & quaſi paſſionem quandam ſupputridam & malignam in profundo animi celamus, quaſi magnum illum oculum Dei fallere poſſimus, dum humana iudicia effugimus: uel prætextus comminiſcimur in peccatis, & rationes inuenimus, quibus affectibus noſtris patrocinemur: uel inſtar aſpidis ſurdæ obturantis aures ſuas, ne uocem incantantiũ audiat, auditum obſeramus: & ne ſapientiæ pharmacis curemur, contentioſe reſiſtimus. Aut poſtremò qui audaciores et animoſiores ex nobis ſunt, manifeſtam etiam impudentiam oſtendũt, ad peccatum & omnis generis iniquitatem, & eos qui illi inſeruiunt, nudo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut in prouerbio est, capite accurrentes. O insaniam, uel si quod aliud nomen est, quod passioni huiusmodi magis propriè tribui poterit. Et quos, tanquam benefactores, diligere oportebat, de illis nos tanquam hostibus ulciscimur, odio prosequentes eos qui nos in portis redarguunt, & sermonem pietatis abominantes: putamusq; tum eos admodū à nobis impugnari, qui nobis bene uolunt, quando nos ipsos plurimis malis afficimus, perinde atq; illi, qui dum suam ipsorum carnem discerpunt, eorum se carnem qui proximè adstant, discerpere putant.

Hæc sunt, quorum ego respectu nostram hanc spiritualem medicādi curam multo operosiorem esse iudico, adeoq; & preciosiorē, quàm sit ea qua corpora curantur: & quòd illa parumper ea quæ in abdito latēt, considerās, maiori ex parte circa manifesta uersatur: nobis uerò circa absconditum cordis hominem omnis est impendenda cuta & diligentia, & impugnandus ille qui nobis intus bellum infert, & in aduersum luctatur, qui nobis ipsis tanquam armis aduersum nos ipsos utens, id quod potētissimum est, morti peccati tradit.

Aduersus ista igitur magna quidem opus est & perfecta fide, et adhuc maiori auxilio Dei: haud tamen, ut mea fert sententia, modica requiritur nostra concertatio, quæ & uerbo et opere ostendaī, si rectè curari mundariq;, et animas nostras tanquam plurimi faciendas omnium eorum quæ possidemus preciosissimum bonum iudicare uoluerimus. Quod autem utriusq; medicinæ fines attinet, (nam ista nobis adhuc consideratio restat) corporali quidem finis est ut sanitas, uel bona constitutio carnis, aut seruetur, si adsit: aut reparetur, si amissa sit. de quibus tamē incertumest, an prosint possidentibus, quandoquidem illis contraria sæpenumero plus emolumenti adferūt. Quēadmodum paupertas & opulentia, gloria & ignominia, humilitas & splendor, & quotquot natura sua in medio sunt constituta, et haud magis in hanc quàm illam partem nutāt, usu & uolūtate eorum à quibus habent, uel bona fiunt uel mala. Spirituali uerò medicinæ propositum est, animam reddere alacrem, mundoq; subripere, ac Deo sistere, & illud quod ad imaginem Dei conditū est, uel constans seruare: uel si periclitetur, ueluti manu ducere: uel si diffluat, restituere, & Christū per spiritum inserere cordibus, ac quod summarium est, Deum cōstituere cœlestis cùm felicitatis, tum status participem. Et hoc est q̄d lex pedagogus noster agit, q̄d prophetę medij inter legē & Christū, q̄d Christus spiritualis legis p̄fectio et finis, q̄ exinanita diuinitas, quod caro assumpta, quod noua commixtio, Deus & homo, unum ex utriq;, & utraq; per unum. Hac ratione carni per medium animæ commixtus est Deus, & quæ sunt diuersa inter se mediatoris ad utrumq; familiaritate colligata, ac cūcta pro cūctis cōuenerūt in unū, & pro uno progenitore nostro anima, propter eam quæ inobediēs fuerat, caro ,ppter eam quæ & subministra fuerat, & simul cōdēnata: illa quidē propter animā, hæc uerò ,ppter carnē, Christus fortior & sublimior peccato propter Adamum peccato subditum. Hac ratione loco ueteris introductum est nouū, & per passionem passio reiecta, proq; singulis ex nobis singula tradita sunt eius qui supra nos existit. Et factum est nouū mysteriū, dispensatio illa quę ex philanthropia propter eum facta est, qui per inobedientiam ceciderat. Hac ratione generatio & uirgo. Hac ratione præsepe & Bethlehem, generatio pro creatione, uirgo pro fœmina, Bethlehem pro horto Edem, præsepe pro paradiso, modica & uisibilia pro magnis & occultis. Hac ratione angeli, glorificantes primùm cœlestem, deinde & terrenum, & pastores gloriam uidentes in agno & pastore, & stella præcedens, & magi procidentes ac dona ferentes, ut simulacrorum cultura diluueretur. Hac ratione Iesus baptizatus, & testimonium cœlitus adeptus, & ieiunās et tētatus, atq; eum qui antea uicerat uincēs. Hac ratione dæmones expulsi, morbi curati, & magnificum illud præconium pusillorum ministerio concreditum & administratum. Hac ratione ethnici fremen

tes

tes, & populi inania meditantes. Hac ratione lignum aduersus lignum, & manus contra manum: quæ dextræ extensę sunt, contra eam quæ intemperanter fuerat extensa: quæ clauis affixæ, aduersum remissam: quæ fines terræ moderantur, contra eam quæ Adamum eiecerat. Hac ratione sublimitas contra lapsum, fel contra gustum, corona spinea aduersus potentiam, mors aduersus mortem, tenebrę pro luce, sepultura contra auersionem ad terram, resurrectio pro resurrectione. Hæc omnia pædagogia quædam Dei circa nos extiterunt & infirmitatis nostræ medicina, qua uetus Adam eò restitueretur unde exciderat, & ad lignum uitæ adduceretur, à quo nos arbor scientiæ nec tempestiuè, nec debitè usurpata abalienauerat. Huius nos medicinæ ministri sumus & cooperarij, quotquot alijs præponimur, quibus quidē magnum quid est, proprias passiones & infirmitates & cognoscere & curare: immo non ita magnum. sed ut hoc dicamus, multorum facit malicia, qui huic ordini sunt inserti. Multo uerò maioris negotij est, aliorū passiones posse curare, ac scitè repurgare, sic ut utriusq; conducat, cùm illis qui curantur, tū quibus hæc est concredita cura.

Porrò medici corporum labores, uigilias ac curas, quas non ignoramus, subeunt, & ex alienis calamitatibus mœsticiam sibi consciscunt, quemadmodum quidam ex sapientibus illorum dixit, & alia quidem ipsi suopte labore adinueniunt, alia uerò aliunde accepta conferunt, & opus habentibus impendunt: nec quicq; adeò exiguum ipsis est, siue acquisitū, siue non acquisitum, ne ex minimis quidem, quod non magni ducāt, modò ad sanitatem aliquid habeat momenti: uel admodum fugiant, siquid sit allaturum periculi, idq; hominis alicuius gratia, ut plusculos dies in terra hac uiuat, qui fortè de numero bonorum non est, sed ex pessimis, cui tanquam reprobo iam olim mortuum esse satius fuerat, quo maximo maliciæ morbo liberaretī. Sed esto, sit ex bonis, quantulum est omne id tempus quo uiuere poterit aut quid ex hac præsenti uita lucri facturus est, cuius solutionem appetere primarium ac securissimum bonum est, deinde & uiri reuera sani & cordati? Nobis uerò, quibus curandum est, ne periclitetur salus animæ beatæ & immortalis, & immortaliter uel punīēdæ propter maliciam, uel laudandæ propter uirtutē, quantū certaminis subeundū uideri debet, aut q̄ singulari scientia opus est, ut ritè uel curemus, uel curemur, ac uitā trāsferamus, demusq; puluerē spiritui. Etenim eiusdem rationis aut affectus nō sunt masculus & fœmina, senex & iuuenis, diues & pauper, hilaris & tristis ęgrotus et sanus, principes ac subditi, sapiens & imperitus, meticulosus & audax, iracundus & placidus, erecti & prolapsi. deniq; si quis accuratè inquirat, quātum discriminis inueniet inter cōiuges & eos qui liberi sunt à cōiugio: & inter hos quoq;, eos qui solitariè, et eos qui in cōmuni & cōgregati uiuūt, et inter probatos ac proiectiores in theoria, & eos qui simpliciter uitam suā dirigunt: rursus inter urbanos & agrestes, simpliciores & astutiores, negotiosos & ociosos, migrationibus iactatos, & prospere sine malorum experientia degentes? Horum enim singuli desiderijs & affectibus plus inter se discriminis habent, quàm corporum ideæ.

Si uerò elementorum, ex quibus constamus, mixturam ac temperaturam inspicere uolueris, non habent illa facilem dispensationem, sed quemadmodum in corporibus non eandem curam pariter & alimoniam, sed alij aliam ferunt, iuxta quod uel bona sunt, uel mala cōstitutione, ita & animas diuersa ratione & uiuendi regula curant. Testes uerò sunt huius curationis illi, quorum sunt & passiones. quorum alij uerbis ducuntur, alij exemplis in ordinem rediguntur. Rursus alij opus habent punctionibus, alij freno. Sunt enim illi segnes & motu difficiles ad bonum, quos uerbere sermonis excitare oportet: isti uerò spiritu feruentiores, quàm moderatio ferat, & impetu feruntur haud facile coercibili, sicuti feroces equi, procul ultra metas carceris excurrentes: qui meliores efficiuntur, ubi uerbis reuocantur ac cohibentur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alijs prodeſt, ſi laudentur: alijs conducit, ſi uituperentur: utrūq; ſicubi accedit opportunitas: aliàs per contrarium obeſt utrumq;, ſi citra occaſionem & rationē adhibeatur. Alios corrigit adhortatio, alios increpatio: eaq; rurſus alios in cōmuni redargutos, alios in occulto admonitos. Solēt enim alij priuatas admonitiones contēnere, et multitudinis caſtigatione emēdari, alij libertate reprehendendi ad impudentiā permoueri: ſecreta uerò increpatione ad uiam diſciplinæ reduci, & cōpaſsioni admonentis obediendo reſpondere.

Horum quidem omnia, etiam ad minima uſq; accuratè obſeruent neceſſe eſt, qui facta ſua latēre putant: & ubi illud artificioſe agunt, quaſi ſapientiores ſint, opinione illa inflantur. Aliorum uerò multa ſunt, quæ melius diſſimulantur, ſic ut iuxta prouerbium uidentes nō uideamus, & audiētes non audiamus, ne illos ad deſperationem aſsiduitate redarguendi oppreſſos incitemus, ac tandem ad omnis generis flagitia temeratios reddamus, perſuaſionis que pharmacum, pudorem uidelicet, deſtruamus. Debemus etiam nonnullis iraſci non iraſcentes, ad quædam conniuere non conniuentes, de quibuſdam deſperare non deſperantes, ubicunq; id rerum gerendarum natura requirit: & alios manſuetudine & humilitate, & unà cum illis in ſpem meliorem incumbendo curare. alios etiam uincere, rurſus alijs uinci conducit: denicq; aliorum proſperitatem & potentiam, aliorum contrà calamitatem uel laudare uel auerſari conuenit. Non enim ſicut uirtuti accidit & malicię, ut illa ſit optima & utiliſsima & ſemper & quibuslibet, iſta uerò peſsima ac nocentiſsima: ita & noſtræ accidit medicinę, ut unum aliquid & idem ſemper & ijſdem uel ſaniſsimum uel periculoſiſsimum oſtendi potuerit, utpote uel auſteritas, uel manſuetudo, uel aliquid ex illis quæ ſingula recenſuimus: ſed alijs aliud bonum eſt & utile, alijs uerò diuerſum, iuxta quod, ut opinor, & tempora & cauſæ coincidunt, & curandorum patitur ingenium. quæ omnia uerbis perſequi, & exactè conſiderare, ſic ut uel in ſumma cura hæc comprehendatur, prorſus eſt impoſsibile, etiamſi quis maximam curam & prudentiam impēdat. Verùm iſta per experientiam & res ipſas cùm medendi uerbo, tum ipſi medico innoteſcunt. Illud autem nobis in genere notum eſt, quòd quemadmodum illis qui ſupra funem ſuſpenſum & ſublimem ingrediuntur, tutum non eſt, ut uel hac, uel illac declinent, nec modicam ruinam adfert momentum nutans, quamuis modicum uideatur, ſed in eo ſecuri ſunt, ſi ponderis ſui æquilibrium retinuerint, ad eum modum & hîc accidit. In quod cunq; latus declinauerit quiſpiam, ſiue propter maliciam, ſiue propter inertiam, periculum haud uulgare per peccati lapſum cùm ipſi, tum ſubditis quos ducit, aſciſcitur. Quapropter regia uia certò incedendum eſt, & neq; ad dextram, neq; ad ſiniſtram, ut in prouerbio eſt, circumſpiciendum & declinandum.

Itaq; ad hunc quidem modum comparatæ ſunt noſtrę affectiones, & tantum laboris hac in re ſubeundum eſt bono paſtori, qui ritè ſit animas gregis cogniturus, illumq; iuxta rationem rectæ ac iuſtæ, & uero paſtore noſtro dignæ paſcendi ſcientiæ gubernaturus.

Ipſam uerò uerbi diſpenſationem (ut quod primarium in reb. noſtris eſt, poſtremo loco adducam) loquor autem de uerbo diuino ac ſublimi, de quo iam omnes philoſophantur, ſi alius quiſquam uſurpare audet, et uniuerſam ſibi illius uindicat intelligentiam, huius ego admiror prudentiam, ne dicam ſtultitiam. Mihi ſanè res iſta uidetur nō eſſe prauorum hominum, neq; exigui ſpiritus, opportuno tempore ſingulis dare uerbi, ueluti tritici, menſurā, & in iudicio dogmatum noſtrorū diſpenſare ueritatem, quęcunq; de mūdis aut mundo tractata ſunt, deq; materia, de anima, de mente, de ſpiritualibus naturis, melioribus pariter & peioribus, de prouidentia, qua cūcta colligantur & diſpenſantur, quæ rationi uideantur eſſe conſona, & quæ præter rationem inferiorem hanc & humanam dici putentur, denicq; de prima noſtri conſtitutione, de poſtrema reformatione, de typis, de ueritate, de teſta-

mentis

mentis, de Chriſti aduentu primo et ſecundo, de incarnatione, de paſſionibus, de reſolutione, de reſurrectione, de fine, de iudicio, de retributione tam triſti quàm glorioſa. In ſumma, quæ de gubernatrice ac beata triade ſentienda, qua in re & maximum periculum illis eſt, quibus cura baptizandorum eſt concredita, ne uerbum in unam hypoſtaſim metu erroris multorum deorum contrahentes, ac nuda nobis nomina relinquētes, eundem arbitrentur eſſe patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum: neq; in tres uel diuerſę naturę & alienas, uel inordinatas, uel principatu deſtitutas, uel, ut ita dicam, Deo contrarias hypoſtaſes diuidentes, ad errorem fortè è contrario exorbitent, perinde atq; plantis accidit, dum in alterutrum latus admodum deflectuntur.

Cum autem tres iam ſint circa diuinitatis doctrinam languores, impietatis uidelicet, qua Deus eſſe negatur, & Iudaiſmi, & Paganiſmi, quorum primi Sabellius Libycus, ſecundi Arius Alexādrinus, tertij aliquot ex illis authores ſunt, qui apud nos admodum ſunt orthodoxi, quæ mea eſt ſententia? Vt tres iſtos languores fugientes, in terminis pietatis maneamus, & neque ad Sabellij impietatem ex inani iſta reſolutione aut cōpoſitione ſubducamur, non magis omnia unum, q; ſingula nihil eſſe definientes. Etenim deſinūt eſſe quod ſunt, dum in ſe inuicem cedunt ac tranſeūt, uel compoſitū quendam aut abſurdū nobis Deum conſtituunt: quemadmodū ſolent, qui fabuloſa animantia pingunt ac formant. Neq; naturas ſecundū Arij rectè nominatam ueſaniam diuidentes, in Iudaicā paupertatem concludamur, & diuinæ naturæ inuidiā conciliemus, ſoli ingenito diuinitatem adſcribentes: quaſi uereamur, ne pereat nobis & corrumpatur Deus, ſi pater ſit Dei ueri & natura, eiuſdem cum ipſo honoris: neq; tria principia inuicē oppoſita uel cōiuncta introducētes, in paganiſmū, quem effugimus, exorbitemus. Nec ſic debemus amplecti ac colere patrē, ut illi quòd pater eſt auferamus. Nam cuius etiam pater fuerit, ſi filius à natura ipſius abalienatus, & cum creaturis unitate cōiunctus? (etenim q̄d alienū eſt, filius nō eſt) uel cū patre cōiunctus aut cōfuſus credit? Poterit aūt ſic & confundēs dici: Neq; ſic amantes Chriſti ſimus, ut nec illud ſeruemus q̄d filius eſt. Etenim cuius erit, niſi ad principiū, ideſt patrem, referat? nec patri dignitatē principij auferamus, quo & pater eſt & genitor. Sic enim rerum modicarū dūtaxat & indignarū principiū eſſet: immo magis modicè et indignè, ſi nō diuinitatis ac bonitatis principiū eſſet, quę in filio ac ſpiritu ſancto cōſiderat: in illo, ut in filio ac uerbo: in iſto, ut in ſpiritu inſolubiliter procedente. Neceſſarium enim eſt, ut & unum Deum retineamus, & tres hypoſtaſes ſingulas cū ſua proprietate confiteamur. Verùm iſta conſideratio prolixior eſt, q; huic tempori conueniat. Arbitror aūt hanc eſſe ſermonis uitam, ſufficienter intelligere & exprimere, quanta ſit ſanctitas & nunc & ſemper ſpiritus ſancti, per quem ſolum Deus & intelligitur, & exponitur, & auditū. Etenim purus, & ſibijpſi per omnia ſimilis, et conſtās, non niſi à puro cōtingitur. Qua uerò ratione iſta iam paucis perſtrinximus? Vt illud uidelicet declaremus, quàm difficile ſit, præſertim in multitudine, de rebus tantis diſſerere, quæ uaria eſt et ætate et habitu, quaſi organū quoddam, quod chordarum ac ſonorum uarietate conſtat: et inuenire aliquē ſermonem, qui omnia abſoluat, et luce intelligentiæ illuſtret: idq; non ob id ſolum, quod in hiſce tribus periculum agitur, intellectu uidelicet, ſermone, et auditu, ut neceſſarium ſit circa unum iſtorum, ſi non circa omnia, impingere. (aut enim non eſt illuſtrata mens, aut ſermo infirmior eſt, aut auditus impurior non accepit quod dictum eſt, ut conſimiliter uel ex uno iſtorum, uel omnibus neceſſe ſit claudicare ueritatē) ſed & eam ob cauſam, quòd ijs quidem, qui aliud quidpiam docturos ſe pollicentur, facilem illis et acceptabilem ſermonem auditorum reuerentia parit: hic uerò & nocet, & periculum generat. Etenim tanquam in certamine de Deo et omnium quæ ſunt maximo bono, denicq; ſalute ipſa et ſpe, quæ omnib. prima exiſtit, cōſtituti, quanto fide ſumus feruentiores, tanto difficiliores erga ea quæ dicuntur perſuadendi cona-

Universidad de Deusto
Biblioteca

di conatum, non pietatem, sed ueritatis iudicãt esse proditionem: & omnia citius abijciunt, quàm cogitationes suas, quas secum adferunt: & consuetudinem dogmatum, in quibus sunt enutriti. Et hũc morbum mediocrium, & non omnino malorum hominum esse dico: qui licet à ueritate aberrant, in id tamen mali propter religionem incidunt: & zelum quidem habent, sed non secundum scientiam. atq; ideo forsan ex illis sunt, qui leuius iudicabuntur, & non multis uapulabunt, sicut illi qui per maliciam & nequitiam, Dominicam uoluntatem deserunt. Et isti forsan aliquando melius persuasi, mutabuntur: idq; eadem religione, qua nunc ueritati aduersantur, si quãdo uerbum aliquod corda eorum uel intra ipsos, uel aliunde tetigerit, & opportunè, perinde ac lapidem igniferum ferrum percusserit, ac insitam lucis intelligentiam produxerit, unde & uelocissime, uelut ex modica scintilla, ueritatis flamma reluceset.

Quid autem de illis dicẽdum est, qui inanis gloriæ uel principãdi studio iniustitiam in sublime loquuntur, & Iannis ac Mambris iactantiam non aduersus Mosen, sed contra ueritatem armant, & aduersus sanam doctrinam insurgunt? uel de illis quoq;, qui ad tertium genus pertinentes propter imperitiam, & quæ hanc comitatur temeritatem, instar suum aduersus quamcunq; doctrinam feruntur, & bonas ueritatis margaritas pedibus proculcant? uel, qui nullam de seipso opinionem, aut formam sermonum Dei siue oonã siue malã adferũt, sed quibuslibet sese doctrinis & doctoribus subijciũt, quasi ex omnib. q̃d melius sit et securius eligãt, ac sese nõ bonis ueritatis iudicibus cõcredentes persuasionib. ex alia in aliam circũferuntur opinionẽ, & q̃libet uersant, ac qualibet doctrina adobruuntur & opprimunt, multis doctoribus subinde mutatis, multisq; scripturis, perinde ac puluis uetorum impulsu, facile proiectis, ac tandẽ tam auditu quàm intelligentia fatigati, ô stulticiam, quamcunq; doctrinam æquè molestè ferunt, & prauam formam sibi ipsi imprimunt, qua ipsam nostram fidem irridẽt & contemnunt, quasi instabilis sit, & nihil in se sani habeat, imperitè ab ijs qui docent ad doctrinam transeuntes, perinde ac si quis ex oculis uel auribus laborans, solẽ, uel uoces aliorum incuser: illum, quòd obscurus sit, nec splendeat: hasce, quòd sonum non habeant. Et hanc ob causam facilius est ueritatem recens inscribere menti tanquam ceræ nondum impressæ & signatæ, quàm supra pristinam inscriptionem malarum doctrinarum ac dogmatum pietatis sermonẽ inducere, et posteriora prioribus confundere ac dissipare. Etenim melius quidem est, uiam planam ac tritam ingredi, quàm inusitatam et asperam: et tellurem arare, quam aratrum sæpenumero discidit & mitigauit, animum uerò inscribere, cui nondum praua doctrina impressa est, neq; maliciæ sculptura profundius indita, multo est melius. Nam duplex aliàs negotium nascitur pio & religioso scriptori: unum, ut peiores formas deleat: alterum, ut probatiores ac digniores qui maneant, imprimat. Sanè quanta est multitudo & reliquarum passionum, & secundum eandem rationem malorum, & ipsius mali typorũ, et characterum: tantum etiam negotij incumbit ei, cui animarum concredita est institutio & gubernatio. Ex hisce autem sermo noster plura omisit, ne æquo reddatur copiosior.

Quemadmodum igitur si quis bestiam multarum specierum & multiformem, ex multis bestijs, maioribus & minoribus, mansuetis & ferocibus compositam, mansuefacere ac gubernare conetur, quod negotium ac certamen non modicũ est, naturæ sic diuersæ & mõstrosæ curã in se suscipere, eo quòd non eisdẽ uocibus, educationibus, contrectationibus, sibilis, aut alijs ijsdem educandi modis singula animantia gaudẽt, sed alia alijs delectanť & ducuntur secundum cuiusq; naturam & consuetudinem. Quid autem faciendum est talis bestiæ curatori ac gubernatori? Quid aliud, quàm ut ad multas & uarias formas scientiam suam accommodet, & singulis competentem curã impendat, quo bestiam illam ritè gubernet ac seruet? Ad hunc modum cum ex multis

multis ac uarijs tam moribus quàm linguis, uelut animal quoddam dispar & compositum, commune hoc ecclesiæ corpus compositum existat, prorsus necesse est, ut qui illi præest, & simplex ac idem sit secundum rectitudinem quæ inest omnibus: & rursus multiplex admodum & uarius, iuxta cuiusq; proprietatem, & alloquio erga omnes accõmodus & aptus. Nam alijs quidem opus est, ut lacte, hoc est, simplicioribus & elementarijs doctrinis, nutriantur, quotquot uidelicet habitu adhuc paruuli, & in fide recens compacti existunt, ut ita dicam. atq; eam ob causam uirilem doctrinę cibum non admittunt: quem si quis illis præter ipsorum uires exhibuerit, forsan opprimentur ac grauabũtur, eo quòd intellectus eorum minus est sufficiens, quẽadmodum in corporali cibo usuuenit, ut quod adferť attrahat, & sibi appropriet, et fiet ut etiam pristinas uires amittant. Alij uerò sapientia opus habẽt, quę loquitur inter perfectos: ac cibis sublimioribus ac solidioribus, eo quòd sensus illorum sufficienter ad hoc instructi sunt, ut inter ueritatem & mendacium discriminent. Hi si lacte potentur, & holeribus, qui cibus infirmorum est, cibentur, molestè ferent. Nec immeritò. Non enim roborantur in Christo, nec laudabile augmentum acquirunt, quod operatur sermo perfectus, qui in uirum & mensuram spiritualis ætatis eum qui rite nutritur perducit.

Ad hæc autem quis satis fuerit idoneus? Non enim sumus quales multi sunt, qui sermone ueritatis ad quæstum abuti, ac uinum aqua, sermonem uidelicet, quo corda hominum exhilarantur, eo miscere norunt, quod & multum est, & uile, & humi serpit, & elutum est, & temerè fluit: ut & ipsi ex cauponatione huiusmodi quæstum faciant, dum aliter atq; aliter accedentibus ad se, & cunctis ad gratiam loquuntur, uentriloqui ac uaniloqui existentes, & suas ipsorum uoluptates, sermonibus è terra sonantibus, & in terram mergentibus curantes: quo multis placeamus, & nos ipsos potissimum lædamus, uel perdamus, ac innoxium simplicium animarum sanguinem fundamus, qui tandem de manibus nostris requiretur.

Verùm cum sciremus satius esse, ut potestatem in nos alijs peritioribus committamus, quàm ut alios gubernãdos ipsi imperiti suscipiamus, & audi tum simplicem et candidum submittamus potius, quàm linguam imperitam ad docendum moueamus: ista nobis ipsis loquuti, ac consiliaribus usi forsan non adeò prauis, certè beneuolis: placuit nobis, ut quæ dicẽda essent et facienda, disceremus potius non scientes, quàm doceremus ignorantes. Solet enim sermo canus, et animam in pietate adhuc adolescentem iuuare ualens, si cui contingit, ad extremam usq; senectam esse iucundus. Quapropter alios uelle instruere, antequam sufficienter ipsi instructi simus, et in dolio figulinam, ut in prouerbio est, discere, hoc est, in aliorum animabus pietatem exercere, eorum esse uidetur, qui admodum sunt insensati et temerarij: insensati, siquidem imperitiam suam non sentiunt: temerarij uerò, si sentientes illam, causam hanc aggredi audent. Ebræorum sapientes dicunt, extitisse olim Ebræis legem & utilem & celebrem, ne ad quamlibet scripturam quælibet ætas admitteretur, eo quòd ea res non conducat, nec quælibet mox à quouis intelligi queant, immo magis etiam plerisque noceant, quando profundiora uideantur. sed aliæ quidem ab initio cunctis permitterentur, tanquam communes, quarum & exteriora ueluti corpora, improbabilia non sint: aliæ uerò non nisi illis qui annum uigesimum quintum excessissent concrederentur, quæ uidelicet quasi quadam indumenti utilitate mysticam uenustatem operiunt, tanquam præmium industriæ & uitæ splendidæ, quod solis illis resplendet, & imaginatu possibile existit, qui mentem habẽt mundam ac repurgatam, propterea quòd etiam illi ætati difficile est corporales excedere sensus, & ritè à litera ascendere ad spiritum. Nobis uerò ne ullum quidem discrimen est inter docere, & doceri: quemadmodum olim lapides inter eas tribus quæ ultra, & eas quæ intra Iordanem erant, discriminabant. Neq; enim illis permittenda sunt ista, neq; istis illa. Nulla nobis

Universidad de Deusto
Biblioteca

bis regula est obseruandorū habituū, sed causa hęc disiecta est et cōfusa. Atq; ita fit, ut ut sic malè simus affecti, ut plures ex nobis, ne dicam omnes, priusquam primos puericiæ pilos tondamus, & balbutire cessemus, antequam atria diuina ingrediamur, sacrorumq; librorum nomina cognoscamus, antequam noui nobis ac ueteris Instrumenti character, & ij qui prępositi sunt, intelligāt: nōdum dico, priusq; cœnum, et animi dedecora, quę nobis ex malicia adhærēt, abluerimus: sicubi duo uel tria piorū uirorū uerba edidicimus, eaq; ex auditu tantum, non ex lectione accepta, uel Dauidem parumper inspeximus: aut ueste attrita ac uili uti, uel ad zonam usque philosophari, atque ita pietatis speciem et aspectum nobis appingere cœpimus: papę quàm & dignitate & prudentia reliquos excellimus, quasi Samuelem etiam inde à cunabulis sacrum referamus: mox sapientes sumus & doctores, in diuinis sublimes, & inter scribas & legum interpretes primas nobis uendicātes nos ipsi tanq; cœlestes ordinamus, & ab hominib. Rabbi uocari uolumus. Nusquam est litera, sed omnia spiritualiter intelligēda, aliàs & somnia & magnę nugæ existunt. Quod si non admodum laudibus extollimur, molestè ferimus. Et hoc modo comparati sunt inter nos commodiores ac simpliciores.

Quid autem de spiritualioribus & seuerioribus dicendum, qui nos admodum condemnant, si ita uidetur, & per inuidiam & contemptum discedūt, ac communionem quasi hominum non satis piorum explodunt. Si quando alicui ex illis sic placidè & cum ratione appellantes dixerimus, Age præclare uir, dicis' ne aliquid esse tripudiare ac tibia canere? respondebit, Vtiq;. Quid autem sapientiam, & esse sapientem? An id sentiemus esse cùm diuinarum, tum humanarum rerum scientiam? Et hoc dabunt. Vtrum autem ista sapientiam, uel sapientia ista excellit? Omnino, scio, & istuc dicent. & hactenus rectè sentiunt. Ergo doctrinam suam & disciplinam habet ars tripudiādi & tibia canendi, egetq; tempore quo discatur, sudore etiam continuo, labore, ac præmio: & nonnunquam accessionibus opus habet, & peregrinationem ad loca remotiora postulat, & animum cùm ad faciendum omnia, tum ad patiendum, quæ ad peritiam artis huius faciunt, promptum ac paratum: sapientiam uerò, quæ cunctos instruit, & omnis generis bona in se cōtinet, sic ut & Deus ipse magis hoc nomine quàm alijs delectetur, quandoquidem multis appellationibus nominatur, adeò leuiculam & protritā rem esse arbitrabimur, ut uoluntate tantū opus sit ad hoc ut sapientes simus? Magna est hæc stoliditas. Si hæc illis diceremus, & errorem paulatim demoliremur, uel alius quisquam ex peritioribus ac prudentioribus id conaretur, esset hoc supra saxa seminare, & in aures non audientium loqui: ita ne hactenus quidem sapiunt, ut imperitiam suam agnoscant. Videtur itaq; mihi dictum illud Salomonis rectè illis competere, quo dicit: Est malum, quod uidi sub sole, uirum qui se sapientem esse putat. Et quod peius etiam est, qui id muneris sibi cōcreditum habet, ut alios erudiat, & qui ne propriam quidem imperitiam sentit. Et hoc, si quid aliud, lacrymis ac suspirijs dignum est, cuius me miseria sæpenumero commouit, cum scirem, opinione sapientiæ ipsam plerunq; sapientiam auferri. & inanis gloriæ studium hominibus magnum adferre uirtutis impedimētum. Verùm hunc morbum curare ac sistere, Petri alicuius est, aut Pauli, magnificorum Christi discipulorū, eorum uidelicet, qui unà cum sermonis dispensatione etiam charisma acceperunt, & omnibus omnia fiunt, ut omnes lucrifaciant. Nobis uerò reliquis magnum est, si ritè gubernemur & ducamur ab illis, quibus commissum ut talia expediāt ac dirigāt. Quoniam aūt Pauli & illi similiū mentionē fecimus, relictis, si uidetur, reliquis omnibus, qui uel secundū legislationem, uel prophetiā, uel militarem ducatū, uel aliam consimilem dispensationē populo præfuerunt, quales fuerunt Moses, Aarō, Iehosua, Elias, Elisæus, Iudices, Samuel, Dauid, multitudo prophetarum, Ioannes, duodecim discipuli, & qui illos sunt subsequuti, quorum singuli multo sudore ac labore commissa sibi gu-

τὸ διδόναι [τῷ ἄνω] τὸ πλέον ἀφαιρεῖσθαι.

bernacula

bernacula suis temporibus obierunt: his, inquam, relictis omnibus, solū Paulum exempli gratia proponamus, & in illo cōsideremus quanta sit & qualis curandarum animarum prouincia, an modicum sit hoc negotium, & an exiguam prudentiam requirat. Vt autem hoc facillimè cognoscamus & consideremus, quid de Paulo Paulus ipse dicat, audiamus. Non referā labores, uigilias, timores, quas in solitudine, siti, frigore, ac nuditate perpessus est adflictiones: non eos quos uel foris insidiātes, uel intus aduersantes pertulit. Omitto persequutiones, iudicum cōsessus, carceres, uincula, accusatores, tribunalia, mortes singulis diebus & horis imminentes, sportam, lapidationes, uirgarū cæsiones, circuitus, pericula tam in terris quàm in mari tolerata, profundum maris, naufragia, pericula fluminum, pericula latronum, pericula ex genere, pericula ex fallis fratribus, uictum labore manuum acquisitū, Euangelium gratis sine sumptu prædicatum. quod spectaculum fuit & angelis & hominibus, medius stans inter Deum & homines, ut pro illis interpellando certaret, & huic populum peculiarem adduceret & appropriaret? Quis autem præter hæc quæ commemorauimus pro dignitate recensuerit, quotidianam curam, ac sollicitudinē, quam singulis impendit, qua pro omnibus Ecclesijs sollicitus fuit, compassionem et fraternā charitatem erga quosuis? Impingebat aliquis, Paulus infirmabatur: alius offendebatur, Paulus urebatur. Quis satis perpenderit assiduitatem docendi, industriam uariandi curationem, humanitatem, rursus seueritatem, utriusq; iterū mixturam et temperaturam, ne benignitate mollior, uel seueritate asperior haberetur. Præscripsit seruis ac dominis, principibus ac subditis, uiris et mulieribus, parentibus & liberis, nuptis et innuptis, continentibus et delicatis, sapientibus et insipientibus, circumcisis et præputiatis, Christo et mundo, carni et spiritui Pro alijs egit gratias, alios reprehendit, alios gaudium et coronam uocat, alios insipientiæ incusat, alijs rectè ingredientibus cōsentit, et studij illorum sese participem facit, alios uerò malè ingredientes cohibet. Nunc separat, nunc dilectionem confirmat, nunc lamentatur, nunc lætatur, nunc lacte potat, nūc mysteria attingit, nunc alijs condescendit, nunc secum attollit, nunc uirgam minatur, nunc spiritum mansuetudinis prętendit, nunc supra sublimes extollitur, nunc cum humilibus humiliatur. Iam Apostolorum minimus est, iam experimentum pollicetur loquentis in se Christi, iam ex hac uita emigrare et immolari desiderat: iam ut in carne maneat propter fideles, magis necessarium esse determinat. Non enim quæ suaipsius, sed quę filiorum sunt querit, quos in Christo per Euangelium genuit. Hic est scopus ac terminus cuiusuis spiritualis gubernationis, in omnibus quod suum est cōtemnere, et quod alijs conducit spectare. Deniq; gloriatᵉ de infirmitatibus suis, deq; tribulationibus, et quasi ornatum quendam ac splendorem, sic mortificationem Iesu iactat. Sublimis est carne, et spiritualibus gaudet. Non est idiota secundum scientiam, et uidere se dicit per speculum et in ænigmate. Confidit spiritu, et tamen corpus macerat, ac uelut aduersarium subigit. Qua in re quid nos doceat ac instruit? Ne uidelicet inferiora magni æstimemus, nec scientia inflemur, nec carnem supra spiritum extollamus. Vltrà: Pugnat pro omnibus, orat pro omnibus, æmulatur omnes, accenditur pro omnib. tam extrà, quàm sub lege constitutis, præco gentium, patronus Iudęorum, ausus etiam adhuc maius aliquid pro fratribus suis secundum carnem. Nam, ut et ego audeam sic loquens, illos pro se ac suo loco Christo adduci, per dilectionem optauit. O animum magnificum, ô feruorem spiritus. Christum imitatur, qui pro nobis factus est maledictum, et infirmitates nostras in se suscepit, ac languores nostros portauit: uel, ut moderatius dicam, pro illis sese ad patiendum aliquid à Christo, uelut impius, offert, modò ipsi seruentur. Et quid singula narro? Quoniam non sibi ipsi, sed Christo et prædicationi uiuebat, ac mundum sibi crucifixerat, esseтq; et ipse mundo ac ijs quæ uidentur cruci affixus. omnia parui ducebat et minoris momenti, quàm quæ concupisci debeant:

Hebræi sunt, & ego: Israelitæ sunt, & ego.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quamuis inde à Hierosolymis & circumiacentibus locis ad Illyricum usque omnia per euangelium repleuerit, & in tertium cœlum subreptus sit, ac paradisum inspexerit, uerbaq; nobis arcana audierit. Talis extitit Paulus, &
Esa.19. alij spiritu consimiles. Nos uerò timemus nobis ab istis, ne fiamus stulti principes Taneos, aut exactores instar calamorum euacuati, aut populum falso beatificantes: addo, & beatificati, & semitam pedum uestrorum conturbantes: uel illusores dominantes, aut iuuenes præpositi, & imperfecti sensibus, & nec panem nec uestimentum ut ductores esse possimus habentes, uel prophetę illegitima docentes, uel principes infideles, ac qui malè cũ reliquis gentibus propter famis duriciem audiamus, aut sacerdotes procul
Esa.6. ab eo existentes, ut in cor Hierusalem loquamur, quæ omnia Esaias carbone per Seraphim repurgatus rectè reprobrat & contestatur. Tantum igitur opus quidem est tam laboriosum cordi non insensato, ac mœstitia affecto, & reuera erugo quædam ossium uiro cordato. An periculum illi ineat leue, & lapsus contemptibilis? Atqui mihi plurimum timoris incutit. Vnde
Osee 5. & Osee iudicium nobis sacerdotibus ac præpositis imminere dicit, eo quòd speculationi laqueus, & uelut rete super Thabor expansum facti sumus: ad hoc cõstructum, ut animæ hominum capiantur. & minatur futurũ ut reprobi prophetæ demetantur, & iudices ipsorum igne absumantur, & unctio regum ac principum paulo pòst cohibeatur, eo quòd sibijpsis regnarint, & nõ
Mich.3. per Dominũ. Hinc etiam Micheas terret, non ferens Sion ex sanguinibus, nec Hierusalem iniustitijs principum eius pro muneribus iudicantiũ: & sacerdotum, pro mercede respondentium: & prophetarũ, pro argento diuinãtium, exædificatam. Et quid horum gratia minatur? Sion, inquit, uelut ager arabitur, & Hierusalem instar pomorum custodię deputatũ tugurium erit, & mons domus Dei in saltũ syluestrẽ reputabitur. Et desolationẽ rectorum deplorãs, futurum uaticinat, ut uix spica uel racemulus aliquis superfit, propterea quòd & Princeps postulat, & iudex ad gratiã pronũciat. Ac propemodũ eadẽ cũ magno Dauide loquit, qui dicit: Serua me Domine, quoniã defecit sanctus. Vnde et bona eos destituerũt, tanq; ab erugine absumpta.
Ioelis 1. Et Ioel quoq; prę cipit nobis, ut lamẽtemur: et postulat, ut ministri altarisplãgãt, propter adflictionẽ famis, tantũ abest, ut delicias nobis in malis aliorũ permittat: deniq; ut ad sanctificandũ ieiuniũ, & prędicandam malorũ curationẽ, presbyteri paruulos, ætates miserabiles congregent, & ad templũ accedant in cinere & saccis, secũ admodũ humiliter in terrã projiciant, propterea quòd campi sterilitate miserabiliter laborabant, & sublatum esset de domo Domini libamẽ & sacrificiũ, quo sibi misericordiã humilitate conciliẽt.
Abac.1. Quid Abacuc? Ille feruentioribus etiam utitur uerbis, & aduersus ipsum Deũ inuehitur, ac ueluti contra benignũ Dominũ propter iudicum iniquitatẽ uociferatur, dicens: Quousq; clamabo Domine, & nõ exaudies? uociferabor ad te iniuriam passus, & non seruabis? Quare ostendisti mihi molestiam & labores, ut uidea miseriam & impietatẽ? In conspectu meo latũ est iudiciũ, & iudex accipit. Propterea subuersa est lex, & iudiciũ non perducitur ad finẽ. Deinde & horũ gratia sequunt minę. Videte, inquit, contẽptores, et aspicite & admiramini res admirãdas, & disperdimini. Opus enim operor ego. Et quid attinet uniuersum adducere minarũ contextũ? Sed parũper ad ulteriora pergamus. Nam satius mihi uidet, ut illa præcedẽtib. subijciamus. Cũ multos reuocasset ac deplorasset, ex illis q in re aliqua iniustè ac uersutè agebant, tandẽ etiã duces ac doctores prauitatis reuocat, malitiã illorũ subdolã euersionẽ & mentis ebrietatẽ ac seductionẽ uocãs, per quam proximi ab illis potent, quo tenebras animorum eorum, & speluncas, serpentum ac bestiarum, malarum uidelicet cogitationum, habitacula inspiciãt. Et hi quidem ad hunc modum, & de talibus nos iustitutionibus alloquuntur.
Malach.1. Malachiam uerò quomodo dignum putabimus quẽ contẽnamus? qui nunc sacerdotes acerbè increpat, illisq; opprobrat, quòd nomẽ Domini uilipendant,

lipendant. & adijcit alicubi, quod id in eo faciãt, quòd ad altare panes pollutos offerant, cibos nõ primitiuos: & quæ nulli suorũ principum offerre sustinerent, nisi illũ dehonestare uellent, ea regi omniũ uota uouentes immolẽt, clauda, morbida, corrupta, profana prorsus ac detestanda, nũc leuitas fœderis Dei admonet. Erat aũt illud uitæ ac pacis, & ut Dominũ timẽdo timerẽt, et à facie nominis eius pauerent. Lex, inquit, ueritatis erat in ore eius, & iniu
Malach.2. stitia nõ est inuẽta in labijs eius. In pace & integre uersatus est mecũ, & multos auertit ab iniustitia. Nam labia sacerdotis custodiunt scientiã, & legẽ requirent ex ore eius. Et causam adijcit, tanquã præclarã simul & reuerendã. Propterea inquit, quòd angelus Domini omnipotentis est. Detrectarẽ autem maledictionũ, quæ istis subijciunt, inducere blasphemiã: sed reuereor ueritatem. Verùm quod & moderatum est & cõueniens cõmemorabo. Dignum me est, inquit, respicere ad sacrificium, & accipere illud quasi ratum ac placitum de manibus uestris. quod dicit, tanquam admodum molestè ferens, & abijciens illorum sacerdotium, propter maliciam.

Quoties autem de Zacharia cogito, falcẽ illius perhorresco. Et ille consi- Zach.3
militer aduersum sacerdotes contestatur, & quædam de Iesu sacerdote magno simul declarat, quem laceris & indignis uestibus indutum uaticinio suo sacerdotali & splendido amictu ornat. Quæ uerò angelus ad eũ dixit, & quibus eum ad Iesum aspicere iussit, ea forsan, tanquã ad maiora & sublimiora, q̃ quæ plerisq; sacerdotibus conueniant, subuehentia, silentio sunt ueneranda. Et illud præsertim, quod Diabolus à dextris eius stetit, ut illi aduersaret, mihi sanè mediocre non est, nec modico timore & cautione dignum. Cæterùm quæ reliquos pastores sedulò accusando & reprehẽdendo commemorat, quis adeò confidens & corde adamantino existit, qui ea sine tremore audiat, & audiendo modestior non fiat q̃ fuerit antea? Vox, inquit, lamentan Zach.11.
tium pastorum, propterea quòd magnificentia eorũ miserè periclitatur: uox rugientium leonum, eo quòd hęc patiuntur. Et horum lamentationem, tantum non audit quasi presens existat, & unà cum afflictis lamentatur. Et paulo suprà, terribilius ac uehementius: Pascite, inquit, oues mactationis, quas qui possident, sine pœnitentia maciant: & qui uendunt eas, dicunt: Benedictus Dominus, ditati sumus, & pastores earum nihil propter eas parsi sunt. Quapropter non parcam amplius habitatoribus terræ, dicit Dominus omnipotens. Et iterum: Gladius excitare aduersum pastores, & percutite pastores, ac dispergite oues. Et inducã manum meã super pastores, & agnos inuisam. Et ubi præsides populi ad hasce minas adiecit, sic cœpto sermoni sedulò incumbit, & facile à minis hisce auellinon potest, ut uerear ne & ipse inuisus reddar, si cuncta ex ordine recensuero. Verùm Zacharias quidem sic est comparatus. Vt autem seniores eos transeamus, quorum in Daniele fit mẽ- Dani.13
tio, & illud etiam quod rectè de illis dictum est à Domino, quod iniquitas è Babylone & senioribus illis progressa sit, qui populum gubernare uidebantur. quomodo Ezechielem feremus magnorũ inspectorem, & mysteriorũ Ezech.3
ac uisionũ interpretem, qui speculatoribus præcipit, ne ad maliciã ac gladium superuenientem silendo conniueant, quod nec ipsis nec delinquentib. utile futurum sit: profuerit uerò utrisq;, si prouideant & prænuncient modò & dicant illi, & isti audiant prorsus ea indicantes. Deinde quomodo feremus ea, quæ in alio transcursu aduersum pastores adducit, nunc quidẽ hisce uerbis: Væ super uæ adijcietur, & nuncium nuncio excipietur, & quære Ezech.7
tur: uisio ex prophera, & lex peribit à sacerdote, & consilium à senioribus. nũc uerò rursus alijs utens, fili, inquit, hominis, dic ei: Tu es terra nõ complu Ezech.22
ta, neque imber in te descendit in die iræ, cuius principes in medio eius instar leonum rugiunt, rapientes ad se primitias, & animas in potentia sua uorantes. Et paulo pòst: Sacerdotes eius reprobarunt legem meam, & profanarunt sancta mea. Inter profana & sancta non discriminarunt, sed perinde duxerunt & æstimarunt omnia sine ullo discrimine, & à sabbatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

meis absconderũt oculos suos, et profanatus sum in medio eorũ. Cõminat etiã, quòd & parietẽ, et eos qui illũ illinũt peccatores uidelicet & palliatores eorũ cõsummare uelit. id quod de malis principib. & sacerdotibus, illisq; dixit, qui domum Israel, secundum corda ipsorum concupiscentij s suis abalienata seducebant. Omitto ea quæ de illis disserit, qui seipsos quidem pascũt, lac comedunt, & lana se uestiũt, & quod pingue est mactant, oues uerò non
Ezech.34 pascunt: quod infirmatum est, non confirmãt: quod contritum, non ligant: quod errat, non conuertunt: quod perijt, non quærũt: quod firmũ est, nõ custodiũt, sed labore conficiunt, & data opera perdunt, ita ut dispersæ sint oues quibusuis campis ac montibus, eo quòd destitutę sunt pastoribus, sintq; præda & esca factæ cũctis uolucribus ac bestijs, non existente qui eas quærat & conuertat. Quid istis subiungitur? Viuo ego, dicit Dominus. Pro eo quod ista sic habent, & oues meæ factæ sunt in direptionem, ecce ego super pastores, & requiram oues meas de manibus eorum, illasq; congregabo, & mihi uendicabo: ipsi uerò patientur, quæ malis pastoribus competunt.

Verùm ne si omnia omnium, & cunctos prophetas recẽsere uoluero, sermonem hunc prolixius æquo extendam. unius adhuc mentione facta, cius uidelicet, qui antequam fingeretur, destinatus, & ex utero sanctificatus fuit: Hieremias is est, reliquos transibo. Quærit illic quidem capiti suo aquam, & oculis suis fontem lachrymarum, ut Israelem pro dignitate deploret. Haud
Hier.10 minus autem propter præpositorum maliciam lamẽtatur. Loquitur autem ad eum Deus, sacerdotes redarguens, ac dicens: Sacerdotes non dixerunt, ubi est Dominus? & qui sibi uendicant legem meam, nescierunt me, & pastores impiè egerunt contra me.

Rursus dicit. Pastores contẽpserunt, & Dominũ non quæsiuerũt, & propterea grex uniuersus intelligẽtia destitutus est ac dispersus. Multi pastores, inquit, corruperunt uineã meam, contaminarunt partẽ meã: quæ cum desiderabilis, esset, tradita est in solitudinẽ inuiam. Deinde rursus in pastores inuehit, dicens: O pastores, perdentes ac dispergentes oues gregis mei. Qua propter hæc dicit Dominus ad eos qui pascũt populũ meũ: Vos dispersistis oues meas, & expulistis eas, & nõ curastis eas. Ecce ego ultionẽ de uobis summã, secundũ studiorũ uestrorum maliciã. Vult etiã ut ululent pastores, & plãgant arietes ouiũ, propterea quòd impleti sint dies ipsorũ ad mactationem. Quid aũt attinet uetera adducere? Quotusquisq; est, q Pauli regulis & normis sese accõmodet, quas Episcopis & seniorib. præscripsit, præcipiẽs ut sint sobrij ac modesti, non uino dediti, nõ percussores, apti ad docẽdum, irreprehensibiles in omnibus, & puri à malis. An non reperitur multum discrepantiæ ab istorum canonum rectitudine?

Quid dicã autẽ de illis quę discipulis suis Iesus, cũ eos ad p̃dicationẽ emitteret, in mãdatis dedit? quorũ summa est, (ne singula recenseã) ut tales essent, uirtute, ac sic expediti et modesti, et ut cõpendio dicã, cœlestes, ut nõ minus morũ integritate, q̃ sermone Euangelij cursum extenderẽt. Me uerò etiam pharisęi exprobrationibus notati & scribæ redarguti terrent, quib. cum nos uirtute multo, sicuti præceptũ est, superiores esse oporteat, si regnũ cœlorũ affectamus, non sine dedecore per maliciã peiores esse uidemur. Sic illi reprehensi sunt, ut & serpentes & germina uiperarũ, ac duces cæci appellati sint, culicẽ colantes, & camelũ deglutiẽtes: ac sepulchra intus sordida, & foris ornata, & paropsides aspectu mũdæ, & cætera quæ illi & sunt & audiũt. His ego cogitationib. detineor noctes ac dies. Hęc mihi ipsam medullã tabefaciũt, & carnes meas cõsumunt, nec permittũt cofidentẽ esse, & ad superna suspicere. Hæc animũ meũ humiliant, mentẽ contrahunt, linguæ uinculum imponunt, & faciunt, ut de gubernatione sermo non procedat, nec de eo disserere queã, quomodo corrigendi ac dirigendi sint alij, id quod multũ facultatis requirit: sed de eo cogitẽ, quomodo ipse irã imminentẽ effugiã, & me ipsum parũper à rubigine maliciæ expoliã: repurger primùm, deinde repurgẽ: sa-

gẽ: sapiens efficiar primùm, deinde & alios sapiẽtes reddã: lux fiã, ac postea illuminẽ: Deo appropinquẽ, & alios deinde ad Deũ adducã: sanctificer, & pòst sanctificẽ, manuq; ducã & prudenter consulã. Quando igiẽ ista erũt, dicent illi, qui ueloces sunt, cauti nõ sunt? qui facile ædificant, & rursus destruunt. Et quando, inquiunt, ponet lucerna super candelabrũ, sic charisma uocantes? Et ubi talentũ est, inquiunt? Dicunt ista qui uel per amicitiã uel religione feruentiores existũt. Est & mea aliquãdo huiusmodi cogitatio, ô uiri egregij: Non est procul hinc terminus præfixus, nec senectus ultima. Est enim canicies cum prudẽtia coniũcta, imperita iuuẽtute: et tarditas cum ratione, incircũspecta festinantia: breuisq; tẽporis regnũ, prolixa tyrannide: quẽadmodũ & exiguę portionis honor, multa substantia ignobili & incerta: & modicũ auri, multorũ talentorũ plumbo: & lux modica, multa caligine potior. Celeritas autem illa, & incerta, & admodũ studiose ac properanter prę-
sumpta, an non similis est semini, quod supra petrã cadit: & quoniã telluris profunditate destituit, cõfestim quidẽ emergit: uerùm ne primum quidem solis ardorẽ ferre potest: uel fundamẽto arenæ impositio, q̃d ne modicè quidẽ imbriũ ac uentorũ impetũ sustinet. Væ tibi ciuitas, inquit, cuius rex puer
Eccl.10 est. Et ne sis uelox ad loquendũ, inquit idẽ Salomon, loquutus de uelocitate loquendi, quæ res minoris momenti est, q̃ si quis res gerendas properanter urgeat. Et præterea quis nã adeò desipit, ut celeritatẽ gerendarũ rerũ securitati et utilitati præferat? Quis nã perinde atq; è luto quodã hodierno die finget eũ, qui ueritatis curã gerat, angelis assistat, cũ archangelis Deũ glorificet, & uictimas sursum ad cœleste altare destinet, ac cũ Christo sacerdotium peragat, figmentũ Dei refingat, imaginẽ restauret, cœlesti mundo opificem præbeat, & ut q̃d maius est dicã, Deus existat, & mortales deificet. Noui cuius simus ministri, & quo loco positi, & quò dirigamus. Noui celsitudinem Dei, & humanã infirmitatẽ simul ac uirtutẽ. Cœlũ sublime est, terra profunda. Et quis ascendet ex illis, qui pondere sunt peccatorũ proiecti? Quis nam adhuc inferna ista caligine adobrutus, & carnis crassitie grauatus, tota mẽte ac purè totam illã mentẽ inspiciet: ac stabilibus & inuisibilibus ipse inter instabiles adhuc & uisibiles cõstitutus cõmiscebit? Etenim uix quisquã etiam admodũ hic repurgatus, uel simulacrũ saltẽ boni contemplabit, perinde atque illi qui ex undis solẽ suspiciunt. Quis aquã manu sua, cœlũ palma, & totã terrã pugno mensus est? Quis statuit montes pondere, & colles statera? Quis est quietis illius locus? Et cuius nã ex omnib. quæ sunt assimilabit? Quis est qui fecit omnia uerbo, & hominẽ sapientia sua cõdidit, et discrepantia in unũ coniunxit, puluerẽ spiritu miscuit, animal uisibile & inuisibile, temporariũ & immortale, terrenũ & cœleste, Deũ contingens & non cõprehendẽs, uicinum & elongatũ cõposuit? Dixi, sapiẽs efficiar, inquit Salomon, & ipsa procul à me discesset magis q̃ antea, sapientia uidelicet. Et reuera, qui scientiam sibi cumulat, dolorẽ cumulat: quòd ea quæ tenent, non magis exhilarant, q̃ hilaritatẽ resoluunt ea quę comprehendi nequeunt. id quod opinor illis euenire soler, quibus adhuc sitientibus aqua abripitur: aut ijs qui cõprehendere nequeunt, quod se iam habere putant: uel quos fulgor cõfestim deserit, qui circa ipsos illuxerat. Hoc uidelicet est quod me deprimit, ac melius esse suadet, ut uocem admonitionis audiam, q̃ ut ea doceã quæ uires meas excedunt. Maiestas, celsitudo, dignitas naturæ mundæ, splendorẽ Dei uix capiunt, quẽ uelat abyssus, caligo abscondit, qui lux est purissima, & pluribus inaccessa: qui in quolibet est, & simul extra quẽlibet existit: qui omne bonũ est, & tamẽ q̃duis bonũ excellit: qui mentẽ illuminat, & mẽtis celeritatẽ ac sublimitatẽ superat: perpetuò tantũ suppeditans, quantũ capit: qui fugiẽdo, & dũ quasi captus uidet, occultando sese, amatorẽ sui ad cœlestia subducit. Cũ itaq; tãti sit momẽti, ac tale, quod desideramus, et studiose sectamur, quale m, obsecro, esse oportet eum, qui animarũ futurus sit ductor ac pronubus. Vereor sanè, ne extra sp̃si thalamum manus ac pedes uinctus eiiciar, pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pterea q̃d ueſte nuptiali deſtitutus, meipſe accũbentibus illic inſerere non dubitarim. Quanq̃ inde à iuuẽtute uocatus ſum (ut aliquid eorũ dicã, quę à multis ignorãtur) & in eum proiectus ex utero, traditusq̃ tanq̃ donum ex promiſsione materna, ac poſtea periculis corroboratus. Creuit etiã una mecũ deſideriũ hoc, et mentis meę ratiocinatio cõſenſit, ac cuncta ei obtuli, qui me in ſortem ſuã elegit & ſeruauit, facultates, claritatẽ, uires corporis, & literas ipſas, ex quib. illud tantũ lucrifeci, quod ea cõtemnere poſſum, & quod habui quæ Chriſto poſtponerẽ, quodq̃ mihi placuerunt eloquia Dei quaſi fauus mellis, & intelligentiam aduocaui, & ſapientiæ uocem meam dedi. Et cætera quoq̃ cõſimiliter inſtitui, utpote animũ moderando, liguã frenãdo, oculũ temperando, uentrẽ gubernando, gloriã terrenam conculcãdo. Inſipiẽs iſta dico, ſed dicenda ſunt. Hactenus quidẽ non ſum forſan ulugo peior factus. Verùm hoc genus philoſophiæ uires noſtras ſuperat, uidelicet ampiecti gubernationẽ ac moderationẽ animarũ, cum nondũ ne paſci quidẽ ac ritè gubernari didicerimus, nec animo pro dignitate repurgati ſimus, deinde gregis curã ſuſcipere, idq̃ huiuſmodi tẽporibus, quib. quoniã alios ſurſum ac deorſum iactari turbariq̃ uideo, huc inclinat animus ut fugiendo è medio fugiam, & ſub operculum aliquod ſecedens, tenebroſam hanc maliciæ tempeſtatẽ euadã, qua mẽbra inter ſe hoſtiliter belligerantẽ, & dilectio (ſi quid tamen de illa reliquum fuit) euanuit, ſacerdos quoq̃ nomen inane eſt, effuſo ſicuti prædictũ eſt ſuper principes contemptu. Et utinã inane dun taxat ſit nomen ſacerdotis. Nunc uerò uertat blaſphemia in capita impiorũ. Et timor omnis exterminatus eſt ex animis, & ſubintroducta impudentia. Scientiã ſibi quiſq̃ cui lubet & profunda ſpiritus temerè uendicat. Sumus omnes pij, ex eo duntaxat, quòd aliorũ impietatẽ dãnamus. Vtimur uerò iu dicibus impijs, ac proijcimus ſancta ante canes, & margaritas ante porcos, dum profanis auribus & mẽtibus diuina publicamus, & inimicorũ uotis miſeri accuratè ſatisfacimus, inq̃ ſtudijs noſtris ſcortantes haud erubeſcimus. Moabitæ uerò & Ammonitæ, quibus ad eccleſiã Domini ne accedere quidẽ licebat, ſanctiſsimis noſtris immiſcentẽ. Aperuimus quibuslibet non portas iuſticiæ, ſed ianuas cõtumeliæ & cõtumaciæ, qua alius aliũ impetit. Et is nobis optimus habetẽ, nõ qui ne ocioſum quidẽ uerbũ propter timorẽ Domini loquitur, ſed qui proximo q̃ plurimũ maledicit, ſiue id faciat palàm, ſiue per ænigmata, & ſub lingua ſua moleſtiã ac dolorẽ, uel ut magis propriè loquamur, uenenũ aſpidũ uerſat. Obſeruamus inuicẽ alij aliorũ peccata, nõ ut ea deploremus, ſed ut exprobremus: neq; ut emẽdemus, ſed ut uulnus uulneri addamus. & ex uulneribus proximorũ noſtrorũ q̃q; peccatorũ excuſationẽ habeamus. Malos & bonos apud nos nõ cõſtituunt mores, ſed diſſidiũ, & in opinione cõſenſus: & quæ hodie laudamus, cras uituperamus: ac quæ apud alios uituperantẽ, apud nos admirationi habentur, conceduntur & omnia ex animo ad hoc ut impiè agat, ita ad maliciã ꝓpetrandã ſumus magnanimi. Perinde aũt comparata ſunt omnia, quemadmodũ erat ab initio, cum mũdus nõdũ, eſſet, nec cõmoda, quę nũc eſt, rerũ diſpoſitio & formatio, ſed cũcta cõfuſa & incõdita formatoris manu et uirtute opus haberẽt. Vel ſi mauis, quemadmodũ cõparata eſt nocturna pugna, lunari iubare obſcurato, in qua nec hoſtiũ, nec amicorũ facies naſcuntẽ, uel ſicut habet naufragiũ & tempeſtas, in quib. uentorũ impulſu ac impetu feruente undarum & fluctuũ incurſu, nauiũ fragore, remorũ concuſsione, nautarũ uociferatione, excidenti um ululatu periclitantes, intolerabili ſonitu conſternantur, nec ullã exercendę dexteritatis copiã accipiunt. Proh miſeram hanc calamitatẽ. Irruimus inuicẽ alius in aliũ, & mutuis uulneribus abſumimur. Et haud quidẽ populus talis, ſacerdos uerò aliter cõparatus eſt: ſed illuc nũc mihi planè impleri uideẽ, q̃d olim in maldictiõe dictũ eſt, Qualis populus, talis ſacerdos, nõ plebs quidẽ talis. potiores uerò in populo & primarij diuerſi ſunt. ſed hi ipſi palã impugnãt ſacerdotes, cõpendiũ ad ꝓſuadendũ habẽtes pietatẽ, & quotq̃t de fide, ac

de, ac ſublimioribus & primarijs quæſtionibus. hoc morbo laborãtes cõtendũt. nec ego reprehẽdo: ſed ſi q̃d uerũ eſt dicere cõuenit, laudo potius & cõdelector, optoq̃ unus ex illis eſſe, qui pro ueritate decertãt, & aduerſariorũ odia ſuſtinẽt, immo eſſe me ex illis gloriabor. Eſt enim bellũ laudabile paci à Deo diſcedenti præferendum. Et hanc ob cauſam manſuetũ pugnatorẽ armat ſpiritus, tanq̃ rite bellum gerere ualentẽ. Nunc uerò ſunt nonnulli, qui de rebus minutulis & inutilibus digladiantes, quoſcũq; poſſunt ad mali huius ſocietatem admodum imperitè & cõtumaciter uſurpant. Deinde in omnibus prætexunt fidem, & uenerandum illud nomen contentionibus ſuis diſtorquent. Et horũ gratia, ſicuti par eſt, deteſtabiles reddimur ethnicis: & quod grauius etiã eſt, negare non poſſumus quin id merito noſtro fiat. Infames etiam apud eos facti ſumus qui ex noſtris ſunt probiores: nec mirũ, ſi apud q̃ſplures, qui etiãſi quid rectè gereremus, ægrè cõmendarent ac probarẽt. Fabricant aũt & peccatores ſupra dorſum noſtrũ, et quod inuicẽ alij aduerſum alios cõminiſcimur, ipſi cõtra nos omnes uſurpãt, factiq̃ ſumus cõmune ſpectaculũ, nõ angelis & hominibus, ſicuti fortiſsimus athletarũ Paulus aduerſus principatus et poteſtates decertãs: ſed propè uniuerſis malis, idq̃ quouis tempore & loco, in foro, in ſympoſijs, tam ubi exultatur, q̃ ubi lugetur. Iam uerò etiã ad ſcenas uſq; deuenimus, id q̃d propè lachrymãs dico, & unà cum impudiciſsimis deridemur. nec eſt adeò quicq̃ auditu ac ſpectatu iucundũ, atq; Chriſtianus publicis comœdijs ſugillatus. Hæc ex mutuo & inteſtino bello lucrifacimus, hæc reportamus, qui nimiũ & pluſq̃ probitas et mãſuetudo patiẽ, certamus: hæc efficimus, qui Deũ plus diligimus q̃ cõducat. Et decertare quidẽ illegitimè, nõ licet, nec pugnare extra q̃ ut decet, aliàs abijcieẽ et ignominiã reportabit, ac uictoriã amittet, quiſquis prẽter leges, et aliter q̃ ritè, & non ſecundũ præſcripta decertauerit, etiamſi generoſiſsimus pariter, & in arte pugnãdi inſtructiſsimus exiſtat. Pro Chriſto uerò certabit ne quiſquam non ſecundum Chriſtum, deinde paci acceptũ feret, pro illa pugnans non ut cõuenit. Et dæmones quidẽ etiamnũ inuocato Chriſti nomine cõtremiſcunt, et ne propter maliciã quidẽ noſtrã euanida facta eſt nominis huius uirtus. Nos uerò haud erubeſcimus tam uenerandũ nomẽ eius & rẽ adeò reuerendã probris afficiẽtes, q̃uis illũ tantũ non palã uociferantẽ q̃tidie audimus, ac dicentem: Nomẽ meum propter uos blaſphematur inter gentes. Et externum quidem bellũ nõ metuo, nec teram illã quæ iam aduerſum Eccleſias inſurrexit, nec cetũ mali illius, etiãſi minetur uel ignẽ, uel gladiũ, uel beſtias, uel præcipitia, uel barathra, et fiat omniũ eorũ qui unq̃ inſanierũt inhumaniſſimus, ac ſupplicijs iſtis quæ nũc in uſu ſunt adhuc ſæuiora cõminiſcaẽ & adijciat. Vnum mihi aduerſus hæc omnia pharmacũ eſt, una ad uictoriã uia (ut in Chriſto glorier) ſi pro Chriſto mori dabiẽ. In hoc uerò noſtro bello ignoro qualis fiã, quid auxilij cõſequar, quem ſapiẽtiæ ſermonẽ, quod chariſma, quã armatura aduerſus uerſuti hoſtis inſidias cõmuniar. Quis Moſes illũ expanſis in mõte manib. uincet, ut crux expreſſa ac præfigurata uires habeat? Quis Ieſus poſt illũ unà cũ primario diuinarũ acierũ duce aciẽ aduerſus illũ ducet? Quis Dauid uel pſallẽdo, uel funda pugnãdo cõcertabit, quẽ Deus uirtute ad bellũ præcinxit, & digitos eius exercitatos reddidit ad pugnandũ? Quis Samuel opitulabiẽ cùm orãdo ac ſacrificãdo pro populo, tum regẽ ungẽdo eum qui uincere ualeat? Quis Hieremias iſta pro dignitate deplorabit, lamẽtationes ſcribẽs pro Hieruſalẽ? Quis clamabit: Parce Domine populo tuo, nec des hæreditatẽ tuã in opprobriũ, ut gẽtes illi dominẽtur? Quis Noe pro nobis orabit, quis Iob, et Daniel unà cõiũcti precabũt? ut bellũ hoc parũper retũdat, ut ad nos ipſos redeamus, ut nos inuicẽ agnoſcamus, nec ſimus amplius ꝓ uno Iſraele Iudah & Iſrael, nec amplius regnent Roboã & Hieroboã, nec ſint amplius Hieruſalem & Samaria, quæ uiciſſim ſunt propter peccata in captiuitatẽ traditæ, ac uiciſsim deploratæ. Nam ego quidem imbecilliorẽ eſſe me fateor, quàm qui bello iſti par eſſe poſſim, atq; eam ob cauſam facie pudore ſuffuſa terga dedi, ut ſolitarius degerem. Eram

Bellum melius pace.

De Iuliano defectore loquitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim amaritudine repletus, ideoq; silentium quæsiui: non ignorans tempus hoc malum esse, recalcitrasse dilectos, factos esse nos filios defectionis, uitis læta palmitibus, uitis uera, tota fertilis, tota speciosa, desuper optimè rigata ac fœcundata, in amaritudinem uersa est: uersum est mihi diadema decoris, obsignatio gloriæ meæ, & corona gloriationis, in ignominiā. Quod si quis ad ista intrepidus & animosus existit, is mihi audaciæ & animositatis huius gratia felix iudicabit. Nondū aūt de eo bello loquor, q̄d internū est, in nobis ipsis, in affectionibus nostris, q̄ decertamus noctes ac dies, in corpore humilitatis nostræ: partim occultè, partim manifestè, quæ nos sursum ac deorsum ueluti fluctib. quibusdā iactat, cùm per sensum, aliarūq; uitæ huius delectationum circumlationē: tum per lutū fecis huius quo cōpacti sumus, ac legē peccati, aduersus legē spiritus militantem, regiāq; in nobis imaginē: & quic quid in nobis diuino defluxu constitū est, corrūpere conatur, ut uix quisquā, qui seipsum uel prolixo philosophiæ studio uel ope Dei, uel utroq; adiutus instituerit, & animi sui generositatē ac splendorē ab humili hoc & tenebris alligato corpore paulatim abripuerit, & exercitio potissimum ad cœlestia suscipiendi assuetus sit, materię ad inferiora detrahenti dominet. Priusquam autem illam supprimat, quoad eius fieri potest, ac mens sufficienter repurgetur, sicq; Deo uicina reddatur, ut supra alios longè extollatur, animarum gubernacula, uel mediationem inter Deum et homines in se suscipere (etenim hoc demū est esse sacerdotem) tutum non esse agnosco. Vnde autem in hūc metum subductus sum? Ne me plus æquo timidiorem esse putetis, sed propositi huius gratia admodū laudetis, audiamus ipsum Mosen, cum illi Deus oraculo suo responderet. Quoniam plures ad montem uocati erāt, è quibus unus erat & Aaron, cum duobus filijs sacerdotibus, & præterea septuaginta seniores ad senatum pertinentes, reliqui quidem procul adorare iussi sunt, Moses uerò solus accedere. & populo permissum nō est, ut unà cum illo ascēderet, propterea quòd non licet cuilibet, Deo fieri propinquum, nisi quis gloriam Dei perinde ac Moses ferre queat. Et antea in principio legislationis, reliquos tubæ, fulgetra, tonitrua, caligo, mons totus fumans, minę terribiles, quibus & bestiæ, alioqui lapidibus obruendæ, arcebant, & alia huiusmodi terriculamenta, in statione inferiori continebant: magnicq; ducebatur, si uel uocem Dei audirent, quamuis admodū bene sanctificati essent. Moses uerò & montem ascendit, & nebulā ingressus, legem ac tabulas accipit, quæ multitudini quidem literæ, illis uerò qui multitudinem excellūt, spiritus tabulæ existunt. Audio aūt & de Nabad & Abiud, quod cum alieno dūtaxat igne incēsum offerrent, igne illo alieno cōsumpti sint, puniti per id q̄d impiè præsumpserāt: idem perditionis, q̄d et impietatis fuerat, tēpus et locū q̄q; sortiti. Et ne Aaron quidē illis, q̄uis pater & coiā Deo secūdus post Mosen esset, ad salutē prodesse potuit. Noui etiā Eli sacerdotem, & paulo pòst hūc Ozam, quomodo ille propter filiorū suorū iniquitatē pœnas dederit, qua sacrificia temerātes ante constitutū tēpus ex cacabis sacrificiorū primitias auferebāt: quā tamē illorū impietatē non probauerat, sed sæpenumero grauiter redarguerat: Oza uerò, propterea quòd arcā dūtaxat tetigerat, à iuuēca distractā, seruata illa ipse perierit, asserēte Domino reuerentiā arcę. Noui in corporibus sacerdotū ac sacrificiorū existentes maculas, inquisitionē nō euadere: sed lege sancitū esse, ut qui integri sint, sacrificia offerāt. id quod integritatis, quæ in animo sit, symbolū esse iudico. Nec fas erat à quolibet contingi sacerdotalem uestem, aut uasculū aliquod sanctorū: nec ipsa sacrificia à quibuslibet, & quādolibet, & ubiuis cōsumi: nec oleū unctionis, nec incensum compositionis, per imitationem componere. nec templum ingredi cuiuis licebat, qui uel anima, uel corpore etiam in minimis mundus non esset: tantum abest, ut cuilibet audenti licuerit ad ipsa sancta sanctorum accedere, ad quæ uni duntaxat, idq; semel tantum in anno, patebat aditus: tantum abest, ut uelum aut propiciatorium, aut arcam, uel Cherubim, cuiuis licuerit uel

Illud, In amaritudinem uersa est, non habetur in quibusdam Græcis exemplaribus: uerū ut integer sit sensus, usum est adijcere. id quod & Ruffinus fecisse uidetur.

uel inspicere, uel contingere. Cum hæc ego scirem, & quod nemo amplissimo tam sacerdotio quàm Deo dignus sit, qui non prius semetipsum Deo sacrificium uiuum & sanctum obtulit, nec rationalem cultum Deo acceptum exhibuit, nec Deo sacrificium laudis & spiritum contritum immolauit, q̄d sacrificij genus tantū is à nobis requirit, qui omnia largitur, quomodo ausus fuissem externum illi sacrificium offerre, quod magnorū est mysteriorū exēplar: uel quomodo sacerdotij schema & nomen induissem, priusquā operib. sanctis manus meas consecrassem: antequā oculos ad uidendū creaturas affectu sano, & ad creatoris admirationē non detrimentū assuefecissem: antequam aures meas ad disciplinā Domini sufficienter aperuissem: et adderetur mihi auricula, quæ haud grauatim audiat, immo uelut inauris aurea mihi Sardio precioso sermo sapientiæ appenderet, quem in ipsas aures sonantē clarè audiā: priusquā os aperuissem, & attraxissem spiritū, uel dilatatū illud impleretur spiritu, cum de mysterijs ac dogmatib. differeret, & labia sensu diuino loquente Sapientia ligarent, immo adijciam, in tempore soluerentur, & lingua exultatione repleret, ac diuinę melodię plectrū, per gloriā, idq; manè excitata, laborāsq;, donec gutturi adhęreat, efficeretur: priusquā supra petram sisterentur pedes mei, instar ceruorū expediti, et dirigerentur iuxta Deū gressus mei, ne modicè quidem, nedum in uniuersum dilabentes: antequam singula membra mea arma iusticiæ fierent, & uniuersa mortalitas à uita absorpta tolleretur, ac spiritui cederet? Quis nam, nondū castis & ignitis eloquijs Dei corde accensus, dum scripturæ aperiuntur, & qui nondum illa in tabulas cordis tertiò descripsit, ut sensum Christi teneat, neq; absconditos pleriſque inuisibiles q; & obscuratos thesauros sic ingressus est, ut diuitias in illis latentes inspicere, aliosq; opulentos reddere, spiritualia spiritualibus conferendo, ualeat? Quis nondum pro dignitate iucunditatem Domini, ut par est, contemplatus, & qui nondum templum Domini inspexit, immo nondum templum Dei uiuentis, & uiuum Christi tabernaculum in spiritu factus est? Quis nondum typorum & ueritatis cognationem pariter & discriminationem cognoscens, & ab illis auulsus, huic uerò adhærens, ut literæ uetustatem fugiens, nouitati spiritus seruiat, & purè ad gratiam trāseat, legere licta, & in abolitione corporis spiritualiter adimpleta? Quis nōdum per cunctas Christi appellationes & uirtutes, tam sublimiores & primarias, quàm nostri gratia humiliores, ac postremas opere simul et cōtemplatione ingressus, utpote sint quod uocatur, Deus, filius, imago, uerbum, sapientia, ueritas, lux, uita, uirtus, uapor, defluxus, splendor, factor, Rex, caput, lex, uia, ostium, fundamētū, petra, margarita, pax, iusticia, sanctificatio, redēptio, homo, seruus, pastor, agnus, summus sacerdos, sacrificiū, primogenitus ante creaturam, primogenitus ante creaturā, primogenitus resurrectionis ex mortuis. Quis appellationes ac res istas frustra audiens, & nondū uerbo cōmunicās, nec participās de illo, iuxta q̄d singula ista & existit & uocatus est Christus? Quis nondū ad id exercitatus & instructus, ut sapientiā Dei in mysterio absconditam loquat, adhuc paruulus existēs, adhuc lacte utens, nondū in Israele cōnumeratus, nec ad aciem Dei adscriptus, nondū crucē Christi, tāquam uir ferre ualens? Quis nondum, ne membrum quidem ex honestioribus existens, ut caput corporis ac plenitudinis Christi constituatur, cum gaudio & sponte sua feret? Nemo, me saltem iudice & consultore. Est enim timor hic maximus, & periculum extremum, omni illi qui rei ritè gerendę magnitudinem, & exitium, si aberretur, intelligit. Itaq; dicebam, alius nauigandi & negociandi exercitio instructissimus, nauiget ad istam negociationem, & prolixa hæc maria trajiciat, ac in desinenter uentis ac fluctibus iactet, lucrifactu rus ingentes opes, si tamen illas toleratis periculis acquisierit: mihi optabilius est, ut in terra constitutus, breuem ac iucundum sulcum scindam, & mare illud unà cum lucris è longinquo salutans, sic ut porro, tenui & exili massa uiuam, uitam'que ducam securam & marinis fluctibus liberam: quàm

Exēplar. Græce est hic, αὐτὸς αὐτόμα.

αὐτὸς αὐτόμα

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm ut procul trajiciens, lucrum ingens cum ingenti discrimine secter. Etenim sublimi detrimentum est si maiora non aggrediatur, & uirtutẽ ad plures non extenderit, sed in modicis constiterit, perinde ac si magna luce paruum aliquod domicilĩ illustret, uel armatura forti puerile aliquod corpus induat. Inferiori uerò securum est modicis onerari, & se non grauioribus, q̃ ferre ualeat, submittere, ne & irrisionem reportet, & periculum asciscat: quẽadmodum & turrim ædificare non nisi illi competere audiuimus, qui sit ad perficiendum instructus.

Quibus de causis ad suos reuersus sit.

Habetis apologiam de fuga mea, & forsan immodicam. Hæc sunt quę me à uobis, amici & fratres, haud quidem sine animi mei, fortassis & uestri tristicia, ut mihi tamen uidebatur, necessariò abduxerunt. Reduxit autem me potissimum uestri desiderium, et quod me à uobis uicissim desiderari sentio. Nihil enim tam est ad conciliandã dilectionẽ ualidũ, quàm affectus dilectioni respõdens: deinde & cura mea, opus mihi incumbens, sacrorũ parentũ meorum canicies & imbecillitas, qui magis mei desiderio, q̃ lõgæui tẽporis molestia adflictabantur: Abrahæ uidelicet huius, patriarchæ, & reuerẽdi mihi capitis, cumq; angelis cõnumerati: deinde & Sarrhæ, quæ me spiritualiter q̃q; per doctrinam fidei peperit: quorũ senectuti baculus esse, & imbecillitatem sustentare optãdo optaui. Et quamuis uotũ hoc pro uiribus ac sic impleuerim, ut ipsam q̃q; philosophiã, omnium eorũ quæ possideo preciosissimum thesaurũ & nomẽ reliquerim, uel ut quod uerius est dicã, ne philosophari uidear priusquã philosopher, non tuli ut hic mihi labor unius propositi gratia excideret, uel ut benedictionem amitterem, quam ueterũ quidã sanctorũ sufficiens etiã, & eius gratia patri suo edulio & pilorũ fictiõe imposuisse, q̃dq; bonum est nõ rectè per insidias abripuisse dicitur. Itaq; hæc duo quidem in causa fuerũt, ut uincerer & mansuefierem. Et forsan absurdum non est, quod utriusq; literarum & philosophiæ studiũ cessit, ac locũ dedit. Est enim opinor quemadmodum quarumcunq; rerũ, ita & cedẽdi uictũq; fieri tẽpus: ac melius est, bene uinci, q̃ uictoriã ad tẽpus incertã & illicitã reportare. Tertiũ uerò, quod & maximũ est (hoc ubi recensuero, reliqua tacebo) Recogitaui dies antiquos, & ad ueterẽ quandã historiã respexi. Hinc mihi in præsenti cautã consiliũ desumpsi. Neq; enim ista frustra conscripta, aut aceruũ quendam esse uerborũ & rerũ putare debemus ad hoc compositum, ut animos auditorum demulceat, sitq; ueluti oblectamentũ quoddã auriũ quod ad uoluptatẽ seruiat. Tales quidem sunt ludentiũ & gentilium fabulæ, qui parum de ueritate sollíciti, uenustate figmentorũ & splẽdore dictionis, auditum pariter et animum incantant. Nos uerò qui diligentiã spiritus ad mínimũ usq; apicem & postremam literam scrutamur, nunc̃q; concedemus (impium enim est) ne minutas quidem res frustra esse ab illis qui scripserunt literis tam studiosè traditas, & ad hoc usq; tempus memoria conseruatas: sed ad id institutas asserimus, ut monumenta & institutiones, res consimiles, si quãdo occasio inciderit, inspiciendi habeamus, quo præcedentium nos exempla, ueluti canones ac typos quosdam sequuti, alia fugere, alia amplecti discamus. Quæ est igitur historia illa? & unde natum est consilium meum? Nihil enim peius est, quàm securitatis gratia multa percurrere.

Ion. 1. Fugiebat & Ionas à facie Dei, immo se fugere putabat: sed comprehensus est in pelago, tempestate, sorte, uentre ceti ac triduano sepulchro, in quo maioris mysterij typus erat. Verùm ille quidem ob id fugiebat, ne durum illud & importunum nuncium Niniuitis nunciaret: ac postea, ubi ciuitas resipiscentiæ beneficio seruata esset, in mendacio deprehenderetur: Non enim malorum salutem molestè ferebat, sed mẽdacio seruire erubescebat, & quasi zelo quodam ad retinendam prophetiæ fidem & authoritatem ducebatur, quam in se periclitaturã uerebat, eo q; profunditas diuinæ dispẽsationis circa ista uulgò cognosci non poterat. Vt ego uerò sapientem quendam uirum hisce de rebus loquentem audiui, qui præsenti historiæ loco haud absurdè succurrit, & sufficiens adhoc extitit, ut prophetici uiri profunda intelligeret. neq; hæc erant, quæ beatũ Ionã ad fugiendũ permouerũt, & Ioppen usq;, & inde Tharsin abduxerunt, quasi fugam suam pelago abscõdi posse crederet. Neq; enim uero simile est, ignorasse eum prouidentiam Dei, propheta cum esset, quòd uidelicet minis istis id agebatur, ne Niniuitæ quod per illas denũciabatur paterent, secundũ inscrutabilia illius iudicia, & uias inuestigabiles & incomprehensibiles, neq; siquidem id sciebat, nõ obsequutũ esse Deo, modo quo uolebat salutẽ illis machinãti. Si uerò putauerit quis q̃q;, quòd sese Ionas in pelago abscõdere, & magnũ illum oculũ Dei fugiendo fallere ubi tratus sit, an non & absurdũ est, & imperiti hominis opinio, secũdum quam sentire de propheta sit iniquũ: immo & de alio quopiam ex illis qui cordati sunt, & sensu Dei ac potentiæ cuncta excellentis uel mediocriter potiũtur. Verùm sciebat hoc Ionas, inquit ille qui ista sic exponit, magis q̃ quilibet alij (& ego id credo) quorsum Niniuitis prædicationẽ hanc adferret, & quòd fugiendi consilio locum quidem mutaret. Deum uerò non effugeret. Neq; enim alius quisquam mortalium etiamsi abdat se in sinus telluris, uel maris profundum, aut alis subleuatus, si id aliqua fieri possit industria, in aera sursum euolet, aut cum ijs qui apud inferos sunt infimi, degat, uel densitate nebularum circumuoluatur, uel quamcunq; rem aliam ad fugę suę securitatem comminiscatur, à Deo abscondi poterit: sed hoc solum ex omnibus tale est, quod nec uitari nec expugnari potest, Deus uidelicet: qui, ubi comprehendere & mancipare uoluerit, præuenit ueloces, fallit prudentes, subuertit fortes, contrahit sublimes, mansuefacit feroces, reprimit potentes. Haud igitur ignorabat potentem Dei manum Ionas, qui hanc alijs minabatur: neq; prorsus id cogitabat, ut Deum fugeret. Ne credamus hoc: sed quoniam Israelem excidere uidebat, & propheticam gratiam ad gentes transire sentiebat, eam ob causam ab hac se prædicandi prouincia subducebat, & mandatum Domini protrahebat, ac relicta gaudij inspectiõe (nam id Ebræis uox Ioppe significat) ueterem sublimitatem ac dignitatem intelligo, in pelagus tribulationis ac mœsticiæ seipsum coniecit. Et hanc ob causam tempestatem incurrit, dormit, in naufragium incidit, euigilat, sorte deprehenditur, fugam confitetur, submergitur, & à ceto quidem deuoratur: uerùm non consumitur, sed illic Deum inuocat, & per miraculum unà cum Christo restituitur. Sed hic quidem sermo in præsenti suspendatur, qui paulo pòst, si Dominus dederit, explicatius elaborabitur. Nunc uerò ad quod mihi sermo tẽdebat, uidendum ac resumendũ uidetur. Nam Ionæ quidem ignotũ fortassis est, propter causam, quam dixi, prophetiã retardanti: mihi uerò quę ratio, aut quis excusationis locus relictus esset, si plus æquo parére detrectassem, & siue leue, siue graue dicendũ sit, impositum tamen ministerij iugũ recusassem. Etenim si id nobis quisq; dederit, ut quod solũ in hisce fortius est dicamus, quòd uidelicet multo inferiore conditione sumus, q̃ ut in sacerdotio ministremus Deo, & quod primum oporteat dignum esse ecclesia: deinde demũ hoc gradu, deinde præpositura, forsan sunt alij qui nos inobedientiæ culpa nõ liberabũt. Est aũt grauis inobedientiæ cõminatio, & graues illius pœnę: quemadmodũ et alterius partis, nihil uidelicet cũctari, & neq; recusare, neq; ut Saul ille, inter uasa paterna abscõdi, etiã modicè & nõ admodũ impense ad prępositurã uocatũ, sed uelut ad rem leuis momẽti, ac facile, prõptè accedere, quũ nec illam mutare securũ sit, ne alteri cõsilio locus existat, per q̃d p̃cedẽs curet. Quapropter inter cogitatiões hasce laborabã, querẽs quid faciẽdũ esset, atq; ita inter duos hosce timores arctabar: quorũ me alter detrahebat, alter subuehebat. et tãdem postq̃ in illis plurimũ hæsitassem, meq; ipse utrinq; librassem, aut perinde atq; fluuius quidã uentorũ instabilitate iactat, sic nũc hac, nũc illac inclinasse, fortiori me, id est timori inobediẽtiæ tradidi. Is me uicit & attraxit. Nũc cõsiderate, q̃ rectè et iustè discriminarim inter hosce timores, ut nec accesserim ad prępositurã nondũ traditam, nec traditam repellã: eo q; illud temeritatis

Origenem Intelligit, & expositionẽ eius induxit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

meritatis sit. hoc inobedientiæ: utraq; uerò imperitorum hominum. Sic itaque medius sum inter eos qui admodum sunt temerarij, & ualde meticulosos: timidior illis, qui ad quęuis temere assiliunt, illis uerò cõfidentior, qui omnia fugiunt. Ad hunc modum ego in hac causa sentio. Et ut illam adhuc clarius explicem, timori præpositurę succurret forsan lex obedientiæ, quod Deus fidem pro bonitate sua remunerat: & eum qui se confidit, & spem omnem in se cõjecit perfectũ gubernatorẽ reddit. Inobedientię uerò periculo ignoro quis tandẽ succurrat, aut quę ratio huiusmodi immorigerum bono et securo animo esse iubeat. Timendũ enim est, ne de illis qui nobis concredun tur, audiamus illud Domini: Animas eorũ de manib. uestris requirã. Et sicuti repulistis me, ne sitis duces ac principes populi mei, ita & ego uos uicissim repellã, ne sim uobis rex: & quemadmodũ non audiuistis uocẽ meã, sed tergũ obduratũ dedistis, et immorigeri fuistis: ita futurũ est, ut inuocetis qui dẽ me: ego uerò ad orationẽ uestrã non respiciã, nec exaudiã. Absit, ut hę uoces aduersum nos à iusto iudice edant, de cuius misericordia quidẽ canimus, uerùm omnino & de iudicio illius cõcinimus. Sed ad historiã redimus. Vbi probatis. ex uererib. cõsidero, inuenio ex illis quos unq; diuina gratia uel ad principatũ uel prophetiã delegit, alios quidẽ uocationi prõptè obtẽperasse, alios uerò charisma hoc retardasse: et nec illorũ qui se subduxerũt timiditatẽ, nec istorũ qui uocationi paruerũt prõptitudinẽ reprehẽsibilẽ extitisse. Nã illi quidẽ ministerij magnitudinẽ reueriti sunt, isti uerò uocãti se credẽtes obedierũt. Volũtarius erat Aaron, sed Moses reluctabat. Obediuit Esaias animo parato: sed iuuentutẽ metuẽs prætexuit Hieremias, & ad propheticũ munus nõ est ausus accedere, priusq; à Deo & promissionẽ & uirtutẽ, ętate sua potiorẽ ac maiorẽ accepisset. Huiusmodi cogitationib. meipsum uelut incãto, unde & animus mihi ferri instar paulatim remissior factus est & mollior, Et ad hasce cogitationes etiã tẽporis auxiliũ, & iusticiarũ Dei cõsiliũ usurpaui, quib. omnẽ uitã meã cõcredidi. Quapropter nec detrecto, nec cõtradico, inquit Dominus meus, cum nõ ad præpositurę dignitatẽ uocaretur, sed uelut ouis ad mactationẽ duceret, sed et submitto me et humilio sub potẽti manu Dei: petoq;, ut pterita mihi desidies & inobediẽtia cõdonet, si quid in ea est à me culpabile cõmissum. Tacui quidẽ, sed nõ semper tacebo. Secessi quidẽ parũper, ut & meipsum inspicerẽ, & dolori consolationẽ pararẽ: uerùm iam ad hoc paratus sum, ut Deũ in ecclesia populi exaltẽ, & in sede seniorũ laudẽ: si illa accusatione, ista saltẽ uenia digna habeant. Quid autẽ opus est prolixiore sermone? Habetis nos ô pastores & compastores: habetis grex sacer, & Christo pastorum principe dignus: habes ô pater per omnia uictũ, & secundũ Christi leges magis q; exteros uolũtariũ. Habes obedientiã: redde nũc benedictionẽ, duc me tu quoq; precib. tuis, dirige me uerbo, cõfirma me spiritu. Benedictio patris suffulcit & cõfirmat domos filiorũ, & cõfirmet ego quidẽ, & spiritualis hęc domus quã elegi, quã etiã mihi requiẽ in seculũ seculi fieri opto, ut inde ex hac ecclesia in cœlestẽ et panegyrim primogenitorũ Dei q in cœlis cõscripti sunt trãsmittar. Postulatio quidẽ nostra hęc est tãta, et ad hũc modũ rationi cõsona: Deus uerò pacis, qui ex utrisq; unũ effecit, et nos inuicẽ restituit, qui in thronis reges collocat, et de terra paupẽ excitat, egenũq; è stercore exaltat: qui elegit Dauid seruũ suũ, et assumpsit ex pastorib. ouiũ eũ qui & minimus erat & iunior ex filijs Iesse: qui dat uerbũ euãgelizãtib. uirtute multa, ad hoc ut euangeliũ perficiat, ipse manũ nostrã dexterã confirmet, & cõsilio suo dirigat, ac cũ gloria suscipiat: qui pastores pascit & ductores ducit, ut gregẽ ipsius cũ scientia, & nõ cũ ualis pastoris imperiti pascamus: quorũ illud in benedictiõe, istud uerò in maledictionib. olim est positũ. ipse det uirtutẽ & robur populo suo, & sistat ipse sibi gregem splẽdidũ & immaculatũ, cœlestiq; ouili dignũ in mansione lętantiũ, in splẽdore sanctorũ, ut in templo ipsius omnes dicamus gloriã, & grex simul & pastores, in Christo Iesu Domino nostro, cui sit omnis gloria in secula, Amen.

Ex Psalmo. Misericordiã et iudicium cantabo tibi Domine.

QVomodo, fratres charissimi, ad sermonem nostrũ audiendum tam segnes estis? quum tamen uiolentia fueritis per quàm celeres, nosq; ab arce nostra, nẽpe solitudine abstraxeritis, quam ego maximè præ omnibus dilexi rebus, tanquam cooperatricem ac matrem eleuationis ad Deũ, & quæ ex homine Deũ faciat, quamq; præcipuè sum admiratus, ac in omni uita ueneratus. Quomodo tam cupidè accipere delideratis, ac postquam accepistis, contemnitis? meliores sanè uidemini in desiderando absentes, quàm fruendo præsentibus, tanquã philosophiæ nostræ potius dominari, quàm illa fruuari uelitis. sed & hoc rectè dicere possum: facti sumus uobis in satietatem, priusquam aut uos gustaretis, seu nos experimentum præstitissemus nostri. quod quidem pręcipuè est admirandum. non enim nos tanquam peregrinos accersistis: aut nobiscum, ut quid dicam compassione magis dignum, conuenitis, mandatum istud et si nil aliud uenerantes. quin nec ut subditum manu ducitis, uel ut timidum animatis, neq; ut adactum consolamini: sed nobis festiuitatẽ (at dicere cunctor, nihilominus tamen dicã) sine festiuitate fecistis, nosq; proœmijs nequaquam bonis suscepistis: sed celebritati mœrorem commiscuistis, quum illud, quod ad uoluptatem est maximum, nequaquam habeat, meos nempe uictores: nam amatores nequaquam uerè dixerim. adeò contemptui est ob noxiũ, omne quod facile superatur. siquidẽ quod sublime est, colitur: quod uerò se Deo humiliauit, spernitur. Quid uultis? iudicer ne, an iudicem? sententiam feram, an excipiam? nam & si iudicatus fuero, me superaturum, ac per sentẽtiam iustè absolutum iri spero. Porrò accusationis caput est, quòd nobis dilectionem haud æqua mensura retribuitis, neq; debitum honorem propter obedientiam uestram exhibetis. ideo nec sperandum est, ut futurũ tempus uos reddat promptiores, quum segnities tanta uix nunc quoq; credi possit. siquidem omne exordium feruentius esse solet. proinde alius aliud quid honorabilius censeat, in pastore seu ueteri, seu nouitio, nec ueneretur senectutem, neq; aduocet iuuentutem. Cœna in Euangelijs est splendida, hospesq; lautus: adsunt & amici, necnon symposium suauissimum existit: nuptiæ enim sunt filij. & hic quidem conuocat, illi autem nequaquam accedunt: at is indignatur, & dimittit quæ in medio geruntur, propter maledictionem, seu, ut modestius loquar, per alios implet symposium. Verùm ista contemnendo omittamus, uos autem non minus mihi facti estis (quomodo dicam modestè?) arrogantes & procaces, quàm illi affecti sunt iniuria, qui uocati è cœna, ab inuitante sunt exturbati: licet enim nequaquam sitis alieni, neq; ad nuptias uocati, sed uos ipsi nos uocaueritis, ac sacram mensam apposueritis, & sponsi ostenderitis splendorem, mox tamen nos dereliquistis. hoc enim è factis uestris generosissimum est. & hic quidem ad agrũ proprium, ille uerò ad iugum boum nuper emptorum, alius autem ad uxorem recens ductam, alius uerò ad aliud quid momenti parui est dispersus, et conuersus, parum & sponsum & nuptias curans. siquidẽ postquàm sum perpessus haud tacebo, nec uel parum sermonem, quem in nuptijs pro dono offerre constitueram, continebo, pulcherrimum ex omnibus quæ habebam, necnon honorandissimum. Cæterùm aliquantisper uos ita cupientes perstrinxi, postquam semel fui coactus, & adeò splendidè acceptus, præcipuè quum argumentum & amor linguam exacuisset. siquidem ad accusationem feruentissimum est ac procliuissimum, quum oritur zelus, dolorem à suspicione minimè expectata sumens: id si quis è uobis œstro percussus senserit, passionem hanc animi cognoscet, ac talia patientibus ignoscet, pariter & ijs qui ad affectionem illam sunt procliui. Verùm nequaquam decet, ut

Universidad de Deusto
Biblioteca

uos ultrà mordeam,& absit ut aliàs id fiat: quin & nunc forsitan præter meri suram sacri tetigimus gregis, præter morem laudabilium Christi pecorum, & hæreditatis diuinæ, per quam tu pater diues es, etiamsi pauper existas. sed & illa te uerba decere existimo, Funiculus hæreditatis mihi inter fortissimos ceçidit: siquidem hæreditas tua fortissima est, quandoquidem nec ciuitatibus clarissimis, neçp gregibus concedimus maximis, ut in aliquo nos excellant, qui tribus sumus minima inter filios Israel, & paucissimi in milibus Iuda, ex ciuitatibus paruæ Bethleem, in qua natus est Christus, nunc & ab initio bene cognita & uenerata. apud quos pater exaltatur, & filius adæquatur, & spiritus sanctus unà glorificatur. qui unanimes sunt, & idem sapiunt: ac in re nulla trinitatem, siue addendo, seu minuendo mulctant, tanquã arbitri mali, & mensuratores diuinitatis, qui & unum plus honestent quàm sit bonum, totum diminuunt & afficiunt iniuria. Vos autem mea cultura, seu uinea mea, ac uiscera mea, siue potius patris nostri communis, quos ille in Christo per Euangelium genuit, si mihi in re aliqua gratificari uultis, ueneremur & nos. Iustum est enim, ut qui uos priores honore affecimus, uos etiam testes habeamus, qui & hoc nobis siue imperium, seu ministerium commiseritis. & si plus diligenti plus debetur, quomodo mensurabo dilectionem, cuius uos debitores propter meam accepi dilectionem? Cæterùm magis uosmetipsos uenerabimini, si imaginem creditam, nec non credentem ipsum, ac Christi passiones, & spem futuram, necnon eam retinueritis fidem, quam accepistis, in qua nutriti estis, & cum qua saluabimini, & alios saluos fieri creditis: non enim multorum, ut scitis, uestra est glorificatio. Cæterùm pietas nequaquam in eo consistit, ut sæpius loquamini de Deo, sed illam magis in taciturnitate esse ponimus. siquidem hominum lingua lubrica est, præcipuè quum haud ratione gubernatur: ac ideo semper auditum sermone tutiorẽ esse censemus: et suauius esse aliquid de Deo discere, quàm docere. sermonis igitur inquisitionem exactiorem dispensatoribus relinquite: uos uerò pauca uerbis, multa uerò operibus piè agite: ac potius leges obseruetis, quàm ut legislatorem admirationi habeatis, quo amorem uestrum erga illum ostendatis. fugite prauitatem, sequimini uirtutem, spiritu sitis feruentes, in spiritu uerò conuenientes, inde cognitionẽ pertrahentes, ex hisçp fundamentum fidei struentes: non ex lignis aut ferro, nec ex stipulis materia fragili, & facilè peritura: quoniam igne nostra iudicabuntur, & purgabuntur: sed ex auro, argento, lapidibus preciosis, & ijs quæ stabilia sunt & duratura. Hæc si feceritis, cum illis uos quoçp glorificabitis, siue præsentes, siue absentes, siue sermo noster uobis curæ sit, siue aliud quid magis honorandum censeatis, quo euadatis filij Dei puri & immaculati, in medio nationis peruersæ & prauæ. Cæterùm impiorum uos funes, qui per gyrum tenduntur, ne illaqueent, neçp cathenis quæ peccatorum sunt propriæ constringamini, nec ratio uobis curis suffocetur secularibus, quo absçp fructu fiatis: sed uia ingredimini regia, nõ declinantes siue in dextram, siue in sinistram: ac per semitam angustam, non secus ac latam, spiritu ducente incedatis. sicçp nostra bene se habebunt, nunc & in disquisitione futura, in Christo Iesu Domino nostro, cui sit gloria in secula, Amen.

Patrem suã Epi scopum alloquitur.

APOLOGETICVS DIVI GREGORII THEOLOGI AD patrem & Nazianzenses post fugæ reuersionem: Bilibaldo Pirchemero interprete.

NIhil fortius est senectute, & nihil honorabilius amicitia: ab his ego captus sum, ac in Christo ligatus, non cathenis ferreis, sed uinculis spiritus indissolubilibus. Proinde huc usçp mihi fortis esse uidebar ac insuperabilis. Et proh rationis defectus, nec sermones impartiebar his meis amatoribus & fratribus, quo ocio frui, & philosophiæ quietè studere possem. omnia relinquẽs uolẽtibus, mihi ipsi soli loquebar & spiritui. nec Israeli cognitus eram, sed Carmelum præferebam,

ferebam, & Ioannis desertum, necnon eos qui de supermundanis philosophabantur, præsentia nil aliud quàm tempestatem esse ducens. quærebam igitur petram, aut locum præruptum, siue murum dirutum, sub quibus delitescere possem: aliorumçp, dicebam, sint honores & labores, aliorum bella & uictoriæ: mihi autem satis sit fugere pugnas, ac ad me ipsum respicere, & ita uiuere sicut possum, quemadmodum qui in fragili rate paruum transfretant mare: paruamçp mansionem illic in pauperculo præsentis politiæ habitaculo adipisci studebam. nam humilium fortasis est intellectus, sed securiorum, ut ab altitudine & casu caueant. Hæc mecum agitabam, quum adhuc umbras & somnia depingerem, ac uanis reformationibus intellectum pascerem. nunc autem quid? amicitia me adduxit, & patris canicies captiuum fecit, senectus prudentiæ, lex uitæ, portus securior, nec non amicitia quæ Deo ditescit, & à Deo ditatur. Proinde iam indignationem dimitto, audiant mansueti & lætentur: ad manum humaniter cogentem respicio, & arrideo spiritui, ac cor mihi præparatur, & intellectus ingreditur: ac amicitia, tanquam flamma extincta & obruta, rursus ex parua scintilla suscitatur & accenditur: exhorruit anima mea à consolatione, & emarcuit in me spiritus meus. dixi, non addam ultrà ut credam amicitiæ, & quur sperarem in hominibus: quoniam omnis homo dolosè incedit, & propinquum suum supplantat. omnes enim ex eadem sumus massa & temperatura, ac ex eodem malitiæ degustauimus ligno, licet alius aliam speciosiorem prætendat umbram. & quid mihi opus est amicitia illa, dicebam, amabili & diuulgata, quæ incipit à mundo, & procedit ad spiritũ? quid autem tecto uno, aut mensa una, aut quid doctorum communium & doctrinarum, quid ue temperaturæ super fratres, aut quid respirationis legi timæ postea, si nequaquam tantum mihi conceditur, ut deorsum maneam, in tempore potestatis & sublimitatis, quum multi contrarijs studeant, & ea assequantur, dominari inquam & amicis feliciter uti? sed quid refert tristia cuncta & acerba enumerare, quæ tenebras uoco, ac sensus inuenta? talia erant quæ ipse mecum uoluebam, ac his etiam absurdiora quædam: siquidem propriam ego siue socordiam, siue stultitiam accusare cogor. Nũc uerò omnia immuto, et longè rectius, nobisçp decentius dispono. Et ut tu admirande exactius nostram uideas immutationem, non solum silentium soluis, quod inculpaui, & propter quod sæpius clamasti, sed & patronos habes sermones. & hæc tum nostræ amicitiæ est sinceritas, tum eius qui in nobis est spiritus. sed quale est patrocinium? si in aliquo aberro, tu quemadmodum & alia soles corrigito. non sustinuisti spiritum amicitiæ fecisse secundum: forsitan super alios nos sumus, super nos uerò spiritus, tibi longè uenerabilior. Non tulisti in terra abscondere & infodere talentum, non tulisti diu lampadem sub modio latêre, quoniam hoc meum lumen & hanc meam culturam asciuisti. quæsiuisti tibi Paulo Barnabam adiungere, quæsiuisti Siluano & Timotheo adiungi Titũ, quo tibi gratia curreret per eos qui legitimè tui curam gerunt, ac à Hierusalem usque ad Illyrium per circulum quendam impleres Euangelium: propter hoc me in medium deducis, & cedentem me accipis, & iuxta teipsum statuis: hæc mea est iniuria, rectè dicere posses, & socium facis curarum & coronarum: propterea ungis archipresbyterum, & circundas podere, & imponis Cidarim, & adducis ad altare spiritalis holocausti, & offers uitulum perfectionis, & initias manus spiritui, & adducis in sancta sanctorum spectantem, & facis ministrum tabernaculi ueri, quod Dominus, & non homo construxit. nunquid uerò dignũ uobis qui ungitis, & super quem, & in quem effunditur unctio. hoc nouit pater ueri & existentis Christi, quem unxit oleo exultationis præ participibus eius, ungens humanitatem cum deitate, ut faceret utraçp unum: necnõ ipse Deus & Dominus noster Iesus Christus, per quem adepti sumus reconciliationem, et spiritum sanctum, qui nos in hoc cõstituit ministeriũ, in quo

Ad patrem loquitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sumus & gloriamur in spe glorię Domini nostri Iesu Christi, cui sit gloria in secula seculorum, Amen.

ORATIO GREGORII NAZIANZENI DICTA IN præsentia Gregorij fratris Basilij, quum ille post electionem præsideret: Bilibaldo Pircheimero interprete.

AMico fideli nil preciosius existit, nec pulchritudo eius expēdi potest. Amicus fidelis protectio fortis est, & munitio regia. Amicus fidelis thesaurus est animatus. Amicus fidelis lōge aurū & lapides exuperat precios. Amicus fidelis hortus est cōclusus, fons signatus, in tēpore apertus et cōclusus. Amicus fidelis portus est refrigerij. quòd si intellectu differat à uulgo, qualis? si uerò in disciplinis quoq; clarus est, et in doctrina omnifaria (de nostra loquor, & quę aliquando nostra fuit) quanto erit splendidior? Si autem filius lucis, & homo Dei, aut Deo appropinquans, seu uir desideriorum, meliorum dico, aut ita uocari dignus, quemadmodum scriptura numine afflatos, uel sublimes, aut partis honorat supernæ: hoc iam Dei donum est, ac manifestè ultra uires nostras. quòd si & ab amico ad nos uenit, ac ab eo qui ob uirtutem eiusdem sit dignitatis, & ex amicitia nostra, adhuc iucundior existit & gratiosior, necnon unguento, quod barbam ornat sacerdotis, & oram uestimenti, fragrantior. Proinde satis hæc sint. nam mediocriter uobis sermo uirum descripsit: quòd si pictorum instar diligentiorum sæpius colores inducere oportet, quo uobis picturam perfectiorem sermone exhibeamus, age uobis illum exactius & absolutius describamus. Quis ex legislatoribus illustrissimus habetur? Moses. Quis ex sacerdotibus sanctissimus? Aaron. nec minus fratres pietate quàm corporibus: seu potius deus Pharaonis, & populi Israelitici præfectus & legislator, qui in nubem ingrediebatur, & diuinorum mysteriorum inspector ac sacrorum princeps erat, ac tabernaculi ueri fabricator, quod cōpegit Dominus, & non homo. ambo autem pariter sacerdotes erant. Moses enim, inquit, & Aaron in sacerdotibus eius. hic quidem principum princeps, et sacerdotum sacerdos, tanquam lingua Aaronis utens opera. ipse autem in ijs quę ad Deum pertinent satagebat. at ille proximus erat post eum, longè autem præalijs tam dignitate, quàm approximatione ad Deum. ambo Aegyptū plectēntes, mare diuidentes, populum Israeliticum educentes, inimicos submergentes, panem de cœlo elicientes, aquam, incredibile dictu, in deserto educentes, & edulcantes. Ambo Amelec debellantes, sancta manuum extensione, figura mysterij maioris. Ambo ad terram promissionis ducentes & festinantes. num quid manifestius imagine ista esse posset? non ne sermo pictor. manifestè cognominem, mihi uerò unanimem designauit? Proinde cum isce nos stimulauit, & absconditos in medium perduxit, nescio quid patior, aut quomodo commoueor, haud dignè spiritu qui in eo est. etenim licet sermo sit asperior, nihilominus tamen dicatur. omnia tolerat amicitia patiens & audiens. at ille aduenit, ut nos soletur, & in concordiam redigat, obediens spiritui. magnum quidem mihi est, quod nunc demum accedit, & quomodo non esset maximum? quum omnes uos uitæ etiam proposuerim propriæ. reprehendo autem, quòd post necessitatem demum aduenit. quomodo enim ô amicorum & sociorum optime, post conflictum & excursionem societas? & post tempestatem gubernator? & post uulnus cataplasma? Nunquid tanquam fratrum amator ob tyrannidem es confusus? aut tu ipse tanquam Dominus grauiter tulisti inobedientiam? Nunquid fratres accusas, aut illis culpam dimittis? loquar aliquid ad te uerbis Iob, & ipse dolens, ac ad amicum licet non talem, neque talibus passionibus subiectum, quam partem sequeris? aut quem adiuuare

Gregorium fratrem Basilij.

iuuare conaris? sed non magnæ nobis sunt uires, non multa sapientia & scientia. siquidem hoc multis, qui nunc sunt meliores, accidere uideo, ut facilius sublimioribus maxima, quàm humilibus concederent minima. Hoc autem tute uideris. me autem nequaquam decet, ut de te aliquid minus bonum manifestem, tanquam qui te boni totius terminum & regulam statuo: simul & scriptura me hortatur, ne uelox sim ad iudicandum. Ego autem, propter amicitiam, rationem reddere sum paratus, tam tibi, quàm omni exigenti, de mea siue inobedientia, quemadmodum nonnulli uocant: seu prouidentia & securitate, sicuti ego persuadeo mihi: ut uideas quòd non penitus absurdo & imperito utaris amico: sed qui melius discernere possit, quàm multi alij: & qui confidit, quibus confidere est dignum: ac timet, ubi est timendum. non tamen plus timet quàm timere deceat, eos qui compotes sunt mentis. Quid igitur uidetur, & quid est melius? nunquid nunc iudicialiter disceptabimus? hocq; sine respectu temporis iubetis? uerùm hic panegyris peragitur, & nequaquam iudicium. ac ideo causam hanc in aliud tempus, & congregationem aliam differamus. siquidem longiorem exigit sermonem, quàm tempus ferat præsens. Nos uerò quid ad uos loquamur, quod panegyri sit dignum? ne uos dimittamus ieiunos, postquàm uos huc inuitauimus. Sanctificemus igitur nosmetipsos fratres martyribus, quoniā & illi per sanguinem & ueritatem se sanctificarunt. liberemur ab omnibus inquinamentis, tam carnis, quàm spiritus. lauemur, puri fiamus, offeramus & nos corpora & animas nostras sacrificium uiuens, sanctum & placitum Deo. colloquium nostrum sit rationabile. nihil enim adeò puro est dignū, quemadmodum puritas et purgatio. certemus per certamina, uincamus per uictorias, testimonium præbeamus ueritati per martyres. cum talibus eorum gratificemur certaminibus, ut nos quoque coronæ fiamus participes, & eiusdem gloriæ hæredes: quum hæc in nostra sit potestate, ista autem in cœlo reposita: cuius admonitiones & iudicia, sunt huius mundi uisibilia. contra principatus, contra potestates decertemus, contra persecutores & tyrannos occultos, contra mundi dominatores tenebrarum harum, contra prauitates spiritales in supercœlestibus, & circa cœlestia, in internis, & cum nobisipsis. contra animi passiones bellum geramus, contra rebellationes quæ quotidie accidūt. ab extra coherceamus iram, tanquam ferinam, & linguam sicut aciem gladij. uoluptates uerò tanquam ignem extinguamus. ponamus auditui ianuam, quæ rectè claudatur & aperiatur. sed & oculis modestiam adhibeamus. instruamus tactum rabidum, & gustum dilacerantē, ne mors per fores nostras ingrediatur. sic enim censeo uocandos esse sensus. risum uerò immoderatum derideamus. ne flectamus genua corā Baal, propter necessitatem: neq; propter timorem imaginem adoremus auream. unū timeamus solum, ne quid plus Deo timeamus, & imaginem afficiamus iniuria. propter malitiam in omnibus scutum fidei sumamus, & cuncta hostis iacula effugiamus: tam graue est bellum, & pugna ingens, ac tropheū adeò magnum. Porrò si ita conueniemus aut concurremus, secundum Christum panegyris celebrabitur. sed & martyres honoramus, aut honorabimus, nec non epinicia celebrabimus. si uerò uentris indulgebimus uoluptatibus, & temporalibus diffluemus delicijs, ac ingurgitabimus mox euacuanda, crapulæq; ac nequaquam modestiæ studebimus, & haud negociationum ac negociorum tempus cognoscemus, nec mentis ascensiones, quo diuini euadamus, ut ita dicere audeam, cuius rei iam martyres facti sunt compotes: primùm quidem nec tempori congruentia faciemus: quid enim palea ad frumentum? quid carnis deliciæ ad martyrum faciunt certamina? siquidem illa pertinent ad theatrum, at hæc ad meum conuentum: illa sunt lasciuorū, at hæc modestorum: illa carnis sunt amatorum, hæc uerò à corpore solutorum. Deinde fratres (uolo autem quid audacius dicere, abstinebo tamen à blasphemia ob reuerentiam dei: nec enim talia à nobis exigunt martyres,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& sic loqui est modestius) haud impurè sacra peragamus: neq; excelsa humiliter, nec honoranda inhonestè, & ut breuiter dicã, minimè terrestre, ea quæ sunt spiritus. Sanè & ludęus festiuitatem peragit, uerùm secundum literam: peragit & festiuitatem gentilis, sed ut placeat dæmonibus. nos autem ut omnia sint spiritalia, opera, motus, cõsilia, sermo, ad incessum usq; & amictũ, quin & ad nutum tenus, ita ut ratio in omnibus dominetur, & homo secundum Deum dirigatur. Ita festiuitatem peragere decet & lætari. siquidem nequaquam prohibeo relaxationem, sed immodestiam reprehendo. quòd si ita conueniemus, & ita panegyrim peragemus, nil prohibebit, quo minus martyrum certamina recolere, & illorum gloriæ cohæredes euadere possimus. quæ enim nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec unquam mens humana excogitare potuit, felicitatem iuxta uires suas expendens, hæc reposita est cẽsemus ijs, qui per sanguinem sunt purificati, ac Christi imitati sacrificiũ. Cæterùm sanctorum martyrum splendorem olim uidebimus, quòd quidẽ iuxta rationem nequaquam est parui momenti, ac in gaudium eiusdem domini ingrediemur, luminiq; beatę & dominantis trinitatis perfectius (rectè noui) ac purius splendebimus, in quam credidimus, & quam coram Deo et hominibus sumus confessi: nihil timentes, neminem pudefacientes, non inimicos externos, non falsos qui inter nos fuerunt Christianos, ac hostes spiritus. quin & usque ad nouissimum spiritum in fiducia multa confitebimur patrum sanctorum depositum, qui proximiores fuêre Christo, & primæ fidei confessionem quæ in nobis à pueris usq; est enutrita, quam sub initium susceptmus, & cum qua in fine discedemus. pietatem hanc etsi nil aliud nobiscum auferentes. Deus uerò pacis qui nos sibi per crucem suam conciliauit, quum per peccatum essemus oppugnati, qui pacem annũciauit propinquis & remotis, tam ijs quæ sub lege quàm extra legem sunt constituti: pater dilectionis, & dilectio ipsa, hoc enim nomine præ cęteris uocari gaudet, quo nomine ipso, fraternum etiam confirmet amorem: qui nobis mandatũ dedit nouum, ut tantum nos diligeremus, quantum etiam diligeremur: qui permisit ut recte uiolentia uti ualeamus, quo per illam in timore contineamur, & obediamus cum ratione, rursusq; per rationem confidamus: qui greges sibi præparare nouit in gentes, paruos autem per charitatem reddit magnos: is per bonitatis suę multitudinem consoletur nos cõsolatione multa, & ultrà dirigat, nobiscum pascens, & gregem saluans. uos autem perfectos reddat in omni opere bono, ac spiritaliter cum martyribus festiuitatem peragere faciat, ac futurarum deliciarum, ubi lætantium cunctorum est habitatio, dignos reddat, quo conspiciamur cum iustitia repleti eius gloria, in Christo Iesu Domino nostro, Amen.

ORATIO GREGORII NAZIANZENI QVAM *præsente patre & Basilio magno habuit, quum in Episcopum Asimorum fuisset electus: Bilibaldo Pircheimero interprete.*

RVrsus super me unctio & spiritus, & rursus ego lugens ac mœrens incedo. admiramini fortasis, sed Esaias priusquam uideret gloriam Domini, ac thronum excelsum & eleuatum, à Seraphinq; circundatum, nihil tale loquitur: non quòd illum loqui tederet, seu quòd timeret: sed ad populum clamat Israeliticum, sibijpsi autem parcit & indulget, tanquam minime reus. Postquã autẽ uisionem rursus uidit, uocemq; audiuit sanctam ac mysticam, tanquã sibi magis conscius, Væ mihi misero, inquit, quia tacui, ac reliqua, ut fugiã blasphemiã. Sed & Manue ueterẽ illũ inter iudices inuenio, & postea Petrũ ecclesiæ columen: illũ quidem dicentem, Heu uxor perimus, quoniã Deũ uidimus. postq; maiorẽ uidit uisionẽ, quàm sua ferret natura & uirtus. hũc aũt nequaquã saluatoris præsentiã & uirtutem ferentẽ, quam in piscatione una nauigantibus ostẽdit, ac propterea admirantem, nauigiũq; relinquentẽ, addita

dita causa, quoniã homo peccator esset, & haudquaquã diuina apparitione & conuersatione dignus. Proinde quum & Centurionis illud in Euangelio audio, uirtutem exigentẽ, præsentiam uerò recusantem, tanquam tectũ eius, nequaquã dignitatem ac magnitudinẽ diuinam recipere posset, nequaquam ob timiditatẽ tristitiamq; hãc sum reprehendendus. siquidẽ oculi uicium nos, animæ autẽ morbum redarguit Deus appropinquans: & his qui dem lumẽ est, illis autem ignis, unicuiq; secundũ materiam & qualitatẽ sub iectam. quid uerò deprehendimus in Saul? unctus erat, et spiritũ receperat, eratq; tum spiritalis, ita ut nec ego alius quàm ille tum erat fieri uellem: sed & prophetabat, idq; adeò præter spem & tam inopinatè, ut miraculũ illud abierit in prouerbium, Nunquid & Saul inter prophetas? quod & nũc quoque audiri & dici solet. deinde uerò nõ totum se præbuit spiritui, neq; purè in alium cõuersus est uirũ, sicut & prophetatum fuerat: sed in eo ueteris malitiæ, & praui seminis remansit scintilla, eratq; in eo pugna spiritus & carnis. uerùm quid cuncta illius tragicè enumerare refert. nouistis spiritum contrarium, & psaltem incantantem. sed & hinc manifestum est factum, quòd indignos nequaquam gratia tangit, nec organum improbum & planè dissonum. quoniam sicut dicitur, & ego credo, in animam maleficam nequaquã ingreditur sapientia. Sed decorem seruare, & harmoniam haudquaquam iuxta opinionem meam parui operis existit, quemadmodum sub initiũ bene gubernari, & ut dignum est se gerere, propter humani habitus ac naturę uolubilitatem & mutationem. Nam & sępius gratia ipsa, ut ex malis nostris quod miserrimum est & maximè admirandum referam, superbiam inspirans & eleuans, à Deo excidere fecit eos, qui non rectè illi approximauerant. plerunq; enim quum eleuamur, decidimus, ita ut propter excellentiam peccator fiat, aut peccatum, per bonum mihi mortem concilians. Hæc sunt quæ mihi timorem injciunt, & amaritudine replent ac mœrore, idemque mihi quod pueris in fulguris accidit coruscatione, nempe uoluptas ex spectaculo, stupore mixta. sed & spiritum pariter dilexi & timui, temporeq; indigebam, ut ad me ipsum conuerterer ac euigilarem, partisq; fierem melioris ac tutioris, quo id quod me tristitia afficit extirparetur, quemadmodũ ex semente zizania, ac cogitationes malæ cederent melioribus, ita ut spiritus superaret puritas, ac ita demum is me assumeret, ac in suo haberet ministerio & seruitute, ad præparationem populi huius, ad gubernationem animarum, ad doctrinam tam in sermone quàm opere & exemplo, per arma iustitiæ à dextris & sinistris, ad aptitudinem pastoralem: quæ à mundo abstrahit, & ad Deum perducit: quæ corpus cõsumit, spiritui adiungit: quæ tenebras fugit, lumine gaudet: quæ feras expellit, gregem colligit: quæ à præcipitijs custodit & à desertis, ac in montes & sublimia perducit: de quibus mihi admirandus Micheas dicere uidetur, à terra nos in alta nostra subleuans: Appropinquate enim, inquit, montibus æternis, exurge et perge, quoniam non est tibi hic quies, tametsi uideatur ijs qui in terra repunt, & deorsum uergunt. Hanc igitur pascendi artẽ, me ô amici docete. deinde uos pastores & compastores huius mihi date symbola, tuq; pater cõmunis, qui multos tempore refecisti, & dedisti pastores. sed & tu meę philosophię censor & iudex, uerùm tanquam philosophicè meũ suscipe sermonẽ, nunquid in media deprehensi tempestate, et fluctibus iactati, pascere ualemus scienter, ac nutrire gregẽ? quandoquidem inter oues es humanissimus, si mihi nõ indignaris, quoniã irrationalis pasturę participes sumus: aut inter pastores, quoniã spirituales facti sumus digni. habes nos quemadmodũ desiderabas sub manibus, uicistiq; insuperabilem, & ecce tibi cum alijs sermo, quem sciens quæsiuisti, & laudans elicuisti, sæpius tuos quoq; redolentem sermones, quem etiã tam quã aggere cõdensasti. sed est in quo amicitiã inculpare possum. Verũ quis mihi ex cõmunibus iudicabit amicis? quis iudex est nõ suspectus? qui sentẽtiam ferat iustã, & nequaq; ut multi solent personæ rationẽ habeat. lubes ut

Gregorius alloquitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

crimen proferam, nec ultrà mihi sermonem remittis: accidit tibi, ô admirande, inenarrabile quid de nobis, & res ferè ineffabilis & incredibilis, ac nunquam antea de nobis audita. siquidem nequaquā persuasi sumus, sed coacti proh miraculū, quómodo facta sunt omnia noua, et quantū nos separasti? quid uis ut dicam? thronū ne an charitatis magnitudinē? ueruntamen impera, prospere age & regna, pasceq; nos pascentes, tanquā promptos qui te sequamur, & pastorali tua ducamur sublimitate ac sanctitate. ueritas enim dicetur, etiam si quid cōtra legem ex dilectione fuerimus ausi, erga gregē tuā nos dilectionem doce, tuam curam ac prudentiā, tuam præfecturam, uigilias tuas ac carnis tuæ subactionem, spiritui obedientē, coloris tui qui ob gregem languet florē, mansuetudinis decorem, in negocijs tranquillitatē & humanitatem, rem quæ nequaquā apud multos reperiri potest, nec quæ multa habeat exempla. prælia pro grege depugnata, uictorias quibus in Christo superasti. Enarra ad quæ nam pascua grex sit cōpellendus, ad quos fontes eundū: à qua pastura fugiendū, quæ aqua declinanda: qui nam ducendi sint baculo, aut qui fistula: quando grex ad pascua sit agendus, & quando reuocādus: quomodo cum lupis sit pugnandū, & quomodo cum pastoribus in pace degendū: præcipuè tempore illo, quo pastores facti sunt insensati, et dispersę sunt oues gregis, ut eadē cum sanctissimis deplorē prophetis, quomodo id quod debile est roborare, & quod ruinā minatur stabilire possim: ac quod aberrauit reducam, & quod perierat quæram, ac quod forte est custodiam: quomodo hæc discere & seruare ualeam, secundum sermonem pastoralem rectum ac nostrum. Cæterùm absit ut fiam pastor malus, qui lac deuorat, & pellibus induitur, ac pinguiora gregis iugulat aut uendit, alias uerò oues feris & præcipitijs relinquit. absit ut meipsum pascam, gregem autē nequaquam, id quod præfectis ueteribus Israelitici populi exprobratū est. Hæc me docete, his me firmate sermonibus, cum his pascite præceptis: ac quemadmodum doctrina, ita etiam me uestris saluate orationibus, tam me quàm sacrum hunc gregem, ad salutem meam, uestram autem gloriam, in die apparitionis & reuelationis magni Dei, et archipastoris nostri Iesu Christi: per quem & cum quo sit gloria patri omnipotenti, cum sancto & bono spiritu, & nunc & in secula seculorum, Amen.

ORATIO DIVI GREGORII NAZIANZENI,

quum à patre in consortium assumptus esset: Bilibaldo Pircheimero interprete.

OS meum aperui, & attraxi spiritum, tradoq; me ipsum ac cuncta mea spiritui, & opera, & sermonem, & ocium, et silentium: me solum sibi habeat, & manum, & mentem, & linguam ducat quò oportet, & quò ipse uoluerit: ac rursus abducat unde oportet, & melius existit. Instrumentum Dei sum. Instrumentum rationale. Instrumentum dico, quod artifici spiritui congruat, ac illi sit pulsabile. heri in me operabatur silentium, philosophabarq; non loquēdo: hodie pulsat mentem, ac ideo sermonem effundam, ac loquendo philosophabor. non enim adeò loquax sum, ut dicere cupiam, quum tacere oportet. nec adeo taciturnus & imperitus, ut in tempore sermonis custodiā ponam labijs meis: sed claudo & aperio ianuam meam, & menti, & uerbo, & spiritui, unicæ naturæ & deitati. Proloquar igitur, postquam ita iubeor, loquarq; ad pastorem hunc bonum, & ad uos gregem sacrum, quæ mihi dictu, uobis autem auditu uidentur esse meliora. Quid tu indigebas compastoris? à te enim sermo noster incipiet, amicum & uenerabile caput, & Aaroni illo dignum, à quo spiritale & sacerdotale illud unguentum destillat, usq; ad barbam & uestimentum, qui multos firmare potes, & manu ducere: siquidem manu ducis in fortitudine spiritus, ac baculum necnon sustentaculum spiritalibus subijcis operibus. Num hoc considerasti & audisti? quòd post Aaronem illū uncti sunt Eleazar & Ithamar, filij eius? nam Nadab &

Patrem alloquitur.

dab & Abiud libenter propter blasphemiam prætereo. Et Moses adhuc uiuens Iosue pro legislatore & duce ijs qui ad terram promissionis ducendi erant constituit. Nam quod Aaron & Hur Mosis manus sustentabant in monte, ut Amalech debellaretur, quū crux à longè sub umbra & figura sua esset designata, prudens prætereo, tanquam non admodum ad nostrum faciens propositum: nam Moses hos non legislatores elegit, sed tantum adiutores orationis, & manuum laboris sustentatores. quid autem corpus tuum patitur? aut in quo laborat? paratus enim sum ad sustentandum. sed sustentaui et sustentabo, quemadmodum Iacob ille, in benedictionibus paternis. Sed nunquid spiritus defecit? at quis fortior est & feruentior, præcipuè nūc quum carnem exuperat, eamq; subegit, tanquam lumini officientem & aduersantem, necnon splendorem prohibentem. hæc enim ut plurimum inter se pugnare solent & opponi. nam quum corpus sanum est, anima ægrotat: quum uerò anima floret, & ad superna respicit, uoluptates superantur, & cum corpore marcescunt. Proinde & alià ueterem tuam admiratus sum generositatem, quòd nequaquam præcipuè hoc tempore ueritus es, ne sub spiritus prætextu hæc facere censearis, nosq; multis hæc carnaliter suscipere uideamur, quum tamen spiritualiter facere simulemus (quandoquidem multi in causa fuere, ut res hæc magna, & tyrannica, ac quæ fruitionem quasi habeat admirandam, sit existimata, licet minori etiam quàm hic nūc est, præfuerint ac imperauerint gregi, & qui plus calamitatis quàm oblectationis habuerit) uerùm hoc amor efficit filialis, simul & innata tua simplicitas, quæ non facile suspicioni causam præbet, minus uerò improborum calumnias admittit. tardum enim ad suspicionem mali est id quod non facile ad malum commouetur. & hæc de te sint dicta. nunc autem paucis populum hunc, siue tuum, siue meum alloquar. uiolenter sumus coacti fratres & amici. uestrūm enim si non tunc, at nunc saltem appellabo testimonium. uiolenter cogimur, senectute patris, & amici (ut modestè loquar) bonitate. igitur quantum possibile est, me adiuuate, ac manum da te coacto, & sub spiritus desiderium protracto. hic enim fugas, curas, & solitudines pariet. sed & quietem animæ & corporis, ac mentem à sensibus ad se ipsam reuerti & conuerti faciet, ut immaculatè Deo frui & spiritus splendoribus purè fulgere possit, ita ut nihil terrenum admisceatur, neque turbidum, nec quod diuino lumini officere ualeat: donec perueniamus ad fontem radiorum qui illic relucent, ac sistamus cupiditates & desideria nostra, quum speculum à ueritate fuerit resolutum. hoc spiritus ob communem fructum in medium uult deducere, & ex eo commodum sumere, quod prosit alijs. insuper & splendorem suum publicare, Deoq; populum adducere acceptum, populum sanctum, sacerdotium regium, imaginem in plurimis purgatā. melius enim & plus esse censet, si Deo tota deputetur ecclesia, quàm unus duntaxat homo. quemadmodum etiam plus est paradisus, quàm planta una: & cœlum totum, quàm stella unica: nec nō corpus totum, quàm membra singula. oportet enim, ut non solum considerentur propria, sed etiam quæ pertinent ad alios, quandoquidem & Christus ita fecit: qui, quū in proprio honore ac Dei forma permanere posset, non solum seipsum usq; ad serui formam exinaniuit: sed & crucem turpitudine contempta sustinuit, quo passione sua iugum dissolueret peccati, mortemq; morte mortificaret. Illa siquidem desiderij sunt figmenta, at hæc spiritus documenta. Proinde quum medius inter cupiditatem & spiritum sim constitutus, nec habeam cui plus gratificer, uobis inuentum meum, quod mihi pulcherrimum uidetur & tutissimum, communicabo, quo mecum consilium hoc expendere, & ueritatem deprehendere ualeatis. uisum sanè mihi fuit optimum & tutissimum, per mediam quandam uiam inter desiderium & timiditatem incedere: & illud quidem dare concupiscentiæ, hoc autem spiritui. Id si fieret, censebam me non omnino fugisse ministerium, tanquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanquam spreuissem charitatem: id enim periculosum esset: nec maius pondus sustulisse, quàm ferrè possem: quum illud esset capitis alterius, hoc uerò uirium maiorum, seu potius ambo essent secordiæ. Pietatis autem esse simul & securitatis, uiribus mensurare ministerium, et cibi instar illud, quod uires ferre possent, suscipere: quod uerò ultra uires esset, reijcere. ita enim corpori sanitatem, animæ uerò contingere securitatem, si mensura obseruaretur in ambobus. ac ideo curam cum optimo patre subeo, ac tanquam pullus non penitus inutilis, aquilam magnam & altiuolantem uolatu sequor. nam posthac pennas meas spiritui dabo, ut illas ferat quò uoluerit, & quemadmodum uoluerit: nequaquam coactus, aut alterius arbitrio pertractus. siquidem suaues sunt labores patris hæreditate acquisiti: & dulcior est grex cui assueui, quàm peregrinus & alienus: addam & Deo acceptior, si me non fallit amor. neque mentem suffuratur consuetudo. nil enim utilius est & securius, quàm quum uolentes præsunt uolentibus: quoniam ui adigi, nequaquã legis est nostræ: nec aliquid quod uiolentũ est, sed uoluntarium. hoc enim nec secularem principatum stabilire posset. quod enim ui subigitur, id se oblato tempore in libertatem uendicare solet: nostram autem non præsidentiam, sed institutionem, nil magis custodit quàm uoluntarium: uolentium enim, & non coactorum, salutis est mysterium. Hic ô uiri sermo, uobis à me simpliciter & cum omni beneuolentia est dictus, & hoc mentis meæ est secretum: uincat autem quod uobis & nobis prodesse debet, spiritu ducente nostra (rursus enim sermo illac regreditur) qui deducit nosmetipsos, & caput, unctum oleo perfectionis, uni patri omnipotenti, & unigenito uerbo, & sancto spiritui, & Deo. ad tempus enim lumen sub modio custodiuimus, & alijs diuinam inuidimus perfectionem. uerùm nunc decet, ut illud supra candelabrum ponamus, quo omnibus luceat ecclesijs & animabus, necnon uniuersæ orbis plenitudini, nõ amplius coniectura perceptum, uel sub umbra designatum, sed & manifestè prolatum, postquam perfectissima Theologiæ demonstratio, hac nos gratia dignos fecit, in ipso Christo Iesu Domino nostro, cui sit gloria & potestas in secula, Amen.

ORATIO DIVI GREGORII NAZIANZENI,

qua se excusat, quur tam diu à functione abstinuerit ecclesiastica, deinde populum ad uirtutis hortatur opera: Bilibaldo Pirchemero interprete.

QVæ'nam hæc est tyrannis, qua semper per delectionem cogimur? qualis mea est philosophia & scientia, ob quam in singulis oppugnamur conuentibus? ego quidem nullam inuenio causam, licet meipsum undiq; expendam et excutiam: attamẽ in uno mihi conscius sum, forsitan non malo, tametsi quidam ignauiam illud uocitent. siquidem uoluissem omni tempore, præsenti demortuus esse uitæ, & uitam uiuere in Christo repositam, ac fieri negociator quidam magnus, omnibus quæ habebam diuenditis, quo margaritam emerem preciosam, ac fluxa & euanida pro stabilibus & cœlestibus dare possem: quæ negotiatio maxima est & firmissima, penes eos qui compotes sunt mentis. id ut mihi contingeret, unicuique cupienti, de cathedra cedere uolebam, ac rota uita puer & discipulus manere, donec à sermonibus uenerandis secernerem amaros. & hoc unum uel præcipuum meæ fuit philosophiæ, siue ut quidam uocant, ignauiæ. secundum autem, quod & maximum est, postquam sermonem multorum haudquaquam sermone continere poteram, necnon prouentum & promptitudinem, quibus nunc omnes detinentur, ut doceant & loquantur ea quæ sunt spiritus, citra omnem spiritum: per aliam incedebam uiam, ut mihi persuadeo, meliorem & faciliorem, nempe ut quiete, omnes exemplo taciturnitatis erudirem: quo illi qui magnum quid in nobis esse putarent, excellentiam uenerarentur:

rentur: qui uerò parum, & momenti ferè nullius, in re eiusdem dignitatis modestè agerent. hæc meæ taciturnitatis ratio fuit, hoc perseuerantiæ nostræ mysterium. sed quid mihi accidit? hic me hac, ille uerò istac trahit ac dilacerat: & de meis dijudicant laboribus, sermonem tanquam æs alienum, sine ulla recusatione exigentes: ac plus me diligunt quàm ipse me ipsum, suntq; omnes me sapientiores, ac plus quàm ego sermonis & silentij tempus cognoscunt, asserentes nequaquam uobis dandam esse remissionem: ac non secus me feriunt opprobrijs, quàm ferrum lapide ignifero, donec ex parua scintilla, sermonum flammam accendant. Sanè quidam ex ipsis meliora etiam promittunt, ac magna præmia sermonibus proponunt. primùm enim se bene facere asserunt, quod Deo & nobis conferant, ut ex sermonibus nostris oriatur fructus. deinde quod ipsi omnes propter inscriptionem, ad meam hæreditatem (si saltem mea sit paterna) ad meumq; pertineant ouile: quos admodum iniuria afficere uidear, nisi omnibus modis beneficijs demereri studeam. & quod pulcherrimum est, quod oporteat eos, qui in multis laborant sermonibus emendari, & hæc de sermonibus ipsis afferunt. proh quàm pulchra philosophia, cum qua me contendendo uincunt. proh quàm laudabilis retributio. uidete quale opus meæ sit taciturnitatis, quæ sermones ipsos desiderabiliores fecit. uidete fructum ignominiæ nostræ. utinam tanta utilitas è sermonibus nasceretur, quanta è taciturnitate. Cæterùm postquàm ita uobis uisum est, uicistisq; insuperabilem, & tropheum de mea erexistis philosophia, age aliquid silentio melius depromam. uerùm nihil molle seu humile loquar, neq; quod in multorũ auribus harmonia sit suauissima. si enim ita dissererem, nequaquam bene meis retribuerem amatoribus. sed quod admodum sit uirile et bene resonet, & propter quod forsitan meliores euadetis, à carne ad spiritũ translati, & sufficiẽter mente exaltati. Filij hominũ quousq; tardi eritis corde? siquidem ex uocalissimo Dauide exordium sumam: Vt quid diligitis uanitatem & quæritis mendacium? magnum quid censentes uitam præsentem, & delicias, necnon gloriolã paruam, & humilem potentiam, falsamq; prosperitatem, quæ non magis sunt habentiũ, quàm sperantium: nec horum magis, quàm eorum qui nihil expectant: & quæ non secus ac puluis uenti procella hinc & inde iactantur, & reiectantur, aut sicut fumus dissipant: uel tanquam somnia deludunt, ac ueluti umbra calcantur. quæ quum absunt, nequaquam ab ijs qui nondum habent desperantur: nec quum adsunt, fida existunt possidentibus. nunquam'ne in cœlum aspiciemus? nunquã euigilabimus? nunquã ab oculis lippitudinem detergemus? nunquam cogitabimus quæ'nam ueræ sint diuitiæ? & qualis sit splẽdor, qui semper durat? & ubi sit dignitas, quæ nunquam excidit? qualis sit felicitas sempiterna? & ubi bonũ inconcussum, quod non immutatur, & cui nullæ fieri possunt insidiæ? non ne hæc multo sudore & labore, si ita eueniret, assequi deberemus? Non'ne si delicijs oblectari deceret, meritò spe hac deliciose ageremus? nũ sanctos ignoramus martyres? necnon alios omnes, qui totum occuparunt orbem, tanquam uincula quædam communia, & in quorum honorem præsens peragitur Panegyris, in qua celebrantur uulnera, & uincula, & tormenta, & ignis minæ, & gladiorum acies, & bestiarum ferocitas, & tenebræ, & inediæ, & barathra, & pecuniarum direptiones, & membrorum amissiones, et tandem mortes ipsæ: quæ omnia illi alacriter sustinuerunt, tanquam in alijs decertarent corporibus, quo aliquid fierent, & hæreditatem quandam asse querentur. non'ne igitur cum spe eadem, pro brauio tanto, & sub agonothete tali, contra eundem decertare deberemus tyrannum? amarum illum, tam tunc quàm nunc animarum persequutorem, inimicum inuisibilem & hostem, non'ne hac consolatione, & nos uiriliter in hoc mundo ageremus, tanquam in theatro aliquo communi? proinde si nos non tam celerem per pericula habeamus liberationem, at tamen quotidie proposita

sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt nobis certamina, per quæ eisdem coronis digni haberi, aut quàm proximè ad illas accedere poterimus. Ego quidē unumquenq; hortor, siue uir sit, seu mulier, senex uel iuuenis, ciuis aut rusticus, priuatus seu princeps, diues uel pauper, imò certamen ipsum uocat, ut omnes se promptè exuant, & non molliter se gerant uel cunctentur, aut tempus elabi sinant, quod iterum reuocare impossibile existit. siquidem præsens tempus est operationis, futurum uerò retributionis. excitemini igitur. Surgite eamus hinc, saluatorē dicentem auditis, qui nō magis discipulos sibi ex terra Iudæa acciuit, quàm deinde omnes hinc exciuit: & ad seipsum exaltatum, quemadmodum promiserat protraxit. audiamus bonum dominum. mundana fugiamus desideria, errantem fugiamus mundum, necnon mundi huius dominatorem. fiamus puri, factoris instar: honoremus imaginem, ueneremur uocationem, immutemus uitam. cur nos ipsos humiles facimus, quum creati simus sublimes? cur uisibilibus immoramur? unusquisq; quantum possibile est fructificet Deo, idq; omni tempore & idea, tam uita quàm circumstantijs, iuxta mensuram uirtutis sibi concessam, iuxta gratiam sibi datam: quo omnes uirtutis mensuras, omnes unitates quæ illic sunt impleamus: tantum colligentes, quantum seminauimus. seu potius, tantum diuinis ingerentes torcularibus, quantum coluimus. unus pecunias inferat, alius paupertatē: hic promptitudinem, iste promptum suscipiat: hic opera laudabilia, alius contemplationem sublimem: iste sermonem tempestiuum, ille silentium rationabile: alius doctrinam irreprehensibilem, & uitam nequaquam cum doctrina dissidentem, hic auditum credentem & benignum: alius uirginitatem puram, & quæ mundana desideria penitus abscindat, iste nuptias castas, & quæ nō omnino à Deo separent: hic ieiunium alacre, alius cibi fruitionem non intēperantem: iste orationis assiduitatem, hymnis spiritalibus, ille curam indigentium. Omnes autem afferant lachrymas, omnes purgationem, omnes cordis eleuationem, & cogitationes quæ se extendant longius. Sanè & simplicitatis pulcher est fructus, ac risus refrenatus, iraq; cohibita, & oculus modestus, ac mens cui aberrare non conceditur. Nihil adeò paruum est, si Deo fuerit oblatum, licet sit minimum, licet paruo precio dignum, cui penitus aditus denegetur, aut quod non suscipiat misericors ille, qui cuncta iusta nouit expendere statera. suscipit plantationem Pauli, tanquam Pauli, & Apollo irrigationem, & uiduę assulos duos, & humilitatem publicani, et Manasse confessionem. Porrò Moses tabernaculum compegit terrenum, quod exemplar erat cœlestis, ad quod omnes offerebant, id quod eis pręconis uocemandatū erat. quidam uerò uouebant, & hic quidem aurum, iste uerò argētum. at alius lapides pretiosos, in clamydem. quędam bissum tenuissimum, nonnullę coccum bis tinctum. alij purpuram, quidam pelles arietum rubricatas. aliquæ pilos caprarū ad usum tabernaculi, munus inter cætera uilissimum. omnes uerò quod unicuiq; siue uiro, seu fœminæ obtingebat. omnes sanè offerebant, & nihil erat inutile, etiam quod pauperrimi inferrebāt. quapropter & nos ita in hoc uenerando ecclesiæ huius tabernaculo faciamus, quam Dominus, & non homo constituxit, quæ diuersis uirtutis ædificata est pulchritudinibus. & hic quidem paruum, alius uerò magnum quid, omnes autem pariter inferamus, in opus perfectum, in habitaculū Christi, in templum sanctum, construentes, & cum architectura spiritus singula disponentes. Cæterum nequaquam tantum inferemus quantùm accepimus, etiam si intulerimus omnia: quandoquidem esse nostrum ex Deo est, ac etiam ut habeamus illud quod inferimus. hoc autem pulcherrimum est & pijssimum, quod Deus nequaquam ex dignitate dantis, sed uirtute & qualitate fructificantis mensurat donum. ne igitur expecta ut bonus fias, sed iam fieri incipias. nec timeas ne indignus uidearis, nisi omnino indignus haberi uelis. hoc igitur inferas, ac re ipsa præstes, illud uerò animi supperat promptitudo, interim uerò rogato, ut tibi propter tenuitatē parcatur. ne cōspicia-

ris, inquit,

ris, inquit, coram me uacuus. nemo sit ociosus aut non fructifer, nemo anima sterili & infœcunda. unusquisq; ex domesticis, & ijs quæ habet fructificet Deo. Peccator pœnitentiam, qui bene currit perseuerantiā, iuuenis continentiam, senex prudentiam, diues distributionem, pauper gratiarū actionem, potens alacritatem, exactor humanitatem: sacerdotes induantur iustitia, seu, ut rectius dicam, induamur, ne dispergamus pecora campi, ne corrūpamus, pro quibus bonus pastor animā suā posuit. qui oues suas cognoscit, & ab ijs cognoscitur, ac propriis uocat nominibus, illasq; ad caulam ducit, & rursus ex illa educit, nempe ab infidelitate ad fidem, & à uita hac ad requiem futuram. timeamus ne à nobis secundum comminationes iudicium incipiat, & ne accipiamus è manu Domini peccata duplicia, si nos haud ingrediamur, ac insuper eos qui ingredi ualent prohibeamus. Vos oues nolite pascere pastores, neq; super terminos eorum eleuemini. satis enim uobis est, si rectè pascimini. nolite iudicare iudices, nec legem feratis legislatoribus. Deus enim nequaquam Deus est seditionis & confusionis, sed ordinis & pacis. Nemo igitur caput sit, qui uix manus aut pes esse possit, siue membrum aliud corporis honorabilius. Sed unusquisq; fratres, in eo ordine in quo uocatus est permaneat, licet dignior etiam existat: in illoq; magis præsentem amet claritatem, quàm ut eam quem non accepit quærat. Nemo qui sine periculo subesse potest, imperare desideret: nec subiectionis lex soluatur, qua tam terrestria quàm cœlestia sunt colligata. neq; dominationem multiplicē sine dominatione faciamus. Vos qui in sermonibus uersamini, nolite nimium confidere sermonibus, nec in sermonibus sapere superflua. Nec desideretis in omnibus uincere malè. nam quædā sunt in quibus uinci est melius. date sermoni sermonem, facite illum armaturam iustitiæ, non doctrinam mortis. uos milites uestro contenti sitis stipendio, & nihil prēter id quod uobis est constitutum exigatis. hoc uos nobiscum iubet Ioannes, magnus ueritatis præco, præcursor, uox uerbi. Cæterùm quid nam cibum uoco? regiū nempe commeatum, & quę secundum legem dignitatibus debentur donaat superuacuum cuius nam est? Ego quidem maledicere obmitto: uos autem, rectè noui, intelligitis quid dicere uelim, Date Cęsari quę Cęsaris sunt, & Dei Deo. huic tributum, huic timorem, uos qui reipublicę curam geritis. timorem autem quum dico, auaritiam prohibeo. Quid igitur magni (dicetis forsitan) lucrabimur? id quod omnium est maximum, & si uultis per me mediatorem, nempe spem optimam, & ea quæ in ciuitate superna sunt præcipua, non in hac parua, & inter ciuitates minima: cui nec dominari, alicuius est momenti, ut modestè loquar, honorans illam quòd nos nutriuit. quapropter ubi cuncta admodum sunt ueneranda & splendida, ibi primi fieri uelimus. uendicemus nobis splendorē qui ibi est, in sinu Abrahæ, potius quàm in hac ærumnis plena requiescamus. Iudicium iudicemus iustum, pauperis et inopis misereamur, simul et uiduę ac orphani. liberemus occidendos, uel, ut modestius loquar, ne occidamus ipsi: non despiciamus nobis supplicantes, à mensa usq; ad animas: non negligamus malè affectū, aut in portis nostris uulneratum. non exultemus ob aduersitates aliorum, nō abominemur conseruum nostrum, non fiamus amici & fratres partis ditioris, ne doleamus in flamma, & uasto hiatu distemus à sanctis, ne rogare cogamur, ut Lazarus mendicus summo digito linguam nostram refrigeret, nō tamen id assequamur. fiamus boni, misericordes, compatientes: Domini bonitatem imitemur, qui solem suum bonis & malis oriri sinit, ac omnes pariter pluuia sua nutrit. ne aliorum paupertate ditescere quæramus, nec adeò à diuina exorbitemus æquitate: neque diuitias nostras ex aliorum colligamus lachrymis, à quibus tanquam rubigine & erugine consumamur, seu ut scriptura loquitur, quas rursus euomemus. quòd si insatiabiliores sumus quàm decet, aut plus etiam iusto possidemus, impertiamur aliquid parui inde, ut inde ditescamus. Hæc igitur pręcepta ad omnes pariter pertinent, & non solū ad eos

Universidad de Deusto
Biblioteca

Patrem suum alloquitur.

qui tantum uersantur in publicis. siquidem communibus ægritudinibus, communia etiam conueniunt medicamenta. Proinde iustè nos inscribes, tu qui rerum nostrarum scriptor existis. scribe diligenter, non meos sermones, quibus nec parum inest emolumenti, nec multum gratiæ ac uoluptatis: sed populum meum, sanctè & humaniter tempus ipsum, etsi nil aliud, uenerans, quoniam saluator in descriptione nascitur. Exiuit enim, inquit, edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur uniuersus orbis. et descriptus est. Ascendit autem et Ioseph cum Maria sibi desponsata in Bethleem, ut & ipse scriberetur, propterea quòd esset de domo & patria David: tumq; saluator nascitur. quę res planè admiratione digna est, quòd creator omnium ac Dominus, in tam uili ac paruo diuersorio nascit. timeamus igitur & nos mysterium, ueneremur dispēsationem, & nos tempori aliquid impertiamur. nunc angeli gaudent, nunc pastores claritate circundantur, nunc stella ex oriente currit ad lucem magnam & inaccessibilem, nunc magi aduenium, ac dona ferunt, necnon regem omnium cognoscunt, rectęq; stellæ de cœlesti testimonium perhibent. nunc Herodes insanit, & pueros interficit: ac per libertatem eos tollit, qui libertatem consequi debebant. Cæterùm nos māsuetis aggregemur, & offeramus illi qui propter nos pauper est factus, corpore etiam, non thus, siue aurum, uel myrrham, hoc ut Deo, illud uerò tanquam regi, istam autem sicuti ei qui nostri gratia mortis degustauit amaritudinem: sed dona mystica, & quæ longè uisibilia exuperant, nempe ut nil accipiamus, nec propter inopiam diuitijs aliquid cōcedamus, neq; figmentum figmenti gratia afficiamus iniuria: cum Christo scribaris, cum Christo expendaris, cum capite censearis, cum ratione rationare. Christus nuper tibi genitus est. Deus est, & homo fit. & cum hominibus conuersatur. quid nobis sermo iste ostendit? ut mihi uidetur, adhortatur eos qui talia credunt, quòd Deus maximis dispensationibus semper accedit, & ut descriptos honore afficeret, carne quoq; cum hominibus conuersatur: & ut seruitutem nostram solaretur, beneuolentiæ quoq; fert legem. hoc enim haud est prætereundum, quòd & ipse didrachmam dat pro tributo: & non tantū pro se solo, sed etiam pro Petro, discipulorum honoratissimo. quoniam pro nobis homo factus est, ac serui formam assumpsit, & propter iniquitates nostras mortem quoq; sustinuit. Et hęc quidem saluator, et qui uoluntate solū, quemadmodum Deus saluare potest, quandoquidem omnia mandato inclusit. sed quod maius est, & dignius nobis indidit, compassionem nempe, & honoris æqualitatem. quur igitur nos discipuli Christi, mansueti illius & clementis, qui nobis in tam multis suum impertitus est ministerium, misericordiā Domini nō imitamur? nunquid non boni erimus conseruis nostris? quo & nos quoq; simile quid cōsequamur, quū Dominus nobis remetiet, quæ nos sumus mēsi. Nōne proprias possidebimus animas propter clemētiam illius? Proinde contēti simus, ut seruiamus liberis: tantūq; inter utrosq; interfit, ut eiusdē sit modij & dominari, & subesse. & hi quidem imponāt tributa, illi uerò describāt. sed nec iniuria quidē sinātur afficere, & iniustè agere. Alijs aūt prouideat, ne aduersitatibus cōflictētur, et cōcertationib. Et hęc circa unā sint imaginē & dignitatē unā, quo eiusdē uitæ hæredes fiant, pro quib. pariter Christus est mortuus. & hæc liberis sufficiāt. Cæterū nō ita relaxet iugū, seu primi nostri peccati mulcta, tanq; perierit malitia, & prima illius constitutio, ut dormietib. nobis superseminet malignus zizania, q̄ principiū peccati fiat negligētia boni: quēadmodū caliginis, ubi lux defierit. huius causa est lignū, & amarus gustus, necnō inuidus anguis, & inobediētia, quæ nos ita damnauit, ut in sudore uultus nostri uiuere cogamur. hinc ego nudus sum & turpis, nuditatemq; cognoui, ac tunicam indui pelliceam, & è paradiso excidi, ac in terrā sum cōuersus, unde fuerā sumptus, in hac aliquā tisper fruor delicijs: quia mala mea cognosco, & ob paruā uoluptatē doloribus maceror indesinenter, cōtraq; malè armatum, & qui me per gustum distraxit,

straxit, pugnare cogor. hęc sunt prauitatis meæ molimina. Inde est, quod natus sum cum labore, in quo & uiuo, & cum quo dissoluor. hæc prauitas mater est indigentiæ, hæc auaritiæ, hæc bellorum, bella uerò tributorum sunt patres: at illa, quod grauissimum est, damnationis. Cæterùm nos nequaquā mulctam dilatemus, quum eidem obnoxij sumus damnationi. nec alijs mali fiamus, nam clementiam mutuam à nobis exigit Deus. proinde est & alia quædam descriptio, aliusq; scriptor, si forsitan de libro quodam audiuistis uiuentium, & libro eorum qui non saluantur: ibi cuncti inscribemur, immo nunc sumus inscripti, secundum meritum uniuscuiusq;, quemadmodum & uixit: ibi nil plus habent diuitiæ, ibi nil minus paupertas, non gratia, non inimicitiæ, non quicquid ex omnibus est pulcherrimum, propter quæ in hoc seculo iustitia peruerti solet. digito Dei cuncti inscribemur, & liber nobis in die reuelationis aperietur. ibi paruus continetur & magnus, ac seruus similis est domino (ut Salomonis illud usurpetur) & rex subdito, & scriptor ei qui est descriptus. sed & splendor propè est, & maledictio. uerùm tacebo, præterquàm quòd qualia scribemus, talia & nobis inscribentur. quòd si inscriptionem hanc meliorem tibi ipsi facies, nobis uideberis bonus & humanus. quid ad hæc dicis? quid scribis amicorum optime? ac qualia dogmata? quæ à communibus accepimus præceptoribus, quo populum hunc in multa doceremus potestate, postquam nos Deus ad meliorem ordinauit partē. non enim grauiorem dicere audeo. O tu qui ex patria & stirpe ortus es pia. O sacrorum parentum planta sacra. O radix filiorum plus etiam sacrorum, quomodo tandē meos suscipies sermones? sed quid num persuasimus? aut longioribus agere necesse est uerbis? uerùm hoc nequaquam coniecturare, sed planè scire oportet, quòd te ut plurimum mei habeant sermones. etenim si nil aliud esset, cui possemus fidere, at saltem sermonibus ipsis, qui te facilè ad honesta semper perducunt, siue imperantem, siue obsequentem. siquidē hoc est in quo sapientes distant à multitudine. Proinde parum quid prædictis addidero: tu quidem mercedem meis dedisti sermonibus, quem & dedisti: hi uerò tibi tribuunt, & adducunt pauperes, totum chorum sacerdotū, chorum philosophorum, qui nullis coherceri potest uinculis, sed solum corpora possidet, atqui nec illa penitus, qui nihil habent quæ ad Cæsarem pertinent: sed omnia ad Deum, hymnos, preces, uigilias, lachrymas, opes incōprehensibiles, mori mundo, uiuere Christo, carnem exinanire, animam abstrahere à corpore: his parcas etiam, si purè Deo restituas cultores numinis, & mystas, necnon rerum cœlestium inspectores, primitias generis nostri, testimonium fidei, coronas, margaritas preciosas, templi lapides, cuius fundamentū & lapis angularis est Christus, pulchrum ecclesię dico supplementū, cui tu optimè, necnon tibi ipsi, ac nobis omnibus consule. has tibi diuitias à nobis accedere potius opto, quàm multos auri & argenti thesauros, quę parumper durant, & paulopòst euanescunt. & hæc uobis sit meorum sermonū fructificatio, quæ etsi spe minor existit, nostras tamen uires ostendit. at uos mihi retribuatis quemadmodum & alia, id, quod ex collatione mea est maximum, nempe ut uobis nunc persuadeatur, & minus meis indigebitis sermonibus: sed per uosmetipsos intelligetis dilectionis ac operum bonorum incitamentum, tanquam ij qui iam bonam ac clementem inscriptionē, quæ illic est, sunt adepti, & circa regem omnium choros ducūt. quòd quidem solum eorum est opus, qui ibi sunt inscripti. ministremus ergo Deo laudem illam unicam, patris & filij, & spiritus sancti, contemplationeq;, & animi eleuatione diuinitatis splendorem glorificemus, cui sit gloria, honor, & adoratio in secula seculorum, Amen.

Rursus patrem alloquitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ORATIO DIVI GREGORII NAZIANZENI IN FV-nere Cæsarij fratris sui dicta: Bilibaldo Pircheimero interprete.

ARbitramini fortassis, patres, amici, ac fratres tàm re, quàm nomine suauissimi, alacriter me orandi munus hoc suscepisse, quo ob fratrem defunctum lachrymas uobis excutiam, ac luctum ciem, seu ut sermones prolixos & ornatos, quibus multi oblectantur extendam, quo ex uobis quidam, tanquam collachrymantes & condolentes, præparemini, ut ob meam calamitatem, domesticam etiam, si saltem alicui talis quædam accidit, deploretis, & in animi afflictionibus, proprij doloris experientiam sumatis: alij autem ut auditum cibent, & afficiantur uoluptate. necesse enim putant, ut calamitas hæc ostendat, qualiter tandem se habeãt nostra, quoniam in alijs tam materia, quàm sermonis copia, satis simus abundantes. prius etiam quàm ad ueram & altissimam suspiciamus rationẽ, ac omnia accepta feramus Deo, à quo sunt omnia, Deumq; præ cunctis accipiamus. Cæterùm nil tale nos perpulit, nec ita de nobis suspicari debetis, si saltem quid dextri de nobis suspicari uelitis. nõ enim defunctum plus deplorabimus quàm fuerit decorum, quũ nec in alijs talia probare soleamus: nec etiam ultra modum laudabimus, tametsi mihi sermo præ cæteris donum sit charissimum ac peculiare, si saltem quid prudenti charum esse debet, & præsertim fama, quæ meos sermones diligere consueuit, & non solum donum, uerùm & debitum omnium debitorum iustissimum: sed solum legem in talibus obseruari consuetam, aliqualiter delibabimus, ita ut & lachrymas profundamus, obiter tamen admiremur. siquidem hoc nequaquam à philosophia nostra alienum existit. etenim memor esto, inquit, iustorũ cũ laude, & pro mortuo effunde lachrymas, ac tanquam aduersa patiaris, luctum instaura. id enim pariter nos & ab indolentia separat, & ab immodestia. Deinde humanam ostendemus imbecillitatem, & de animi dignitate faciemus uerba. demum debitam mœrentibus adhibebimus consolationem, dolorem'que à carne ac à temporalibus ad spiritalia & æuiterna transferemus. Cæsario itaque parentes fuere (ut inde incipiam, unde est conuenientissimum) quos omnes cognoscitis, & quorũ uirtutes uidistis & audiuistis, æmulamini, admiramini, & ignorantibus enarratis, si saltem aliqui sunt homines, ex quibus alius aliam quandam accipit partem, quoniam impossibile est ut unus & idem omnia sortiatur, nec illud linguæ unius opus existit, etiam si quis admodum laboris & honoris sit amator. Proinde multa illis ac magna ad laudis superfuere gloriam, & ne superuacua enumerare uidear, dum admiror domestica, unum uel omnium maximum, & præ cunctis alijs fuit dignum, pietas nempe, de castis illis loquor, & canis, & qui non minus propter uirtutem pariter erant uenerandi, quàm propter senectutem. quorũ corpora ob temporis laborabãt diuturnitatem, animæ uerò Deo adolescebãt. Pater ex oleastro insertus fuit in oleam. & ita de qualitate illius communicauit, ut ipse alios quoque insereret, quo crederent Deo, & curam gererent animarum. sublimis inter populum hunc, sub limiter purificatus. Aaron quispiam secundus, aut Moses, dignus factus qui Deo appropinquaret, & diuinam uocem alijs suppeditaret, stans à longe, mansuetus, ira uacuus, specie tranquillus, spiritu feruidus, corporis effigie conspicuus, longè uerò occultis uirtutibus opulentior. uerùm quid uobis designare necesse est eum, quem prius cognoscitis? nam si longè etiã sermonem extẽderimus, nequaquã tamen tantũ dicere, quantũ ille dignus est poterimus, & quantum unusquisq; nouit, & sermonẽ exigit: ac ideò melius est suspicioni cedere, quàm à sermone, miraculi magnitudinem abscindere. Mater aũt ab antiquo & à maioríb. Deo erat dedicata, & in sortẽ uocata necessariã: nec sibi soli, sed eis etiã quos genuit, pietatẽ asciuit, quũ ex primitijs sanctis

sanctis sancta quoq; esset massa. adeò autem sortem suam auxit, & abundantem reddidit, ut iam à quibusdam (dicam equidẽ, licet sermo sit audax) nec mariti sui perfectio, alterius quàm huius opus fuisse crederetur & diceretur. & ô miraculum, certamen pietatis, maiorem & perfectiorem conferre pietatem uideretur. Sanè filios amabant ambo, sed longè plus amabant Christũ: seu potius Christi magis amatores erant, quàm filiorum. unica autem eis natorum erat fruitio, ut illi à Christo cognoscerentur, & ab eo nominarentur, unicusq; fortunatæ sobolis terminus, uirtus & ædificatio in melius. Misericordes erant, & compassionis affectu insignes. nam multa tineis, furibus, & huius mundi surripuerunt dominatori, quæ ex fragili hospitio in firmũ trãstulerunt habitaculum, ita ut natis maximam colligerent hæreditatem, splendorem nempe seculi futuri, prius etiam quàm ad maturam peruenirent senectutẽ. uirtute & ætate pares, & diebus pleni, tam permanentibus, quàm iam elapsis. tantum autem utriq; partes primas in terra non habuerunt, quantũ inter se prohibuerunt, ne de primo honore contenderent. totius igitur felicitatis mensuram impleuerunt, præter nouissimam hãc, quemadmodum quidam arbitrãtur, siue illam probationem nominare oportet, siue dispensationem. Cæterùm adeò securè è uita migrare, & ad supernam transferri habitationem, nil aliud iuxta meam est opinionem, quàm præmissio quędam filij, qui ob ætatem plus quàm alij periculo obnoxius erat. Et hæc breuiter attigi, non quòd illos laudare uoluerim, quum nõ ignorem, uix aliquem dignè hoc facere posse, etiam si sermonem totum in solo laudis huius argumento absumere uoluerit: sed ut ostenderem, Cæsario uirtutem à parentibus fuisse innatam. Proinde nolite mirari, aut minus fidem adhibere, quum ex talibus ortus fuerit parentibus, si tanta se laude exhibuit dignum: sed potius mirandum esset, si ipse ad alios respiceret, ac interim domestica & peculiaria negligeret exempla. Et prima quidem fuêre talia, qualia esse cõuenit eorum, qui ex stirpe clara sunt prognati, et quos prę cęteris bene uiuere decet. Cęterùm media sciens prætereo, ueluti pulchritudinem, magnitudinẽ, & erga omnes uiri gratiam: mores præterea compositos, nil concinnitate sua à uocum harmonia distãtes: quoniam nequaquam ad nos pertinet, ut talia admiremur, etiam si alijs minimè parua uideantur. ac ideò ad reliqua sermone transeo, necnon ad ea quæ nec à uolente facilè obmitti poterunt. Parentes igitur quũ illum sub talibus educassent moribus, egregieq; erudijssent, & reliquis deinde disciplinis satis exercuissent, multos ille tàm celeritate, quàm naturæ felicitate exuperauit. uerùm ne propter rerum harum memoriam lachrymas effundere cogar, & me animi passio præter pollicitationem minus philosophum esse redarguat, sciens hæc prætereo. Sanè postquam peregrinandi tẽpus aduenisse uisum est, primum tum inter nos diuisi sumus, & ego in Palæstina, ob rhetoricæ permansi amorem: nam ea tum temporis egregijs florebat præceptoribus. at ille Alexandriam perrexit, quę tunc quemadmodum & nunc uniuersę doctrinę officina esse uidebatur, & erat. uerùm quod nam primum & maximum ex illius recenseam bonis? quid ue obmittam? ne sermonem re defraudem maxima. quis nam illo præceptoribus fuit fidelior? quis sodalibus plus dilectus? quis magis improborum fugit amicitiam & consuetudinem? quis plus cum optimis conuersatus est hominibus? necnõ alijs qui ex patria eius erant clarissimi et notissimi, sciens quòd consortia nõ parum, uel ad uirtutem, uel ad improbitatem occasionem præbere solẽt. Ob quæ, quis est magis à principibus, quàm ille, honoratus? quis etiam à ciuitate uniuersa? tametsi propter magnitudinem eius omnia ferè abscondi soleant. quis modestia fuit notior? aut prudentia clarior? quod nam disciplinæ genus non est scrutatus? seu potius, quod nam, non solum sicut alter? cum quo unquam cohabitauit, quem non paulatim meliorem reddiderit? non tantum æquales suos, & ætatis eiusdem, sed & seniores, & qui iam diu in disciplinis uersati fuerant. omnia enim tanquam unum exercebat, & pro o-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mnibus unũquodq; nam argutos natura, laboris superabat assiduitate: & exercitatione præstantes, mentis acumine. seu potius, celeres celeritate, & studio uincebat studiosos: eos uerò qui ambobus his præstabant, ambobus etiam supergrediebatur. Sanè ex Geometria & Astronomia, necnon alijs disciplinis periculosis, id solum elegit quod utile erat, nempe ut ex harmonia perpulchra, & ordine cœlesti laudaret creatorem. quicquid uerò ex illis nociuum esse uidebatur, ab illo declinabat. haud enim astrorum motui, siue præsentia, siue futura ascribebat, eorum instar, qui creaturã conseruam suã, super creatorem statuunt. at ipse omnia, quemadmodum & decebat, attribuebat Deo, ac præcipuè cursum illum cœlestẽ. Sanè quis adeò imperitus & contentiosus esse potuisset, ut illi in numerorum computatione, & admiranda medicina, quantum de naturalibus & complexionibus, necnon ægritudinum philosophatur principijs, ita ut radices extirpet, & repullulationem detruncet, secundas partes tribueret, & non potius optaret, ut ipse confestim post eius enumerationem, dignitatem ferret secundam? & hæc non sunt uerba quæ testimonio carent, sed & ortus & occasus, & quocunque ille postea deuenit, statuæ insignes illius existunt doctrinę. Postquàm autem cunctam uirtutem, & mathesim, tanquam magnum onus, & omnifarias merces, in unicam suam congregasset animam, omnia ad suam misit ciuitatem, quo & alijs pulchram doctrinæ suæ collationem impertiret. uerùm enimuero res interea accidit miranda, quam nec reticere queo: illius enim recordatio præ cunctis alijs potissimum me oblectat: quin et breuiter recensita, uobis quoque iucunda erit. Quum à matre discederemus, uoto illa materno, & quòd filialis amoris index esset, optauit, ut quemadmodum nos ambos emitteret, ita etiam nos pariter reuersos uideret. siquidem coniugales apparebamus, & si non alijs, maternæ tamen orationi, & uisioni, dignè inter nos colligati uidebamur, licet nunc malè ab inuidia simus disiuncti. Deo igitur sic disponente, qui preces exaudit iustas, & benignum parentum amorem erga filios honorat, nullo intercedente consilio, nullaq; conuentione, ambo eodem tempore, hic quidem ab Alexandria, & per mare, at ego à Græcia itinere terrestri, in eandem reuersi sumus ciuitatem. Cæterùm non multum intercessit temporis, quum Cęsarius tantum gloriæ in Byzantio (quæ nunc ciuitas in Europa præcellit uniuersa) est consequutus, ut & publicis honoraretur officijs, nuptiasq; sortiretur splendidissimas, demumq; in senatum legeretur. quin etiam quum ciuitas illa primaria, communi decreto legationem ad imperatorem magnum mittere uellet, legationemq; illam primario ac eloquenti aliquo uiro ornare decreuisset, quo uere primatus curam gereret, & rationem dignitatis nominis sui habere uideretur, hunc elegit præ omnibus. sed & hoc electionis eius additum fuit narrationibus, ut illa dignè ornaretur à Cæsario, incola & medico. licet ea inter reliqua sua ornamenta multis & magnis abundaret uiris, qui tam in philosophia, quàm alijs excellerent disciplinis. Cæterùm de his satis. Proinde licet alijs casus ille fortuitò & sine causa accidisse uideri possit, quemadmodũ & multa alia in rebus humanis casu euenire solẽt, pijs tamen hominibus planè perspectum erat, accidens illud, nil aliud quàm piorum parentum opus esse, qui filios è mari & terra in unam orationis collegerãt impletionẽ. Nos igitur nec illud ex Cæsarij rebus præterire uoluimus, licet alijs fortasis parua & relatu indigna uideri possit, mihi uerò & tunc, & nunc maxima est uisa, forsitan quia amor fraternus plus ad laudẽ est procliuus. quin nec unquã illam inter præcipua ponere desinam, quotiescunq; de rebus eius gestis uerba sum facturus. Ciuitas igitur illum in eo quemadmodum dixi habebat honore, nec eum quicquid accideret dimittere uelle asserebat. Verùm ego, qui in omnibus Cæsario magnus erã & honorabilis, prævalui, & ut parentibus explerem desiderium, ac patriæ redderem debitum, meoq; satisfacerem desiderio, uiæ illum sodalem & commercatorem assumpsi. Sanè non solum à ciuitatibus

ciuitatib. & populis honore est affectus, prouentusq; uarij, unà cũ honorib. multiplicibus undiq; ad illũ, partim affluebant, partim quoq; sperabantur: sed & à rege ipso, & iussionib. imperialibus, quæ ab illo ueniebãt, est honoratus. Tum temporis ego philosophari deliberaui, & me uitæ adaptare supernæ, quo omnẽ gloriã humanam tanquã grauẽ dominã, et ęgritudinẽ ab ijcerẽ molestã: seu potius desiderium hoc antiquum erat, tametsi uita fuerit posterior. at ille primitias eruditionis patriæ suæ dedicare uoluit, quo ob laborem admiratione dignus haberetur. quin etiam gloriæ desiderio, necnon ut urbi præesse posset, quemadmodum mihi uidetur, regibus se addixit, nequaquam rem mihi faciens gratam, aut secundum meam agens sententiam. siquidem manifestè corã uobis fateor, longè melius esse & excellentius, ut quis Deo adhæreat, quàm ut apud terrenos reges uel primas partes ferat, quamuis nec istud reprehensione dignũ censeri debeat. etenim quanto res maior est, ueræ incumbere philosophiæ: tanto etiam difficilior existit, & nequaquam multorum hominum, immo nec aliorum, quàm qui à diuina uocati sunt prouidentia, quæ ad illam prædestinatis, probè manum prębere solet. quin nec res est parua, si quis uel secundariam eligit uitam, sicq; probitatis fit compos, ac maiorem rationẽ habet Dei & salutis proprię, quàm splendoris inferni. quod quidem nec Cæsarium ignorasse scimus. In primo igitur medicorum statuitur ordine, non tamen ut multo degrauaretur labore, sed solum ut eruditionem suam, seu potius breuem quendam doctrinę prologũ ostenderet. hinc confestim amicis annumeratus est regijs, ac magnos adeptus est honores. artis uerò beneficium, sine ullo precio potẽtioribus est impertitus. uidebat enim quod nihil homines adeò eueheret quàm uirtus, & uirorum optimorum cognitio. hinc euenit, ut licet ordinis esset secũdi, multum tamen in illo excelleret gloria. Sanè ob modestiam singularem, omnibus erat charus, ac ideo præcipua illi concredebantur, adeò ut nec Hippocratis indigeret adiuratione, nec Cratetis simplicitas cum simplicitate illius cõferri posset. cunctis aũt plus quàm secundũ dignitatẽ eius uenerabilis erat. Semperq; rebus dignior censebatur præsentibus, ac maiori iam spei destinabatur, non solum ab ijs, qui in aula pollebant, sed etiam à regibus ipsis. Et quod maximum erat, nequaquam inter gloriã & delicias, animi eius corrumpebatur generositas: sed quum rebus multis ac magnis abundaret, una sola dignitas illi erat præcipua, nempe ut Christianus esset & uocaretur, cuius rei comparatione, cuncta reliqua illi ludus & nugæ esse iudicabantur. alia enim alijs, non secus ac in scena ludibria arbitrabatur celerrime augeri & dissolui, ac citius & facilius corrumpi, quàm durare, quemadmodum facile ex uarijs mutationibus uitæ, necnon è sorte sursum & deorsum rotante, cernere licet, solum autem proprium bonum ac firmiter permanẽs pietatẽ esse censebat. taliter itaq; Cæsarius philosophabatur, tametsi ageret in aula. talibusq; uiuebat cogitationibus, quib. etiã discessit, soli Deo cognitus, quod maioris esset pietatis, quàm ipse palàm præ se ferret, cui & hominem exhibebat occultum. Proinde ut cuncta alia obmittã, ueluti gubernationem eorum qui propter genus infortunatè agebant, superbiæ despectionem, ergæ amicos honoris æqualitatem, coram principibus loquendi libertatẽ, pro ueritate certamina & sermones, quos multos cõtra multos habuit multoties, non rationabiliter solum, sed & admodum piè & feruidè, unum eius notissimum præ cunctis recensere pergam. Insurrexit contra nos imperator scelestissimus, qui primùm cõtra semeipsum, propter impietatem erga Christũ insaniuit, iamq; omnibus alijs intolerabilis erat: non quòd in perpetrandis sceleribus reliquis Christi impugnatorib. animi magnitudine par esset, sed quia persequutionem sub mansuetudinis occultabat figmentis, ac secũdum tortuosum illum anguem, cuius & animam habebat, cunctis machinationibus, homines miseros in suum trahebat barathrum. Primus itaq; eius fuit dolus, & molimen primum, ne ob fidei certamina honorem assequeremur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſiquidem ea generoſus ille Chriſtianis inuidebat, quo tanquam Chriſtiani pateremur, uerùm tanquam malefici plecti uideremur. Secundo uerò aliud rei nomen imponere decreuit, quàm ut tyrannicè fieret, tanquam turpitudo maior eſſet quàm periculum, quo homines ſponte ad impietatem accederent: ac ideo quibuſdam pecunijs perſuaſit, alijs uerò dignitatibus, nõ nullis autem promiſſionibus, aliquos uerò omnifarijs peruertit honoribus, quos tamen nequaquam regiè, ſed admodum ſeruiliter in omnium oculis exoluit. Omnes autem uerborum præſtigijs, ac ſuijpſius decepit exemplo. Igitur & Cæſarium quoque multis tentare cœpit dolis. Proh dementiam ac ſtultitiam, quod eum qui Cæſarius ac meus frater eſſet, talibuſq; prognatus parentibus, compilare ſperaret. Cæterùm ut parumper ſermoni immorer, & oblecter narratione, tanquam ij qui miraculo adſunt: periclitabatur generoſus ille, Chriſti munitus ſignaculo, magnumq; illius prætendebat uerbum. quin nec illius terrebatur aſpectu, neq; ob adulationem abijciebat prudentiam: ſed ad certamen paratus erat, ut ſermone & opere contra illum contenderet, qui ualidus erat ambobus. Stadium igitur tale erat, & pietatis athleta tantus, agnothetes: hinc quidem Chriſtus, qui athletam ſuis armabat paſſionibus: inde autem potens & callidus tyrannus, qui illum ſermonum familiaritate ſeducere, & poteſtatis magnitudine terrere conabatur. ſpectatores autem utrinq; erant, & ij qui iam à pietate defecerant, & illi qui adhuc in illa perſeuerabant. hi conſiderabant quorſum res eſſet euaſura, & quis nam ex his duobus victor eſſet permanſurus, plus certamen æſtimantes, quàm circa quos eſſet theatrum. Cęterùm nolite timere, ne forſitan Cæſarius quid promptitudine ſua indignum patiatur: ſed confidite. cum Chriſto enim remanet victoria, qui & mundum ſuperauit. quæ igitur tum ab utroq; dicta & propoſita fuere, nunc quoq; referre pergerem: nam cuncta, ut intelligatis, honore digna cenſeo, quoniam rationes quaſdam habent acerrimas, & nequaquam eloquentia carent, mihiq; non inſua uiter memoriam refricant: uerùm penitus à tempore & ſermone ſunt aliena. Poſtquam uerò Cæſarius omnes ſermonis nexus, quibus illi utiũtur, diſſoluiſſet, uniuerſamq; experientiam, tam occultam quàm manifeſtam, non ecus ac ludum quendam in nihilum redegiſſet, magna uoce proteſtatus eſt ſe Chriſtianum eſſe, ac manſurum ſemper. uerùm nec ſic quoq; imperator illum ablegauit: ingenti enim amore flagrabat, ut eruditionis Cęſareæ compos fieri, & illa ornari poſſet. unde & uulgare iſtud in omnium protulit auditu, ô parentes felices, ô filios infelices. poſtquam & nos dignos duxit, ut ſua honoraret ignominia, quorum doctrinam & pietatem iam pridem nouerat Athenis. ad ſecundam igitur aggreſsionem eſt reſeruatus, nam tum iuſtitia diuina rectè illum contra Perſas armabat: ideo'que beatus ille exul ad nos eſt regreſſus, ſine ſanguine victor, & magis ignominia quàm ſplendore clarior. hanc ego victoriam longè maiorem & honorabiliorem, quàm magnam Iuliani potentiam, ac ſplẽdidam purpuram, necnon precioſum illius diadema cenſeo. hacq; narratione plus efferor, quàm ſi uniuerſum ei regnũ tradidiſſet. ille igitur malis ceſsit temporibus, & hoc ſecundum legis noſtræ iuſsionem. quum enim tempus inſtat, ut propter ueritatẽ periculum ſubeatur, & pietas nequaquam propter timiditatẽ prodatur, iubet illa, ne periculà, quantum licet prouocentur, ſiue animæ noſtræ requirantur, ſiue ab immi nentibus cauere oporteat diſcriminibus. Cæterùm poſtquam caligo eſt diſſoluta, & exterminium rectè dijudicatum, ac uibrans romphea impiũ illum transfixit, reſq; Chriſtianorum ad meliorem ſtatum ſunt perductæ, quid dicere refert cum qua gloria & honore, aut qualibus teſtimonijs, & quantis, ac tanquam magis gratiam tribuens, quàm accipiens, rurſus à regibus ſit ſuſceptus. ſiquidem primum honorem ſecundus excepit. uerùm reges tempus diſſoluit, Cæſarij autem gloria ſemper durat, necnon honor illi à regibus habitus, qui inter ſe cõtendebant, cui nam Cęſarius magis domeſticus eſſe deberet,

eſſe deberet, ac nihilominus amicus ille uocabatur & notus. Hæc Cæſario à pietate pro pietate ſunt retributa. audiant iuuenes & uiri, ac propter uirtutem eandem, ad eundem feſtinent ſplendorem (ſiquidem bonorũ laborum glorioſus quoq; eſt fructus) quibus talia propter ſtudiũ, felicitatis pars etiã eſſe cenſetur. uerũ quale et illud inter eius fuit miracula? magnum tam paternæ quàm propriæ pietatis habens indicium. agebat in Bithynia, ubi nõ minimum à rege ſibi demandatum adminiſtrabat officium, ſiquidem quęſtoris fungebatur officio. hinc enim rex illi, ad principatum maiorem ſtruebat uiam. quum uerò eo tempore terræmotus maximus, ac omnium quos fãdo audiuimus grauiſſimus, Niceam conquaſſaſſet, ac ferè omnes obruiſſet, ciuitatisq; pulchritudinem penitus obſcuraſſet, ſolus ipſe ex illuſtribus, aut ualde pauci, à periculo eſt exemptus. ſub qua calamitate ſalutem abſcondit incredibilem, ac parua ſigna præ ſe tulit periculi: ita tamen, ut timorem, maioris ſalutis pædagogum acciperet, totusq; ſupernæ fieret partis, militiam tranſmutans ex periculis, ac rependens ſibijpſi regia. hæc ſecũ uoluebat, ac diligẽter ſibijpſi inculcabat, quemadmodum etiam ad me ſcripſit, ſuadens ut tempus ſumerem admonitorem, quod quidem nec aliud faciens, intermittam: interim tamen animi eius nobilitati inuidere cogor, quod ita manibus uolueret, ac anima illius adeò philoſophica, rebus attereretur publicis, & ſolis inſtar obſcuris regeretur nubibus. Cæterùm à terræmotu illo eſt ſaluatus, ab infirmitate autem minimè: nam homo erat, & hoc quidem proprium ipſius exiſtebat, illud uerò alijs etiam commune: hoc pietatis, iſtud naturæ. ac ita conſolatio calamitatem præoccupauit, inſtruens nos, quod morte concuſsi admiranda, uenturi ſeculi gloriabimur ſalute. Et nunc uenerandus nobis Cæſarius ſalutem eſt adeptus, ciuis honorandus, mortuus laudandus, hymnis poſt hymnos præmiſſius ad martyrum gradus, cum pompa elatus, ſacris parentum manibus honoratus, quum mater luminaris prælatione, calamitati pietatem opponeret, ijs uerò qui lachrymis uincebantur, philoſophia, quum pſalmodiæ ſedarent luctum, & anima nouiter recreata, quam ſpiritus per aquam transformauerat, dignum fructificaret honorem. Et hæc tibi ô Cæſari à me ſit parentatio, hæ quoq; ſermonum meorum primitiæ, quas tu celari ſæpius incuſaſti, uerùm in te ipſo primùm exerceri debebant. hic tibi à me ſit ornatus, omni ornatu, quemadmodum certè noui, tibi charior. plus quàm ſerum ſtamina tenuia & mollia, quibus nec quum ſuperſtes eſſes, multorum inſtar gaudebas, ſola uirtute decoratus. plus quàm lini textura ſubtilis, plus quàm unguentorum effuſio precioſorum, quę & antea muliebribus linquebas delicijs, & quorum odorem uel unicus diſſoluit dies. plus quoque quàm aliud quid paruum, & paruis honorandum, quæ hodie cuncta amarus hic abſcondit lapis, unà cum corpore tuo perpulchro. Proinde referantur mihi certamina Græca ac fabulæ, quibus infelices honorantur ephebi, parua præmia, paruis proponentes certaminibus, ac cuncta quibus per homines & primitias, aut coronas, necnon flores nuper decerptos, abeuntes expiantur mortales, legi magis paternæ & irrationabilitatis affectui ſeruientes, quàm rationi. donum autem meum ſermo eſt, qui forſitan futuro quoque excipietur tempore. nam ſemper durat, nec quenquam penitus abire ſinit, etiam ſi ex hoc diſcedat ſeculo: ſemper honorandum, auditui & animabus commendat, ac manifeſtius quàm tabulæ, de ſideranti imaginem repręſentat. & ſic ſe noſtra habent. quod ſi parua & minus digna exiſtunt, ſcimus tamen Deo acceptum eſſe, quicquid fit pro uiribus. & hæc quidem præſtitimus, alia autem præſtabimus, ac ſingulis annis nos qui ſuperſtites ſumus, honores hos inſtaurabimus, ac defunctorum renouabimus memoriam. At tu nobis diuinum & ſacrum caput, in cœlum aſcendiſti, ac in ſinu Abrahæ (ſi ſaltem aliqui tales ſunt) requieſcis, angelorum'que inſpicis choros, necnon beatorum hominum gloriam & ſplendorem, ſeu potius unà choros ducis, & collætaris, omnia quæ hic ſunt ab alto

deſpiciens,

Universidad de Deusto
Biblioteca

despiciens, & dignitates fluxas, & honores falsos, necnon errorem qui fit per sensus, ac uitæ huius circumrotationem, cõfusionem q; ac ignorantiam. nõ secus ac in prælio nocturno, magno assistens regi, & illius lumine repletus, cuius paruum defluxum in hoc percipimus seculo, quale uel in speculis imaginari possemus, aut ænigmatibus: post hæc autem fonte boni ipsius perfruemur, pura mente, puram ueritatem intuentes: mercedem q; hanc laboris, hic propter bonum exhausti, inueniemus, ut perfectius bono perfruamur perfecto, & illud cõtemplemur, quod quidem sacræ nostræ finis est disciplinæ, tam animæ quàm libri Theologici uaticinantis. Proinde quid adhuc reliquum est? nempe ut medelam, qualis per sermones fit, dolentibus afferamus. & uerè quidem magnum est remedium, quod à condolentibus procedit, præcipuè ab ijs qui eisdem animi passionibus detinentur: hi enim ad consolandum afflictos, uehementiores existunt. ad hos igitur potissimum noster dirigitur sermo, & profectò illorum gratia pudore suffunderer, si non, quemadmodum in alijs bonis cunctis, tolerantiæ etiam primas partes ferrent: et tanto plus, quanto magis filiorum amatores existũt: quoniam & præ omnibus philosophi sunt, & philochristi, ac ideò plus transitum ex hoc seculo meditantur, ac eos qui ex ipsis nati sunt, edocent: seu potius totam uitam ita instituunt, ut illam nil aliud quàm solutionis meditationem arbitrentur. quod si calamitas rationem adhuc obscurat, & ueluti ingruens oculorum lippitudo, nequaquã decens cernere sinit, agite uos seniores, consolationem suscipite iunioris, ac parentes filij, & qui potius à talibus admoneri deberet, qui multos admonuerũt, & longo tempore experientiam collegerunt. Cæterùm mirari nolite, si iunior ego, seniores monere audeam. nam & hoc uestri est beneficij, si canicie etiã accuratius perspicere possum. Quanto adhuc senes uenerandi, ac Deo appropinquantes, tempore uiuemus? quanto malis hic expositi erimus? neque enim uniuersa uita humana longa existit, si diuinæ naturæ, imperfecta hæc fuerit comparata, non quod uiuendi reliquum, & solutio, ut diximus, humanæ respirationis, temporalis etiam uitæ sint nouissima. quanto nos tempore Cæsarius præuenit? quàm diu illum adhuc deplorabimus digressum? non'ne & nos ad eandem festinamus mansionem? non'ne confestim sub eodem condemur lapide? non'ne tantum in paucis his lucrabimur diebus, quantum plus mali, uel uidemus, uel patimur, aut fortasis etiam perpetramus? tributum commune, & inconcussum, naturæ legi exoluere oportet: & hos quidem abire, alios autẽ præuenire: ac quosdã lugere, alios uerò deplorari: & ab alijs accipere, quod impendimus alijs, nempe fructum lachrymarum. Talis uita nostra est, ô fratres, & maximè eorum qui temporaliter uiuunt. talis hic est ludus super terram, ut qui non sunt gignantur, & qui geniti sunt discedant. Somnium sumus, nequaquam stabile, phasma quoddam incomprehensibile, uolatus auis præteruolantis, nauis in mari uestigio carens, cinis, uapor, ros matutinus, flos cum tempore uirens, & cum tempore marcescens. dies hominis sicut fœnum, et ipse tanquam flos agri efflorescit. recte diuinus Dauid de nostra philosophatus est imbecillitate. & in illis rursus uerbis, Paucitatem dierum meorum annuncia mihi, & palmarum mensura humanos disterminat dies. Quid autem dices ad Hieremiam? qui dolens matri quoque generationem improperat, & hoc ob calamitates alienas. Omnia uidi, Ecclesiastes inquit, omnia humana scrutatus sum ratione, diuitias, delicias, potentiam, gloriam, instabilem illam sapientiam, quæ plus fugit quàm retinetur. rursus delicias, rursus sapientiam. postea hæc eadem sæpe repetit, uoluptates uẽtris, deliciarum hortos, multitudinem seruorum, multitudinem possessionum, poculi ministros ac ministras, cãtatores & cantatrices, arma, satellites, gẽtes subactas, tributa imposita, supercilium regium, ac omnia alia, siue ad uitam necessaria, siue superflua, quibus cunctos ante se reges superauit. & quid de his dicit? omnia uanitas uanitatum, & afflictio spiritus, siue motus quidam

De patre et matre loquitur.

quidam animæ irrationalis, & distractio hominis, ex ueteri forsitan casu da mnati. cæterũ finis sermonis, totum enim audi, Deum, inquit, time, ibi totus stabilitur defectus. & solum hoc tibi ex præsenti uita lucrũ accedit, ut per turbas uisibilium & fluctuantium harũ rerum, ad stabilia perducaris & immobilia. Ne igitur Cæsariũ deploremus, quum sciamus à qualibus ille malis sit solutus: sed potius nosmetipsos, quòd tot calamitatib. sumus relicti. et quid nam thesaurizauerimus? si minus legitimè Deo adhæreamus, ac currentia transcurrentes, nequaquam ad uitam festinemus supernã, terram q; linquamus, quum adhuc in terra agamus, & spiritum qui nos ad alta euehit, minus rite sequamur. hæc quidẽ pusillanimibus peracerba, at ijs qui animo sunt uirili, admodũ facilia existunt. quin & ita consideremus, Non dominatur Cæsarius. uerùm nec aliorũ subiacet dominio: nõ timetur à quibusdã, atqui nec molestũ feret Dominum, sæpissimè dominari indignũ: non cõgregat diuitias, at non obnoxius est inuidiæ: nec animã affligit, dum malè colligit, semper tantũ addere quærens, quantũ prius possidet. talis enim ditescendi est ægritudo, ut terminũ incrementi nullũ uideat: sed semper potum sitiat, etiã quũ bibit pharmacum. rationes Cæsarius nullas amplius assignat, sed rationes ipsum admirant. non amplius in doctrina Hippocratis ac Galeni philosophat, ac nec in illorum contradictorijs. sed nec morbis infestat, uerùm non ex alienis calamitatibus dolores fructificat proprios. nõ uersatur in Euclidis, Ptolemæi, & Hieronis demonstrationibus: uerùm nõ indignatur imperitis, quũ producant etiam maiora. nõ doctrina Platonis, aut Aristotelis, siue Pyrrhonis ingeniũ exornat, nõ Anaxagoræ, uel Cleanthis, seu Epicuri, aut nescio quorũ aliorũ ex Stoa ueneranda, & Academia. cæterùm nequa quã curat, quomodo illorum persuasiones soluat. Et quid opus est recensere alia? quũ prædicta omnibus sint uenerandа, & perquam accepta. non uxorem duxit, aut liberos procreauit: at illos nõ deplorat, nec ab illis deploratur, neq; alijs relinquit, aut relinquit calamitatis monimentũ. Non assequitur hæreditate pecunias: at ipse hæreditas erit illarũ rerum, quæ sibi utilissimæ existent, et quas ipse elegit, quo diues hinc emigraret, ac omnia secũ ferret. Cæterùm ô gloria ingens, ô cõsolatio noua, ô magnanimitas abundans, auditũ est præconium, omni auditione dignũ, matris q; calamitas propter pulchram & sanctã releuatur promissionẽ: illa enim cunctas Cæsarij diuitias, filio se donũ ob parentalia dare promisit, ita ut nihil ex hæreditate illius expectare uellet. Nondum hæc ad consolationẽ sufficiunt? at maius adhibebo remedium. Sapientium credo sermonibus, quòd omnis bona ac Deo accepta anima, postquã à corporis exoluit uinculis, et hinc discedit, quamprimum ad intellectum & cõtemplationẽ boni, quod ipsam manet, peruenit, tanquã à tenebris purgata, aut lustrata, uel nescio quomodo dicere debeam, gaudio quodam admirando lætatur & exultat, ac hilaritate perfusa ad sum aceedit Dominum: tanquam à carcere quodam graui, uita nempe hac effugerit, ac à uinculis liberata sit molestissimis, à quibus mentis coherce-bantur pennæ, quæ iam imaginatione sua felicitatem sibi reseruatam fructificabat: paulo uerò pòst & cognatam recipiet carnem, cum qua illic con philosophabatur, à terra ei & tradita, & credita, per modum quem ille nouit, qui hæc colligauit & dissoluit Deus. hæc caro unà quoq; hæreditario iure gloriam, quæ ibi est, sortietur: & quemadmodum malorum propter cognationem naturæ particeps fuit, ita et iucundorum quoque particeps erit, ac tota ab illa absumetur, & cum illa unum fiet, & spiritus, & mẽs, & Deus, quod & à uita mortali & fluxa desideratur. Audi igitur qualia diuinus Ezechiel de compositione carnis & neruorum philosophatur, & quæ post illã Paulus diuinus de habitaculo terrestri, & domo non manufacta. ex quibus quidem illud dissoluetur, hæc autẽ in cœlo reposita permanebit. quin etiam egressionem à corpore, ingressionem ad Dominum esse ait, obiterq; uitam hanc tanquam peregrinationem deplorat, ac propter hoc desiderat & festinat ut

Universidad de Deusto
Biblioteca

nat ut dissoluatur. quur igitur spe essem pusillanimis? quur temporalibus subiacerem? Archangeli uocem expecto, tubam nouissimã, cœli transformationem, terræ immutationem, elementorum libertatem, totius mundi innouationem: tum Cæsarium ipsum uidebo, non amplius peregrinantem, non amplius efferendum, non amplius deflendum, non amplius commiserandum, splendidum, gloriosum, sublimem: qualis & mihi sæpius per somnium es uisus frater charissime, & charissimorum optime: aut si hoc non uultis, formam repræsentans, siue etiam ueritatis. nunc autem obmisso luctu, ad me ipsum respicere incipio, ne quid luctu dignum, clanculum in me circumferam, ac ideò memetipsum considerabo. Filij hominũ, ad uos enim iam sermo dirigitur, quandiu graui eritis corde, ac ueloces cogitationibus? ut quid diligitis uanitatem, & quæritis mendacium? qui magnum quid, uitam præsentem, & paucos hos dies aliquot esse censetis, & à separatione hac placida ac suaui, tanquam à re aliqua graui & terribili abhorretis. Nunquam nosipsos cognoscere incipiemus? Nunquam ne umbratilia abijciemus? nunquam ad intellectum aspiciemus? non ne si rei alicuius gratia dolere oportet, contrarijs potius est tristandum? incolatu nempe prolongato, secundum Dauid diuinum, qui talia habitacula tenebrarum, necnon locum afflictionis & limum abyssi, ac umbram mortis appellat. quoniam sepulchris immoramur, quæ nobiscum circumferimus: quoniam tanquam homines morimur, peccati morte, quũ facti simus diuini. hoc timore ego timeo. hoc ego die et noctu mecum reuoluo. nec me respirare sinit gloria uentura, ac iudicium: ex quibus illã desidero, donec dicere ualeo, Defecit in salutare tuum anima mea: hoc uerò horreo, ac uehementer effugere cupio. illud autem nequaquam timeo, ne mihi corpus hoc destruatur, ac corruptum omni no pereat, sed potius ne glorioſum Dei figmentum intereat. siquidem glorioſum est ubi fuerit emendatum: quemadmodum ignominioſum, quum peccat. In quo ratio, lex, spes, eadem ignominia, qua irrationabilia sunt condemnata, & nihil plus quàm post separationem. quemadmodum rectè cõuenit malis, et qui igne illo digni existunt. utinam mihi cõcedatur, ut membra mea supra terram mortificem, utinam omnia in spiritus expendam commoda: per angustamq; ac paucis peruiam gradiar semitam, & nequaquam latam & diffusam: quãdoquidem quæ dehinc sequentur, splendida sunt & ingentia, ac spe maiora quàm ut dignè explicari possint. Quid est homo, quòd memor es eius? quod hoc nouum de me mysterium? paruus sum & magnus, humilis & sublimis, mortalis & immortalis, terrestris & cœlestis: illa cum mundo inferno, hæc autem cum Deo excelso: illa cum carne, hæc cum spiritu: cum Christo me sepeliri, cum Christo resurgere oportet. Christi cohæredem, ac filium Dei fieri, Deumq; ipsum uidere. uerùm quò nos procedens sermo produxit? parum deest, quin me animi passioni gratiam debere farear, quoniam talia sum philosophatus, ac ideo resurrectionis futuræ plus sum amator effectus. hoc magnum nobis uult mysterium, propter hoc Deus homo & pauper factus est, ut restitueret mihi carnem, & saluaret imaginem, reformaretq; hominem: quo omnes unum fieremus in Christo. qui omnia factus est in nobis omnibus perfectè, quemadmodum & ipse est perfectus: ut non amplius uir & mulier existamus, non barbarus, Scytha, seruus, liber, quantum ad carnis pertinet signa: sed solum in nõbis ipsis diuinum gestemus characterem, à quo & in quem sumus facti: tantum ab ipso formati, & signati, ut ab eo solo cognoscamur: quod & fiet quemadmodum speramus, secundum magnam Dei magna tribuentis clementiam: qui magna dare solet, quum parua ab eo petuntur, nunc & in tempus futurum ijs qui ritè eum diligunt, qui omnia sustinent, omnia tolerant, propter dilectionem, & spem quam in illo repositam habent, qui in omnibus gratias agunt, à dextris & sinistris, in secundis & aduersis: quandoquidem ratio, sæpius hæc arma salutis esse nouit. illi animas nostras addicamus, necnon eorum qui ante nos sunt dissoluti, tanquam qui in uia iam fuere paratiori. Et sic quidem sermonem sistemus, uobis uerò lachrymas. ad uestrumq; iam festinabimus sepulchrum, quod à uobis Cæsarius donum habet, triste, & solum, quod parentibus ac senectuti in tempore suo fuerat præparatum, filij uerò iuuentuti, & illi qui non indecenter nostra dispensauit, præter conueniẽs donatum. Verùm ô Domine omnium, & factor, qui longè ab hac distas factura. O' hominum tuorum Deus, & pater, & gubernator. O' uitæ & mortis Domine. O' animarum nostrarum custos & benefactor. O' qui facis omnia, & artifici præparas ratione secundũ tempus, & quemadmodum tu nosti, iuxta sapientiæ tuæ profunditatem & dispensationem. Nunc quidem Cæsarium suscipe, peregrinationis nostræ primitias, siue nouissimum primum, tuis concedimus rationibus, quibus omnia feruntur. suscipe & nos postea in tempore opportuno, ac in carne nostra, quandiu id nobis conducit, guberna: suscipeq; per tuum timorem paratos, & nequaquam territos, nec in die nouissima deficiẽtes, uiq; inde distractos: quæ passio animarum mundi & carnis amatricum propria existit: sed prompte nos ad uitam quæ illic est longæuam & beatam excipe, in Christo Domino nostro, cui sit gloria in secula seculorum, Amen.

ORATIO DIVI GREGORII NAZIANZENI IN *funere sororis suæ Gorgoniæ dicta: Bilibaldo Pircheimero interprete.*

QVum sororem laudo, admiror domestica: quæ non ideo falsa sunt, quia domestica, sed uera, ac ideo laude digna. uera autem, quoniã nõ solum iusta, sed et manifestè cognita. proindè haudquaquam ad gratiam nostra declinabit oratio, etiam si cuperemus: sed in medio sermonis & ueritatis statuetur auditor, tanquam dispensator quispiam prudens. quin nec præterquam decorum est, illam laudabo: quod uerò decorum est, iustus etiã exigit: ac ideo nequaquam tali timeo timore, ne ueritatem transcendam: sed penitus contrarium, ne aliquid de ueritate obmittam, ac multa quæ digna sunt præteream, gloriamq; laudis diminuam: quandoquidem difficile est, & rem, & sermonem, rectè sororis adaptare uirtutibus. nil igitur alienum laudabo, quod non sit etiam iustum: sed interim nec domesticum, & quod honore dignum est, afficietur ignominia, ne lucrum sit quod est alienum, illud uerò in damnum cedat proprium. uterq; enim sermo iustum excedit modum, & quum aliena laudãtur, & domestica obticentur. ueritate igitur tanquam canone utemur ac termino, ad illamq; solam respiciemus, ita ut nil aliud cõsideremus, quemadmodum multi facere solent, & præcipuè abiecti. solum igitur ea laudabimus, & ea tacebimus, quæ laude uel silentio digna erunt. Sanè præ omnibus rebus est absurdissimum, ut propinqui laude priuentur debita: conuicijs uerò illos dilacerare, uel accusare, aut in alio quopiam, siue paruo seu magno afficere iniuria, impijssimum esse censeamus, immo omnium deterrimum, iuxta adagium usitatum. sed nec eos sermone, qui præcipuè bonis debetur, priuare decet, quoniam cum illo memoriæ commendantur perpetuæ. deinde iustum quid nos agere putamus, ne maiorem rationẽ habere uideamur malorum, qui id ex gratia exigunt: quàm modestorum, quibus officium illud dignitatis competit causa. Sanè externos laudare, nequaquam prohibet, quod ignoti existant, aut testes desint, tametsi hoc iustius esset: notos uerò commendare, amicitia prohibet, & odium quod regnat in multis. Proinde hoc laudis genus potissimum debetur ijs qui hinc migrarunt, & quibus nulla amplius gratificandi est cura, quiq; tam laudatores quàm uituperatores, cum alijs reliquere cunctis. Sanè postquam abundè de his uerba fecimus, ostendimusque nobis ipsis sermonem hunc potissimum competere, agite nunc ad laudes ipsas, omni sermonis elegantia & affectatione neglecta, deueniamus:

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoniam nec fucata erat, quam laudandam ſuſcepimus. hæc enim pulchritudo eius erat, ut ornatu careret: attamen debitam pietatem tanquam æs alienum, & perquam neceſſarium exoluemus, ſimulq; plurimos ad imitandum uirtutes eius inſtituemus. quandoquidem huic uni rei, in omni ſermone & opere ſtudemus, ut eos qui fidei noſtræ ſunt commiſſi, inſtruamus. Proinde alius defunctæ laudat patriam & genus, leges uenerans eorum qui mortuos laudare conſueuerunt, quandoquidem nequaquam multis aut pulchris indigebit uerbis, qui hanc rebus exornare uelit externis, ueluti à forma pulchra ac ueneranda, gemmis & auro, necnõ artificioſo manuum decore, quæ iuxtà poſita, deformitatem etiam redarguunt. at pulchritudo etiam ſi rebus haud ornata fuerit pulchris, nequaquam tamen diminuit. Ego autem tantiſper hac utar formula, dum communium recordabor parentum, ſiquidem haudquaq; pium eſſet, tantorum parentum & doctorum obmittere decus. deinde breuiter ad illam ſermonem conuertam: nec eos defraudabo, qui illius tenentur deſiderio. Quis igitur ignorat, nouum Abraham noſtrum, nec non Sarram? Gregorium dico, & huius coniugem Nonnam. decet enim, ne & nomina quoq; tanquam uirtutis monimenta obmittamus: illum fide inſtificatum, hanc uerò fidei cohabitatricem. Patrem multarũ gentium, idq; præter ſpem, hanc autem ſpiritaliter parturientem, illum ſeruitutem paternorum fugientem deorum, necnon filiam, & matrem liberorum, qui è domo ſua ac cognatione propter terram promiſſionis eſt egreſſus: hanc uerò peregrinationis cauſam, quæ ei uni accepta eſt ferenda, quo aliquid auderet etiam ſuper Sarram: illum rectè habitantem, hanc autem promptè cohabitantem: illum Domino addictum, at hãc uirum ſuum Dominum appellantem & cenſentem, partimq; propterea iuſtificatam. Quorum erat promiſsio, & quorum (quantum in ipſis) Iſaac erat, & quorum erat donum, cuius erat paſtor ille bonus, optabilis, & dux itineris, necnon figura rectè paſcentis. cuius erat ritè fugere idola, dehinc etiam fugare dæmones: illius autem, haud unquam cum alijs communicare ijs quæ ſunt ex idolis. ſed & eodem fruebatur honore, eadem ſentiebat, ac una cum illo anima erat, non minus in ijs quę ad res ſpectabant diuinas, quàm cogitationem carnis. ætas par erat, ac canicies æqualis, necnon & prudentia & ſplendor, in hisq; certamen mutuum, quo longè reliquis præſtabant: carne quidem parum occupati, ſpiritui uerò etiam ante copulationem dediti. Quorum haud erat mundus, & quorum erat mundus: hic quidem deſpectus, ille uerò prælatus. Quorum erat negligere diuitias, & quorum erat pulchris diteſcere operibus. hæ enim quæ hic ſunt, deſpiciebantur: iſtæ uerò quæ illic exiſtunt, deſiderabantur. Quibus uitæ huius reliquum breue erat, præterquam quod relinquebatur pietati: uita uerò pro qua antea laborauerant, longè felicior cenſebatur. Cæterùm unum adhuc ſermonibus de ipſis adijciam, qui rectè ac iuſtè amborum conueniũt ſtipiti: ſiquidem hic uirorum, at illa mulierum erat decus: & non ſolum decus, ſed & uirtutis exemplum. Ex talibus orta erat Gorgonia ſoror, tam uita quàm probitate excellens. hinc illi pietatis erant ſemina, ab illis innatũ erat ut rectè uiueret, & ſpe meliore, pieq; decederet. præclara hęc quidem ſunt, et quæ haud facile multis, qui ob generis nobilitatem ſuperbiunt, ſunt conceſſa. Proinde ſi altius de his philoſophari oportet, Gorgoniæ patria ſuperna erat Hieruſalem, ciuitas nequaquam uiſibilis, ſed mente tantum perceptibilis, in qua uerſamur, & ad quam tendimus, cuius ciuis Chriſtus etiam exiſtit, conciuesq; ſunt panegyres, necnon eccleſia primogenitorũ, quorũ nomina in cœlis ſunt deſcripta, & qui circa magnum ciuium moderatorem feſtiuitatem celebrant contemplatione gloriæ ipſius, choreasq; ducunt indefinẽtes. Nobilitas autem uera, imaginis eſt conſeruatio, & ad exemplar cõfiguratio, quam operatur uerbum & uirtus, necnon deſiderium purum, ſemper, & magis legitimos ſupernorum myſtas ſecundũ Deum formans, ac cognoſcere faciens, unde & quinam exiſtamus, curq; ſimus creati. ita enim ego de his ſentio,

tio, ac ideo animam illius, radijs ſolaribus nobiliorem eſſe ſcio, etuoco longè meliori, quàm plures alij, nobilitatis & ignobilitatis regula ac libra utens, & haud ſanguine, ſed modo quodam hæc deſigno. neq; enim laude ſeu uituperio dignos, ſecundũ congregationem cõmunem, ſed ſpeciem uniuſcuiuſq; iudico. In ſpeciebus autem ſermo de uirtutibus ſororis uerſat. unuſquiſq; igitur ſermoni auxilietur, & opem ferat, quandoquidem nequaquam poſsibile eſt uni cuncta cõprehendere, etiamſi admodum auditu & intellectu excellat. Gorgonia igitur tantum caſtitate præſtabat, tantumq; ſui temporis fœminas exuperabat omnes, ne dicã antiquas illas, & de quib. plurimus eſt ſermo, ut quum in hæc duo uniuerſa diuiſa ſit uita, in nuptias dico, & uirginitatem, ſitq; hæc ſublimior ac diuinior, laborioſior autem & lubricior, illæ uerò humiliores & ſecuriores, utriuſq; tamẽ declinaret abſurditatem, ac ex ambabus unum quod pulcherrimum eſſet eligeret, & in unũ copularet, huius quidem ſublimitatem, illarum autem ſecuritatem: fieretq; caſta citra oſtentationem, quum nuptijs uirginitatis bonum admiſceret: & oſtenderet quòd neutrum horum, uel Deo penitus, uel mũdo coniũgit, rurſusq; diſſoluit: ita ut hę propter naturam propriam penitus ſint fugiendæ, illa autem nimirũ laudãda. uerũ mens eſt quæ nuptijs & uirginitati rectè dominatur, & tanquam materiam, rationi opifici, hæc adaptat, & ad uirtutem operatur. carni enim cõglutinari, nequaquam ſeparat à ſpiritu: neq; ſi qua caput habet uirũ, ideo caput primum ignorat: ſed parumper mundo miniſtrat & naturę, quantum lex exigit carnis, ſeu illi potius, qui carni legem hanc tulit Deo. hoc autem pulcherrimum fuit & uenerandiſsimum, quòd maritum ita ſibi conciliauit, ut illum non Dominum imperioſum, ſed conſeruum haberet bonum: nec illum ſolum, ſed & corporis fructum, filios dico, & filiorum filios fructum fecit ſpiritus, ita ut genus totum & domum totam, pro una anima ſanctificaret & conciliaret Deo, necnon nuptias laudabiles, propter ſummã in nuptijs trãquillitatem, & pulchram inde fructificationem. Siquidem quãdiu uixit, totius boni ſe ſuis exhibuit exemplum: poſtquam autem uocata fuit, uoluntatẽ ſuam domui poſt ſe reliquit, admonitionem tacitam. Sanè diuinus Salomõ in Parœmijs, ubi ſapientiam docet, laudat mulierem quæ domi curam gerit, & maritum amat: ac illi quæ extra domum obertrat, incontinentiaq; & ignominia animas uenatur honorandas, ſub ſpecie & nomine meretricis, eam opponit, quę intus honeſtè deliteſcit, ac in rebus muliebribus uiriliter ſe gerit, ſemperq; ad fuſum manus habet, ac uiro ueſtem concinnat duplicem, ac cibaria in tempore emit opportuno, rectèq; paſcit domeſticos, unà cum alijs quæ ille fœminã prudentẽ et operoſam decere ait. Verùm ſi ego ob talia ſoroi ẽlaudarem, ab umbra laudarem ſtatuã, aut ab unguib. leonem, obmiſsis maioribus ac perfectioribus. Sanè quæ'nam ſpectatu dignior erat? at quæ'nam minus apparebat? ſiquidem à uirorum aſpectu planè inuiſibilem ſe cuſtodiebat. quænam magis menſuram inter ſeueritatem & hilaritatem retinere ſciebat? ita ut nec ſeueritas uideret inhumana, nec hilaritas immodeſta, ſed hæc prudens, illa uerò humana, terminusq; eſſet decoris, ut humanitas uinceret inurbanitatem. Audite mulieres quæ ualde ac promptè uos oſtentare, ac pudoris tegmen ignominia afficere ſoletis. quę'nam ſic oculos refrenauit? quę'nam ita riſum continuit? magnum enim quid eſſe uidebatur, ſi illa uel parum per fuiſſet commota. Quæ'nam magis auditui fores occluſit? quæ'nam illum diuinis ſermonibus magis aperuit? quæ'nam magis linguæ mentem poſuit cuſtodem? & iuſtificationes diuinas cum illa laudauit? quæ'nam ordinem labijs plus decorauit? Addo & illud, uultis'ne aliquid de illius audire pulchritudine? nam licet precij nullius eſſe uideatur ijs, quæ uerè moribus ſunt caſtæ, magnum tamen quid uideri fecerunt illæ, quæ ualde ornatui & pulchritudini ſtudent, & neq; ſermone eorum purgantur, qui meliora docent. non aurum illam ornabat, arte ad pulchritudinis mundum elaboratũ, non capilli flaui, interlucentes & concinnati: non coma retorta & ſuppoſi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

titia,quæ uenerandum caput,fraude sua ignominia afficeret:nō uestis fluidę & lucidæ uarietas,non gemmarū splēdores & gratiæ, quæ aerē propinquū colore inficiūt, & relucent aspectu:non ars pictorū, ac fucus, pulchritudoq; uilis,quam infernus facit artifex,qui Dei figmentum fraudulentis abscōdit coloribus,et honoris gratiā dedecorat,diuinamq; formā,meretricū idolum, auidis exponit oculis,quo pulchritudo uelamine obfuscetur,idq; imaginem suffuretur naturalem,Deo ac seculo conseruandā futuro. Cæterùm multos, immo omnes,externus mulierū oblectat ornatus, quum nullus precioſior existat,quàm mores illarū honesti,& splēdor internus. Vnicus igit rubor sororī peculiaris erat,pudoris candor unicus,continentiæ:picturas uerò & superpicturas,ac tabulas uiuentes,necnon pulchritudinem fluxam, illis relinquebat, quæ theatra frequentabāt,& quæ in triuijs agebant,quibusq; uerecundia ac uerecundari ignominia uidet. & hæc ita se habebāt. Cæterùm prudentiam illius, & pietatem,nullus sermo dignè explicare posset. siquidē multa maiorum suorum,tam secundum carnem,q; spiritum reperiebat exempla, ad quos solū respiciebat, ac nequaq; illis uirtute erat inferior,tametsi in hoc uno & admodum prōptè uinceretur,quod ab ijs bonū defluere sciret,eosq; domestici splendoris radices esse & gaudebat,& fatebatur. Porrò quid intellectu eius acutius erat? quem non solum ij qui ex illius genere essent,nec illi qui eiusdem essent populi & caulæ unius,sed omnes qui in circuitu habitabant,commune symbolum esse sciebant,legemq; indissolubilem documenta illius & admonitiones. quid autem sermonibus illius sanctius? quidue silentio prudentius? uerùm quia silentij mentionē feci, rem & ipsi perq; peculiarem,necnō alijs mulieribus dignissimam, præsenti autem tempori utilissimam tetigi,quæ nam magis res norat diuinas? tam ex oraculis diuinis,q; intellectu proprio. quæ nam minus loquebatur? in terminis muliebribus, pietatis nempe permanens. maritus igitur illius cōmodum hinc accipiebat, ut uerè ob eius commerciū piè ageret,et nō solum ob pulchrā insatiabilitatē. Quæ nam templa ita oblationib. ornauit? tam alia q; istud q̄d nescio, utrum illa sublata dehinc ornari possit,seu potius quæ nam sic uiuens templum se Deo exhibuit? Quæ ita in honore habuit sacerdotes? tam alios q; illū qui pietatis eius doctor erat & cōcertator, cuius bona sunt semina, & Deo cōsecrata filiorum cōiugatio. Quæ nam magis domū suam exhibuit ijs, qui secundū Deum uiuunt? pulchra illa susceptione,ac quę homines reddit diuites. & q̄d hoc maius est,quæ nam tali suscepit reuerētia? & secundū Deū gressibus,ac illis quæ his adhærēt. quæ nā mentē ostendit in afflictionib. minus afflictā, quæ magis animā condolentē patientibus? quæ manum largiorem indigentibus,ita ut ego audacter illā uerbis his Iob ornare audeam: ianua illius unicuiq; aduenienti patebat,nec extra pernoctabat peregrinus,oculus erat cęcorum,pesq; claudorum,ac mater orphanorum. de misericordia uerò erga uiduas,quid maius dicere oportet? quàm quod illū fructū tulit, ut nequaq; uidua uocaretur. Sanè domus eius cōmune erat pauperibus ex sanguine hospitium,substantiaq; cōmunis,omnibus indigentibus,non secus ac si uniuscuiusq; esset propria. dispersit,dedit pauperibus,et propter promissionis certitudinem,ac nequaquā fallacē,multa cœlestib. intulit torcularibus,multotiensq; Christum propter multos resocillatos suscepit. Et quod pulcherrimum erat,non maioris apud eum momenti fuit ut uideretur,quàm ueritas ipsa,sed rectè agriculturam suam Deo exercebat occultè: ille enim et pietatē aspicit occultè. omnia mundi dominatoris rapiebat,omniaq; in tutissima recondebat repositoria,ita ut nihil terræ relinqueret,præterquam corpus. omnia pro spe permutauit futura,unicas diuitias liberis suis reliquit,imitationē nempe,& ut ipsi quoq; in talibus decertarent. nónne talia magnanimitatis sunt? & incredibilia fermè. Corpus uerò à delicijs & efrenib. continebat uoluptatibus, quibus illud soluitur ac dilaceratur, nequaquam cōfidens bene actis. siquidem quàmplurimis accidere solet,ut operibus misericordiæ, quæ

inopibus

inopibus impertiuntur, delicias redimant, & nequaquam bono malū sanēt, sed pro bono malū accipiant,illa uerò terram ieiunijs superabat, alijs autē ut in terra dormirent,pro remedio dimittebat. ieiunium enim deprehendit animæ esse adiutorium. somno autem mensuram alienæ rei gratia minus statuebat,aut ita lege firmabat,tanquam careret corpore. genua autem inflectebat ad terram, quum & alij totam uigilarent noctem,sicq; corpore manebat recto,quod quidem præcipuū philosophicorum hominū certamen existit. nam licet hoc nequaquam pertineat ad mulieres,ipsa tamen inter uiros generosissimus,uisa est perquam uirilis. Cęterùm est ne uir aliquis,aut mulier, qui hanc psalmodiarū tono prudenti,uel eloquiorū diuinorū colloquijs, siue explicatione,aut memoria tempestiua,seu genuū attritorum inflexione, & pauimēti instar induratorū,uel lachrymis,sordiū purgatione,in corde cōtrito & spiritu humiliato,aut precibus ac mente nō uaga,sed sublimi, & in altum sublata,his omnibus,aut quibusdā ex illis superasse gloriari potest? at qui & hoc dictu magnum existit,uerū tamen,quod ex bonis quædam æmulabatur,in quibusdam autem erat æmulationi, & hoc quidem inueniebat, illud autem uincebat. sed quid in singulis defatigari necesse est? ut igit cuncta paucis cōprehendam,in omnibus superior euasit: ita enim cūcta egregiè disposuit,quemadmodū alius quispiam,unum,& mediocre: ita autem ad summum singula,ut ex omnibus uel unū sufficeret. Cæterùm ô quale corpus? & sordidū carnis indumentum? in quo sola uirtus florebat. ô anima imperans corpori, & sine alimento ferè immaterialis,seu potius quæ corpus ante separationem etiam mortificari coegit, quo anima libertatem adipiscerētur, & nequaq; impediretur à sensibus. ô noctes insomnes, psalmodiæ & stationes de die in diem peractæ. ô Dauid,fidelibus solum animabus,non prolixa decantans. ô membra tenera,à terra detrita, & contra naturam exasperata. ô lachrymarum fontes in tribulationibus seminatæ,in exultatione metendæ. ô clamor nocturnus,nubes etiā pertransiens,& ad cœlum usq; perueniens. ô feruor spiritus,idem audens quod canes nocturni, propter desiderium orationis. ô algoris pluuiæ,tonitrui,grandines,& tempestates. ô natura muliebris,uirilem etiā propter cōmune salutis certamen superans,& corpore non anima differens,muliebriq;,uirile redarguens. ô puritas post ablutionem & anima spōsa Christi,in puro corpore,pura,sponso puro. ô gustus amarus, & Eua mater, tam generis q; peccati,anguisq; seductor & mortifer, illius cōtinentia deuicta. ô Christi exinanitio & serui forma,passionibus illius mortificatione honorata. ô quomodo uel cuncta illius enumerabo? uel quum plurima obmitto,nequaquā læsero ignorātes. cæterùm tempus est, ut iam de pietate illius & conatibus loqui desinam. uos enim qui rectè illius facta nouistis,iampridem mihi desiderare, & in sermone quærere uidemini, non præsentia solum,nec ea quibus nunc illic exultat,quæ mēti humanæ, auditui & uisui planè sunt incognita,sed qualia etiā iustus ei præmij retributor, in hoc retribuerit seculo,quandoquidē sæpius hoc in ædificationē infideliū facere solet,paruis magna,& uisibilib. concedēs inuisibilia. dicam autem quædam omnibus cognita,nōnulla uerò à multis abscondita: hoc enim ad ipsius pertinet philosophiā,ut haud nimiū laudibus ornetur ob gratiam. Nouistis igit iumenta insana,& raptum è uehiculo,ac circuitū illum detestandū, necnon abstractionem & contritionē miserandam,& scandalū quod hinc ortum est infidelibus,si ita iusti tradātur,ac celerē incredulitatis emendationem,quoniam omnia cōtrita sunt & cōcisa,& ossa,& membra,& occulta, & manifesta,& quòd nullū alium medicū q; tradentē tulerit,prę pudore aspectus uiri lis,& manus: decorem enim ęgrotos quoq; seruare decet: pariterq; quod responsionem quæsiuerit ab eo,qui illam hæc pati permittebat. neq; ab alio q̄piam,q; ab illo salutem est cōsecuta,ita,ut quispiā nō magis ob passionem, q; mirabilē illius sanitatis restitutionē admiratione capi deberet: ac ideo censeri posset,tragœdiā inde ortū sumpsisse,quo passionū censura tanquā ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo passa fuisset, super hominẽ tamen sanatã esse uideri posset, ac narrationẽ posteris præstitisse permaximã, ad demonstrationẽ fidei in passionibus, et in aduersis tolerantiæ, longè autem plus clemẽtiæ diuinæ circa homines tales. Deo enim quũ cadit, nõ conteritur, de iusto rectè dictũ. surgit enim huic, & quum cõteritur, citò emendat & glorificat. si enim præterquam decens erat patiebat, attamẽ ultra q̃ decebat ad ipsam est reuersa: ita ut parum abfuerit, quin passio sanitatẽ subterfugerit, & manifestior fieret medela q̃ plaga. ô calamitas laudabilis & admiranda. ô passiones omni passione carente sublimiores. ô uerbera et uulnera & recõualescentia, & post tres dies resurrectio, in mediũ ferẽs quid magis mysticũ, quemadmodũ & tulit, nõ minus autem huius cõgruens passionib. hoc quidẽ omnibus manifestũ est, ac longinquis quoq; post q̃ & miraculũ hoc ad omnes peruenit, narratioq; hæc in omniũ linguis & auditu, unà cum alijs Dei miraculis & uirtutib. resonare cœpit. illud aũt q̃d nunc dicere pergã, usq; huc multis est incognitũ, ac propter philosophiam quã dixi absconditũ, ob pietatemq; omni caret ambitione & ornatu. Proinde si iubes pastorũ optime et perfectissime, sacræ illius ouis pastor, dicere pergã: & quia annuis, reliquũ est, ut q̃niã soli miraculũ hoc sciamus, alijs quoq; de illo testimoniũ prębeamus, si saltem defunctę fidẽ adhuc seruamus. uerũ quemadmodũ tũc tempus silentij, ita & nũc propalationis mihi esse uidet, nõ solũ ad Dei gloriã, sed ob consolationẽ eorũ qui sunt in tribulationib. Laborabat soror corporis ægritudine, & admodũ malè affecta erat, morbo inconsueto, ac planè peregrino: nam subitò sanguis ferebat & ebulliebat, moxq; sistebatur: postea torpedo et stupor sequebat incredibilis, mẽtisq; ac membrorũ solutio. idq; nõ longo accidebat interuallo, sed nonnunquã frequenter eueniebat, ita, ut malũ illud nequaq̃ humanũ esse putaretur. nec medicorũ proderãt artes, tametsi magna diligẽtia morbũ illũ curare studerent: nõ solũ singuli, sed uniuersi etiã in unum collecti. Sed nec parentũ lachrymæ opem aliquã afferebãt, licet multis multotiens profuissent: neq; uulgi preces, quas populus uniuersus pro salute illius effundebat. siquidẽ ad omnium salutẽ pertinebat, ut illa saluaretur: quemadmodũ calamitas contrà erat cõmunis, si ægritudine malè afficeretur. Quid igitur anima faciebat magna, & maximis digna? et quod'nam aduersus infirmitatẽ remediũ habebat? iam enim occultũ proditur: quũ iam de omnib. alijs desperasset, ad omnium cõfugit medicũ: noctisq; captata solitudine, quũ illi morbus paruas cõcessisset inducias, ante altare cũ fide procubuit, ac illũ quem uenerabat, magna uoce, ac omni inuocauit conamine, eiq; miracula cũcta, quę olim fecerat, in memoriam reduxit, nam & uetusta & noua callebat. tandẽ impudentia quadã pia et pulchra impudẽs facta, illã imitabat, quę ob tactũ fimbrię Christi, à fluxu sanguinis est sanata. & quid'nam facit? super altare caput reclinat, ac cũ simili clamore, & lachrymarũ ,pfluuio, instar illius quæ olim pedes Christi rigauit, opẽ implorat: et nõ antea se cessaturã est cõminata, q̃ sanitatẽ fuisset adepta. Inde totũ corpus pharmaco illo suo perũxit, & si alicubi manus exuenerando corporis & sanguinis Christi subexẽplari quid recondiderat: proh miraculũ discessit, quũ confestim de corporis salute facta esset certa, tam anima q̃ corpore ac mẽte releuata, mercedẽ spei sumẽs, id quod sperauerat, animæq; sanitate, corporis etiã bonã ualetudinẽ nacta. hæc quidẽ magna sunt, & nequaq̃ conficta. his uos omnes, & qui ægrotatis, & qui sani estis, fidem adhibete. quod uerò narratio hæc nequaq̃ iactatio existat, uel inde liquet, quòd ea uiuẽte, silentiũ de hac re fuit, nũc uerò reuelat. & certè sciatis, quòd ne nunc quidẽ diuulgatũ fuisset, nisi timor me corripuisset, si miraculum tantum tam fidelibus, q̃ infidelibus præsentibus & futuris abscondissem. Et talia fuere quæ illi acciderunt in uita, tametsi multa ob sermonis obmittamus moderationẽ, & ne uideamur in laudibus illius recensendis insatiabiles esse. Sanè & obitũ fortassis eius sanctũ ac celebrem iniuria afficiemus, nisi & ibi rerũ honestarũ eius reminiscamur, præcipuè quũ ipsa hoc quærat ac desideret.

ret. mentionem autem faciemus, quantũ possibile est, uerbis breuissimis. desiderabat iam dissolutionẽ: nam magnam erga uocantẽ habebat fiduciam, & ut cum Christo esset, omnibus terrenis præferebat rebus. nemo enim corpus suum ita amat, etiam si ex eorũ sit numero, qui ualde illud diligunt, quẽ admodum ipsa desiderabat, ut ex uinculis carnis solueretur. materiam igitur cum qua uiuimus transcendere cupiebat, & purè uero bono coniungi, quo amatũ accipere posset totum, addo etiam amatorem, cuius nunc paruo illuminamur splẽdore, & à cuius cognitione quantum possibile est haud segregamur. nequaquam igitur desiderio illo est defraudata, quum ita rebus diuinis & sublimibus esset implicata, & quod hoc maius est, bono tali antea per pręcognitionem et uigilias multas fruebatur. nam somnus unicus ac suauissimus, necnon uisio unica, desideriũ illud adimpleuit, peregrinationẽq; præscriptam ei ostendit. ipsa igitur purgationi & expiationi iam appropinquabat, quam donum commune, & secundæ uitæ principium à Deo accipientes habemus: seu potius tota uita illi purgatio erat & expiatio. & hãc quidem à regeneratione ex spiritu, securitatem uerò ex uita ceperat transactam: et solum fere, ut audacter loquar, signaculum erat, sed non gratia, mysterium. cæterùm cũctis mariti expiationem addere desiderabat (quod si uultis, uirũ quoq; illũ breuiter describã, maritus talis erat mulieris. ac nescio quid plus dicere oporteat) quo toto corpore Deo expurgaret, & nõ ex dimidio expiata discederet: sed nec his frustrata est precibus, ab eo qui uoluntatẽ implet timẽtibus eum, & qui ad finem deducit orationes. postquam autem omnia illi successere ex sententia, nec aliquid deerat ex ijs quæ sperauerat, iamq; hora fatalis aduenerat, illa se ad mortem & peregrinationem præparans, humanam legem per dissolutionem adimpleuit. funeris autem honos talis illi à marito, & filijs ac amicis est habitus, qualis & mariti, & filiorum, & fratris amatricem decebat, ac eam quæ iam splendidè de illis quæ ibi sunt philosopharetur, & panegyreos diem faceret nouissimum. obdormiuit autem plena iam, non dierum humanorum, nam nec illos sibi exoptabat, malos & doloríficos, acut plurimum miserijs & erroribus permixtos: sed illorum qui secundum Deum sunt, & admodum plena, ita, ut haud sciam, num quis adeò facile ex illis etiã qui in multa dissoluũtur senectute, & qui multos annorum enumerãt circuitus. & sic illa dissoluta est, uel ut rectius dicam, nos prę occupauit, aut euolauit, aut transmigrauit, aut parum per à corpore est peregrinata. Cæterùm postquam aliquãtisper res illius percurrimus, forsitan nequaquam nobis tu pater illius spiritualis permittis, ut miraculum quod tu tam diligenter abscondis, manifestemus. quod quidem illi in magnam cedit gloriam, magnum quoq; nobis, ob uirtutis existit recordationem, & desideriũ dissolutionis illius. etenim quoties miraculi huius reminiscor, toties mihi horror lachrymis commixtus suscitatur. dissoluebatur iam, ac ultimum trahebat spiritum, erat' que circa ipsam chorus, tam domesticorum, quàm exterorum, qui illi fœlicem exoptabant exitum, matris' que senis assensus, ac animæ afflictio, quæ illi inuidebat peregrinationem. amor uerò omniũ, sollicitudine mixtus, ex quibus aliqui exitum eius audire, alij uerò ut illum cæteris referre possent desiderabant: nemo tamen uel mutas lachrymas profundere audebat, ita, ut dolor suo careret remedio, siquidẽ nequaquam sanctum uidebatur, ut ea lachrymis honoraretur, quæ taliter separaretur à corpore. erat autem silentium altum, & multa mortis imago. illa uerò immobilis iacebat, sine uoce ac spiritu quemadmodum apparebat, silentiumq; corporis dissolutio esse uidebatur, tanq; iam instrumenta uocalia, propter motus discessum essent demortua. quum uerò labia illius quietè mouerẽtur, sensit id pastor, qui cuncta illius diligenter obseruabat, ob miraculũ in cunctis, auremq; illius adhibuit labijs: id enim ob morum probitatem, necnon compassionem audacter facere poterat. Cæterùm tute pastor quale erat mysterium taciturnitatis, referto, quo nemo tibi dicenti fidem deneget. psalmodia

Universidad de Deusto
Biblioteca

erat id quod loquebatur, psalmodiæq; egressionis uerba, aut si ueritatem dicere oportet, testimonium confidentiæ, cum qua illa discedebat, & beatus quicunq; post illa requiescit uerba: in pace in idipsum dicebat, dormiam & requiescam. hæc à te cantabantur mulierum optima, & cum his discedebas, psalmodiaq; iam erat adimpleta, & post peregrinationem honor sepulchralis. ô quàm bene tu à passionibus quieuisti, & somni qui dilectis debetur cõpos es facta, somnum sumens ad dormitionem communem, quemadmodum decebat uiuentem & abeuntem, in uerbis pietatis. Scio igitur meliora tibi esse, & longè honorabiliora ea, quibus nunc frueris, quàm uisibilia, somnia nempe, festiuitatem peragentium angelorum tripudiũ, ordinem cœlestium, contemplationem gloriæ. ac inter cætera supernæ trinitatis splendorem puriorem, & perfectiorem, non amplius mentem fugientem ligatam, & sensibus obfuscatam, sed totam toti contemplationi cognitam, ac deprehensam, quemadmodum fulgore nostras præstringit animas, cum toto lumine deitatis: omnibusq; frui te rebus, quibus carebas in terra, propter germanam erga illas inclinationem. Proinde si nostri sermones uel parumper tibi curæ sunt, honorq; talis sanctis à Deo habetur animabus, ut talia rescisc ant, Suscipe & tu sermonem nostrum, præ funebribus multis, & ante multos, quem Cæsario ante te, & tibi iam post illum tribuimus, pariter enim tam fratri quàm sorori parẽtauimus. utrum autem quispiam nos quoq; post uos sit honoraturus, nequaq; dicere possum, tãtummodo optamus, ut eo honore honoremur, qui in Deo est, & ut habitemus ac incolamus in Christo Iesu Domino nostro, cui sit gloria in secula, Amen.

DIVI GREGORII NAZIANZENI ORATIO CONSOLATORIA, quum pater eius Episcopus ob grandinis taceret calamitatem: Bilibaldo Pircheimero interprete.

CVr ordinem soluitis laudabilem? cur linguæ seruienti legi uim infertis? cur sermonem prouocatis subiectum spiritui? cur caput obmittitis, & ad pedes acceleratis? cur Aaron negligitis, & Eleazarum præponitis? non patior ut fons obturetur, ac torrens profluat: sol abscondatur, & astra splendeant: canicies cedat, ac iuuentus ferat leges: sapientia obticeat, & rerum inexpertus iuueniliter uerba faciat. imber enim rapidus, nequaquam placido est utilior. ille enim quum impetuose fertur, rura trahit, agricolamq; lucro plectit capitali. hic uerò leuiter effusus, & ad inferiora delapsus, terram fœcunditate replet, arantemq; à labore liberat, ac spicam ad fructum perducit maturum: ita & in sermonibus abundantior, nequaquam sapientiori est utilior: hic enim aliquantulum fortasis oblectans, euanescit, pariterq; cum aere percusso dissoluitur, nihil ultra hoc conferens, sed auditum auidũ, facundia tanquam incantamento demulcet: qui uerò in mentem penetrat, ac os dilatat, repletur spiritu, & generatione uidetur longior, multumq; fructum in paucis producit syllabis: tametsi nondum de uera ac primaria loquar philosophia, cuius admirandus agricola iste, & pastor primas fert partes. Proinde sapientia prima uita est laudabilis, Deoq; expiata seu purgata, purissimo ac splendidissimo, qui sõlam puritatẽ sacrificij loco à nobis requirit, quam scriptura diuina cor cõtritum, & sacrificium laudis, nouamq; in Christo creaturam, ac hominem nouum cum similibus uocare solet nominibus. Sapientia igitur prima est, sapientiam illam despicere quæ in sermone, ac uersutijs uerborum, necnon captionibus & oppositionibus consistit. mihi autem quinq; potius uerba in ecclesia cum prudentia loqui contingat, quàm infinita in lingua & uoce tubæ raucæ, quæ militem meum nequaquã ad spiritualem excitat pugnam. eam enim ego sapientiam laudo & amplector, per quam ignobiles facti sunt glorioſi, & despecti honorem acquisiuerunt, ac cum qua piscatores orbem uniuersum, euãgelij cepere retibus, dum sermone perfecto & succincto sapientia superarunt inanem. Siquidem non is qui

is qui in uerbis sapit, mihi sapiẽs erit: neq; is qui linguam habet uolubilem, animum uerò ineruditum, sepulchrorum instar, quæ extrinsecus sunt ornata & speciosa, intus autem mortuorum cadauera, & multum recondunt fœtorem: sed ille qui pauca de uirtute loquitur, multa uerò ostendit operibus, fidemq; sermonis per uitæ roborat actionem. siquidem longè mihi præstabilior est formæ pulchritudo, quæ conspici potest, quàm quæ sermonis pingitur industria: necnon diuitiæ quæ manibus continentur, quàm quæ effinguntur somnio: ac sapientia quæ non sermonib. splendet, sed operibus collucet. intellectus enim bonus omnibus facientib. eam, scriptura inquit, & nõ qui prædicant illam. huius autem sapientiæ certissimus iudex est tempus, & senectus gloriationis corona. si enim homo nequaquã ante obitum beatus est censendus, quemadmodũ Salomoni & mihi quoq; uidetur, ac incertum quid paritura sit dies uentura, quum uita hæc nostra inferna multas habeat mutationes, ac corpus hoc humilitatis susq; deq; agitetur & uoluatur: quomodo is, qui multũ iam uitæ inculpabiliter exegit, & quasi ad portũ pelagi, uitæ communis peruenit, non etiam nauigationem habet securiorẽ, ac ideò beatiorem etiã? noli igitur pater linguã claudere, quę multa locuta est bene. cuius fructus plurimi, innumeraq; iustitiæ germina, cuius quot sunt filij ac quales thesauri? eleua per gyrũ oculos tuos, & uide, populus hic uniuersus quẽ in Christo per euangeliũ genuisti. noli nobis ultra bona etiam si pauca sint, inuidere uerba, ne uenturę damnationis iam initium facias. loquere pauca, mihi uerò chara, ac plurima erunt. si non uelis sonora, attamen quæ clamore cognoscantur spiritali. per quem tacẽte etiam Mose, Deus audiebat, & quid clamas ad me ait, quum percipientem tacitus & inuocaret. præpara mihi populum oui tuæ, & postea etiam pastori: nunc uerò archipastor, me aliqualiter in arte instrue pastorali. Populum autem hunc de præsenti philosophans plaga, persuadendo solare. de iusto Dei iudicio uerba facito: siue nos comprehendamus, seu ignoremus abyssum multam. quemadmodũmque misericordia eius statera iuxta sanctum sit Esaiam. bonum enim nequaquam absque iudicio est, licet ijs qui in uinea plus laborarunt, uisum fuerit inæquale, minimè cum æquo conuenire. sed & ira secundum modum peccatorum, poculum in manu Domini appellatur, & calix ruinæ ebibitus, etiam si omnibus auferatur aliquid de meritis, & iræ merum clementia temperetur. declinat enim à uehementia ad remissionem ijs qui timore sunt correpti, & qui ob paruam tribulationem resipiscunt, & parturiunt conuersionem, ac spiritum salutis generant perfectum. reseruat tamen obiter fecem, quod est iræ nouissimum, quo totum effundat in eos, qui ob bonitatem nõ curantur, sed indurãtur, secundũ duriciem cordis Pharaonis, & operarium amarum, qui in exemplũ Dei potentiam, contra impios thesaurizauit. Proinde refer unde plagæ tales & flagella, & quænam horum sit ratio. Nunquid commotio quædam uniuersi inordinata et inæqualis, ac impetus gubernaculi & rationis expers, ac si nullus esset rector, fortuitoq; hęc accidant, quemadmodũ insipientibus uidetur, qui temerè ab inordinato & caliginoso feruntur spiritu: aut potius ratione quadam, & ordine, quemadmodum uniuersum hoc constitit sub initium, & prævaluit, ac colligatũ est, moueturq; decenter, sicut soli cognitum est mouenti, ita & circumuoluitur, & trãsmutatur, prouidentiæ frenis moderatum. unde igitur, dic, frugum est sterilitas? & uentorũ impetus? necnon grandinis uiolentia, quę nũc mea est calamitas & admonitio? unde aeris corruptio & morbi, motus quoq; terræ & maris inundatio? ac terrores ex cœlo? & quomodo terra, quæ in usum hominum est creata, tanquam delicium commune, & æqualitas omnium in impurum trãsmutatur supplicium? ideò nempe, quòd ob ea quibus sumus honorati, nec tamen fuimus grati, corripiamur, uirtutemq; cognoscamus ex ijs quæ patimur, postquam illa nequaquam agnouimus, quum fortunate ageremus. Quomodo quibusdã peccata ex manu Domini dupliciter retribu

antur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

antur, mensuraq; malitiæ, bifariam repleatur, per quam & populus refrenatus est Israeliticus. alijs uerò dum septuplum rependitur in sinum, euacuat peccata. & quid? quòd Amorreorũ mensura nondũ est adimpleta. Et quomodo peccator aut dimittitur, aut plectitur. rursus & huic quidem illuc peccata reseruantur, ille autem hic curatur. Et quomodo iustus cum aduersitatibus conflictatur, forsitan ut tentetur: uel propsperè agit, ut conseruetur, etiam si pauper sit mente, & non admodum super ea quæ uidentur attollitur. nam sicut intellectus docet, unumquodque horum domesticum & minimè falsum est iudicium. quæ igitur plaga hæc est, & unde? num uirtutis argumentum, aut maliciæ experimentum? uel satius est tanquam in suplicio positis inflecti? etiam si nequaquam ita se res habeat, & sub forti manu Dei humiliari, seu tanquam probatione attolli? Hæc nos doce, & de his admone, ne nimis grauiter plagam hanc feramus, aut in malorum profundum incidentes, contemnamus. siquidem uitium hoc commune est multis. sed ut modestè nos erga admonitionem habeamus, ne maiorem accersamus, dum nos stolidè in hac geramus. Proinde admodum grauis est sterilitas terræ, frugum'que uastatio, & cur non? quum iam spes exultaret, horreis'que appropinquaret. uerè molesta est messis deformitas, & quod agricolæ ob labores tristantur inanes, segetibus'que tanquam mortuis assident, quas imber lenis nutriuit, rapidus uerò extirpauit. quibus nequaquam manum suam messor implebit, & sinum suum qui manipulos colligit. nec benedictionem assequuntur, quam prætereuntes optant uerè spectaculum miserandũ, terra affecta est iniuria, ac detonsa, nec ornamentum habet solitum. ita beatus Iohel, seu quis alius tragicæ terræ calamitatem deplorat, & propheta alius, ornatui priori, nouissimam imponens fœditatem, ac de ira Domini, terram uastantis differens, ita ait: Quæ ante ipsum, paradisus est deliciarum: quæ uerò post ipsum, campus uastationis. grauia sunt hæc, & admodum grauia, dum nos solum offendunt præsentia, & nondum molestioris plagæ tristitia sensum perturbat, perinde ac in ægritudinibus, ubi præsens afflictio, semper illa quæ nondum aduenit est molestior. cæterùm his longè grauiora sunt ea, quæ in se Dei continent thesauri. sed absit, ut ea experiamur, nec experiemur, si ad Dei misericordiam confugiamus, & demulsionem misericordiæ lachrymis attrahamus, & quod reliquum est iræ conuersione auertamus. siquidem mansuetudinis hæc sunt & clementiæ, diesq; eruditionis, ac initia correptionis, quæ eruditunt infantiam. adhuc fumus iræ, calamitatum exordium, nondum autem ignis comburens, aut flamma motus suscitata uiolentia, nec carbones accensi, flagelli nouissima. nunc enim minatur, aliquando arcum intendit, nonnunquam ui continet. quandoque etiam reducit, plaga pariter & minis instruens, uiamq; iræ suæ ob immensam facit bonitatem. siquidem à minoribus incipit, ne indigeamus uehementioribus: erudiet autem maioribus, si coegerimus. noui frameam splendentem, ac ensem in cœlo inebriatum, ac eousque orbare iussum, donec nec carni, nec medullæ, neque ossibus parcatur. scio impassibilem illum tanquam ursam rabientem, & sicut pardalim occurrentem per uiam. Assyriorũ non ijs solum qui tum erant, sed etsi quis nunc malicia est Assyrius. nullus enim potentiam iræ eius & uelocitatem effugere ualet: quum euigilauerit super iniquitates nostras, & inimicos eius persequi? zelus, qui deuorare nouit aduersarios. scio enim excussionẽ & intensionem, ac concussionẽ, cordisq; conquassationem, necnõ genuum dissolutionem, ac talia quæ impiorũ sunt supplicia: ut interim obmittam iudicia, quæ illic sunt, ad quę nos ea transmittunt, quæ hic nobis parcunt: ita ut satius nobis esset hic corripi & purgari, q̃ futuris tradi tormentis, ubi tempus est pœnæ & nequaq; emẽdationis. quẽ admodum enim non est in morte qui memor sit Dei, uelut pulcherrimè diuino philosophatũ est Dauide, ita non est in inferno morantibus confessio & correctio. hic enim Deus & uitã, & opera cõclusit, ibi uerò gestorũ est inquisitio.

quisitio. Quid igitur faciemus in die excussionis? qua me ex prophetis quidam perterret, siue ob iudiciũ erga nos diuinũ, siue illa quæ in mõtibus fient uel collibus, quemadmodũ audiuimus, seu qualitercunq;, uel de quibus illa sit futura quandoq;: quĩ considebit, ac nobiscũ disceptabit, peccataq; ante faciem nostrã cõstituet, amarulentos illos redargutores, ac ea quæ iniquè egimus, acceptis beneficijs opponet, & cogitationes cum cogitationibus, & opera cum operib. cõparabit, nec non imaginis dignitatẽ requiret, malicia fœdatã & confusam: tandẽ eos ablegabit, à semetipsis inculpatos et damnatos, quũ neq; dicere possint quòd iniusta patianť. quod quidẽ ijs qui hic iniustè affligũtur, quandoq; satis est ad dãnationis consolationẽ. Ibi uerò quis erit aduocatus? quę protectio? quæ excusatio cõficta? quæ persuasio artificiosa? quę contra ueritatẽ excogitatio peruertet? ac sententiã inuertet iustam, quũ omnib. omnia in statera expendenť, & opera, & uerba, & cogitationes: malisq; opponẽtur meliora, quo id q̃d pręponderat, uincat, et pro superante ferat sententia: post quã nulla erit appellatio, non iudex superior, aut excusatio per opera secundaria, non oleũ uirginib. prudentibus, seu uendentibus, quũ lampades deficiunt. non pœnitẽtia diuitis, qui in flãma cruciabatur, & domesticis expetebat emendationem. non tempus mutandi in melius, sed unicum & nouissimũ, & tremendũ iudicium, ac plus iustum q̃ terribile, seu potius ideò terribilius, quia iustũ. quoniã throni ponenť, & antiquus dierũ sedebit, & libri aperienť, & fluuius ignis fluet, & lux erit præsens, tenebrę q̃ erunt paratæ: & qui bona egerunt, in resurrectionem uitę abibunt, quæ nũc in Christo est abscõdita, & postea cum ipso manifestabitur. qui autem mala egerunt in resurrectionem iudicij, ad quã ij, qui nunc de uerbo, quod ipsos est iudicaturum, non credunt, sunt condemnati: & hos quidem lux excipiet ineffabilis, necnõ sanctę & regię trinitatis contẽplatio, clarius resplendẽs ac purius, & quæ tota menti cõmiscetur toti, quam ego & solũ quidem, cœlorum regnũ potissimum esse arbitror. alijs uerò inter calamitates alias, seu potius ante alias, uel maxima hæc erit, quòd abijcientur à Deo, & pudore confundẽtur conscientiæ, qui finem nõ habet. sed de his postea. nunc uerò quid faciemus fratres contriti & humiliati, necnon inebriati, non à uino aut sicera, quæ parumper commouent & obtenebrant, sed à plaga quã induxit Dominus, dicẽs, Et tu cor cõmouearis et conturberis: qui potauit contẽptores spiritu tristitiæ & compunctionis, ad quos & dicitur: Videte cõtemptores, & inspicite, & admirabimini, ac disperdemini: quomodo increpationes eius tolerabimus? aut quam respõsionem dabimus? quum ad multitudinem beneficiorum propter quæ erubescimus deueniemus? quum castigationes nobis exprobrabit, ac medelã enumerabit, ex qua tamẽ nequaquam sumus curati. & filios quidem appellat, sed pollutos, dum ait, & filios quidem, sed alienos, & à semitis suis claudicantes, quoniã inuiæ fuere & asperæ. quomodo & unde uos erudiri oportebat? remedia leuiora induxi, sanguinem Aegyptium obmisi, qui ex fontibus, fluminibus, & omni aquarum bibebatur congregatiõe plagam nempe primam: ranas uerò, & sciniphes, & muscas, necnon plagas reliquas intermisi, ac bobus, iumentis, & pecoribus plaga quinta inchoaui, animalia ratione carentia afflixi, hominibus uerò & ratione prædítis pepercí. nihil ad uos calamitas illa, sed facti mihi estis percussis etiam animalibus magis bruti & irrationales. abstuli quibusdam pluuias, at pars altera est rigata: pars uerò quam nõ rigaui, exaruit, & dixistis, Viriliter sustinebimus. Induxi super uos grandinem, contraria plaga instruens, uineas uestras & arbusta deuastaui, prauitatem uerò uestram nequaquam contriui, cognosco quòd durus sis, & neruus ferreus ceruix tua. hæc forsitan ad me dicet, qui nec plagis quidem admonetur, peruersus peruerse agit, & iniustus perpetrat iniustitiam. nil prodest admonitio superna, neq; flagella. deficit sufflatorium, consumptum est plumbum, quæ & uobis prius per Hieremiam exprobraui, in uanum argentarius operatur argentum.

prauitates

Universidad de Deusto
Biblioteca

prauitates ueſtræ non ſunt conſumptæ. nequaquam me ſuſtinetis iratum, dicit Dominus, aut nequit manus mea alias inferre plagas. ſunt apud me ulcera exurētia, cinis à camino, quem Moyſes ſparſit in cœlum, aut ſi quis eſt alius ſimilis ei miniſter commotionis diuinæ, ut Aegyptum plectat infirmitate. eſt & locuſta, caligoq; palpabilis, necnon ultima in ordine plaga, ſed labore ac uiolentia prima, interitus nempe primogenitorum, & perditio: quā ut tanquam perniciem effugere ualeamus, bene eſt, ut mētis ungantur limina, contemplatione & operatione, ſigillo magno & ſalutari, noui ſcilicet Teſtamenti ſanguine, quo cum Chriſto crucifixi & commortui, conſurgere quoque, & unà glorificari ualeamus, nunc et in nouiſsima eius apparitione. ne concutiamur, nec conteramur, neq; lamentemur, quum nos obruit caligo in tenebroſa hac & mala uita, quæ perdit primogenita, & Deo dedicata uitæ noſtræ germina & motus. Cæterùm nequaquam mihi accidat, ut inter plagas alias, hæc mihi ab optimo exprobretur Deo, ingruente contra me furore peruerſo, propter meā peruerſitatem. percuſsi uos ictericia febre, ac inſania, & nil profuit. exterius uos gladius filijs orbauit, et ne ſic quidē ad me controuerſi eſtis, dicit Dominus. Proinde quum ſimus uinea dilecta, planta & circumuallata, necnon maceria turri & cunctis alijs munita, quantum fieri potuit tutiſsimè: nequaq; ſterilis & ſpinifera fiamus, ac ita deſpicienda, quo turris ſubuertatur, et maceria diruatur, nec uinea ultrà putetur, aut fodiatur. ſed omnibus in direptionē, nec non iniuriam communem, ac conculcationē tradatur. & hic meus eſt timor ac ſermo, taliterq; ego plaga hac perturbor, taliq; oratione oro, quā & prædictis addo. Peccauimus, iniquè egimus, impiè fecimus, quoniam obliti ſumus mandatorum tuorum, & poſt cogitationes noſtras malas ambulauimus. quoniam nequaq; nos ſecundum uocationis dignitatem, & euangelium Chriſti, nec non paſsiones eius ſanctas, ac inanitionē pro nobis factam geſsimus. Quoniā facti ſumus opprobriū dilecto tuo. Sacerdos & populus pariter exceſsimus. omnes declinauimus, ſimul inutiles facti ſumus, non eſt qui faciat iudicium et iuſticiam, non eſt uſque ad unum. excluſimus miſericordias, & clementiam tuam, uiſceraq; miſericordiæ Dei noſtri, propter maliciam noſtram & prauitatē ſtudiorum noſtrorū, in quib, deuiauimus. Tu bonus es, ſed nos peruerſe egimus: tu longanimis, nos uerò plagis digni, bonitatem tuam cognoſcimus, licet imprudentes. parum ſecundū peccata noſtra correpti ſumus. Tu terribilis es, & quis tibi reſiſtet? tremor tuus mōtes cōprehendit, & magnitudini brachij tui quis poteſt obuiare? ſi cœlū clauſeris, quis aperiet? & ſi cataractas reſolues, quis cōcludet? leue eſt in oculis tuis pauperē & diuitem facere, uiuificare & mortificare, percutere & ſanare. ſed et uelle tuum, opus eſt perfectū. Tu iraſceris, & nos peccauimus, dicit quidam ueterū, tibi ſupplicās: nunc uerò tēpus eſt, ut cōtrarium dicam, Nos peccauimus, & tu iraſceris. propterea facti ſumus opprobrium uicinis noſtris. auertiſti faciem tuam, & repleti ſumus ignominia. Verùm ceſſa Domine, remitte Domine, placare Domine, ne tradas nos in finem propter iniquitates noſtras, neq; per afflictiones noſtras alios erudias: ſed potius per aliorum calamitates nos refrena. & quorum nam? genti um quæ te non cognoſcunt, & regnorum potentiæ tuæ non ſubiectorum. nos autem populus tuus Domine, & uirga hæreditatis tuę: quapropter nos erudias: ueruntamen in bonitate tua, & non in ira, ne nos minimos facias ultra omnes habitatores terræ. his ego uerbis miſericordiam attraho. quòd ſi holocauſtis & ſacrificijs iram expiare poſſem, neque illis parcerem. Proinde & uos quoque filij chariſsimi, timentem imitamini ſacerdotem communem, ac pariter mecum diuinam tolerate monitionem, prouocate clemētiam, poſsidete animas ueſtras in lachrymis, ſedate iram, meliora facite ſtudia ueſtra, ſanctificate ieiunium, prædicate obſequium. hęc uos nobiſcū beatus iubet Iohel, conuocate ſeniores, infantes, ſugentes ubera, ætatem miſerādam, & præcipuè Dei clemētia dignam. Noui autem quid & mihi miniſtro Domini,

Domini, uobiſq; cæteris, qui eodē honore ſe dignos putāt, ſit præceptum: nempe ut ſaccis induamur, plangamusq; die ac nocte, inter ueſtibulum & altare, miſerandi habitu, miſerabiliores uoce, flebiliter tam pro nobiſipſis, quàm populo clamantes, ac nihil obmittentes, uel ex ſermone, uel ex labore, per quod Deus placari poſſe creditur. Parce Domine, dicentes, populo tuo, & ne tradas hæreditatem tuam in opprobrium. planeq; in precibus noſtris tanto plus habeamus afflictionis, quantum & dignitatis, quo per ipſas populum ad compunctionem, necnon prauitatis emendationem, ac harū rerum ſectatricem, Dei nempe longanimitatem, flagelliq; tolerantiam prouocemus. uenite igitur fratres omnes, adoremus & procidamus, ploremusq; corā Domino qui nos fecit, communē peragamus planctū, ſecundū ætatē ac genera diuiſi. exaltemus uocem ſupplicationis, pro odio digno clamore, & hanc in aures Domini Sabaoth. præueniamus iram eius in cōfeſsione. uelimus ipſum uidere, quemadmodum prius iratum, ita nunc placatum. quis ſcit, inquit, nunquid conuertatur & pœniteat, ac relinquat benedictionem. atqui manifeſtè hoc ſcio. Ego diuinæ clementiæ ſum fideiuſſor: nam iram, quoniam præter naturam eius eſt, remittet: & ad miſericordiam quę ſecundum naturam eius eſt, conuertetur. ad illam enim à nobis cōpellitur, ad hāc uerò inclinatur. & ſi corripit compellentes, cur nō exaudiret inuocantes? ac natura ſua uteretur in remittendo? ſolum nos miſereamur noſtri, ac iuſtis patris uiſceribus uſam adaperiamus. ſeminemus in lachrymis, quo in exultatione metamus. fiamus Niniuitæ, & non Sodomitæ: curemus prauitatē, ne prauitate conſumamur. Audiamus Ionam prædicātem, ne igni & ſulphure peſſundemur. & ſi ex Sodoma fuerimus egreſſi, montes aſcendamus, ad Segor fugiamus, cum oriēte ſole ingrediamur, ne ſubſiſtamus in regione omni, nō circumſpiciamus, ne in ſalis ſtatuam obduremur: ſtatuam inquam immortalem, ac animę accuſatricem, quū reuertitur ad peccata. Cognoſcamus quòd penitus, nil peccare ſupra hominis ſit uires, ac Dei ſolius, ut interim de angelis quid dicere obmittam. uerùm ne demus affectibus tempus, nec fores altercationibus reſeremus. Proinde quod incurabile eſt, malignæ & oppoſitæ exiſtit naturæ, ſimul & ea quæ ſub illa operantur. uerùm ut peccantes ſe conuertant, hominum quidem eſt, ſed manſuetorum, & qui ſunt partis ſaluandæ. licet enim lutum hoc noſtrū aliquid malitię attrahat, & habitaculū terrenum, mentem ſurſum ferentē, uel ut ſurſum feratur creatam, degrauet, imago tamen materiam expurgat, ac carnem adnexam rationis attollit pennis, ac ſubleuat. Sanè ęquis melius eſſet nequaq; tali indigere expurgatiōe, ſed nec expurgari, dūmodo prima nobis ſalua maneret dignitas, ad quā expreſenti feſtinamus correptiōe, nec ut à ligno excideremus uitæ, amaro peccati guſtu: melius tamen eſt, ut peccantes cōuertantur, ęq; ut iniquè agentes, haud corripiantur. quem enim diligit Dominus, corripit. increpatio enim eſt paterna, omnis autem anima inobediens eſt & malè curabilis. non igit plaga percuti, graue eſt: ſed ob plagam nequaquam refrenari, longè eſt grauiſsimum: quemadmodum ex prophetis quidam, de populo ait Iſraelitico, duro, & corde incircumciſo: Domine, flagellaſti eos, & non doluerunt: corripuiſti eos, & noluerunt ſuſcipere diſciplinam. ac iterum, Et populus nō eſt conuerſus, donec percuteretur. & cur? quoniam populus meus auerſus eſt, auerſione mala, ob quam penitus contereretur & confringetur. Terribile igitur fratres eſt, incidere in manus Dei uiuentis. Terribilis & facies Domini ſuper facientes mala, & funditus extinguens malitiam. Terribilis & auditus Dei, uocem Abelis percipiens propter ſanguinem tacentem. Terribiles pedes prauitatem deprehendentes. Terribilis etiam uniuerſi repletio, ita ut impoſsibile ſit Dei effugere commotionē. & ſi quis in cœlum ſublatus fuerit, ſeu in infernum deſcenderit, non ſi ad orientem uſq; fugerit, non ſi in maris profundum aut terminum ſe abſconderit: unde & ante me timet Naū propheta, in ijs quæ de captiuitate Niniue publicat, dum Deum zelantem, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dominum cum ira aduersarios ulciscentem prædicat, immensæ tum utentẽ seueritate, ut nec secundæ correptioni locus relinquatur. Sed & quũ Esaiam populo Sodomorum, & principibus Gomorræ comminantem & dicentẽ audio, Cur adhuc percutimini, apponentes iniquitatẽ, paulo minus horrore repleor, & lachrymis suffundor. Nõ est, inquit, quòd peccatis uestris addi possit, non potest additio plagæ inueniri, ita cuncta cõsummastis, & omnẽ plagæ speciem euacuastis, quum semper recentiorẽ peccatis uestris prouocatis. nõ est uulnus, neq; cicatrix, neq; plaga adurens, in toto corpore plaga est, sed et incurabilis. non enim est malagma superponere, neq; oleum, nec ligaturas. uerùm reliquas obmitto cõminationes, ne presenti uobis plaga molestior fiam. uerumtamen cognoscere decet, mali huius causam, unde exaruerunt agricolę, confusa sunt horrea, pascua gregibus defecerũt, & speciosa terrę sunt diminuta, cãpiq; nequaquã repleti ubertate, sed mœrore. non repletæ sunt conualles frumento, sed defecerunt. non stillauerunt montes dulcedinem sicut iusti, sed dedecore & fœditate sunt repleti. & Gelboe execrationem ex cõtrarijs exceperunt: facta est sicut ab initio omnis terra, priusquàm ornaretur pulchritudine sua. Visitasti terram, & inebriasti eam: sed uisitatione pessima, & inebriatione pernicioſa. Heu quale spectaculum, in stipula, et in paucis reliquijs satio à nobis cognoscit. ac uix primitias Domino uer nostrum fructificat, quæ à muribus potius quàm manipulis sunt colligendæ. Tales sunt diuitiæ impiorum, tales & seges eorum, qui malè seminant. proinde considera quid uetus dicat maledictio: expendet plura, pauca uerò colliget: seminabit, & non metet: plantabit, & non exprimet: ubi decẽ paria boum operabuntur, amphoram facient unam. & apud alios abundantiã audient, ipsi uerò opprimẽt penuria. Vnde hęc? & quæ'nã calamitatis est causa? non expectemus ut ab alijs arguamur, sed nosmetipsos scrutemur. magnum malitiæ remedium cõfessio & fuga est peccati. Ego primus quemadmodum annũciaui populo meo antea, & speculatoris opus impleui, nequaquam enim superuenientem abscondi rompheam, quo propriam & audientium saluarem animam: ita & nunc populi mei annuncio incredulitatem, illiusq; delicta mea facio, si fortè hoc pacto clementiæ aliquid & refrigerij cõsequi ualeam. Ex nobis igitur alius oppressit pauperẽ, & partem terræ subtraxit, ac terminos malè uel furtim, seu uiolenter est transgressus, ac domum copulauit domui, ac agro agrum, quo aliquid uicino adimeret, et nullũ quocum contenderet haberet uicinum, tanquam solus possessurus esset terram. Alius autem usura & nimio habendi studio terram contaminauit, colligens ubi non seminauerat, et metens ubi non dispersérat, nequaquam terram, sed indigentium excolens necessitatem. Alius autem in primitijs areæ & torcularis persoluendis omnium largitorem Deum defraudauit, ac factus est ingratus pariter & stultus, quĩ neq; pro ijs quæ habebat, neq; pro ijs quę sperabat, gratias ageret, neq; aliter animi sui gratitudinem ostenderet. Alius uiduæ & pupilli non est misertus, neq; indigentibus panem aut cibum, uel tenuem distribuit, seu potius Christo, qui per eos, qui uel parumper reficiunt reficitur, licet tam multa ac præter spem etiam habeat. siquidem hoc iam iniquissimum est, quòd inter multa horrea angustia etiam premi uideatur. ac ideò hæc implet, alia uerò destruit, quo futuris ædificet maiora, ignorans quòd ante spem auferetur, ac rationem reddet abundantiæ & imaginationis, malus aliorum bonorum factus dispensator. Alius autem uiam humilitũ occlusit, ac iustum afflixit iniustè. Alius odio habuit reprehendentem in portis, & sermonem sanctum est execratus. Alius autem propriæ sacrificauit sagenæ, quæ multa comprehendit, & rapinam pauperis in domo sua habuit, nequaquam Dei memor, seu malè memor, Benedictus, dicens, Dominus, quoniam ditati sumus: et suspicatus est iniustitiã, tanquã à seipso hęc haberet, q̃ puniret. propter hæc enim uenit ira Dei super filios inobediẽtię: propter hęc claudit cœlũ, aut malè aperit. & longè magis id fiet, si percussi non

fuerimus conuersi, & appropinquanti naturaliter appropinquemus. quid ad hæc dicemus, frumenti arctatores & institores? qui temporum obseruamus difficultates, quo abundemus, ac calamitates alienas in delicijs habeamus, possideamusq; , nõ ut Ioseph Aegyptiorum substantiam, ad maiorem administrationem domesticam. ille enim bene rem curabat frumentariam, ac congregabat & distribuebat: sed nos tanquam transgressores proximorũ nostrorum bona affectamus, qui dicimus, Quando præteribit mensis, & lucrabimur? quando sabbata, & aperiemus thesauros? uos qui duplicibus mensuris & ponderibus, id quod iustum est corrumpitis, & iniustitiæ mensuram ad uosmetipsos attrahitis. Quid ad hæc dicetis, qui nullum possidendi finem nostis? qui aurum & argentum adoratis, non secus ac Baal olim, & Astartem, necnon Chamos abominationem. qui uario gemmarum splendore, ac fluidis uestimentis uos ornatis, tinearum sumptu, ac latronum, & tyrannorum, necnon furum thesauris. Qui admodum ob seruorum & equorum tumidi estis multitudinem. Qui in campis ac mõtibus uos diffunditis, ac quædam possidetis, alia uerò inuaditis, nõnulla autem speratis, instar Salomonis sanguisugæ, quæ expleri nequit, sicut nec infernus, terra, ignis, & aqua: aliumq; orbem terrarum ad possidendum requiritis, ac Dei terminos inculpatis, tanquam concupiscentia uestra & insatiabilitate longè angustiores. Quid autem ij qui in altis residẽt thronis? ac potestatis scena elati, supercilia etiam ultra theatrum attollunt, nequaquam Deum ac sublimitatem inaccessibilem in omnibus cogitantes, quo subditos tanquam conseruos iudicent, quum & ipsi pari indigeant clementia. Proinde & illos mihi considera, qui delicatè in eburneis dormiunt lectis, quos rectè diuinus mordet Amos: & qui preciosis delibuti sunt unguentis, & ad uocem organorum manibus plaudunt, ac rebus fluxis non secus ac stabilibus gaudent, & nequaquam ea contritione qua Ioseph fratribus condolent, seu compatiuntur. Oportebat autem eos benignos esse ijs, qui priores in hanc calamitatem incidissent, & misericordiam misericordia assequi. Oportebat ululare pinum, quia cecidit cedrus. oportebat admoneri proximorum calamitate, & ob mala aliena rectè disponere domestica, quum in hoc iam clade affectos præcellerent, quòd ipsi per illorum saluarentur ærumnas, & nequaquam alij eorũ exemplo ad modestiam redigerentur. Hæc nobiscum sacrum ac diuinum philosophare caput, quoniam tempore longo multam etiam consequutus es experientiam, ex qua sapientia oritur. Talibus populum tuum instrue, esurientibus panem confringere doce, inopes uagos colligere, nuditatẽ cooperire, consanguineosq; minimè negligere, hoc præcipuè tempore: siquidẽ Deus plus tali gaudet fructificatione, quàm multitudine collationum, aut magnitudine munerum. Præter hæc autem & antè hæc, Moses mihi hodie aut Phinees fias, pro nobis consiste, & Deum placato. sedetur calamitas, seu per sacrificium spirituale, siue per orationes & colloquia rationabilia. Intercessione tua Domini iram compesce, plagæ siste sequelam, patris nouit uenerari caniciem, pro filijs legatione fungentem: de preteritis supplica malis, pro futuris sponde. Offer populum, plaga & timore purgatum, petito eis cibum corporalem, sed antè illum angelicum, è cœlo descendentem. id si feceris, Deum reconciliabis, cœlum mitigabis, pluuiam reddes temporaneam & opportunam. Dominus dabit benignitatem, & terra nostra fructum suũ producet, ea quæ deorsum est, quotidianum, homo uerò noster æuiternum, quum torculari diuino fuerit expressus, ac per te cum operibus nostris adductus, in Christo Iesu Domino nostro, cui sit gloria in secula, Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI GREGORII NAZIANZENI ORATIO HABITA *in funere patris, præsente Basilio Magno: Bilibaldo Pirchemero interprete.*

HOmo Dei, & serue fidelis, diuinorumq; mysteriorum dispensator, ac uir desideriorum spiritus. ita enim scriptura uocat in altũ progressos ac sublimes, & qui uisibilia exuperarunt. sed et Deũ Pharaonis te uocare audeo, necnon uniuersæ Aegyptiacæ ac oppositæ potestatis, columnam ac fundamentum ecclesiæ, uoluntatemq; Domini. & luminare in mundo, habens sermonem uitę, ac fidei firmamentum, spiritusq; habitaculum. & quo pacto omnes appellationes tuas, quas uirtus tibi conciliauit, enumerare possem? quum alia, aliam tibi domesticam reddiderit & indiderit. Veruntamen hoc nobis dicas, unde ades? & quod nam opus tuum? & quid nobis gratificaturus aduenis? postquàm omnino cum Deo, & circa Deum moueri, & ob benefaciendi gratiã eorum qui te suscipiunt, uenire scio, ut nos aspicias. num pastorem quæris? aut nos oues uisitare intendis? non amplius superstites, sed magna ex parte unà digressos, ac loco afflictionis indignantes: maximè nunc, postquàm gubernatorem peritum, ac uitæ nostræ lampadem perdidimus. ad quem dirigentem aspiciebamus, & qui à supernis nobis salutem per ignem significabat. illũ inquam, qui cum omni bono, & uniuersa disciplina pastorali, quam longo collegerat tempore, est peregrinatus: plenus diebus, simul & prudentia, necnon senectutis gloriatione. si Salomonis illud dicere oportet coronatus. Cæterùm grex indigus est & abiectus, & cernis ne quãta tristitia & mœstitia plenus? non amplius in loco uirenti requiescens, nec aqua quietis refectus, præcipitia quærẽs & barathra, necnõ loca deserta, per quæ dispergatur & corrumpatur, incertus num pastorem alium tam prudentem sit cõsequuturus. etsi non talem, licet ualdè confidat, gratum tamen, si non longè deteriorem. Proinde quum tria sint, quemadmodum dicebam, quæ præsentiam tuam necessariam reddunt, ac omnibus ex æquo tam nobis, quàm pastori, necnon gregi, age iuxta spiritum culturæ, qui in te est, unicuique suum tribue commodum, & in dispensatione dijudica sermonem, quo te magis ob sapientiæ admiremur magnitudinem. Cæterùm quomodo dispensabis? nẽpe si uirtutem huius meritò laudaueris, non solum ut sermonem funebrem purum persoluas puro: sed ut alijs quoq; conuersationem illius pietatis characterem & admonitionem esse ostendas, nobisq; breuiter de uita & morte, necnon de corporis & animæ coniunctione & disiunctione philosophemur: insuper & de mundis duobus, præsenti nempe ac instabili, de intellectuali quoq; & permanente: ac nobis persuadeas, ut illius deceptiones, confusiones, & inæqualitates contemnamus, quibus tanquam in undis fusq; deq; ferimur fluctuantes: huius autem soliditati & stabilitati, necnon pulchritudini innitamur, quum semper eodem perduret modo, ab omniq; perturbatione ac confusione liber existat. Ita enim minori afficiemur tristitia, si citius ex hac uita emigremus: immò potius lætabimur, si nos sermo hinc abduxerit, & in supernis statuerit, ac præsentem insuauitatem bono absconderit futuro, nobisq; persuaserit, quod ad Dominum agamur bonum: & quod melior sit habitatio firma, quàm peregrinatio incerta: quodq; nauigantibus portus est tranquillus, id ijs qui in huius uitæ iactantur tempestate, transmigratio hinc sit & translatio. aut quemadmodum ij, qui iam longam præoccupauerunt uiam, peregrinantibus & adhuc laborantibus uegetiores sunt, & minus defatigantur: ita qui hospitium assequuntur quod ibi est, illis qui adhuc uitæ præsentis terunt inæqualia & præcipitia, feliciores & quietiores existunt. Nos igitur ita consolare, at gregem quo pacto? primùm illi tuam promittito præfecturam, & pascendi curam, sub cuius alis omnibus bonum est requiescere, & cuius uocem nos qui siti laboramus, non secus ac fontem fitimus

fitimus purissimum. Deinde nobis persuade, quòd ne nunc quidem pastor ille bonus nos dereliquerit, qui animam suam posuit pro ouibus suis: sed quòd superstit, & pascat ac dirigat proprias, & à propríjs cognoscatur: corporaliter quidem nequaquam comparens, spiritaliter uerò nobiscum conuersans: contra lupos pro grege depugnans, & nemini permittens, ut caulam furtiuè aut dolosè transgrediatur, ac uoce peregrina animas benè institutas seducat ac decipiat. & ut ego mihi persuadeo, nunc magis proficit precibus, quàm antea doctrina: quanto etiam plus Deo est propinquior, postquàm uincula deposuit corporalia, & à materia quæ mentem turbabat, est liberatus, nudus cum nudo conuersans, nempe cum mente prima ac purissima, ordine angelico & fiducia cœlesti (nisi hoc nimis audacter dictum est) effectus dignus. hæc quidẽ tu melius digesseris & philosopharis, quàm ego sermonis & spiritus uirtute ostendere queam. Cæterùm ne per ignorantiam bonorum, quibus ille præditus erat, sermo multum sua imminuat dignitate, breuiter laudem ex ijs quæ mihi de digresso cognita sunt depingam, insculpam, ac bono tibi talium pictori tradam, ut uirtutis illius pulchritudinem confirmes, ac omnium auditui & cognitioni exponas. Ille igitur, ut patriam, & genus, necnon corporis habitudinem ac splendorem externum, cum alijs, quibus potissimum homines gloriari solent, laudis relinquam legibus, ex primordijs nostris, & perquàm domesticis exordiũ sumam: germen fuit, radicis nequaquam laudabilis, aut fertilis pietatis. siquidem quum nouissimis confidam, nequaquam erubesco ob prima. nec quæ in domo Dei plantata esset, sed ualde absurdæ & alienæ, ex rebus duabus commixtæ diuersissimis: ex errore nempe gentili, & monstro legali. quę ambo partim effugit, partim uerò ambobus obnoxius fuit. siquidem homines illi idola & sacrificia reijciunt, ignem autem uenerantur & lampades. sabbatum præterea honorant, & in cibi delectu admodum sunt scrupulosi, circũcisionem contemnunt. humiles autem illi Hypsistarios, hoc est sublimes se appellant. solum uerò creatorem omnium uenerantur. ac ita ille ad impietatem anceps erat, ex aliquo aliquid factus. ac ideò ignoro, utrum gratiam ipsum uocantem plus laudare debeam, aut etiam electionem illius. Sanè ita illi mentis oculus à lippitudine qua detinebatur est purgatus, tantaq; uelocitate ad ueritatem accurrit, ut & à matris gratia & substantia penitus excideret, nilq; ei nisi superni patris ac uera relinqueretur hæreditas, quam & retinuit. hãc ignominiam facilius etiam tulit, quàm alij honores maximos. Verùm minus hoc admiror, licet admiratione sit dignissimum. & quur? namq; quoniam ipsi inter multos alios communis erat contentio, omnesq; in magna Dei sagena includi oportet, & piscatorum sermonibus capi, tametsi qui dam prius, alij uerò posterius ab Euangelio comprehendantur. quòd uerò potissimum ex rebus illius me admiratione perculit, hoc etiam enarratione dignum existit. erat ille noster antea etiã, quàm ex nostra esset caula. mores enim nobis ipsum conciliarunt. nam quemadmodũ multi ex nostris nequaquam nobiscum sunt, quos uita à corpore alienat communi: ita multi inter externos erga nos sunt inclinati, qui moribus fidem præueniunt, & solo nomine indigent, opera enim prius habent. ex illorum numero meus pater erat, ramus alienus, uita sua ad nos inclinans. modestia uerò tantũ excelluit, ut perquàm amabilis pariterq; honestissimus esset, quę ambo haud faciliter concurrere solent. Iustitiæ uerò quod nam maius & manifestius documentũ esse posset? quodq; licet minimè secũdas partes in re publica sortitus fuisset, nec unica drachma substantiã suã augmẽtauit: tametsi cerneret quod alij Briarei manus reb. inijcerẽt publicis, facultatibusq; inflarẽt malis. ita enim iniustã uoco opulentiã. Sanè prudẽtiæ nequaquam parua in eo fuêre signa, quẽadmodũ ex sermone liquebit procedẽti. huius mercedẽ, ut arbitror, fidẽ tulit. Verũ quo nã modo illud (haudquaquã enim decet, ut res tãta sileat) explicabimus? igitur mulierẽ fortẽ quis inueniet? diuinã scripturã dicentẽ au-

Genus.

Hypsistarij qui nam & quales sint.

Modestia.

Iustitia.

Prudentia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diui, & donum Dei esse, ut quis à Domino coniugium ortiatur bonum, quod & externis uidetur. nam illorum illud est,

Nil homini melius contingit coniuge casta.

Coniugium

Cæterùm dici nequit, quis nam coniugio felicior extiterit quàm ille. arbitror enim, si aliquis ex finibus terræ, & omni genere humano, coniugium optimum contrahere studeret, nequaquam uxorem hac meliorem, aut magis conuenientem inuenire potuisse. nam uirorum & mulierum optima quæque conuenere in unum, ita ut nuptiæ illæ non minus uirtutis, quàm corporis esset coniunctio. nam licet alios exuperarent, inter seipsos tamen propter uirtutis æqualitatem, & honoris paritatem se superare nequibant. Sanè quæ Adamo tradita est, ut illi auxiliaretur, postquàm bonum erat, ut homo non esset solus, pro adiutrice facta est hostis: & nequaquam conthoralis, sed aduersaria, uirum per uoluptatem suffurans, & cognitionis ligno, à uitæ ligno abalienans. Patri autem non solum cooperatrix à Deo est tradita, id enim minus admiratione dignum, sed & rectrix est facta, quæ illum per se tam opere, quàm sermone ad optima quæque perduceret. nam licet optimum iudicaret, ut in alijs secundum coniugij legẽ uiro parẽret, in pietate tamen nequaquam illam puduit, quo minus se doctricem exhiberet. quod quidem admiratione dignũ existit. sed plus admirandum, quòd ille ultrò ab ea deuinci uoluit. illa etenim est, quæ quum alię mulieres de pulchritudine tam naturali, quàm fictitia cõtendunt & efferuntur,

Laus uxoris

unam solam pulchritudinem nouerat, animæ nempe uenustatem, & ut imaginem diuinam custodiret, aut pro uiribus repurgaret. ornatum autem depictum & artificialem, ad eas quæ in scena uersantur relegabat, & unã solam nobilitatem existimabat pietatem, & ut sciret unde facti simus, & quorsum tendamus: solasq; diuitias firmas ac tutas, Deo ditescere & pauperibus, maximè quum in genere propinquos incideret, quibus usq; ad indigentiã sub uenire, nequaquã calamitatis solutionẽ, sed monitionẽ continere censebat: at liberalius bene facere, honoris firmioris, & cõsolationis esse perfectioris: quum hi commodo domestico, illi uerò pietate excellant. & quamuis admodum difficile sit, hæc utraq; assequi, in utrisq; tamen omnes alias exuperabat, & utrunque exactissimè perfecit, duoq; in unum connectit. ita igitur domum suis adauxit curis & cogitationibus (secundum Salomonis de muliere forti terminos & leges) tanquam pia esse ignoraret. ita autem Deo ac rebus operam impendit diuinis, ut licet plurimum à cura abesset domestica, neutrum tamen offenderetur propter alterum, sed pariter ambo perficerentur. Proinde quod nam tempus, aut quis locus illius ignorat orationes? qui motus & ipsi primus fuit, ex omnibus in die. seu potius quæ ita petendo, simul & petitionem consequi sperauit? Sanè quæ nam ob sacerdotum ita oblectata est manum, & faciem, seu omnem speciem philosophiæ ita honorauit? quæue magis ieiunijs & uigilijs carnes suas macerauit? aut se psalmodia tam nocturna quàm diurna exercuit? Quæ magis uirginitatem dilexit, tametsi uinculis ligata esset coniugalibus? Quæ orphanorum & uiduarum melior adiutrix fuit? Quæ calamitates suas deplorantes plus consolatione subleuauit? Cæterùm hæc forsitan parua uidentur, ac quibusdam contemnenda, quoniam haud facile plurimis sunt concessa. Verùm quo pacto ea quæ paucis contingunt, & creditu difficilia existunt, inuidiæ minus obnoxia essent? mihi uerò admodum sunt ueneranda, quoniam fidei sunt indicia, & spiritalis feruoris conamina. quale & hoc est, quòd nunquam uox eius in sacris audita est conuentionibus aut locis, præterquàm in necessarijs & mysticis. proinde si magnum olim fuit, ne super altare ascenderet bipennis, aut ascia uideretur seu audiretur, ex ratione maiori, tanquam naturale esse deberet, & omni artificio carere, omne quod Deo consecratur, quur non & in illa magnum esset, ut silentio ueneraretur sacra? ac nunquam tergum uenerandæ præberet mensæ? seu in diuinum expueret pauimentum? uel nec manus gentilibus porrigeret? aut labia

labia labijs admoueret, & neq; inter alias mulieri etiam quæ honestissima esset & admodum domestica? quinimmo nec communicare uoluit, non solum uoluntariè, uerũ neq; coactè, ijs quæ à prophana & impura ueniebãt mensa. sed nec unquam iuxta templa sceleste transire, aut illa præter cõscientiæ legẽ aspicere sustinuit, neq; narratiunculis gentilibus seu cantilenis theatralibus auditum inquinare: uel linguam, quæ iam susceperat diuina, ac illa etiam loquebatur. siquidem profana nequaquam sacris conuenire putabat. & quod his plus admirandum fuit, nec unquam uel parumper luctui indulsit corporali, tametsi mirum in modum alienis etiam flecteretur calamitatibus, ita ut uel uocem aliquam emitteret flebilem, ante gratiarum actionem, aut lachrymæ ex illius exciderent palpebris, quæ iam mysticæ erant, signatæ, seu luctus præberet speciẽ: quamuis multoties, multa ei acciderent molesta, in die etiam clara. siquidem ad animam Dei amore detentam pertinere arbitrabatur, ut diuinis cuncta subijcerẽtur humana. Taceo his secretiora, quorũ Deus testis est, & seruæ fideliores, quibus illa cõcredebat talia. Cæterùm quę ad nos pertinẽt, nec memoria fortassis sunt digna, tanquã indigni simus, ut quid de nobis sperari deberet. indicia tamẽ sint magni illius conatus. nos enim antequã nasceremur, Deo uouit, nequaquã de futuro solicita, & quàm primũ nati essemus, Deo se nos oblaturos promisit, nec orationi sua à Deo est defraudata, nec is hostiam sibi oblatam reiecit. cõfestim igitur quædã ex his iam præsentia, alia autẽ erant futura, quotidianis additionibus adaugenda. & quemadmodum sol iucundissimè matutinis fulget radijs, meridianis uerò calidior existit, & lætior: ita ipsa nequaquã paruas pietatis primitias texens, nouissimo lumine plus resplenduit. Cęterùm nõ paruus illi ad pietatem stimulus erat, quòd ex arbore fructifera et nequaquã syluestri ortũ sumpserat, licet copulata esset illi qui domesticus factus fuerat. lõga enim serie, & à maioribus hæreditate paterna, Dei et Christi amatrice uirtutem acceperat: & nequaquã mariti instar, ex oleastro in oleam inserta fuerat: non igitur minus fidelis iugum, propter fidei ferre poterat excellentiã, sed in illo solo tota erat, quod id haud tolerare ualeret, quũ alias inter mulieres fortissima esset, & admodũ mascula. hoc autem erat ex dimidio reluctari Deo, propter alienationem particulæ alterius. & nequaquã copulę corporali spiritus adiungere cognationẽ. Deo igitur die & nocte ob hanc rem supplicabat, & illum multis ieiunijs & lachrymis pro capitis salute orabat, nihilominus tamẽ uirum & laborũ demerebatur assiduitate, ac morũ mercabatur uarietate, opprobrijs, admonitionibus, obsequijs, abalienationibus, potissimum uerò moribus familiaribus, et erga religionem feruentioribus, quibus præcipuè anima flectitur & emollitur, uoluntarieq; ad uirtutẽ cogitur. futurum igitur erat, ut aquæ gutta assiduè destillans, petram tandem excauaret, ac illa rem cui tantum studebat, cum tempore perficeret. quod quidẽ ostenderunt sequentia. & illa quidem hæc petebat & sperabat, tanquam quæ fide magis flagraret quàm iuuentute. nemo enim ita confidit præsentibus, quemadmodum ipsa speratis, experientia edocta, quanta essent Dei dona. marito autem ad salutem cooperabatur consideratio, quæ paulatim suscipiebat obsequia. cooperabatur etiam Deus, ac uisiones somniorum, per quas sæpius Deus animæ saluandæ benefacit. Cæterùm qualis nam fuit uisio? iã enim narratio suauissima exordium mihi sumit. uisum est ei, quod nunquã antea, licet uxor sæpius orasset & rogasset, particulam illam ex diuino Dauid cantare: Lętatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Erat igitur psalmodia peregrina, ac desiderium cum cantu intrabat. at illa quum audisset, quòd uoti compos facta esset, tempus arripuit, ac uisionem in optimã partem est interpretata, cum ueritate & gaudio beneficij ostendens magnitudinem, et ut ille salutẽ assequeretur festinabat: timens, ne quid interueniret, quod uocationem impediret, & ipsa studio suo frustraretur, accidit autem tum temporis, ut multi Episcopi Niceam festinarent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut Arij resisterent insaniæ, quum malũ illud nuper pullulare, et deitatem incidere cœpisset. Ille igitur Deo ac ueritatis præconibus se tradidit, desideriumq; est confessus, ab ipsisq; communem salutem quęsiuit: ex quibus unus erat Leontius, uir excellens, qui tum nostræ præerat metropoli. Proinde quum hic à charitate obuiam se ferat miraculum, admodum ego charitatẽ offenderem, si tacitus illud præterirem, præcipuè quum non pauci miraculi huius testes supersint. Errabant errore quodã spiritali, diligentiæ doctores, & gratia præsignabat id quod futurum erat, figuraq; sacerdotij instructioni admiscebatur. ô instructio minus uoluntaria. genibus enim inclinatus, instructionis expurgabatur sermonibus, ita ut multi qui tum aderant, præsagirent id quod futurum erat, non ex sublimioribus solum, sed etiam humilioribus intellectu, signis haud obscuris, credentes futura. parum igitur in medio fuit, quum miraculum miraculo est cõiunctum. producam igitur fideliũ auribus sermonem quoq; illum. nam animabus profanis nihil ex bonis fide dignum uidetur. accedebat ipse ad regenerationem, quę fit per aquam et spiritum, per quam confitemur Deo hominis secundum Christum formationem & expiationem, necnon materiæ terrenæ ad spiritum transpositionem et reformationem: et accedebat ad ablutionem cum desiderio feruido, ac spe præclara, expurgans se antea pro uiribus, tã anima quàm corpore sanctificatus, longè magis quàm ij qui tabulas à Mose accipere debebant. illis enim sanctificatio ad indumenta usq; procedebat & uentrem, parua coarctatio & temperantia quędã frugalis: illi autem uniuersa præparatio in media uita splendoris erat, & ante purgationẽ purgatio muniens donum, quo expurgatio concrederetur puritati, & bonum haud periclitaretur, ac deinceps contra gratiam auderet. quũ autem ex aqua egrederetur, lux circa illũ fulsit, & gloria affectu eius digna, cum qua etiam processit gratia fidei. Sanè hæc res & alijs quoque cognita est, qui tum miraculum sub silentio custodierunt, nequaquam illud narrare audentes. unusquisq; enim putabat uisionem hanc sibi soli apparuisse. paulo pòst uerò inuicem retulerunt. baptizanti uerò & expianti adeò manifesta fuit & cognita, ut nequaquam mysteriũ celare posset, ac publicè uocẽ diuulgaret, quòd successorem suum unxisset spiritui. & hoc ex audientibus & cognoscentibus nemo non credebat. quoniam et Moses quum adhuc paruus esset multis, ac precij nullius dignus, ex rubo uocatur ardente, minimè tamen igni cedente, seu potius ab eo qui in rubo imaginatione deprehendebatur: illiq; primum concreditur miraculũ. Moses ille à quo mare diuiditur, & cui cœlum panem pluit, & qui à petra aquam eduxit, quemq; ignis & nubis columna inuicem sibi succedentes in uia deduxerunt, & cuius manuum extensio trophæũ erexit, ac multa agmina deuicit, crucem forma illa designans. Esaias autem ille glorię & seraphin inspector: & post illum Hieremias, cui magna gentium & regum potestas concredita fuit: hic quidem uoces audiuit diuinas, & ad prophetiæ mysterium carbone antea purgatur: ille uerò ante fictionem cognoscitur, & ante natiuitatem sanctificatur. Paulus autem quum adhuc persequutor esset, magnus ille ueritatis pręco, gentium in fide doctor, et lumine circundatur, et illum quem persequebatur cognoscit, magnumq; ei concreditur ministeriũ, ac uniuersus illi auditus & cogitatio tota repleꝰ Euangelio. Cæterùm quid necesse est omnes enumerare, qui à Deo uocatione fuerunt pręuenti, & talibus miraculis ad fidem perducti, quibus & pater meus in pietate est confirmatus. ac ideo prima illius non adeò sunt incredibilia & admiranda. Sanè quidam posterioribus priora deturparunt, non secus quàm si quis citò bonis exatiatus, deinde ulterius progredi contemnat, aut omnino ad prauitatem recurrat. Verùm hoc nequaquã de eo dici potest, seipsum enim non minus quàm quæ acceperat diligenter conseruabat, ita ut utraq; rectè inter se congruerent, tam ea quæ ante sacerdotiũ, quàm postea egit. nec minus honestè incepit, quàm finiuit: neque aliter finiuit, quàm incepit. Sacerdotium uerò

Sacerdotium.

uerò illi concreditũ est, haudquaquã secundum facilitatẽ et confusionẽ prę sentem. uerùm parũ defuit, quin purgationi adderet & purgandi peritia & uirtus, quemadmodũ lex est cõsequentiæ spiritalis. postquã autem concreditũ fuit, plus glorificata est gratia, tanquã Dei esset gratia, & nequaquã hominũ. neq; ut Ecclesiastes inquit, cõmotio quædã spontanea, sed electio spiritus. accepit enim ecclesiã spinosam & incultam, ac nequaquam antea sicut Episcopã gubernatam, sed ab uno solo ante eum decoratam, eoq; admirando & moribus angelico, sinceriori uerò quàm nũc sint populi prefecti, quo citò sublato, rursus ob gubernatoris defectum ad segnitiem multã reuoluta est & insaniã. primùm igitur hominũ mores haud difficulter mansuefecit, et sermonibus qui pastoralis essent scientiæ, & quod seipsum exhibebat exemplar, tanquã statuam spiritalem, pulcherrimè ad omne opus bonũ tornatã. Inde diuinis literis assiduè incumbere cœpit. quapropter licet in talibus tardè discere inciperet, tantã tamen sapientiã in breui collegit tẽpore, ut quemadmodũ et in alijs nemini posterior esset, ac ne illis quoq; qui plurimũ laboris exhauserãt. Quin & gratiã hanc à Deo accepit præcipuã, ut rectę doctrinæ pater fieret & præceptor: non quemadmodũ sapientes præsentes, qui se adaptant tempori, nec tanquã medius, & artificiose sermonibus qui contra nos proferuntur assentiebatur, sicuti ijqui nequaq; fidem habẽt firmam, seu ueritatis negociatores existunt: sed erat ijs qui sermone ualent magis pius: illis autẽ qui rectè sentiebãt, plus ratione pollens: seu potius sermonibus partes tribuebat secundas, pietate uerò omnibus dominabatur. siquidem unũ Deũ in trinitate adorandũ esse, tria uerò in unicã deitatem contrahenda sciebat: & neq; unitate Sabellij, neq; trinitate Arij sequebatur errorem: sed nec diuinitatem impiè contrahebat, aut dissoluebat, neq; inęqualibus incidebat alienitatibus, siue magnitudinis, seu naturæ. Haud enim unũquodq; incõprehensibile, & super nostram est cõsiderationem. nam quomodo id quod hic nostrum superat intellectũ, aut cognosci, aut doceri posset: aut ubi mensurari quiret inexpertum: ut hoc patiatur diuinitas, quod est terminantium gradibus mẽsurata, & gradibus inferioribus. Hęc magnus ille homo Dei & uerus noscebat Theologus, & cum spiritu circa hęc uolutatus: et quid aliud dicere oportet, quàm quod efficit, ut ecclesia hæc Hierusalem noua, & arca alia super aquas delata, quemadmodum Noe illius magni ac mundi huius patris secundi uocaretur, quum eo tempore animarum diluuium, hęreticorumq; insidiæ cuncta occupassent: quantumq; multitudine aliorũ superabatur, tantum nominis antecellebat claritate. idemq; illi accidit, quod Bethlehem sacrę, quam nihil prohibuit, licet esset pusilla, quo minus orbis esset metropolis, tanquam nutrix Christi ac mater, qui mundũ creauit et deuicit. huius sermonis testimoniũ est, quod eo tempore quo feruidior pars ecclesiæ, contra ipsum seditiose decertabamus, literis decepti ac uerbis artificiosis, ad prauam communionem protracti, solus ipse creditus est mentem habere sanam, & nequaquam nigredine illa animam unà obfuscasse, tametsi mentis quadam arreptus fuerit simplicitate, & dolum ob animi innocẽtiam minus caueret. solus autem, immo primus seditionem illam contra nos fuscitatam, pietatis zelo, & quantum ad eum, nec non alios pertinebat, sedauit, quantũ & ad accursum primum, quantumq; ad discessum spectabat nouissimum, tam reuerentia sua, quàm doctrinæ puritate: ita, ut multarum ecclesiarũ cessaret fluctuatio, tempestasq; mutaretur in serenitatem, orationibus illius sedata et admonitionibus. Proinde si quid iuueniliter agere oportet, nos quoque qui hac in re socij fuimus, ac ei tam pietate quàm actione in omni bono auxiliũ pręstitimus, ac quasi aliqualiter unà peccauimus, et unà cucurrimus, plurimam partem ferre, dignos ducimus. uerùm quum sermo parumper in his sit euagatus, hic iam sistatur. Cæterùm quis nam bona illius, & multitudinem eorundem enumerare posset: aut si plurimum percurrere uellet, non difficulter reperiret omissa? semper enim intellectus progressione, melior quàm

Studium.

Recta doctrina.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm prius fuerat, apparebat. Vnde quotiescunque res illius mecum uersò magis me copia quid omittẽdum sit, quàm alios laudatores inopia quid dicendum sit solicitat: ita ut me abundantia quodammodo offendat, ac mentem mihi solicitam reddat, dum res illius laudare conatur: nihilominus tamẽ nec quid in tam multis honore dignis & æqualibus uincat, inuenire queat. Etenim quemadmodũ in undis euenire cernimus stantibus, ut quotiescũque calculus iniiciat, centrũ oriatur aliud, circulusq; super alio suscitatus, & assiduè dilatatus, semper dissoluat extremũ: illud idẽ et mihi palàm in re præsenti accidere uideo. dum enim mihi aliquid in mentẽ uenit, aliud elabit, ac ideo circa electionẽ laboro, quum assiduè id quod in memoria erat præoccupet, illud quod denuò affluat. Proinde quis illo studiosior in rebus fuit cõmunibus? quis ue in domesticis prudentior? quoniã & domũ & facultates mediocres illi tribuit, qui cuncta rectè & uariè dispensat Deus. Quis pauperibus æqualis naturæ, ac parti abiectæ, uel anima magis est cõpassus, uel manu plus est largitus? substantia enim propria, aliorũ se dispensatorẽ esse censebat, ac ideo pro uiribus inopiæ succurrebat, ita ut nõ solum consumeret superuacua, sed ea etiã quæ erant necessaria. quæ res manifesta demonstratio extitit, quantã curam pauperũ habuerit. dedit enim partẽ non septẽ solum, iuxta Salomonis legẽ, sed etiam si accederet octauus. quin nec ibi rebus uacabat uilibus, sed maiori uoluptate sua abiiciebat, quàm alios possidere cognoscimus. sed & omnẽ propinquitatẽ ac inopum auferebat electionẽ, quę mihi quidẽ uilis animi indicium, & censura esse uidet accipientis, quis nã dignus sit, qui ue minus: uerbumq; murmurationis, unà cũ distributione prolatũ, euitabat. quam rẽ multis accidere uidemus, qui tametsi alijs impertiãt, id tamen absq; beneuola faciũt promptitudine, quæ quidẽ largitione maior est & perfectior. longè enim melius est, propter dignos dare etiã indignis, quàm dignos priuare ob timorẽ indignorum. et hoc esse uidet quod scriptũ est, oportere ut quis panẽ suum etiam per aquam mittat, tanquã haud ab illa pessundari, aut corã iusto harum rerũ censore perire possit: sed illic occursurum, ubi cuncta nostra reposita sunt: & eo occursurũ tempore, quo minimè putamus. Cæterùm hoc pulcherrimũ erat & maximũ, quod magnanimitas illius omni cõtentione carebat. quomodo uerò & qualiter, nunc dicere pergã, quum certamen pulcherrimũ inter ipsum & coniugẽ esset, de pecunia cõmuni in pauperũ usus expendenda: maior distributionis pars in cõiugis manus, tanquã dispensatricis optimæ taliũ & fidelissimæ peruenit, cuius mulieris dico, & qualis? cui nec Atlanticũ pelagus exhaustũ, aut si quod aliud est ex maximis, satis esse posset. talis & tam immoderatus expendẽdi amor eam detinebat. etenim Salomonis hirudinẽ ex cõtrario æmulabat: nã insatiabilitate melioris, deterius uincebat, nec tamen benefaciendi promptitudine exatiari poterat: quin & totam substantiam, quam ambo uel prius habuerant, uel postea fuerant assequuti, minorem putabat, quàm desiderio ipsius satisfacere posset. Sed & sæpius eam dicentem audiui, quòd prompta foret, si ita necessitas exigeret, ut tam ipsa quàm liberi eius priuarẽtur, dummodo bona eius in pauperum usus distribuerentur. Pater itaq; totas matri habenas in expendenda dimisit pecunia, quod mihi quidem exemplo melius esse censetur. nam pecuniis magnanimum esse & liberalem, haud difficulter apud alios quoq; reperies, non solum in ijs quæ ob communis ac ciuilis ambitionis gratiam dilapidantur, sed etiam illis, quæ ob Dei amorem inter inopes disperguntur, & solum cõsumentibus reconduntur. cæterùm qui gloriam ob hæc cõtemnat, nequaq; facile inueniemus. quamplurimis enim gloriæ amor promptitudinem subministrat expendendi, & nequaquam distributio occulta. ibi enim largitio est obtusior. manus itaque talis erat, licet multa tanquam inter scientes obmittamus. nam si uel aliud tale nobis testimonium præbere posset, ex eodem fonte ac eiusdem fluuij esse deprehenderetur. Sanè quis magis cũ Dei auxilio, aut gradui adduxit, aut iniurias proprias

Publicarum & domesticarũ rerum cura.

Eleemosyna pauperibus data.

Multos lucratus est Deus.

prias adeò cõtemsit? aut cum timore sacrã mensam ab impuris mundauit? Quis cõsilio tam diligenti, ac iustitiæ statera, aut causas dijudicauit? seu prauitatẽ odio habuit? uel uirtutẽ honorauit? siue optimos est ueneratus? Quis ita pepercit delinquẽtibus? aut quis cum rectè currẽtibus ita cucurrit? Quis prẽterea melius uirgæ aut baculi tẽpus nouit? at baculo plus tribuit? Cuius oculi magis respexerunt super fideles terræ? necnõ alios, qui Deo uiuunt in uita solitaria & cęlibe, terrã ac terrestria cõtemnentes? Quis magis superbiã castigauit? aut humilitatẽ dilexit? nequaquã fictè, aut superficialiter, quemadmodũ nunc multi se philosophari simulant, ac præstantes uidentẽ, non secus ac mulierculę insipientissimæ, quę cum pulchritudine careant naturali, ad colorũ fucos confugere solent. suntq; (quo nam modo dicere debeo) theatrales ornatissimæ, propter uerecundiã inuerecundissimæ, & propter turpitudinẽ turpissimę. humilitas enim nequaquam illi in uestimento sita erat, sed in penetralibus animę. quin nec ceruicis inflexionem mollem, aut uocis infractionẽ, seu uultus compositionẽ fictã, uel barbæ densitatẽ promissam, siue capitis colorationem adulterinã, aut incessus modum compositũ, humilitatem esse iudicabat. talia enim facile effingũtur, citò tamen redarguũtur. nil enim simulatũ durabile esse potest. Ipse aũt uita erat sublimis, humilis uerò prudentia: uirtute imitatu difficilis, consuetudine aũt perquã facilis: uestitu quoq; nequaquã sumptuosus, ita ut fastũ pariter ac nimiam effugeret humilitatem. prę multis autem splendorem internũ, & uentris morbũ, necnon insatiabilitatem, ac siquis alius, licet nõ uideretur, domabat: hoc quidem, ut purgaretur: illud autẽ, ne attolleretur, re inani nominis uenans claritatem. nam ciuilis operis esse censebat, ut omnia fierent & dicerentur, propter quę apud externos nomen quis assequi posset bonũ. quare nil in hac uita beatius esse potest. spiritalis autem & nostrũ est, ut ad salutem respiciatur solum. ac ideo quũ quis ad hunc scopũ tendebat, magni hunc æstimabat: sin uerò minus, despiciebat. quæ enim cerni possent, cõtemnenda esse ducebat, quo interna se haberent rectissimè. solum autem ea consideranda, & longè alijs præferenda esse putabat, ex quibus aliquis plus dignitatis assequi, & alios ad id quod optimum est, secum pertrahere posset. Cæterùm inter res illius pulcherrimum ac perquam peculiare, & nec alijs ignotum erat simplicitas, & morum innocentia, necnon obliuio malorum. Porrò tam ex ueteribus quàm iunioribus, alij aliud donum quoddam egregium cõcreditum fuit, secũdum quod unusquisq; gratiam aliquam à Deo consequi dignus erat. Iob tolerantia in afflictionibus, & animi fortitudo: Mosi & Dauid mansuetudo: Samueli iurisdictio, & ut cerneret futura: Phineæ æmulatio, à qua & nomen est sortitus: Paulo & Petro concordia præconij: Zebedæi filijs magniloquentia. unde & tonituri filij sunt appellati. et quomodo sermo omnes in specie enumerare posset? Stephani autem & mei patris donum unũ fermè & idem fuit: hic enim nec in periculo cõstitutus, odio habebat iaculãtes, sed dum lapidaretur, pro lapidantibus tanquam Christi discipulus orabat, pro quo & periculum subibat, maius quid Deo fructificãs, quàm mortẽ, longanimitatem nempe. Patri autem nihil mediũ fuit inter inuasionẽ & dimissionem, ita ut parum abfuerit, quin afflictio cõcessionis surriperetur celeritate. etenim Dei iram fecem quandã esse & credimus, et audimus, commotionis cõtra dignos residuum. Quoniam Deus ultionũ est Dominus, qui licet ob clementiam à seueritate ad remissionem inclinari consueuerit: nõ tamen in omnibus parcit peccãtibus, ne illi bonitate sua fiãt deteriores. at ille nequaquam ab irritantibus superabatur, tametsi animo non omnino esset inuulnerabili, præcipuè uerò in spiritalibus, zelo succumbens: prẽterquam si aliquã do præparatus esset & armatus, ac tanquam contra aduersarium à longè instrueret offendiculũ. ita enim nec à mílibus, ut dici solet labefactabat. eratq; hoc ei animi affectio suauissima. Ira enim nequaquã illi, anguis instar intus ardebat, & ad uindictam erat parata, neq; ad iracundiam ex primo motu & retributionis

Rerum diuinarum cura.

Virtutes uiri.

Vita sublimis. Humilis uestitus.

Simplicitas, morum innocẽtia, obliuio malorũ.

Iræ refrenatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

retributionis prorumpebat desiderium. uerùm quemadmodũ apis aculeus, citra mortem percutiebat, humanitas autem eius supra hominem erat, rotas sæpe minabatur & flagella, & iam adhibebantur: uerùm periculum erat, aurium compressio, aut genarum iniuria, aut pugnus super collum, sicq; minę dissoluebantur. uestę uerò maleficus spoliabatur ac calceis, ipsęq; prosternebatur in terram. inde ira nequaquam cõtra iniuria affectum procedebat, sed contra eum qui prompte seruierat, tanquam ministrum malorũ. Et quomodo quis magis Deo bonus esse uideretur? aut dignus ut Deo offerret donaria? sępe enim nec commotus apparebat, & pro commoto respondebat, tanquã domesticis illius peccatis erubescens. & profectò rosmatutinus, solares potius sustinuisset radios, quàm ut aliquid ex ira eius reliquum permansisset. & tamen dicebatur, uerũ sermo euanuit cum uerbis, solum relinquens uirum illum bonum. non enim indignatio eius solis occasu longior erat, neq; irã quę etiam prudentes perdit nutriebat, aut aliquid ex prauitate eius uel corporis signo ostendebat, sed tranquillitatem motu etiam conseruabat. admiranda igitur res illi accidit, non ut solus ob hanc honoraretur, sed solus ab accusatoribus suis amaretur, & admirationi haberetur, quum bonitas eius superaret feruorem: euenit quę ut uenerabilior esset iusto, quum illum corriperet, quàm improbo, quum eum admoneret. huic enim asperitas propter commodum lenitas uidebatur, illi autem ob mores malos bonum etiam suspectum erat. & licet ita tam animo quàm corpore se haberet simpliciter, & Deo accepte, nihilominus tamen conuiciatoribus ob pietatem timori erat: seu potius, nil aliud illos magis deterrebat, quàm simplicitas eius despiciens. nunquam enim illi uel precationis, uel execrationis excidebat uerbum, neque confestim retribuebat aliquid quàm bonum durabile, aut triste quid temporale. illud enim ex profundo proficiscebatur animæ, hoc uerò in labijs uersabatur solum, ac tantum redargutio erat paterna. multis autem qui eum offenderant, nec diuturna quidem repensa est retributio, sed neque pœna à tergo est exacta. uerũ sub commotionẽ primam percellebantur, conuertebantur, accedebant, genua flectebant, ueniam consequebantur, discedebant, bene superati meliores fiebant, prudentiores, & cognoscentes: quoniam sæpius uenia multum prodest ad salutem. pudore enim reprimit offendentem, & ex timore ad beneuolentiam perducit firmiorem. Sane quidam erudiebantur à bobus, qui perterriti iugum abiecerant, & iuncti occurrebant, quum eis antea nil tale accidisset. alij autem ab equis proiecti & conculcati, obedientibus & mansuetis, nonnulli uerò febribus intolerabilibus comprehensi, & imaginationibus ob ea quę fuerant ausi. alij quoq; alijs instruebantur aduersitatibus, & obedire discebãt, propter ea quæ iam fuerant passi. tali igitur & tam manifesta prædítus erat mansuetudine. Cæterùm num in gubernandi arte, & uirtute agẽdi concedebat, ut alius illi præstaret? nequaquam. sed ille idem mãsuetus erat, ac si quis alius, in mansuetudine tamen grauis. quum enim hæc duo ut plurimum inter se pugnent, & cõtraria existant, simplicitas inquam & austeritas: & hæc mansuetudinem habeat, agendi autem arte careat, illa uerò in agendis peritia, citra tamen mansuetudinem polleat: mirabiliter ei ambo affuere, scilicet ut agere sciret, tanquam seuerus: cum mansuetudine tamen remittere, tanquam agendi imperitus. sed cum arte gubernandi, in præfecturis, in considentijs, in omni specie gubernationis siquidem serpentis prudentiã circa malitiam, cum colũbæ circa probitatẽ miscebat simplicitate. nec prudentiam maleficã fieri sinebat, neq; simplicitatem stultam, sed potissimum in specie manebat uirtutis, ex ambobus diligenter circummunitus. Qui igitur talis esset, ac ita sacerdotij munere fũgeret, ab omnibusq; gloriã esset cõsecutus, quid mirũ si signis, quibus Deus corroborat pietatẽ, digne preditus foret? Sane unũ illi mirãdũ accidit, ualetudine laborabat ad uersa, ac corpore male affectus erat, et quid mirũ, si sancti etiã ægrotent? siue ob limi

Manſuetudo.

Ars gubernãdi.
Grauitas.

ob limi uilis purgationem, seu uirtutis probationẽ & experimentum philosophiæ, uel ob instructionẽ imbecillorum, ut ab illis tolerare discant, & nequaquam succumbant in afflictionibus. laborabat igitur, sanctumq; ac celebre tempus paschę aderat, dies dierũ regina, et nox splendida, soluens tenebras peccati, in qua nos sub largo lumine, ob nostrã salutem festiuitatem peragimus, ac cum lumine quod propter nos mortem obijt, commorimur, cum resurgentiq; unà resurgimus. erat autẽ morbus diuturnus, & ut breuiter dicam, febris uehemens & ardens, cuncta interna deurens. uires deficiebant, & cibi nausea infestabatur, somnus uerò aufugerat, ac plane dubitatio aderat, palmarũq; collisione deplorabatur, cũcta autem oris interna, & palati excoriabantur. tot enim pultulis, adeoq; acutis & densis scatebant, ut nec aqua facile & absq; periculo transire posset. sed nec medicorum artes, nec domesticorum preces, licet ualde orarẽt, nec ulla quę adhibebatur medela succurrebat. & ille quidẽ in his erat, parumper spirãs & dubiẽ: nec eos qui aderant amplius cognoscebat, sed totus in peregrinatione erat, & in ijs quæ diu ab eo erant desiderata & præparata. nos autem templum habebat mystas simul ac oratores: postquam enim de omnibus alijs desperaueramus, ad magnũ medicum & noctis illius confugeramus uirtutem, tanquam ad subsidium extremum. cæterùm quid referam? num festiuitatem agentes, seu lugẽtes? panegyrim celebrãtes, uel honorantes eum qui non amplius hic habebat sepulchralia? ô lachrymæ illæ, quæ tum ab uniuerso profundebãtur populo, ô clamores & uoces, qui cum psalmo dijs commiscebantur. quærebant apud sacellum sacerdotem, apud mysteria sacrorum ducem, apud Deum adiutorẽ dignum. & hæc meæ Mariæ erant inchoamẽta, quę tympanum pulsabat, & non epinicium, sed supplicationis carmen decantabat. ac tum primùm ob aduersitatem inuerecunda esse discebat, quum populum pariter inuocaret ac Deũ: hunc quidem, ut dolenti condoleret, & unà decertaret cum lachrymis: illum autem, ut ex audiret supplicantem, omnia illi miracula priora ad memoriam reducens. Calamitas enim inuentrix est ingeniosa. at quid inde, noctis illius, & decumbentis Deus egit? horror me subijt, quum ad reliqua enarrãdum procedo, quin & uos qui auditis horrescitis. cæterùm nolite fidem denegare, id enim haud sanctum est, tam nostri quàm illius de quo loquimur gratia. aderat iam mysterij tempus, statioq; ueneranda & ordo distribuebatur initiandis: at ille à uiuificãte mortuos, & sacra nocte suscitatus, primò parum per mouetur, inde fortius, postea ancillam quandã quæ ibi remanserat nomine uocauit, uoce tenui & admodũ submissa, iubens ut adesset, ac uestem afferret, eiq; manum porrigeret: at illa aderat, eiq; cum admiratione seruiebat: ille uerò tanquã baculo manu ductione eius utebatur, Mosen in monte imitans, ac debiles manus ad precum figuram componens, expeditẽ cum populo mysteria peregit, aut præegit, uerbis quidẽ paucis, & quibus poterat: intellectu autem, ut mihi uidetur, admodũ perfecto. proh miraculum, sine gradu super gradum, sine altari sacerdos, Pontifex longè ab expiandis seiunctus. & hæc aderant illi à spiritu sancto, ipsi quidem cognita, alijs uerò qui præsentes erant, nequaquam uisa. deinde eucharistiæ uerba, quemadmodũ moris est, protulit, populoq; benedicens, rursus ad lectum est reuersus: cibo autẽ parumper refectus, ac somno recreatus, inuocauit spiritum. paulatim igitur melius sensit, quoad tandem pristinæ sanitati est restitutus. aderat itaq; noui diei, quemadmodum nominamus, festiuitas, quam primam Dominicã post resurrectionem habemus. quapropter ad templum cum uniuerso ecclesiæ processit supplemẽto, renouans salutem, ac gratiarũ offerens actionẽ. Proinde opus hoc non minus mihi ueneranda existit, quàm quod Ezechiæ accidit, quem ægrotantem & orantem Deus uitæ glorificauit additione, idq; per umbram cognouit ascensam, quæ secundum preces infirmi est regressa, quum Deus pariter regem, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

gratia,& ſigno honoraſſet,ipſeq; additione diei, additionē dierū uitæ ſuæ eſſe credidiſſet.Sanè paulo pòſt, ſimile quodāmodo miraculū matri quoque accidit meæ,quod & relatu dignum cenſeo: nam illam meritò honorabimus,ſi ſaltem honore aliquo digna exiſtit. patri uerò narrationis cōmunione,rem gratā faciemus.infirmitate igitur & illa tacta eſt,quum omni tempore reliquo ſana fuiſſet,ac rectè ualuiſſet.quum igitur multa eſſent quæ illam affligerent,ne longius ſermonem extēdam,inedia potiſsimum cruciabatur,quæ multis perdurabat diebus, ita, ut nullum contra malum inueniretur remedium.quomodo igitur illam Deus pauit? non manna illam rigauit,quemadmodum olim Iſrael:nec ex petra potum elicuit,ut populum reficeret ſitientem:non coruis præcepit,ut illam quemadmodū Heliam paſcerent, aut tā quam prophetā ſublimē exatiauit, quemadmodum antea Danielē in lacu famis.at quo'nam modo? uiſus ſum illi,cui eram chariſsimus,ita ut nō ſolum nos in ſomno magnificaret,ſub multa nocte cum caniſtro & ſplendidis aſtare panibus:ac cum illis eam dum oraret,quemadmodum conſueuimus ſignare,necnō cibare & ſanare,ac eam ad priſtinam uirtutem reducere.& nocturna quidē uiſio diurna fuit ueritas.ab eo enim tempore ſpem concepit meliorem, & hoc palàm & manifeſtè apparuit. quum enim dies exortus eſſet,ſummo ad illā manè acceſsi, primumq; alacriorem eam quàm antea conſpexi. inde quum ab ipſa quæ ſiuiſſem, quomodo nocte habuiſſet,& num re aliqua indigeret,ac cętera interrogarem conſueta. Tu me,inquit, fili admodū lautè & ſuauiter pauiſti. quūq; quonam modo id accidiſſet,admodum blādè et humaniter ſciſcitatus fuiſſem, pariterq; miniſtræ innuiſſem, ut illam hortaretur, ne contrà tenderet, ſed promptè rem explicaret, & illam pandere haud moleſtè ferret, illa ueritatem detexit.Quin & unū adhuc ambobus cōmune addidero: quum ego ab Alexandria in Græciam per mare nauigarē Partheniū: nauigabam autem omnino præter anni tempus, quū ita me deſideriū inſtigaret, in naui Aeginetica:hoc autē potiſsimū me adigebat,quòd uectores nactus eſſem domeſticos: quumq; parūper nauigādo progreſsi eſſemus,ingens orta eſt tempeſtas,& qualis non multū antea uiſa fuit, quemadmodū referebant ij qui unà nauigabant:quūq; omnes cōmunem mortem timerent,mihi animę mors terribilior erat.periculū enim mihi miſero imminebat, ne nondū initiatus abirem,ac ideo ſpiritus aquā in mortis aqua deſiderabam.clamabam igitur,orabam,& paruas uitę deſiderabam inducias:mecum quoque clamabant connauigantes,& hoc in diſcrimine communi,tanquā nequaquam ad exercitiū illud eſſent apti,hoſpites humani, & qui unà dolere ex communi diſcerent periculo.& ego quidem talia patiebar,cōpatiebantur & mihi parentes communes, per imaginationem nocturnam, ac periculi participes erant,& à terra auxiliū ferebant,per orationes quoq; undas incantabāt, quemadmodum poſtea quum ueniſſem ex temporis collatione cognouimus.quin & ſomnus ſalutaris, quo poſtquā tempeſtas parumper quieuerat occupabamur,hoc nobis oſtēdit.Erinnym enim quādam, uiſu terribilem,& periculū annunciantē, cepiſſe mihi uidebar,nam exactè nobis hanc nox deſignabat.alius quoq; qui unà nauigabat, erat autem puer mihi admodum acceptus & charus,quiq; tempeſtatem moleſtiſsimè tulerat,matrem meā ſupra mare gradientē,nauemq; accipientē, & haud multo labore ad terrā trahentē uidit.cui uiſioni ipſe quoq; credidit.mare enim quieuit,ac confeſtim inſula Rhodus nos excepit.uerùm nō multū temporis poſt periculum hoc elapſum eſt,quū & nos domū peruenimus, quemadmodum uoueramus Deo,ſi ſaluaremur: ſecundū uotū enim nos obtulimus. Proinde cōmunia hæc:uerùm iam pridem quoſdam mirari arbitror, qui res illius manifeſtè norūt,quòd his ita ſumus immorati, tanquā ſolum ad laudem pertineant:temporis uerò difficillimi memoriā hucuſq; diſtulerimus, ad quod ille planè ordinatus fuiſſe uidetur:tanquam illa quæ tum facta

facta ſunt ignoremus,uel haud magna fuiſſe cēſeamus.ſed age & illa quoque iam prędictis adiungere conabimur.tulit tempus noſtrū primum malum,ſed ut arbitror & nouiſsimū, regem Dei & rectę cōſiderationis deſertorem,qui rem parui operis eſſe putabat,ſi Perſas ſubiugaret: magnū autem,ſi his adderet Chriſtianos.quūq; pariter dęmones eum agerent,ac illud ei perſuaderent,nullam impietatis ſpeciē obmiſit,ſuadendo, cōminando,decipiendo,pertrahens ad ſe non ſolū defraudādo, ſed ui etiam cogendo.& ubi latēre poterat,inſidijs doloſis mentem ſuffurabatur:ubi uerò minus,apertè potentia ſua abutebatur,quo omnino cūcti caperemur,uel male affecti,uel ui etiā coacti.hunc quis magis quàm pater deſpexiſſe aut diſſoluiſſe eſt repertus? contemptus itaq; prę multis alijs,iudex eſt præfectus ſagittariorum,cum ſuis quos ducebat,ut ſacras domos noſtras occuparet, aut ſubiugaret.quū enim multos alios aggreſſus fuiſſet,huc quoq; cum eadem peruenit intētione,ac templū petebat cū mandatis. uerùm tantū abfuit,ut quę uellet peragere poſſet,ut parū defuerit, quin à patre meo excluderetur.id quū per ſemetipſum intelligeret, aut ab alio quodā conſulente audiuiſſet,licet pedū dolore laboraret,diſceſsit,quum ſacerdos ira ac zelo contra eum,tēpli cauſa arderet. Cæterùm quo'nam modo contemptū magis oſtendere potuiſſet? quàm quòd publicè orationibus & totius populi precibus ſceleſtū feriret,ac nec tempus quidem timeret:priuatim uerò nocturnam aciem opponeret,humiq; dormitādo ſeniles et macie cōſumptas domitabat carnes,ac lachrymis ſolū rigabat, paulo minus quàm per annū integrum, & hoc modo ſecretorū cognitori philoſophabatur, corā nobis uerò latēre contabatur,ob oſtentationis,ut dicebat,euitationē:et omnino latuiſſet,niſi ego ſubitò aliquando cubile ingreſſus, humi dormitationis indicia deprehēdiſſem,ac quæſiuiſſem,cuius nam hæc eſſent, noctisq; myſteria cognouiſſem.ſed & altā quoq; eiuſdē temporis ac fortitudinis narrationem accipite.Cæſarienſium ciuitas de pontificis diſceptabat electione, quum unus obijſſet,alter uerò in locū eius ſubſtituēdus quæreretur. ferue bat itaq; ſeditio,nec facile ſedari poterat.Ciuitas enim illa ex ſui natura,ad modum hanc ob rem ad ſeditionē eſt procliua,quū propter fidei ardorem, tum cathedræ præſtantiā ſingularē. & hæc erant quæ contentionem plus accendebant.aderant itaq; epiſcopi quidam,ut pontificem darent.Quum uerò populus inter ſe diuiſus eſſet,& alius aliū proponeret,quemadmodū in talibus fieri conſueuit, ſecūdum quod unuſquiſq; uel amicitia alicuius, uel pietate erga Deum affectus erat: tādem populus uniuerſus conſenſit, ut quendā ex primis inter eos uita præſtantem, nondum tamen diuino baptiſmate ſignatum,inuitum etiam raperent. auxilio itaq; manus militaris, quæ tum fortè aderat,illū ſuper gradū poſuerunt, ac epiſcopis obtulerunt, rogantes,ut illum expiarent,& pontificē pronunciarent,interimq; perſuaſionibus uim quoq; intermiſcere non dubitabant:non admodū decenter, ſed magno fidei feruore impellēte. Verùm enimuero non huius temporis eſt referre,quem'nā illo pręſtantiorē aut ſanctiorē oſtēderit tempus. quid igitur factū eſt? aut quouſq; proceſsit ſeditio? coegerunt, expurgauerunt, pronunciarunt,ſuper thornū collocarunt,manu potius quàm uolūtate, & diſpoſitione ſpiritus. quod patuit quidē ex ſequentibus.nam poſtquā hæc peregerunt,& ad ſe reuerſi uoluntatis proprię facti ſunt domini, cōſilium inter ſe inierūt:ſed utrum ſpiritu bono, ignoro:attamen inierunt,et decreuerunt, neminem rerum geſtarum autorem cenſeri debere, nec electionem rite eſſe factam.nilominus uiolentiam imputabant coacto, ac uerba quædam excipiebant,quæ tum magis temerariè quàm prudenter fuerant prolata. Cæterùm ſacerdos magnus, & iuſtus rerum geſtarum conſiderator,nequaquam ijs qui ita cenſebant cōſenſit,aut ſententiam laudauit: ſed immotus permanſit ac conſtans,non ſecus ac ſi electus nequaquam fuiſſet coactus.oportere enim cenſebat, quum uis cōmuniter fuiſſet illata, ut aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

accusantes ē diuerso accusarentur: aut si dimitterent, ipsis quoq; dimittere tur: uel quod iustius esset, ut neq; dimittētibus dimitteretur. si uerò ipsi uenia digni essent, omnino & electum culpa carere: si autem nec illū, multo minus ipsos. longè præterea satius esse, tunc periclitari, & omnino contra tendere, quàm postea insidiari, præcipuè eo tēpore quo melius esset inimicitias iam cōtractas dissoluere, quàm nouas suscitare. et ita res se habebat. aderat enim imperator, Christianis cōminans, & ob electionē irascebatur. minabatur & præfectus. Ciuitas autem in magno constituta erat periculo, timens ne post diē illū superstes non foret aut saluaretur, seu ullā consequi posset ueniam. accedebat quod à fortuna quoq; in tempore fortunato irrita ta, & de peculatu suspecta fuerat, & innouatio quæ cum uiro illo acciderat, nō secus habebatur, ac si pecunię publicę fuissent interuersę. sed & gentis princeps quærebat quo pacto tempori gratificari, & electum malè afficere posset, erga quem nec aliàs benignè se habebat, sed ob disceptationes ciuiles ab illo dissidebat. per epistolas itaq; electores tāquam accusatores uocabat, non iam modestè, sed minis agens, sub prætextu, quasi imperator ita iuberet. quum igitur ad ipsum quoq; epistola fuisset missa, nequaquam perterritus est: neq; ut rescriberet, uel parumper distulit, quāta uerò ipsius fuerit fiducia, qualiq; spiritu responderit, ex rescripto eius considerare licet. nos enim, inquit, fortissime præses, ob cuncta quæ agimus unum habemus scrutatorem & regem, qui nunc oppugnatur: is & de præsenti inquiret electione, quam illi legitimam & acceptam fecimus. quod si quis aliis in rebus uos honorare uoluerit, id admodum facile efficere poterit: ad hoc autem nemo nos compellet, ut his uobis consentiamus, tanquam haud rectè aut iusta facta sint, quæ facta sunt: nisi uos, quibus fas non est, rebus mi scere nostris, ac legem talē ferre uolueritis. has literas & præses ipse quum accepisset, admiratus est, tametsi aliqualiter fuerit indignatus, quemadmodum à multis, qui res illius bene norant, est cognitum. hęc epistola & regis quoq; sedauit impetū, ac ciuitatem liberauit à periculo: nec malè addiderim, nos à turpitudine. hoc parui ciuis opus fuit, & qui secundas cathedræ partes habebat. uerùm longè melius est, in talibus eminere, quàm à sublimi etiam throno uerba facere: & rebus potius excellere, quàm nominibus. Cæterùm quis à nostro orbe adeò est remotus, qui & hoc quod ex gestis eius ordine fuit nouissimum, sed rei magnitudine uel pręcipuum ignoret? conflictabatur ciuitas illa seditiōe noua, ob causam eandē, quū citò subtractus esset qui bene fuerat coactus, & ad dominū peregrinatus, pro quo generose & uiriliter in persecutionibus decertauerat: eratq; seditio quāto feruentior, tanto etiam turbulētior. non enim latebat is qui prę alijs excellebat, quemadmodū nec sol inter stellas delitescere potest, sed ualde erat conspicuus, cùm alijs cunctis, tum populo electo & purissimo, necnon ijs qui circa gradus uersabantur, ac Nazareis qui apud nos sunt, quibus solis aut potissimum primus imminebat conflictus. ecclesiæ enim à malo erant immunes, pariter & opulentiores ac potentiores, sed omnis impetus ac seditio inter plebem erat, ac præcipuè uilissimam. Cæterùm nunc mihi periculum imminet, ne regimē populare, plus compositum quàm nostrū, cum quo gratia celebratur diuina, cēseam: ac meliorē talium dispensatorē timorem, quàm rationem putem: postquam quidā ex rectè sentientibus contra alium uenit, te caput sacrum ac diuinum relinquēs, qui manibus Domini eras fictus, qui iugo carebas, inops eras, sine carne, ac ferè sine sanguine, qui in sermonibus utebaris ratione, qui inter philosophos sapiētia præstabas, qui in mundanis supermūdanus eras, qui in honestis plus quàm honestissimus: te meum illum amicum dico & cooperatorē, animę meę partem ingentem, ut quid dicā audacius, uitęq; ac doctrinę sociū. uellē sanè hic ut sermo liber esset, ac te in alijs depingeret, ac nō in pręsentia tua talia exquireret, plurimaq; propter adulationis suspicionem obmittere cogeretur.

Basilius Magnus.

sed ut

sed ut loquerer ratio compulit: spiritus enim nouit illum qui eius sit. & cur non? obstat autem inuidia: id quum sit, loqui erubesco. Vtinam autē nec quum alij loquuntur, & exactè nostra comicis incessunt cauillis, audirem. hæc breuiter transcurrimus, non secus ac fluuij, qui inter petras labuntur, silentio honorantes quæ uerè digna existunt. nunc uerò ad sermonis progrediemur reliquum. Pater itaq; quum spiritus esset, exactè nouerat quæ spiritus essent: ac ideo cēsebat nihil humile sapere oportere, neq; per commendationes aut præiudicationes pugnare, ac fauori plus quàm Deo tribuere, sed solum ad ecclesiæ utilitatem, & salutem communem respiciendum esse: quapropter scribebat, admonebat, componebat, populum, sacerdotes, necnon alios qui ad gradum pertinebant, obtestabatur, eligebat, calculum ferebat, licet pręsens haud esset. caniciei tribuebat, ut autoritate fungeretur, quemadmodun domesticis, ita & alienis. tandem quum electio canonicè fieri deberet, unusq; qui pronunciari debebat, numero destitueretur, ē lecto, senectute & ęgritudine degrauatus, surrexit, & ad ciuitatem iuuenili perrexit animo, seu potius corpore ferebatur mortuo, ac parumper spirante: festinationem illam, pulchrum sibi sepulchrum fore censens, etiam si quid eum pati oporteret: quin & tunc quoq; signum non incredendum est factum, conualescit labore, iuuenescit promptitudine, dispensat, ordinatur ille, collocat eum in thronum, quum pompa producitur, non amplius sella uili, sed arca utens diuina. Cęterùm longanimitatem, quam quam paulo antè laudare cessaueram, hic rursus et abundantius ostendere conabor: siquidem quum ægreferrent compresbyteri, quòd tam turpiter fuissent deuicti, pariterq; ob potentiam senis in rebus gestis indignarentur, ac ipsum conuicijs impeterent, solummodo tolerando prævaluit: & ut superior fieret, magnum in mansuetudine auxilium repperit, ac ne maledicentibus remalediceret. quur enim molestum esset, quum re ipsa uiceris, si linguæ petulantia etiam uincaris? ita igitur illos placauit longanimitate, accepto etiam in sententię auxilium tempore: ita ut illi loquendo defatigarentur, ac ideò desisterent, indignationē in miraculum mutātes, ob priora pudefacti, illoq; patriarcha, legislatore, & iudice uterentur, omni odio penitus abiecto. eiusdem zeli fuit contra hæreticos controuersia, quum nobis bellum indicerent, unà cum impietate regia, tanquam nos subiugaturi, & alijs adiuncturi, quum ferè cuncti iam seruirent. tum enim non paruam nobis conciliauit partem, ac tam per seipsum, quàm per nos quibus præerat, illis tāquam truculentissimis restitit feris. nosq; tanquam catulos non ingeneroſos ad pietatis exercuit studium. Cęterùm in uno uos ambo inculpo, sed nolite mihi ob loquendi audaciam indignari. siquidem quid me perturbarit, enarrare pergam, etiā si id mihi sit molestius, nempe quod me uitæ malis indignantem, & solitudinis amantem, ita, ut ignorem num quis alius qui apud nos sunt taliter, & communem hanc tempestatē & puluerem quemadmodū habeo celeriter euitare cōtendentem, & ad securitatis portum perducere conantem, haud scio quomodo oneroso & insidianti animarum foro huic me implicātes, per honorabile sacerdotij nomen tradidistis. Vnde iam pleraq; euenere mala, alia uerò sperātur. quid enim interest, si uel iam patiaris, aut in futurum desperes? licet ratio aliud suadeat, & id quod melius est sibi polliceatur. Proinde nec illud ex bonis eius prętulerim, quod planè tolerās erat, & in aduersis superior. ultima uerò ægritudine, admodum est afflictatus, quoniam senectus cum illa concurrebat, eaq; longæua & lubrica. sanè quod ægrotaret, commune illi cum cæteris erat hominibus: hoc uerò nequam commune, sed admodum sibi proprium, ac reliquis adhærens mirandis, quòd nullo tempore morbi affligeretur incommoditate: ac sæpius quidem in die, nonnunquam etiam horis singulis: solummodoq; ministerij confortabatur tempore, tum enim passio eum relinquebat, tanquam mandato quopiam effugaretur. Quum

Longanimitas.

Tolerantia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem circiter annos uixisset centũ, fine Dauidicorum terminorum, temporis eius quo nos uiuimus, in sacerdotio uerò quadraginta quinq; mensura uitæ humanæ, in senectute bona uitam finiuit. & hoc quomodo? in orationis uerbis, & figuris, nullius prauitatis uestigia, sed plurima uirtutis relinquens monimenta. nil mirũ igitur, si ueneratio eius plus quàm humana, omniũ hominum celebretur linguis & cogitationibus. nec facile reperiri potest, qui eius recordetur, quin non etiam imaginationem amet, & hanc scripturam manu admoueat ori. Talis itaq; uita eius fuit, talisq; uitæ finis & impletio. Cæterũ postquàm necesse erat, ut memoria de eius relinqueretur magnanimitate, quid magis oportebat? quàm templũ hoc Deo *Magnanimitas.* & nobis erigere, in cuius ædificatione pauca quidem populo iniunxit, plura uerò ex facultatibus propriis subministrauit, opus nequaquã silentio dignum, magnitudine quidem super multa, pulchritudine autem ferè super omnia. octo enim lateribus rectis in seipsum concurrit. columnis uerò & *Descriptio templi.* porticuum pulchritudine in altum surgit, ita, ut structura eius nequaquam cedat naturæ. supernè autem à cœlo illustratur, ac largissimis lucis fontibus aspectum illuminat, tanquam lucis habitaculum uerum. undiq; autem materia excurrit, & cingitur splendida, idq; lateribus æqualibus, ita, ut multũ interius spacij comprehendatur. Porticibus uerò & ambulacris resplendet speciosis, quibus à longè accedentes excipiuntur, ut interim externum ornatum dicere obmittam. ueluti lapidis quadrupedis, in comæ formam fastigiati, magni ac perpulchri. quantũq; sedilia marmorea, & capita angulos exornent. & quod lapis prouincialis nihil sit peregrino inferior. nec non zonas diuersas & uarias prominentes & insculptas, à fundamento usq; ad uerticẽ. qui quum uisum terminat, spectatorem etiam fatigat. uerùm quo pacto sermo tanti temporis & manuũ laboris opus adeò breuiter explicare posset? hoc solum dixisse sufficiat, quod quum aliæ ciuitates multis cùm publicis, tum priuatis ornatæ sint ædificijs, hoc solum prævalet, ac nos pluribus reddit celebriores: & templum quidem ita se habet. Verùm quoniam & sacerdote opus erat, illum quoq; domesticum dedit. utrum uerò secundum templi dignitatem, nequaquam dicere habeo, præterquàm quod dedit. Sed quia sacrificia etiam requirebantur, & illa quoque adiunxit, afflictiones filij, & in aduersis tolerantiam, ut Deus ab eo haberet fructificationem rationalem, uictimam spiritalem, pro sacrificio legali rectè expenso. Cæterùm quid ais pater? sunt'ne hæc satis? recipisq; laborum retributiones quos ob meos exhausisti sermones, laudemq; hãc, siue præmissiuam seu funeralem, tribuisq; pacem sermoni, more ueteri, hicq; illum terminas, quo fugias satietatem, si qua hodie accidit, aut adhuc additionem aliquam quæris? sed terminas scio, sufficit enim. hoc tamen addere permittas, ostende nobis ubi nam sit gloria, & lumen quod circum te est, & circa tuam paulo pòst uxorem. nec non filios quos præoccupasti, meq; eisdem suscipe tabernaculis, aut nihil etiam, aut parumper in hac uita mali patientem, & prius quàm ad tabernacula perueniam, dulci illo lapide, quem ambobus statuisti, solare, quo hic etiã tuum uenereris sacerdotem, & nomine parẽ: populoq; tuo ueniã concede, tam illi qui tibi cõmissus fuit, quàm qui gratiæ tuæ particeps est factus. tuteq; illos dirige, præcipuè uerò pastores omnes, & episcopos cunctos, quorum tu pater uocaris, ac præsertim illum, qui à te est coactus, paternè tamen et spi*Basilium allo-* ritaliter, ne omnino te inculpem tyrãnidis. tibi uerò, ò meorum sermonum *quitur.* & commotionum iudex, si satis de his disseruisse uidemur, & ut desiderio nostro dignum fuit, decerne, & habebimus ratum, quandoquidem calculus tuus omnino cõcordat cum Deo. si autem infra gloriam patris, ac spem tuam uerba fecimus, tu nobis auxilium ferto, ac bonis illius tuam impertias uocem, quæ nõ secus expectatur, quàm imber tempestiuus. omnino autem te in rebus maximis debitorem habet, & tanquam pastorem pastor, ac tanquam pater filium in charitate. quid mirum? si per te intonat orbi, ipse'que

aliquantisper

aliquantisper tua fruitur uoce. Proinde quid reliquũ est? scilicet ut spiritali Sarræ, magni patris nostri Abraham cõsorti & contẽporaneæ, conuenientia philosophemur. non eadẽ ò mater, Dei natura est et hominũ, seu potius *Matrem alloqui-* diuinorum omnino & terrestriũ. apud illa enim esse immutabile est, & im- *tur.* mortale, necnon suũ, & eorũ quæ pertinent adesse: solidorũ enim sunt solida. nostra uerò, quo pacto se habent? fluunt & agũtur, subindeq; aliam accipiunt immutationem. uita igitur & mors, licet ut dicitur plurimũ inter se distare uideantur, inter se tamen cõueniunt. at quo pacto, quum opponantur? quoniam uita ex corruptione matre nostra initiũ sumit, ac semper per corruptionem præsentis transit excessus, donec uitæ huius dissolutionẽ in corruptionem uertat. Mors uerò à præsentibus malis liberationẽ habet, ac sæpius ad uitam perducit supernam. ac ideo ignoro, num propriè mors uocari debeat, quũ nomine potius quàm re terribilis existat. periclitamur igitur, ne passionẽ quodãmodo patiamur irrationalem, quũ timeamus quæ terribilia non sunt: quæ uerò terrore digna, tanquam potius eligẽda fouemus. sola uita est, ut ad uitam respiciamus: sola mors, peccatũ. animæ enim est pernicies. at reliqua quæ nonnulli magnifaciunt, somniorũ sunt uisiones, quæ in rebus ludũt existẽtibus, animæq; phasmata deceptibilia. Quũ igitur mater mea ita habeamus, nec uitam hanc nimis magnam ducamus, neq; ob mortẽ nimia afficiamur tristitia. quid enim molesti patimur, si hinc ad ueram transcẽdamus uitã? si à uersutijs, captionibus, satietate, ac turpiũ rerũ collectione liberemur? ad stabiliaq; et nequaquã fluxa pertingamus? ubi parua luminaria, circa lumẽ magnũ lætos ducemus choros. uerùm perturbat te separatio, aut spes te lætificet. Sed molesta est uiduitas, at illi nequaquã molesta. & ubi est dilectionis mandatũ? ut tibi bona optes, proximo uerò impartias aduersa. quid autem omnino molestũ esse potest? illi, quæ paulo pòst dissoluetur. propè est hora fatalis, tristitia, haudquaquam est constãtia. ne oneremus leuissima, cogitationib. ingenerosis. re magna priuati sumus, sed et nacti sumus. siquidem priuari, omniũ est: consequi uerò, haud multorum. non hoc te flectat, sed illud consoletur. quãdoquidem rationabilius est, ut melius uincat. tulisti mortẽ liberorũ adhuc iuuenum, & ad uiuendum aptissimorum per quàm uiriliter ac philosophicè: ferto etiam corporis depositionem senilis, quum iam uita in senibus quoq; ægrotaret impassibilibus, licet animæ tonus perduraret inuiolabilis. Sed curatore indiges. ubi autem est Isaac ille tuus, quem tibi pro omnibus reliquit? pete ab ipso parua, nempe manuductionem & seruitutem: retribue autem magna, benedictionem maternam, & orationes, necnon libertatem uenturã. cæterùm indignaris quòd admoneris, sed & hoc laudo. multos enim admonuisti, quos longum tempus sub tuum perduxit intellectum: ac ideo sermo noster nihil ad te, quæ admodũ sapiens existis, pertinet. sit igitur lugentibus consolationis remedium commune, ut homines quum homines præmittunt, eo fruantur.

GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI ORATIO *funebris, in laudem Basilij magni dicta: Bilibaldo Pirckheimero interprete.*

QVum Basilius Magnus semper nobis sermonũ argumenta præstiterit, plus enim meis celebratus est orationibus, quàm nemo unquã proprijs: restabat, ut nunc quoq; seipsum in argumentũ certaminis exhiberet maximum, ijs qui eloquẽtiæ operam impendunt. arbitror autẽ, si quis in ui dicẽdi experientiam facere, deinde illã uel mediocriter expẽdere, ac unũ ex omnibus sibi argumentũ prẽponere uoluerit, nõ secus ac pictores tabulas exẽplares, solum hoc tãquam sermone dignũ sumpturũ, ac prẽ cunctis alijs electurũ. tantum opus est de laude uiri huius dicere, nõ solũ nobis qui iam pridem

Universidad de Deusto
Biblioteca

omni dicendi gloriæ renunciauimus, sed ijs etiã, quibus oratio uita est, & qui hoc unum ac solũ curant, ut talibus excellant argumentis. sic ita de his sentio, & ut mihi persuadeo, admodũ rectè. Cæterùm si nunc sermonibus haud utar, ignoro ad quid aliud illis dehinc uti debeã, aut quare mihijpsi plus gratificari possim, siue laudatoribus uirtutis, uel sermonibus ipsis, quàm ut uirũ hunc admirer. Proinde satis mihi erit, si debitũ hoc tantũ delibauero. debitũ enim est bonis, ac si quid aliud, inter alia de sermone sermo. illis enim pariter ad uoluptatẽ cedit, obiterq; adhortatio fit ad uirtutem. quorum enim laudes noui, horũ & manifestè retributiones esse scio. in nulla igitur re ex omnibus accidit ut non sint omniũ. at in sermonibus utrinq; res se malè habet, siue ad dignitatem propè accedant, ac uim suam ostendant, seu plurimũ destituant, quod omnino necesse est accidere ijs qui uirum hũc laudant, ut re ipsa se uictos demonstrent: insuper eũ quem laudandum susceperunt, sermonis ui præstantiorem esse fateãtur. quæ igitur me ad dicendũ perpulere, & ad hoc deduxere certamẽ, hæc sunt. Proinde nemo miretur, si ego post tãti temporis interuallum, ac post tot laudatores, qui illũ publicè ornarũt ac priuatim, hoc fungor officio. anima enim diuina, & in omnib. mihi tam nũc, quàm prius uenerãda, ignoscet. quemadmodũ igitur quũ adhuc nobiscũ ageret, multa meorũ meliori omnino termino, et amicitię lege emẽdabat (haud enim me dicere pudet, quod omnibus uirtutis lex erat) ita nunc postquã super nos euasit, nobis parcet, parcent & unà feruẽtiores è uobis uiri huius laudatores, si saltẽ alius feruẽtior est alio: nec hi solũ, uerùm omnes qui in laude hominis pares sunt honore. non enim ob negligentiã id quod decuisset est obmissum, nunquã enim tam negligentes, uel in uirtutis, uel amicitiæ erimus officio, neq; alijs potius laudem conuenire quàm nobis putabimus. uerùm sub initiũ loqui cunctabar, dicatur enim ueritas, quemadmodũ ij, qui ad sacra accedunt, prius quàm auditu & mẽte sint purgati. deinde nõ ignoratis (ad memoriã enim pariter reducam) quantum interim dum ueritatis sermonem exercui, sim periclitatus, bene coactus, & secundũ Deum fortè peregrinus effectus: & neq; ex sententia generosi illius ueritatis pugilis, ac nihil aliud spirantis, quàm sermonem pium, & orbis totius salutem. in ijs enim quæ ad corpus pertinent, nequaquam fortasis confidendum esse dicere oportet, uiro generoso, & qui supra corpus est, priusquam hinc transmigrauerit, & qui penitus nihili facit animę bona, quę à uinculis coherceri possunt: & ita hic sistantur, quæ ad responsionem spectant. non enim, ut arbitror, opus est ut prolixiores de illa fiant sermones, præcipuè apud eos qui manifestè nostra cognoscunt. ac ideo iam ad laudem ipsam est accedendum: sermoni uerò Deum illius præpono, ne uirum laudibus meis afficiam iniuria, neue multum diuerse ab alijs incedam. tametsi omnes fortasis deficiemus, quemadmodum ij qui cœlum & solis intuẽtur radios. Proinde si illum uiderem genere, & ijs quæ ex genere sunt gloriari, aut omnino re aliqua parua, & ijs quibus in terram respicientes extolli solent, alius utiq; heroum uideretur catalogus, si ea recensere uellemus, quæ de illo temporũ afferre possemus serie. immo nec historijs cõcederemus, ut plus quàm nos haberent, sed & in eo planè præstaremus, quod eum nec fictionibus aut fabulis, sed rebus ipsis, quarum mihi testes existunt, ornaremus. siquidẽ multas nobis de eo Pontus ob patrem suppeditat narrationes, miraculaq; nequaquam priscis inferiora. multas etiam solum meum patrium, uenerãda Cappadocia, non minus iuuentutis altrix, quàm equorum generosorum procreatrix. Vnde nos generi paterno cõferimus maternum. Sanè quinam numerosioribus aut maioribus ornati fuere præfecturis, administrationibusq; publicis? qui'nam in aulis regijs potentia plus floruerunt, & opulẽtia, necnon throni sublimitate, honoreq; populari, ac sermonum splendore? quæ cuncta si uellemus, recensere possemus. siquidem nil essent Pelopidę, & Cecropidę necnon

necnon Alcmęones, Æacidæ, & Heraclidæ, & quibus nil est sublimius. qui quum nihil ex domesticis manifesti quod referre possent haberent, ad obscuriora confugerunt, dęmonibus quibusdam, ac deis, necnon fabulis progenitores infamantes: quorum uenustissima fuere incredẽda, planeq; credentium iniuria. Cæterùm postquam nobis sermo de uiro est, qui dignum esse duxit ut nobilitas secũdum uirum iudicaretur, & nequaquam deceat, ut formæ & colores ex se ipsis censeantur, aut equi generosissimi, uel abiectissimi: unum aut duo extraria depingemus, ex ijs quæ sub initio illi indita fuere, eaq; uitæ eius peculiaria, & quibus potissimum in loquendo gaudebat: sicq; deinde ad ipsum conuertar. alijs igitur aliud sit decus, siue generis, seu rerum singularum, minorum, seu maiorum, tanquam hęreditas quædam paterna, à longè, uel proximè incipiens, ac ad posteros se extendens. Basilio uerò utriusq; generis insignia, fuere pietas. quod quidem nunc sermo ostẽdet. persequutio erat, & persequutionum sæuissima ac grauissima. scientibus Maximinum dico, qui quum ex multis qui nuper fuerãt pullulasset, omnes modestos fuisse ostendit. siquidem multa flagrabat audacia: & ut impietatis coronaretur potẽtia, satagebat: hanc multi ex nostris superarunt pugilibus, & ad mortem usq; decertarunt, & ante mortem parumper, solum tamdiu relicti, ut uictoriæ superuiuerẽt, & non unà cum certaminibus abirent, sed alijs reseruarentur, aliptæ uirtutis: martyres uiui, statuæ spirantes, præconia tacita. multis igitur enumerãdis, tempus quoque illud auo Basilij ac parentibus, qui omnem pietatis exercuerunt uiam, pulchram hanc attulit coronidem. siquidem ita erant animati ac præparati, ut omnia facile sustinerent ob quæ Christus eos coronat, qui certamina, quæ pro nobis pertulit imitantur. quoniam uerò oportebat ut certamen legitimè perageretur, lex autem martyrij persequutis parcit & imbecillioribus, ne ultrò ad agonem procedant: quũ uerò præsentes sunt, ne subterfugiant, iubet. hoc enim audaciæ, illud uerò est ignauiæ. in hoc ideo illi honorantes legislatorem, quid machinãtur, seu potius ad quid feruntur à prouidentia, quę cuncta illorum gubernat? ad syluam quandam in Ponticis fugiũt montibus (sunt autem ibi quamplurimę, densę, ac latè se extendentes) admodũ paucis fugæ utentes comitibus, cibiq; ministris. alij igitur temporis admirẽtur longitudinem, siquidem ut plurimum ibi, ut aiunt, ex fuga sunt commorati, annos circiter septem, paruo uictu, ac tenui, uti credere par est, & fortuitò corpora sustinentes, sub dio in præcipitijs, frigoribus, & calorib. afflicti. desertũ præterea inhospitale, ab omniq; communione & societate humana seiunctum, permolestum fuit ijs, qui olim honorati & multis satellitibus culti fuerãt. Ego uerò quod his maius est & mirabilius, dicere incipiam. & nemo mihi fidẽ deneget, siue non magnum cẽseat, persequutiones ac discrimina propter Christũ exantlata, malè sentiens, & admodum periculose: desiderabant quippiam generosi, & quod ad uoluptatem deseruiret, temporis laborantes longitudine, & necessarijs iam satiati. nec tamen ea quæ olim Israel pertulerunt, quoniam minimè murmuratores erant, quemadmodum illi quum in heremo post fugam ex Aegypto affligebantur, tãquam Aegyptus melius eis quàm deserta fuisset. quoniam abundè lebetes carnibus suppeditasset plenas cum alijs quæ ibi reliquerant. Lutum enim, & laterũ fictio nullius tum momenti, propter stultitiam, penes eos erat, sed alia tanquam magis pia & fidelio ra proferebant: nunquid ex incredendis est, dicebant, quòd quum miraculorum sis Deus, populum peregrinum & fugientem largè pauisti in deserto, ita ut illi panem per pluuiam demitteres, & coturnice exaturares, ac eos nõ solum necessarijs, sed & superfluis nutrires: qui mare diuisisti, et solem firmasti, ac flumina siccasti. sed & alia recensebant quę fecerat. anima enim in talibus historias amare solet, & Deũ miraculis laudare quàmplurimis. ac ideo nobis cibum, dicebãt, hodie largire, ac delicatè nos pietatis

pugiles

Universidad de Deusto
Biblioteca

pugiles pasce. siquidem multæ sunt bestiæ, quæ diuitum effugerunt mensas: quemadmodum olim & nostras, qui in his latitamus montibus, multæ etiam aues comestibiles, super nos desiderantes uolant, ex quibus quid à te, solũ uolente, capi nequit? talia dicebant, & uenatio aderat, cibus spontaneus, inemptus, omnifarius: cerui turmatim super tumulis apparentes, admodum ingentes, admodum pingues, admodum prompti ad iugulationem. solum hoc percipi nequibat, quod molestè ferrent, si non celerius aduocarentur. & hi quidem nutu trahebantur, alij autem ducebantur. quonam persequente, aut cogente? nemine. quibus equis? quib. canibus? quo latratu? aut clamore? aut quibus inuenibus uenationis exitus præoccupãtibus? legibus orationis ligati, & petitionibus iustis. quis talẽ nouit uenationem, ex ijs qui olim fuere, seu nunc sunt? proh miraculum, ipsi uenationis erant penuarij. quantum placebat, uoluntate solum detinebatur. quod uerò superabundabat, syluis ad secũdam remittebatur mensam. habebant igitur obsoniorum artifices frugales, cœnam decentem, cõuiuę grati, præambulum iam speratorum. miraculum præsens, ob quod ad certamen, pro quo hæc sustinebant, promptiores fiebant. & hæ meæ sunt narrationes. tu uerò tuos mihi recense uenatores, Orliones, & Actæones, uenatores infelices. persequutor meus, qui fabulas miraris, & ceruam pro uirgine suppositam, si tibi aliquid tanti est ad contentionem, etiam si concedamus, nequaquam fabulam esse quæ narratur, quemadmodum sermonis reliqua & uale de turpia. quid enim opus erat retributione, si uirgo saluata erat, ut hospitum doceretur cædes, & inhumanitas pro humanitatis discretur retributione? & hoc quidẽ tale, ex multis unum, & pro multis, ut meus est sermo. & illud percurri, nõ ut Basilio aliquid gloriæ adderem, nequaquam enim mare indiget fluminibus, ut in illud exonerent, licet multa influant ac magna: neque ut aliquid afferrem laudis ei qui nunc celebratur: sed ut ostenderem, quæ nam illi ab initio affuerint, & ad quale exemplum respiciens, tantum præcelluerit. etenim si magnum est alijs, ut aliquid à maioribus ad gloriæ accipiant splendorem: longè maius est illi, ut maioribus à se ipso aliquid addat, nõ secus ac fluuius currẽs. Cæterùm de cognatione maiorum, non minus secundum uirtutis quàm corporis comparationem, multa quidem & alia extant indicia, ueluti pauperũ sustentatio, hospitum exceptio, animæ per temperantiam purgatio, facultatum portio Deo cõsecrata. res cui nondum tunc multi studebant. quemadmodũ nunc ex primis auctum & honoratum est exemplis. necnon alia quę Ponto & Cappadocibus impensa, satis ad multorum aures implendum forent. mihi uerò bonorum generatio filiorum, res uidetur maxima & clarissima. siquidẽ numerosam & pulchram prolẽ fabulæ fortasis habent. nobis autem experientia hos contulit, ita factos, ut si & non talium essent parẽtes, sibijpsis sufficerent ad gloriam. talium autem existentes patres, & si ipsi non tam clari essent uirtute, omnes superarẽt prolis felicitate. equidẽ unum uel duos laude dignos nasci, naturæ quispiam ascribere posset: at præcellẽtia in omnibus, manifestẽ parentum laus est. Quinimmo beatissimus sacerdotũ ac uirginum numerus ostendit, eos & qui nuptiali iugo sunt alligati, nullum damnũ in æquali uirtutis excellẽtia perpeti, sed ob uitæ potius electionẽ, aut conuersationem talia facere. Quis igitur ignorat Basilij huius patrẽ, Basiliũ Magnum penes omnes nomen, qui optionẽ paternam est adsecutus (ne dicam solus) ac si quis alius inter homines: nam quũ omni uirtute præditus esset, à solo filio prohibitus est, ne partes haberet primas. Quis ignorat Emmeliã, quæ ab eo quod fuit nomen est sortita, aut facta quod appellata fuit? Vnde iustè concinnitatis cognomine ornata extitit, quæ illud inter mulieres esse uisa est (ut breuiter dicã) quod ille inter uiros. ac ideo si necesse fuisset, ut omnino mos gereretur naturæ, & is quem nunc laudamus, hominibus daretur, quemadmodum olim ueterum quidam, qui à Deo ob cõmunem utilitatem

Emmelia concinnitas uel morigera.

utilitatem orbi sunt cõcessi, nequaquã cõueniret, ut ex alijs potius quàm talibus nascereturparentibus. neq; ut ij ab alio magis, quàm hoc parentes nominarẽtur. Cæterùm quicquid ipse rectè egerit, iam enumerare incipiemus: nam postquam laudis primitias, lege persuasi diuina, quæ parẽtibus cunctum honorem tribuere iubet, commemorationi horum dedimus, ad illum iam transibimus: hoc tantũ addentes, quod et omnibus uerè dictum uideri puto, qui illum cognorũt: nobis, quũ eum laudamus, sola eius uoce opus esse. ipse enim materia est splendida laudantibus, solusq; materia sermonis uiribus dignus. Pulchritudinem uerò, fortitudinẽ, & staturę proceritatem, quibus multos gaudere uideo, laudare uolẽtibus, & ijs relinquo, qui rebus student minutis, & circum corpora uolutantur: non quia his minus quàm alius quispiam præditus fuerit, quũ adhuc iuuenis esset, ac nondum carnem philosophia perdomuisset: sed ne mihi quemadmodũ inexpertis accidat pugilibus, qui uires temerè & superuacaneis euacuãt certaminibus, ac ideo inferiores suo tempore inueniũtur, in ijs, ex quibus uictoria acquiritur, & ob quæ coronæ pronunciantur. quę autẽ arbitror nequaquam uideri superuacuè dici, ne oratione à scopo aberrẽ, ea quoq; laudabo. arbitror igitur cunctos fateri, qui mente sunt præditi, institutionẽ disciplinarum, primùm ex bonis nostris esse: non solum generosiorem illam, et nostram, quæ omnem sermonis fastum & contentionem despicit, solaq; salutis & rerũ intellectualiũ continetur pulchritudine: sed & externã, quam Christiani plericq; tanquam insidiatricem ac deceptricem, & quæ à Deo se gregetdespiciunt, malè sentientes. quemadmodum enim terra & cœlum, necnon aer, & similia, non ideo sunt contemnenda, quia quidam malè his sunt abusi, pro Deo ea quæ Dei sunt uenerantes: ita etiam quicquid utilitatis ex philosophia percipi potest, id omne ad uitæ usum fructificare debemus: ita tamen, ut periculũ effugiamus, & nequaquã contra creatorẽ creaturam, iuxta insipiẽtes, cõcitemus: sed ex opificio opificẽ deprehẽdamus, et sicut diuinus inquit Apostolus, omnem intellectũ Christo captiuemus. quemadmodum igitur ignem, & cibum, ac ferrum, necnõ alia per sese nec utilia aut noxia esse scimus, sed quemadmodum uidetur utẽtibus: quin ex reptilibus medicamenta etiam quędã theriacalia temperamus ad salutem, ita & in illis. siquidem indagationẽ & contemplationẽ suscipimus: quum autem ad dęmones et errorem perducit, necnõ perditionis profundũ, contemnimus. nam licet hæc nequaquã nobis ad pietatem prosint, ex deteriori tamen id quod melius est seligimus, ac sermonem nostrũ cum illo roboramus. haudquaquam igitur disciplinę sunt uituperãdę, quemadmodum nonnullis uidetur: sed rudes & imperiti, & qui ita habẽt, sunt negligendi. uellent enim omnes tales, quales ipsi sunt, esse, quo in cõmuni ignorantia latẽre, & insciti argumẽta effugere possent. Cæterùm postquam hęc proconfessis habentur, age de Basilio ipso cõsideremus. In prima itaq; ętate, à magno patre, quẽ cõmunem tum uirtutis pręceptorẽ Pontus elegerat, institutus est & formatus, formatione optima & purissima. quã diuinus Dauid rectè diurnam uocat, quoniã nocturnæ opponitur. sub hoc igitur admirandus ille, tam uita quàm sermone auctus in utrisq; coaluit: nequaquã ob Thessalicum antrum, tanquã uirtutis officinam glorians: nec ob Centaurum quendam superbum, heroum præceptorẽ: nec quòd lepores uenari, uel hinulos cursu superare, aut ceruos capere ab eo didicisset: siue ut in rebus bellicis fortissimus esset, aut optimè equos domaret, eodẽ pullo & magistro utens: uel ceruorum & leonũ medulla, à fabularũ nutriretur fictoribus: sed disciplinas didicit circulares, obiterq; pietatẽ exercuit. & ut breuiter dicam, ad futurã perfectionem, à disciplinarum perductus est principio. qui enim uel uitam solum rectè instituunt, aut eloquentiæ tantummodo studeant, ita ut alterũ omittant, nihil mihi à monoculis distare uidentur, quibus magnum est nocumẽtum: maior uerò turpitudo, cum quempiam

inspiciunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

inſpiciunt, ſeu inſpiciuntur. quibus uerò contingit, ut in utriſq; excellant, & ſint idonei, ij illud etiam aſſequũtur, ut perfecti euadant, & cum beatitudine uiuant futura. Proinde & illud Baſilio cõtigit, ut ad bene uiuendum domeſticum uirtutis haberet exemplũ. ad quod reſpiciens, confeſtim optimus euaſit: quemadmodũ pullos uidemus equinos, necnõ uitulos, ſimul ut nati ſunt, matribus ſuis alludere: eodẽ modo & ipſe equino quaſi hinnitu, patrem circumſiliebat, nõ multũ ſummis uirtutis moribus inferior: aut ſi mauis, quemadmodũ in adumbratione picturę, ubi mox futura pulchritudo figuræ indicatur, & ante diligẽtię tempus ea quę diligentię ſunt prę-ſignãtur. Poſtquam autem abundè diſciplinis illis inſtructus fuit, ipſumq; nihil pulchri effugit, quum nec apibus cederet laborioſis, quæ ex cunctis floribus utiliſſima colligunt, ad Cæſarienſem profectus eſt ciuitatem, quę eo tempore diſciplinarum florebat inſtitutione. ſplendẽtem illam dico, & noſtram: quoniam et ipſa meorum ſermonum ductrix eſt, & inſtitutrix: ac non minus ſermonum metropolis exiſtit, quàm earũ ciuitatũ quæ illi ſubſunt, & ſuper quas habet poteſtatẽ: quam ſi quis uirtute priuaret ſermonũ, illi etiam quod pulcherrimum habet, et peculiariſsimũ auferret. alię enim ciuitates, alijs exultant ornamentis, ſiue ueruſtis, aut nouis, ſecundũ quod (ut arbitror) fabulis celebrantur, aut ſpectaculis: hanc autem ſermones non tam reddũt, perinde ac ſigna in armis, ſiue fabulis. reliqua uerò ij referant, qui uirum apud eos erudiebant, & inſtitutione fruebantur. ſed qualis fuit erga præceptores: qualisq; erga coętaneos: hos quidẽ æquabat, illos autẽ omni doctrinę genere ſuperabat, ita ut paruo tẽpore apud omnes laudis gloriam referret, ac tam populo, quàm ciuitatis primoribus maiorẽ eruditionem, quàm ętatẽ, maioremq; morũ grauitatem, quàm eruditionẽ oſtenderet. Rhetor inter rhetores, etiã ante thronos ſophiſticos. Philoſophus inter philoſophos, etiam ante dogmata philoſophica: & quod maximum erat, ſacerdos Chriſtianus, & ante ſacerdotiũ etiã tantũ illi in omnibus tribuebatur ab omnibus, eloquentiæ uerò ſtudiũ ei ſuperuacaneũ erat: ex eo tamen tantũ decerpſit, quantum illi ad philoſophiã noſtrã opus erat. quoniam & uis huius, ad intelligendorũ demonſtrationẽ eſt neceſſaria. ſiquidem mens, motus eſt ineffabilis torpentiũ: philoſophia autem ſtudium, & mundo perire, ac Deo adiũgi, ijs qui pro infernis ſuperna cõmutant, inſtabilibusq; ac fluxis, ſtabilia præferũt & manẽtia. Inde Byzantiũ profectus eſt, ciuitatẽ orienti præſidentẽ. ea enim ſophiſtis & philoſophis præcellebat clariſsimis, quorũ fortiſsima quęq; ob naturã uerſatilẽ & ingentẽ breui collegit tempore. Hinc ad ſermonũ parentem Athenas à Deo mittitur. Athenas inquam, quę in diſciplinis pulchrã habent inſatiabilitatẽ, mihiq; aureæ ſunt, & bonorum, ac ſi alicui alij hoſpites. hæ enim mihi uirũ hunc cognitum reddidere, licet nec antea ignotum: quumq; eloquentiam quærerem, felicitatem retuli: & licet per modum alium, idem tamen mihi euenit quod Saul. qui quum patris quæreret aſinos, regnũ inuenit, dum præter opus deſtinatum, maius quid opere mercaretur. Sanè rectè ſermo noſter hucuſq; cucurrit, & per uiam delatus eſt planam, admodumq; facilem & regiam, in laudibus uiri. dehinc uerò ignoro, qualiter ſermone utar, aut quò me conuertam. habet enim ſermo contrarium quid nobis. deſidero enim hic poſtquam in hunc incidi ſermonem, ac tempus hoc nactus ſum, aliquid à me ipſo prædictis adiungere, ac parumper narrationi immorari: unde & quomodo, à qualiq; principio noſtra inceperit amicitia, aut ſi magis propriè loqui oportet, conſpiratio & coadunatio. nam & uiſus haud facile à iucundis diuelli ſolet ſpectaculis: ſi uerò uiolentia quadam abſtractus fuerit, iterum illac refertur, quemadmodum ſermo à narrationibus ſuauiſsimis. proinde licet magnitudinem timeam conatus, modeſtè tamen, & quantum poſsibile eſt, uerba facere ſtudebo. ſi uerò alicubi ob nimium cogemur deſiderium, affectui noſtro parcendũ erit, quum omnium affectuum

affectuũ ſit iuſtiſsimus, ac paſſionibus haud affici, damnum cẽſeatur, ab ijs qui prædiri ſunt mente. Habebant igitur nos Athenæ, perinde ac defluxum quendam fluuiatilem, ab uno patriæ fonte, in diuerſas diuiſos terras: rurſusque in unum, tanquam ex præſcripto Dei motu conuenientes. ego autem paulo prius aduenera m, illeq; confeſtim poſt me multa & præclara ſpe exceptus. nam multorum celebrabatur linguis, prius etiam quàm ueniret, ſingulisq; magnum erat præoccupare eum cui ſtudebant. uerùm nil oberit, ſi ſermoni narratiunculam quandam breuem, tanquam condimentum aliquod addamus, quo ſcientibus memoriam refricemus, ignorantibus autem doctrinam impertiamur. Athenis ex iuuenibus quamplurimi, imò modeſtiores etiam circa ſophiſticam deſipiunt: non ingenioſiores ſolum, & nomine obſcuri, ſed generoſiores iam & clariores: non ſecusq; ac multitudo inter ſe decertant, quũ motibus prędi ti ſint iuuenilibus, et haud facile cohiberi poſſint. ac ideò uidere eſt idem illis accidere, quod & equorum ac ſpectaculorum amatoribus, in curſu equorum aduerſariorum. ſaltant enim, clamãt, puluerem in cœlum ſpargunt, in aurigas ſedentes, aerem uerberant, equos digitis tanquam flagellis cum coniungentibus coniungũt. & quum nullius ſint domini, facile inuicem concedunt, aurigas, equos, ſtationes equorum, prefectos. ac qui nam ſunt illi? ut plurimum indigentes ac pauperes, & qui nec tantum habent, ut uno ſuſtineantur die. eodem modo & ij, in his admodum pro doctoribus ſuis conflictantur, & aduerſarijs indignantur: quo ipſi plures exiſtant, ac doctores, quorum illi curam gerunt præcipuam, locupletiores reddant. quæ res admodum abſurda eſt pariter & infœlix. præoccupant enim ciuitates, uiæ, portus, montium ſumma, campi nouiſsima quæq; : nec quicquã eſt in tota Attica, aut in Græcia reliqua, quod non in partes cedat, cum incolis quàmplurimis: nam & hos ſtudijs ſuis addictos habent. quum igitur quiſpiam in manus horum incidit exploratorum. quod uel ui accidit, uel uoluntariè, hæc lex illis eſt Attica, & ludus ſerio permixtus. primùm enim hoſpitio excipitur à præoccupante aliquo, uel amico, aut cognato, ſiue patriæ eiuſdem, aut ijs qui admodũ in ſophiſtica præcellunt & captionibus. idq; præcipuè in honorem fit eorum, quoniam & hæc illis merces eſt, ut ſtudioſiſsimos adipiſcantur. deinde nugis agitur, ab omni uolente. hæc ut arbitror ideò faciunt, quo factum eorum qui nuper aduenerunt contundant, & ſub initium eos ſibi morigeros reddant. alij igitur nugãtur proteruius, alij uerò rationabilius, ſecundum quod plus ciuiles ſunt aut agreſtes. & res quidem illa ignorantibus timorem incutit, & immitis uidetur, at præſcientibus admodum ſuauis & humana. maior enim oſtentatio eſt, quàm opus rerum de quibus concertatur. Deinde per forum ducitur cum pompa, quę talis eſt: ij qui adoleſcentis ad balneum ſunt prę-curſores, ſeipſos in ordinem redigunt, ſecundum cognationes ſeriatim: quum uerò appropinquant, multo utuntur clamore, ſaltantq; tanquam inſanientes: iubet autem uox illa, eos non ultrà progredi, ſed conſiſtere tanquam balneum eos minimè capere uelit, ſimulq; portas calcibus pulſant, ſtrepitu iuuenem perterrentes: deinde ingreſſum concedentes, ita iam libertatem præſtant ac ex balneo honore æqualem, & tanquam unum ex eis ſuſcipiunt. hocq; eis ex ludicro illo iucundiſsimum eſt, ut quàm celerrimè ea quæ perturbant recõcilientur & diſſoluantur. Ego igitur tum meum ac magnum Baſilium, non ſolum ob reuerentiam haud deduxi, quum eum uiderem moribus conſtantiorẽ eſſe, & ſermonibus plus idoneum: ſed & alijs qui iuuenem illum haud cognoſcebant, perſuaſi, ut idem facerent: ſi quidem à multis confeſtim habitus eſt uenerabilis, auditu præcognitus. Vnde accidit, ut ſolus ferè ex aduenis, legem illam effugerit, dignior uiſus honore hoc iuuenili. & illud amicitię noſtrę fuit præludium, hinc conſortij noſtri ſcintilla, ſic inuicem fuimus ſauciati. Inde tale quid euenit, nam nec hoc nobis eſt prætereundum. Armenios nequaquã ſimplex hominum genus eſſe inuenio, ſed admodũ uafrum, & ſcopulis

Universidad de Deusto
Biblioteca

seu aris simile marinis: ex quibus multi cum conueniebant familiares, & sodales quidam, etiam ob amicitiam pristinam & paternam. siquidem in eodem ludo uersati fuerant literario. accedebant igitur cum amicitiæ fictione, sed inuidia, nequaquam beneuolentia eos instigabat. Interrogabant'que eum contentiose potius quàm rationabiliter, ac illum per primum conatum sibi subijcere quærebant, superiorem uiri laudem cognoscentes, præsentem uerò honorem minimè ferentes. molestè enim ferebant, quum iam pridem philosophicam ac tritam sumpsissent uestem, molliter'que susurrare didicissent, si non plus hospite haberent ac iuuene. Ego autem nimius Athenarum amator, & uanus (ignorabam enim, quòd hæc ob inuidiam fierent, sed fictioni credebam) quum iam aures demitterent, ac tergum uerterent (indignè enim ferebam Athenarum gloriam in illis dissolui, & adeò citò contemni) iuuenibus opem tuli. sermonem enim instauraui, & illis à me ipso robur præstiti, si quidem parua quædam additio, omnia potest in talibus, ita ut in pugna simili, æqualia sermoni capita constituat. uerùm postquam cognoui, quid sub disputatione illa latêret, neque enim iam tolerabilis erat, sed palàm se denudabat, confestim immutatus fui, ac puppim cohibui, illicq; adstiti, & uictoriam in alteram partem inclinare feci. at ille confestim ob rem hanc gauisus est, sagax enim erat, ac si quis alius, alacritate'que repletus, ut planè Homericis uerbis eum describam. sermone igitur generosos illos exagitabat, syllogismis'que uerberans, non prius dimisit, quàm manifestè in fugam uertisset, ac planè uires eorum fregisset. hoc nobis amicitiæ secundæ non iam scintilla erat, sed ignis accensus splendens & manifestus. illi igitur re discessere infecta, multum seipsos ob temeritatem incusantes, multumq; mihi ob insidias indignantes, tanquam ex professo illis inimicitias indixissem, quas etiam proditionem uocabant, non eorum solum, sed & Athenarum ipsarum. ac ita illi in tentatione prima succubuere, & adeò ab uno confusi sunt uiro, ut nec amplius in futurum spem conciperent meliorem. at ille (siquidem humanus est affectus, quum magna sperantes, expediti'que speratis occurrimus, uidemus autem apparentia longè opinione nostra esse inferiora) tristabatur, affligebatur, nec habebat cur se ob peregrinationem suam laudaret, quærens'que quod sperauerat, Athenas felicitatem uocabat inanem. & hic in illis erat, ego uerò plurimũ tristitiæ ei ademi. nam ratione occurri, considerationibus'que uirum deliniui. & quod uerè ita se habebat, dicebam, nequaquam hominum mores confestim, sed tempore longo & consuetudine perfectiore, deprehendi, nec disciplinas à scrutantibus breui cognosci posse. his uerbis lætitiam ei reduxi, experimentum'que dedi, & accepi, ac plus illum mihi colligaui. quum uerò tempore procedẽti desiderium inter nos confiteremur, ac philosophiam esse cui studebamus, tum omnia iam inter nos eramus. eadem enim domo ac mensa utebamur, contubernales, unanimes, idem sentientes, semper inter nos desiderium feruentius & firmius augentes. qui enim corpora amant: quoniam fluxa sunt, instar uernis diffluunt floribus. quin nec flamma permanet, quum materia est consumpta, sed cum illa accendente euanescit: ita nec desiderium subsistit, quum marcet feruor. modesti uerò, & qui secundum Deum uiuunt, postquam rei sunt firmioris, ideo etiam stabiliores existunt. ac quantum pulchritudo plus ab eis imaginatione deprehenditur, tanta illos magis sibi ipsi, & amatores eorum inuicem colligat. & hæc de nobis lex est amoris. Proinde scio, quod temporis & mensuræ terminos transgredior, & ignoro quomodo in has incidam considerationes. non tamen habeo quomodo me à narratione contineam. nam semper id quod mihi in mentem uenit, necessariũ uidetur, ac melius quàm quod est obmissum. quod si me quis uiolenter inde abstraxerit, idẽ mihi quod polypodi accidet. illi enim, quum quis eos ex cauernis suis extrahere nititur, adeò fixè saxorum adhærent concauitatibus, ut nequaquam inde auelli queant, nisi quid secum uiolenter ab-

ter abstrahant, aut ipsi relinquant. Si igitur quispiam permittet, habeo quod quæro: sin minus, à me ipso reprehendar. Quum igitur ita inter nos ageremus, ac in bene murato thalamo aureas fundaremus statuas, quemadmodum Pindarus ait, ita quoq; ad ulteriora sumus progressi, Deo pariter & desiderio nostro cooperatoribus utentes. ô quomodo sine lachrymis, harum rerum memoriam refricare possum? spe enim ducebamur pari, in re inuidia plena, sermonum nempe. Verùm inuidia aberat, æmulatio autem urgebat, certamenq; ambobus erat, non uter è nobis primas ferret partes, sed ut illas amico concederet. nam ut inuicem excelleremus, proprium feceramus. una enim ambobus anima esse uidebatur, duobus corporibus inclusa. proinde etsi non facile credendum sit dicentibus, omnia sibi cum omnibus conuenire: nobis tamen credendum est, tanquam ijs quibus inuicem & inter nos rectè conueniebat. erat'que ambobus opus unum, uirtus, & ut ad spes uiueremus futuras, priusquam abscederemus hinc, quum sciremus planè nos aliquando emigraturos. ad quod respicientes, ac omnem uitam & actionem nostram dirigentes, ita deducebamur à mandato, uirtutemq; inter nos acuebamus. & nisi mihi hoc dictu nimis sit magnũ, libra inuicem eramus, in qua expenditur id quod rectum est ac obliquum. Conseruabamur autem cum amicis nequaquam improbis, sed modestissimis: neq; cum pugnacissimis, sed cum pacificis, & cum quibus uersari cõduceret: facilius esse scientes, malitia aliorum inquinari, quàm alijs uirtutem impertiri. nam & morbo citius quis inficitur, quàm sanitatẽ conferre possit. Disciplinis uerò non tã iucundissimis, quàm pulcherrimis gaudebamus. siquidem hinc iuuenes ad uirtutem uel uitia formari contingit. porrò duæ nobis uiæ cognitæ erant: una prior, & uenerabilior: alia autem secundaria, et nequaquam dignitate cum priori conferenda. prima nos ad domos sacras, & doctores qui illic agebant ducebat, secunda autẽ ad magistros externos: reliquas uolentibus reliquimus, festiuitates, theatra, panegyres, conuiuia. nihil enim honorabile censeo, quod non perducit ad uirtutem, neq; meliores facit eos qui illi student. alijs igitur aliæ quædam sint nomẽclaturæ, uel à maioribus aut familijs, deductæ, siue ab institutis proprijs, aut egregiè gestis, nobis uerò res erat magna, ac nomen ingens, ut Christiani essemus, & censeremur, quo magis exultabamus, quàm Gyges ille anulo (etiã si haud fabula esset) cuius ope Lydorum assequutus regnũ: aut Midas olim auro, cuius gratia etiam periit, quum uoti cõpos effectus esset, & nil nisi aurum posideret. alia hæc fabula Phrygia. nam quid de Abaridis Hyperborei dicerẽ sagitta? aut de Pegaso Argiuorum quibus haud tantum per aerem ferri poterant, quantum nos mutuò ac inter nos ad Deum eleuabamur. dicam quid succinctius. Athenæ quũ alijs, quãtum pertinet ad animam, nociuæ essent, quemadmodum non malè à pijs censetur hominibus: idola enim ibi præ reliqua Græcia, mala abundant abundãtia, difficileq; est, horum laudatoribus ac patronis non arripi: nobis uerò nullum ab ijs accidit damnum, qui mente iam eramus stabiliti & muniti. immo si contrarium, & mirum quid dici debet, hinc ad fidem confirmabamur, quum deceptiones eorum & impostoras perdisceremus, unde dæmones contemnebamus, & nequaquam admirabamur. Proinde si fluuius est quispiã, aut esse creditur, qui per mare dulcis fluit, aut animal quod in igne qui cuncta absumit circumuolat, hoc nos inter cunctos eramus coætaneos. & hoc pulcherrimum erat, quod sodalicium quoddam non ingenerosum circa nos erat, duce illo instructum, ac deductum, quod plane gaudebat eisdem. quoniam & pedestres iuxta currum currebamus Lydium, eo cursu & modo, ex quibus nobis contigit, ut clari apud condiscipulos nostros haberemur ac sodales, clariq; apud Græciam uniuersam, præcipuè uerò apud notissimos. sed & ultra terminos iam progressi fueramus, quemadmodum manifestum factum est à pluribus, qui hæc narrarunt. tantum enim præceptores nostri præcellebant, quantum & Athenæ: nos uerò tan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum,quantum præceptores,inuicem nos audientes,& inter nos colloquentes.amicorum par eramus non inelebre, ita ut nec apud eos tale quid audirent Oreſtæ,& Pylades, neq; Molionidæ,Homerici libri miraculum.quos calamitatum cognatio notos reddidit, & quod pulchre currum agitare ſcirent, partē inde ſumentes legitimā,unde etiam uerbera.Cæterùm mei oblitus uideor,dum in meas prouehor laudes,quod quidem nec ab alio admitterem unquam: ſed nil mirum, ſic enim amicitia illius aliqualiter perfrui licuit,dum ſic uixit cum uirtute,ut illi ceſſerit in laudem.nunc uerò ſermo nobis rurſum ad metam reducatur.Quis nobis adeò canus intellectu fuit,ante caniciem etiam? ſic enim à Salomone ſenectus definitur.Quis etiam tam uenerabilis tam ſenibus quàm iunioribus? non ſolum qui eo uixerunt tempore, ſed qui etiam præceſſerunt. Quis minus indigebat ſermone propter mores? Quis magis compos fuit orationis, idq; cum moribus? Quod nam doctrinæ genus non eſt perſcrutatus? ſeu potius, quod nam haud cum excellentia? id que tanquam ſolum.ita enim in cunctis eſt uerſatus, quemadmodum nemo unquam in uno. ita etiam exactè ſingula calluit, tanquam alia ignoraret. diligentia enim cum ingenio concurrebat,ex quibus ſcientiæ & artes uires ſuas habent. naturæ enim celeritate minimè propter ingenij indigebat acumen, minimeque acumine propter uelocitatem. ita autem utraq; colligebat,& in unum deducebat, ut incertum foret quonam ex illis admirabilior eſſet. Quis adeò rhetoricam pernouit? impetum ſpirantem ignis, tametſi mores eius longè rhetoribus eſſent alieni. Quis ita in grammatica excelluit? quæ linguam exornat,hiſtorias colligit,metris imperat, legemque fert poematibus? Quis ita philoſophia inclaruit? ſublimi illa & ſurſum aſcendente, tam actiua quàm contemplatiua: ac ea quoque quæ circa rationales uerſatur demonſtrationes, quæ contrapoſitiones habet & exercitia,quam & dialecticam uocāt:ita ut facilius eſſet è labyrinthis euadere, quàm illius ſermonum retia effugere,ſi ita foret neceſſe.De Aſtronomia autem,& Geometria,necnon numerorum proprietate tantum ſumpſit, ut non inquinaretur illorum argutijs: ſuperuacuum uerò contempſit, tanquam piè uolentibus uiuere, inutile foret.ita ut electio magis, quàm appoſitum, admiranda eſſet,ſeu potius appoſitum electione. Sanè medicandi artem & corporis ægritudo, ac infirmitas aſsidua, quum philoſophiæ & laboris ſit fructus,neceſſariam ſibi fecit.hinc enim incipiens,in habitum peruenit artis,& huius,non quemadmodum ſe circa apparentia habet & inferna, ſed quantum circa dogmatica & philoſophica. Cæterùm qualia ſunt hæc? licet talia exiſtant, ſi cum uiri doctrina, quam in moribus habuit fuerint comparata. nugæ profectò erunt cum geſtis eius collati, Minos ille & Rhadamanthus,quos Græci Aſphodeli pratis,& cāpis cenſuere dignos Elyſijs, quum in opinionem, quemadmodū & nos,paradiſi deueniſſent,ex libris,aut arbitror, Moſaicis, ac noſtris, licet nomenclatura aberrarunt, alijs nominibus paradiſum oſtendentes.Proinde & ſic ſe illa habebant.eratq; nauis doctrinæ plena,quatenus natura pertingere poteſt humana, ultrà enim tranſiri nequit. reliquum erat,ut de reditu ac uita cogitaremus perfectiori, acciperemusq; ſperata, & ea propter quæ conueneramus. Iamq; dies aderat regreſsionis, & parata erant quæ ad peregrinationem pertinebant: ſermones ualedicētes,præmiſsiones,reuocationes,gemitus,amplexus,lachrymæ.nil enim adeò triſte eſt ubique,quàm quum contubernales ab Athenis & ſeipſis diuellūtur.facīū igitur tum eſt ſpectaculum miſerabile,& hiſtoria dignum.circumſtabat nos amicorum & coætaneorum chorus. ſed & præceptores nonnulli aderant,qui nos nequaquam dimittendos eſſe dicebant,rogantes,cogentes,perſuadentes, & quid non dicentes,quidue non facientes, quemadmodū par eſt dolētes? Cæterùm quid hic accuſem,num meipſum? aut diuinā illam & incomprehenſibilem animam,ſiue audaciam ipſam? ille enim cauſam de regreſsione depromēs,ſuperior ijſus eſt contentione,ac ui

etiam

etiam detinentium,ideoq; illi permiſſus eſt reditus.Ego uerò Athenis derelictus ſum partim languens,partim autem(nam uerum dicatur)proditus ab illo perſuadente, ut dimitterem non dimittentem, cederemq; trahentibus. res priuſquam fieret nequaquam credenda.ſiquidem facta eſt inciſio corporis unius,in partes duas, & mortificatio amborum,aut uitulorum collactaneorum & coniugalium ſeparatio,flebiliter inter ſe mugientiū,& haud ferē tium diſiunctionem. mea tamen longior erat mulcta.non enim diutius ſuſtinere poteram, ut uiderer miſerandus, ac omnibus rationem ſeparationis redderem, ſed cum tempore haud longo Athenis manſiſſem, deſiderium, Homericum me fecit equum: uincula enim quæ me retinebant,abrupi, ac per campum laſciuiens,ad contubernalem me contuli.Poſtquam autem regreſsi ſumus, parumper mundo & ſcenæ gratificati ſumus,quo deſiderio ſatisfaceremus multorum. quum enim nequaquam theatrice haberemus ſeu oſtentabundè, celerrimè noſtræ facti ſumus poteſtatis, & inter uiros cenſi ſumus,uirilius adiumento philoſophiæ proficientes.non amplius iam unà, id enim inuidia haud permiſit,deſiderio tamen unà conuerſati ſumus. hunc enim Cæſarienſis continebat ciuitas,tanquam ſecundum quendam conditorem,et ciuitatis gubernatorem:deinde peregrinationes quædam neceſſariæ,poſtquam nos haud habebat,illū excepere, nec à philoſophiæ inſtituto alienæ.me uerò parentum pietas,& ſenectutis horum cura, necnō calamitatum aduerſitas à uiro abduxit, forſitan minus bene aut iuſtè, abduxit tamē. Cogito autem,num omnis mihi inde uitæ inæqualitas & difficultas acciderit,& ad philoſophiam impedimentum,nequaquam deſiderio aut propoſito dignum.Cæterùm noſtra quocunq; Deo placuerit ferantur, ferentur autem interceſsionibus illius melius:hunc autem multiplex Dei clementia,& circa genus noſtrum diſpenſatio, per multa media notum faciens,ſemperq; clariorem oſtendens, eccleſiæ illuſtri facem præpoſuit ſplendentem, celebremq; illum ad ſacros presbyterij thronos elegit, & per unam ciuitatē Cæſarienſem,orbi ſuccendit uniuerſo.& quonam modo? nequaquam feſtinanter ad gradus perduxit,neq; per obtrectatiōes & fraudes more multorū,qui nunc præſidentias concupiſcunt,ſed ordine,& lege aſcenſionis ſpiritalis horem adauxit.Sanè nequaquam rerum & ordinis apud nos laudo confuſionem,quū aliquando peruerſe à quibuſdam præſidetur in gradibus. ſiquidem non omnes accuſare audeo, neq; uiſum eſt:obiter tamen legem laudo nautarū,quæ prius gubernatori remum in manus dat,indeq; in proram deducit,& ulteriora cōcredit.itaq; tandē ſuper gubernacula,cum multa maris experientia,& uentorū ſtatuit cognitione.Pariter & in rebus fieri ſolet bellicis, miles ſub initium quis efficitur, deinde ordines regit, tandem etiam in ducē euadit. ſiquidem ordo ipſe optimus eſt incipiētibus pariter & utiliſsimus.res uerò noſtræ multū dignæ eſſent,ſi ita ſe haberent.nunc autem ſanctiſsimus apud nos periclitatur ordo, ne præ rebus cunctis ſit ridiculoſiſsimus.non enim ex uirtute magis quàm malicia oritur præſidentia, neq; digniorum,ſed potentiorū ſunt throni.Samuel inter prophetas futura prœuidēs,ſed & Saul abiectus Roboam Salomonis inter reges, quin & Hierobo am ſeruus & deſertor. at nec medicus aut pictor ullus eſt,qui nō prius ægrotantium cōſiderat naturas,aut colores temperat multos,& delineat figuras. Cathedra uerò, etiam ſine ullo acquiritur labore, non ſecus ac cum fabulæ gigantes fingunt.unius diei ſanctos facimus, ac ſapientes eſſe iubemus eos qui nulla prædīti ſunt ſapientia, & qui nil ad gradum præterquam uelle afferunt.& hic quidem inferiorem amat locum,& humilis conſiſtit, quum dignus ſit ſublimi,ac multum in literis exercitatus diuinis, multumq; carnem ad ſpiritus domauerit ſubiectionem. alius uerò ſedetns arroga,ſupercilia q; tollit contra meliores,nec tremit ob thronos,minus horret aſpectum,modeſtè deorſum aſpiciens: ſed lōgè ſe uiribus ſuis, & ſeipſo meliorem eſſe cenſet,malè ſentiens, ac ſapientiam à poteſtate deſumēs.uerùm nō ita magnus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac celeber Basilius, sed quemadmodum in cunctis reliquis, ita & circa decus illud multis exemplar est factus. sub initium enim sacros populo legit libros, horum que enarrator fuit, nec ordinem hunc gradus dedignatus est: sic in cathedra presbyterorum, sic in episcoporum laudauit Dominum, nequaquam potestatem suffurans aut rapiens: neque honorem insecutus est, sed honor secutus est eum. nec gratiam humanam, sed diuinam, & à Deo suscepit. Proinde sermo depræsidendo aliquantisper inhibeatur, de subiectione uerò parūper intēdatur. decet enim, ut et hoc breuiter percurramus, quū in medio dicendorum sit constitutum. conflatum est uiro dissidium cum duce quodam ecclesię. unde autem & quomodo, satius est tacere, prēterquam quod incidit cum homine in alijs non ingenerosо, ac pietate admirando. quemadmodum ostendit persequutio, & causa contra ipsam acta. attamen humanum quid contra illum est perpessus. Inuidia enim non solum multos, sed & optimos tangit, ita ut solum Dei sit, penitus abilla purum & inexpugnabilem esse. commouit igitur contra eum quicquid eximiū & prudentius erat, si saltē prę multis sapientiores sunt, qui seipsos ornatu secernunt, ac Deo uitam consecrant. de Nazareis nostris loquor, & ijs qui plurimū rebus illis studium impēdunt. ij enim molestè ferebant, si potentiam suam iniuriæ affectam & eneruatam negligerent. rem itaque ausi sunt periculosissimam. defectionem enim moliti sunt, & expulsionem magni, & ab omni seditione corporis ecclesiæ alieni. sed nec paruam populi partem absciderunt, tam ex humilioribus quàm dignioribus, quod quidem facile ob tres sortissimas erat causas. erat enim uir ille uenerabilis, & num alius ex philosophis nostris talis, ignoro: fatisq; sibi confidebat, ut quæ uellet congregationi etiam præstaret. Ciuitas uerò quia illum iniuria affecerat, suspectum habebat, ob tumultum ordinis, tanquam non legitimè neque canonicè, sed potius tyranni cè præeminentiam suscepisset. aderant & ex occidētalibus episcopis quidā, qui ecclesias quotquot essent orthodoxæ ad se pertrahebant. quid igitur fecit generosus ille, & pacifici Christi discipulus? non enim potis erat, ut ijs qui eum iniuria afficiebāt reluctaretur, necnon alijs qui fauore præcellebāt, neq; contra illos pugnare, aut ecclesiæ corpus dilacerare uolebat, præcipuè quum & aliàs oppugnaretur, & in magno ob hæreticorum potentiam uersaretur discrimine: simul & consultore nobis in hac re usus, adhortatoreq; fideli, exul hinc nobiscum in Pontū secessit, & monasterijs quæ ibi sunt præfuit, quæ ipse admodum dignè moderabatur, solitudinemq; cum Helia & Ioanne, qui admodum philosophi fuerunt, mirè amplectebatur: satius hoc sibi esse ducens, quàm de præsentibus aliquid cogitare, quod philosophia eius foret indignum, & ut in tempestate gubernationem disperderet rationis debitam tranquillitati. Proinde licet secessus ille adeò philosophicus fuisset & admirādus, meliorem tamen & admirabiliorē inuenimus reditum. ita enim res se habebat, quū in ijs uersaremur, insurrexit repentè nebula grandi ne plena, & pernicies calamitosa, quæ omnē cōtriuit ecclesiam et discerpsit, quā rex accepit, Christi cultor, pariter & Christi osor: & qui in his duobus maximis ægrotabat, insatiabilitate, & blasphemia. qui post persecutorem persecutor fuit, & post desertorem, non desertor quidē, sed nil melius Christianis. seu potius Christianorū parti pijssimo purissimoq; trinitatis adoratori, quam ego solam pietatē uoco & opinionem salutarem. si quidem nequaquam deitatem expendimus, neq; unicam & inaccessibilem diuinitatem à seipsa exulem facimus, ex generibus alienationem, neq; malum malo curamus, impiā Sabellij contractionē diuisione longè impiore & incisione dissoluentes. qua Arius cognomine insanus ægrotans, ualde corrupit ecclesiā, qui nec patrē honorauit, ignominia uerò affecit ea quæ ex illo sunt propter deitatis gradus inæquales. nos uerò unam patris gloriam agnoscimus unigeniti honoris æqualitatē: unicā & filij, quæ & spiritus existit. ac quicquid ex tribus deorsum ponimus, totū subuertere cēsemus: tria quidē proprietatibus,

Valens Imperator.

tibus, unum uerò diuinitate uenerātes & agnoscentes: ex quib. nullū ille cognoscēs, neq; sursum aspicere ualens, sed à seducentib. humiliatus, ausus est & deitatis naturā secum humiliare, fitq; conditura mala, dominationē perducens in seruitutem, ac naturam inconditam, et omne tempus excedentem cum conditura statuit. & ille quidē ita sapiebat, ac cum tali impietate contra nos bellum gerebat. quod quidē nil aliud quàm barbarica credenda est incursio, quæ non muros seu ciuitates aut domos euertit, nec parua quædā & manufacta, ac quæ iterum restaurari possent, sed quæ animas ipsas distraheret. Irrupit & cum eo exercitus illo dignus, mali nēpe ecclesiarum duces, tetrarchæ amarulenti, orbis qui sub ipso erat. illi siquidem ex ecclesijs iam quę dam habebant, alia autem inuadebant, nonnulla uerò regis sperabant auxilio & manu: quum illud immineret, hæc autem minaretur. aduenere igitur ut & nostram subigerent ecclesiam, nulli rei ex omnibus adeò confidētes, quàm pusillanimitati prædictorum, & inexperientiæ, quæ nos tum inuaserat, necnon morbo qui tum inter nos pullulabat. certamen igitur magnum erat, promptitudoq; multorum non ingenerosa: uerùm ordo debilis, quum non haberet præcertantem & propugnatorem artificiosum, in potentia sermonis & spiritus. quid igitur fecit anima illa generosa, & magnanima, ac Christi cultrix? non multis indigebat uerbis ut adesset, & unà pugnaret: sed quàm primùm nos uidit legati officio fungentes, certamen enim commune erat utriq;, tanquam uerbi propugnatoribus, legatione est deuictus, secūq; ea decreuit quæ optima forent, & perquam philosophica considerationibus spiritalibus: aliud quidem pusillanimitatis tempus esse, si ita perpeti necesse foret, securitatis nempe: aliud autem longanimitatis, necessitatis scilicet. confestim nobiscum è Ponto migrauit, ob ueritatemq; periculo obnoxi am æmulatione correptus, socius sit spontaneus, seipsumq; offerens matri reddidit ecclesiæ. sed nunquid ita se negocio ingessit, ut minus dignè promptitudine sua decertaret? aut nunquid uiriliter pugnauit, sed non assiduè? uel eruditè, & citra periculum? aut potius cūcta hæc perfectè, & plus quàm dici possit? uel nunquid relictæ fuere in eo pusillanimitatis reliquiæ? nequaquam, sed cuncta pariter reconciliauit, consuluit, ordinauit, & quę in medio erant scandala & offendicula dissoluit. ea quoque quibus illi confidentes contra nos monstrose inducebant, partim suscipiebat, partim retinebat, nonnulla uerò penitus repellebat: factusq; est his quidem murus fortis & uallum, alijs autem securis quæ incideret petras, aut ignis in spinis, quemadmodum diuina inquit scriptura, facile consumens sarmenta, & deitatis uiolatores. quod si quid & Barnabas, qui hæc dicit & scribit, unà cum Paulo concertauit, Paulo sint gratię, qui illum elegit, & cooperatorem fecit certaminis. hi igitur infecto negocio ita discessere, mali malè tum primùm pudefacti & deuicti, discentes minimè ex cūctis hominibus Cappadoces esse cōtemnendos, quibus nihil tam proprium est, quàm fides inconcussa, necnon erga trinitatem confidentia germana, à qua ipsis uires unà cū laude adsunt, quæ succurrunt succurrētibus, seu potius longè meliora sunt et fortiora. Proinde secundum opus & studiū erat, ut placaret præsidentem, ac suspicionem dissolueret, omnibusq; persuaderet hominibus, quòd ea ob quæ fuisset afflictus, tentationes fuissent maligni, ac deceptio per quam concordiæ inuidere solet bono. ipse autē quum iam sub lege esset obedientiæ, ac ordine spiritali, ubiq; aderat, sapientiam docebat, obediebat, admonebat, omniaq; illi erat, consultor bonus, socius dexter, rerum diuinarum enarrator, agēdarum præceptor, senectutis baculum, fidei sustentaculum, in interioribus fidelissimus, in exterioribus agilissimus. & ut uno dicam uerbo, talis erga illum erat beneuolentia, qualis prius ad inimicitias procliuis fuisse putabatur. hinc ipsi robur suppetebat ecclesiæ, tametsi secundas partes haberet cathedræ. quum enim beneuolentiam afferret, potestatem reijciebat, eratq; inter eos concordia admiranda, & nexus potestatis. hic enim populum ducebat, ille uerò du

De seipso loquitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

centem. eratq; tanquam curator leonis, arte mansuefaciens ferocientem: ita enim necesse erat, quum nuper in cathedram constitutus fuisset, & adhuc ali quid mundanæ materiæ spiraret. quum igitur sic composuisset spiritalia, ac multæ ingruissent tempestates, necnon ecclesiæ hostes, dum ipse eam manu duceret, illiq; prouideret, ideo etiam consœderationem dilexit, & dominãte illo ipse dominari sustinuit. Cæterùm de cura & præfectura ecclesiæ, multa alia uiri sunt indicia, loquendi libertas erga principes, tam alios quàm ciuitatis potentissimos, discordiarum solutiones non suspectę, sed ab illius uoce signatæ, quum mores pro lege essent: indigentium subsidia, plura quidẽ spiritalia, non pauca autem corporalia: sæpius enim hominem ad animum reuocat, quum beneuolè inseruitur: pauperum sustentatio, hospitum receptio: uirginum cõgregatio, monachorum institutio, tam scripta quàm oretenus prolata: precum ordinationes, gradus exornatio, necnõ alia quibus uerè homo Dei, & cum Deo cõstitutus, populũ iuuare potest. Vnum autem maximum fuit, & notissimum. fames accidit grauissima, talisq; qualem nemo unquam euenisse recordabatur. laborabat igitur ciuitas, auxiliũ uerò erat nullum, nec mali remedium. uerùm loca maritima indigentiã talem non admodum grauiter ferũt. quia mare illis necessaria suppeditat, à nobis uerò mediterraneis, quod superest uendi, & quod deest comparari nequit. Vnde non habemus quomodo disponamus ea quæ nobis supersunt, uel nõ sunt. & quod grauissimum est in talibus, omnis habentiũ abest compassio, planeq; superat insatiabilitas. obseruant enim tempus, & ut penuriam inducant, negociantur, calamitatesq; pro agricultura exercent. non enim audiũt, ut Domino fœneretur, qui miseretur pauperum, nec quod frumentũ suppressum populi sit execratio: neq; aliud quid quod promissum est humanioribus, aut inhumanioribus comminatũ. sed magis insatiabiles sunt quàm oportet, ac malè sapiũt, quoniam populo sua, sibi uerò Dei claudũt uiscera, ignorantes quòd magis illo indigent, quàm ipsorum alij, & hæc faciunt frumẽtatores, & tritici negociatores, nec cognatos uenerantes, neq; erga Deum grati, à quo ipsi habent, quum alij premuntur. Cæterùm Basilius, quum haudquaquam panem per pluuiam precibus è cœlo elicere posset, ac populũ fugientem pascere in deserto, nec uasa implere uacua oleo, omni carente sumptu, quod perquam mirandum erat, quo aleret alentem, in retributionem hospitalitatis, neq; panibus quinq; tot millia conuiuio excipere, quorum reliquiæ multis alijs mẽsis satisfacere potuissent. talia enim Mosis erant & Heliæ, necnon Dei mei, à quo & illi habebant ut talia facere possent. fortassis autem & temporũ illorum status eiusmodi erant, quoniã signa incredulorum, & nequaquam credentium gratia fiunt. cæterùm quæ his sunt similia, ac pariter illac tendunt, cum eadem cogitauit & perfecit fide. siquidem uerbis tantum, ditiorum aperuit horrea, persuasionibusq; scripturæ illud perfecit, Frange esurientibus cibum, & pasce inopes panibus. & enutriuit eos in fame, animasq; esurientes impleuit bonis. & quo' nã modo? id enim non parua est additio. omnes qui fame laborabant congregauit, ex ijsq; nonnullos qui uix spirabant. uiros & mulieres, iuuenes & senes, omnem ætatem miserandam, sed & omnis generis cibaria, quæ famis tempore succurrere poterant, collegit: proposuitq; ollas fabis plenas, obsoniaq; salsa, quibus apud nos sustentantur inopes. Inde Christi instar illis ministrauit, qui & linteo accinctus, non dedignatus est discipulorum pedes lauare. quumq; in hac re filiorum suorum, siue cõseruorum opera usus fuisset, pauperum pauit corpora, pauit et animas, connectẽs necessitati honorem quoq;, facilioresq; utrinq; reddidit. talis nobis erat nouus frumenti distributor, ac Ioseph secundus, excepto quod aliquid plus dicere habemus. hic enim interueniente fame negociabat, Aegyptumq; emit humanitate, abundantiæ tempus in famis reponens tempus, & ad aliorum somnia propterea ordinatus. at ille gratis bonus erat, & frumenti inempti sine lucro distributor, ad unum hoc respiciens, ut humanitatem acquireret humanitate,

manitate, & propter hanc frumenti distributionem, bona quæ illic sunt asse queretur. hæc cum uerbi cibo, ac cum beneficio perfectiori, & impertitione sublimiori quàm sit humana: si saltem uerbum panis est angelorum, quo animæ cibantur, & potu reficiuntur, quæ Deum esuriunt, ac cibum quærunt neq; quaq; fluxũ aut euanidum, sed qui permanet semper: cuius distributor ille erat & ualde dives, licet pauperrimus esset, & admodum indigus, omnium quos nouimus, nec famem panis, nec sitim aquæ magni censens, sed desiderium uerbi uerè uiuificatiui & nutritui, & quod rectè nutrientẽ ad augmentum perducit ætatis spiritalis. Inde & ob hæc, quid enim in cunctis recensendis immorari oportet? quum is qui pietatis nomẽ ferebat trãsijsset, ac suauiter in manibus illius spiritum efflasset, super excelsum Episcopæ sublatus est thronũ: non tamẽ sine labore, inuidia, & decertatione eorũ qui patriæ prę sidebant, cum quibus & pessimi quiq; conspirabant. uerùm necesse erat, ut spiritus uinceret sanctus, qui & egregiè uicit. siquidẽ uiros concitauit extraneos, pietate insignes & zelotes, inter quos & nouum Abrahã ac patriarcham nostrum, patrẽ nempe meũ, cui & res quædã accidit miraculi plena. siquidẽ non solum ob annorũ deficiebat multitudinẽ, sed infirmitate etiam affligebatur graui, ac ultimũ trahebat spiritũ. Viam tamen ingredi est ausus, quo suffragio suo illi subueniret. spiritui igitur cõfisus, ut breuiter dicã, semimortuus in lecticam tanquã sepulchrũ positus est. ualidus uerò & quasi iuuenis redijt, sursum aspicies, sanus, è manu & unctione, & ne multis dicam, è capite uncti. hoc priscis addatur narrationibus, quòd labor sanitatem cõfert, & promptitudo suscitat mortuos, saltatq; senectus spiritui confidẽs. ita auũt Basilius præsidentia dignus est habitus, ut ijs qui tales euadunt, talẽq; gratiam cõsequunt, ac ita eligi debẽt, nequaq; dedecori esset, siue in ijs quæ ad philosophiam eius, seu credentiũ spes pertinerẽt: sed semper tantũ semetipsum superabat, quantũ antea alios superare ostenderat, optimè & sapientissimè de his sentiens. siquidem uirtutẽ hominis priuati esse censebat, ne malus foret, aut saltẽ aliqualiter bonus: principis uerò seu præsulis improbitatem, ac præcipuè in principatu tali, si non multũ inter multos excelleret, nec semper melior appareret, neq; uirtutẽ dignitati & throno commensuratã redderet. uix enim summi esse, ut mediũ assequi, ac uirtutis abũdantia multos ad mediocritatẽ perducere posset. seu potius, ut aliquantulũ melius de his philosopher, illud idẽ hic accidisse cõsidero, quod in saluatore nostro cõtemplor, & ut arbitror ex sapientioribus. quisq;, quũ nobiscũ uersaret, ac formã nostrã pro nobis assumpsisset. ille enim proficiebat, inquit, quemadmodũ ætate, ita etiam sapientia & gratia: non quòd incrementũ aliquod susciperet (quid enim ex perfectis à principio perfectius fuit?) sed quia hęc paulatim detegebant, et apparebant: pariter q̃q; uiri huius uirtutẽ nequaq; tum additionẽ, sed operationẽ maiorem accipiendã esse arbitror, quũ potestas maiori uteret materia. Primũ igit omnib. hoc manifestũ fecit, quòd opes eius nequaq; gratię essent humanæ, sed donum à Deo datũ, quòd & res nostræ ostendũt. qualia enim mihi de temporib. illis philosophãti, unà philosophatus est? quũ enim me omnes alij, ad illũ episcopũ creatũ accursurum putarent, et congratulaturum, quod alius forsitan fecisset, ac unà principatũ administraturũ & regnaturum, coniecturã ab amicitia nostra sumentes, postq; molestiam declinaui, quod quidẽ in omnibus præ alijs facere soleo, simul & temporis inuidiam, necnon & eos qui electionem illius molestè ferebãt, et adhuc turbati erant, domi remansi, ac animi refrenaui affectũ. Incusauit hoc ille sub initium, deinde perseueranti mihi pepercit. quod uerò cathedræ huius honorem, ob eandem causam nequaquã susciperem, neq; honoris inter presbyteros prælationem, neq; incusauit, sed rectè faciens laudauit: satius esse ducens, ut arrogantia à paucis accusaretur, qui hanc ignorabant dispensationẽ, q̃; ut aliquid fieret quod rationi & cõsilijs eius contrariũ esset. quod quidẽ luculenter ostendit, homo anima prędituς ab omni assentatione & adulatione aliena, et quę

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad unum solum, hõnesti nempe respiceret legem. de nobis enim ita sensit, quos inter primos amicos eius & familiares esse cognoscebat. Deinde eos qui contra illum disceptauerant, emollire, & sanis sermonibus magnificè curare perrexit. Verùm nec adulatoriè aut illiberaliter id fecit, sed admodũ uiriliter & magnificè: quemadmodum quum quis non solum cõsiderat præsentia, sed & futuram disponit obedientiam. Quũ enim uideret nimis tenerum esse & molle, austerum uerò, asperum, & peruicace, ambobus per utraq; succurrit: morositatem enim placabilitate, teneritudinem uerò grauitate temperauit, in paucis quidem sermone indigens, operibus uerò multũ præualens: & ut coleretur, nequaq; arte seruili, sed beneuolentia acquirebat. potestate minimè utebatur: sed quia parcere sciebat, homines in suam perducebat sententiam. & quod maximũ erat, omnes sciebant illius se superari intellectu, ac impossibile esse, ut eius imitarentur uirtutes: unicamq; eorum salutem esse censebant, si cum illo & sub illo ordinarentur: unicum quoq; periculũ, ab illo refelli. siquidem repulsionem eius, à Deo alienationem esse censebant: sicq; ultrò subdebantur & subigebantur, ac tanquam tonitrui sonitus dissoluebantur, quum alius alium excusatione præueniret, inimicitiasq; in beneuolentiam, necnon in uirtutis cõuerteret retributionem. quam solam excusationem quisq; fortissimam inueniebat, nisi quis eam ob prauitatem immedicabilem negligeret, ac nihili penderet, quo ipse in se ipso contereretur & consumeretur, quemadmodum ferrum consumitur à rubigine. Postquam autẽ illi res domi ex sentẽtia cessere, quemadmodũ nullus infidelis, & qui illum nõ nouerat existimasset, maius quid & altius mente uoluere cœpit. quũ enim cuncti alij solum ea quæ ante pedes sunt cernunt, ac animo uertunt, ut securissimè habeant, si saltem hoc securũ est: ultra uerò haud progrediũtur, neq; magnum quid aut uirile excogitare aut perficere possunt: ipse licet in alijs modestus esset, nequaquam tamen in illis modestè egit, sed altè caput extulit, ac animæ oculum per gyrum circumtulit, totumq; orbem, per quem saluatoris cucurrit sermo considerauit. quumq; uideret magnam Dei hereditatem, quam ille sibi sermonibus, legibus, & passionibus uendicarat, gentem sanctam, sacerdotium regium, male affectam, ac in opiniones infinitas & errores distractam: uineamq; ex Aegypto translatam & plantatam, ex ignorantia impia & caliginosa, in pulchritudinem immensam, ac magnitudinem progressam esse, ita ut uniuersam obumbraret terrã, ac super cũctos fines & cedros extenderetur, eam tamẽ ab apro maligno & agresti, diabolo nempe deuastatam: nequaquam satis esse duxit, ut tacitè calamitatẽ illam deploraret, ac solum manus ad Deum attolleret, ab eoq; imminentiũ malorum dissolutionẽ quæreret, ipse uerò interim dormiret. Sed & à seipso auxilium ferre & adducere oportere censuit. quid enim calamitate tali molestius esse posset? decere igitur, ut is qui superna consideraret, pro cõmuni bono solicitus esset. quũ enim unus bene aut malè agit, nihil hoc ad publicum pertinet bonum: quũ uerò cõmune, ita uel aliter se habet, planè necesse est, ut singuli etiã ita sint affecti. hæc cõmunitatis procurator & præsul considerans, quoniã cor afflictũ tinea est ossiũ, quemadmodũ Salomoni ac ueritati etiã uidet: quod enim dolore caret, iucundũ est: quod uerò affligit, molestũ liquefactioq; cordis existit: assiduè ob id discruciabatur, affligebatur, uulnerabatur, ac eadem patiebatur quæ Ionas, quæ Dauid. dolebat in anima, nec dabat somnum oculis, neq; palpebris dormitationem: quod ex carne residuum erat, curis absumebat, quoad malis repperit solutionem: diuinum igitur ac humanũ quærebat auxilium, num quis incendium commune, & caliginem imminentẽ extinguere uellet. Solum igitur unũ agebat, idq; admodum salubriter, colligebat seipsum quantũ erat possibile, ac spiritui se cõlucebat, omnesq; humanas cõsiderationes commouit, totamq; scripturę profunditatem collegit, ac pietatẽ scriptis suis defendit, certaminibusq; & prælijs hæreticorũ multitudinẽ cõfidenter repulit: & eos qui manus cũ eo cõserebant,

rebant armis, quæ cominus feriunt, lingua nempe, uulnerabat: qui uerò procul erãt, iaculis potius atramẽtarijs eminos ulciscebãt. nequaquã enim abiectiores tulit leges, quàm quæ tabulis insculptæ fuerant: neq; soli ac paruæ illi ludæorũ gẽti de cibo, potu, ac sacrificijs ritè peragendis, & quæ carnẽ expurgãt, sed de ueritatis ratione uniuerso orbis generi, ac parti præcepta dedit, ex quibus & salus cõtingit. Deinde uerò (quoniam quidem æquè inutilis est actio sine sermone, & sermo sine actione) sermoni actionis coniunxit auxiliũ. ad quosdã enim proficiscebãt, alios uerò rogabat, nõnullos hortabatur, admonẽs, corripiẽs, increpãs, comminãs, exprobrans, propugnãs, gentibus, ciuitatibus, priuatis, omnem salutis excogitans speciem, Beseleel ille tabernaculi diuini fabricator, omni materia & arte ad opus hoc, planeq; in pulchritudinem unius copiã nectens, & consonantiã. & quid alia referre necesse est? rursus nobis rex Christi superuenit impugnator, ac fidei tyrãnus, cum maiori impietatis & feruoris apparatu, quũ ei contra aduersariũ fortiorẽ disceptatio esset, instar impuri illius & maligni spiritus, à quo quum homo solutus est, rursus ad eundẽ cum numerosioribus reuertitur spiritibus, ut in illo habiter, quemadmodum in Euangelijs audiuimus. huius igitur ille fit discipulus, quo pariter antè acceptam restauraret cladẽ, ac aliquid prioribus adijceret certaminibus. siquidem intolerandum ac calamitosum esse censebat, quum tam multis dominaretur gentibus, ac gloria præditus esset immẽsa, omnesq; per gyrum impietatis subegisset uiribus, ac omnes in quos incidisset, ditioni suę subdidisset, si ab uno uiro & ciuitate unica superari uideretur, ac ludibrio exponi. nõ solũ impietatis ductoribus, sed & hominibus, quemadmodum ipse putabat, uniuersis. Sanè Persarũ rex, quũ aliquando Græciæ bellum inferret, ac omne hominum genus contra Græcos duxisset, planè fastu ac ira flagrabat, non ideo solũ ut arrogantia tumesceret, & minis esset intolerandus, sed potius ut illos perterrefaceret, & se terribilem exhiberet, elementorum etiã inuersione, qua tam terra q; mare nouũ quid à nouo audiuit opifice: exercitus præterea continentẽ implebat, ac per mare pedib. ibatur: insulæ uerò diripiebãtur, ac mare flagellabatur, omniaq; alia fiebãt, per quæ palàm belli illius ac exercitus terror incuteretur, terror quidẽ timidioribus, risus uerò uirilioribus, & audacia constantioribus. Valens uerò contra nos ducens, nulla re tali indigebat: sed quod his deterius erat, hoc facere & dicere audebat. in cœlũ os suũ posuit: ac in altitudinẽ locutus est blasphemiã, & lingua eius pertransiuit super terrã. rectè enim eum diuinus ante nos Dauid infamia notauit, quod cœlũ in terrã deprimeret, et cum cõditura naturã numeraret supermundanã, quã nec cõditura capere potest, licet illa nobiscũ aliquãdo ratione amoris erga genus humanũ sit uersata, quo nos humi iacentes ad se pertraheret. & profectò prima eius molimina temeraria, splendida fuere, sed lõgè splendidiora nouissima cõtra nos extitere certamina. sed quę nam prima uoco? exilia, fugas, bonorũ publicationes, insidias, quũ manifestas, tum occultas: tẽpus persuadendi haud erat, sed ui cuncta agebant, quũ persuasio locũ nõ haberet. quidã pellebant ab ecclesijs, quicũq; rectã ac nostram sequebantẽ fidẽ. alij aũt qui regiã sequebantẽ perditionẽ, introducebantur. nõnulli impietatis exigebãt subscriptiones, alij uerò bis atrociora etiam scribebãt. Presbyteri exurebant, duces uerò impij nequaq; Persas supabãt, non Scythas subigebãt, nõ genus aliud barbaricũ persequebantẽ, sed contra ecclesias militabant, ac inter altaria saltabãt, sacrificia q; incruẽta, hominũ & sacrificiorũ sanguine cruentabãt, acuirginum pudorem uiolabãt, ut aliquid fieret quo Iacob patriarcha expelleretur, & Esau qui antequã nasceretur, odio habebat, introduceretur. & hæ inconsideratæ eius temeritatis primę fure explicationes, quæ multis præsenti etiam tempore lachrymas mouent, quum auditu percipiuntur, aut memoria recoluntur. postquam autem omnia peragrauit, ac contra hãc quoq; incõcussam & inoffensam ecclesiarũ matrem, in qua sola adhuc ueritatis scintilla reliqua erat, mouit, quo illã in seruitutem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tutem redigeret, tum primùm intellexit, quàm malè sibi consuluisset. nam quasi sagitta, quæ fortiori occurrit, est reiectus, & tanquam pulchre fractus cessit, quum in talem ecclesiæ incidisset præsulem, tantoq; repulsus propugnaculo esset dissolutus. Proinde alia quæ tum fuerint tentata, & scribentibus & referentibus audire licet: ex ijs enim nemo non cuncta recenset, omnes uerò qui certamina illa norunt, præcipuè admirantur, oppugnationes, promissiones, comminationes, necnon eos qui ad illum ex iudicum ordine missi, ipsi persuadere sunt conati, ex ducũ ordinibus, ex eunuchis, ex mu
Eunuchi. lierum custodibus, qui interim mulieres uiri sunt, inter uiros autẽ mulieres, & impietate solum uiriles: qui quum naturali carent fornicatione, quod solum possunt, lingua scortantur: instar Nabuzardam coquorum magistri, qui secundum artem suam gladios minabatur, & peculiari suo igni reseruabat. Quod uerò præcipuè ex gestis eius admiror, nec uolens quidem præterire possem, nunc q; breuiter potero recensere conabor. Quis non nouit, quàm ingenti audacia temporis illius præfectus contra nos sit usus, quoniã apud illos baptismatis erat initiator, uel coinitiator, ac plus quàm necesse erat, imperatoris obsequebatur mandatis, in omnibusq; illi gratificabatur, quo diutius potestatem & retinere & conseruare posset, ad hunc per ecclesias minaciter discurrentem, et sub leonina forma, leonineq; quoq; frementem, nec multis præsentiæ suæ copiam exhibentem, Basilius generosus introductus est, seu potius ingressus est, tanquam ad festiuitatem, & nequaquam ad iudicium uocatus. Cæterùm quomodo dignè explicare potero? uel præfecti ferociam, uel Basilij prudentem contra illum decertationẽ. Quid tibi heus (præfectus inquit, nomine eum compellans, quoniam indignum censebat ut episcopum uocaret) contra potentiam tantam audacia? & quod solus ex omnibus in tua perseueras cõtumacia? cuius gratia, generosus ille ait, & quæ nam mea est contumacia? nam nondum illam percipere queo. quoniam, præses inquit, nequaquam regis sequeris religionem, licet omnes alij subacti sint et uicti. uerùm Basilius respondit, nequaquam hoc rex meus permittit, neque ut conditura adoraretur tolero, quum Dei conditura existam, ac Deus esse sim iussus. nos autem quid tibi, præses ait, uidemur, qui hæc imperamus? num fortè momenti nullius? nónne magnum tibi erit, ut nobiscum censearis, et nos socios assequaris? Cui Basilius, præfectos uos esse, inquit, & clarissimos quidem, nequaquam inficias eo, non tamen Deo honoratiores. at socios uos habere, magnum quid est, & cur non? quum & uos Dei condituræ sitis, quemadmodnm & omnes alij qui nobiscum censentur. siquidem Christianismum nequaquam faciebus, sed fide designamus. tunc præfectus concitatus, plus ira feruere cœpit, è sellaq; exurgens, asperioribus contra eum usus est sermonibus. & nunquid potestatem ait, times? absit hoc, Basilius respondit, ut tale quid mihi accidat. nónne ex multis uel unum, præses inquit, quæ meæ sunt potestatis? & Basilius, quę nam sunt illa? indicentur nobis. & præses, bonorum publicationes, exilia, tormẽta, mors. Cæterùm aliud quid: Basilius ait, minitare: nil enim horum nos tangit. quũq; præses dixisset, quî & quo nam modo? quoniam, Basilius inquit, incomprehensibilis, & bona eius qui nihil possidet publicari nequeunt, nisi fortè pannis his indigeas tritis & laceris, & libris paucis, in quibus tota mea est uita. exilium uerò nil ad me spectat, qui nullo loco sum circumscriptus. sed nec quam nunc inhabito domus mea est, licet omnis mea sit in quam incido, seu potius Dei omnis, cuius ego hospes sum & incola. tormenta autem, quid auferre possent? quũ nullum mihi corpus residuum sit, præterquam si primam dixeris plagã. huius enim tu solus Dominus existis. mors uerò benefactor erit. celeriter enim me ad Deum mittet, cui uiuo, & cuius negocia administro, ac cui iam plurimum occubui, & ad quem à longè festino. his præfectus perculsus, quum eum suo compellasset nomine, Nullus, dixit, hucusq; ita mecum, ac cum tãta dissimulauit audacia. Cui Basilius, In nullum fortasis episcopum incidisti. omnino

nino enim prò talibus decertans hoc egisset modo. in alijs enim, præfecte, modesti sumus, & omnibus reliquis humiliores, ita enim mandatum iubet. nec solum contra tantam potentiam, sed nec contra homines uiles supercilium attollimus: ubi uerò Dei periclitatur negotium, cunctis alijs contemptis ad illum solum respicimus. gladij uerò, bestiæ, & ungulæ carnes dissecãtes, potius deliciæ nobis sunt, quàm tormenta. ac ideo iniuria affice, minare, & omnia quæ uolueris perage, ac potestate fruere. sed & rex hæc audiat, nunquam nos adiges, aut efficies, ut astipulemur impietati, etiamsi grauiora adhuc fueris minitatus. Postquam uerò præfectus ita eum loqui audiuit, ac uiri causam examinauit, illumq; tam imperterritũ & constantem deprehendit, à se dimisit, nõ iam minabundus, sed cũ reuerentia quadã ac secessione: ipse uerò q; citò potuit ad regem festinauit, inquiens, Victi sumus rex in ecclesiæ huius negocio. Vir enim ille minis est superior, uerbis robustior, persuasionibus fortior. alium quendam ignobiliorem tentare oportet, hunc autem uel palàm cogere, aut nequaquam expectare ut subigatur minis. hæc quum rex audiuisset, ac in se conuersus, hominis laudibus esset uictus (quandoquidem & hostis uiri uirtutem admirari solet) præfectum à uiolentia cohibuit: accidit q; ei quemadmodũ ferro, quod licet igne emolliatur, nilominus tamen ferrum permanet. porrò minas in admirationem conuertit, communionem autem suscipere noluit, quum immutationis puderet: sed excusationem quærebat honestam, quam & sermo noster ostendet. siquidem templum cum uniuersa satellitum manu est ingressus. erat autem dies epiphaniorum. congregati populi igitur pars factus, sic communionem est professus. Sanè nec hoc prætereundum, postquam intus fuit, auditumq; psalmodiæ adhibuit perstrepenti, ac populi multitudinem cum ornatu cuncto conspexit, tam eo qui circa aram, quàm illo qui iuxtà erat, angelicam potius quàm humanam: populi uerò præsulem erectum, quemadmodum scriptura Samuelem depingit, & corpore & uisu & cogitatione immobilem, ac si nil noui accidisset, Deoq; & gradui, in statuam, ut ita dicam, obduratum: illos autem timore & reuerentia quadam eum circumstare: hæc postquam uidit, & quæ uiderat, cum nullo exemplo conferre potuit, humanum quid perpessus est. ob stuporem enim, uehementi & oculorum & animi correptus est uertigine. uerùm id tum multos adhuc latebat. postquam autem dona ad mensam diuinam afferri oportebat, ipse que illa proprijs gestaret manibus, ac nemo sicut moris erat ea acciperet, quum incertum esset num Basilius illa suscipere uellet, tum morbus est cognitus. titubare enim cœpit: & ni quidam qui pro gradibus stabat, manum ei supposuisset, ac casum cohibuisset, ruina planè lachrymis digna cecidisset. sed esto. Cæterùm quid dicere refert, quæ nam cum rege disseruerit, qualì que sapientia illa repleta fuerint? cum eo enim rursum modo opportuno in sacrarium perducto est congressus, ac in conspectum uenit. nam diu iam eius alloquendi desiderio tenebatur. siquidem nil aliud quàm Dei uoces, tam ab ijs qui cum rege, quàm à nobis qui cum Basilio ingressi fueramus, auditæ sunt. Sanè congressio illa initium fuit, & restauratio prima humanitatis erga nos regis. cõsilium que hoc ut plurimum contumeliam tum nos infestãtem, non secus ac nebulam dissipauit. proinde nil prædictis inferius fuit. uincebant mali, iam que Basilius in exilium pellebatur, ac nihil deerat quod non illac tenderet. nox præsens: currus, quo auehi debebat, præparatus: plaudebant inimici, dolebant pij, nos uerò circa animosum uersabamur uiatorem. reliqua etiã cuncta pulchra referta erant ignominia. Quid igit accidit? Deus illã dissoluit. Qui enim Aegypti contra Israel exasperati primogenita percussit, hic etiam imperatoris filium grauissima ægritudine perculit. & quanta celeritate? hinc exilij literæ, inde sententia ægrotationis, manus que iam ad subscriptionem extendebatur improbam: & tamen sanctus ille saluatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit'que uir pius, febris donum, quum rex furorem cohibuisset. quid his manifestius aut celerius? sed ad reliqua. Aegrotabat filius regis, ac corpore male affectus erat, unaq; ægrotabat pater: & pater quidem tanquam pater, ubique contra morbum remedium quærebat: nam medicos accersebat optimos, precibus'que, ac si unquam in terram prostratus incumbebat: calamitas enim reges quoque humiles facit: nec mirum, quum & hoc prius Dauid in filij morte accidisse, scriptis sit mandatum. postquam autem nullibi, nullum morbo inuenit remedium, ad Basilij fidem confugit: per se tamen nequaquam illum aduocauit, pudore prohibitus, ob ignominiam quam illi intulerat: alijs uerò legationem commisit, qui ei perquam domestici & amicissimi erant. quum'que is nihil cunctatus aduenisset, nec tempus, quemadmodum alius triuisset, cõfestim præsentia eius morbus est lenitus, pater'q; spem concepit meliorem. qui nisi aquæ potabili sal admiscuisset, pariter'q; hunc aduocasset, ijs tamen qui diuersæ erant opinionis credidisset, filius patris manibus sanus restitutus fuisset: idq; credebatur, ab ijs etiam qui tum aderant, & passionis participes fuerant. illud idem paulo pòst etiam præfecto ipsi accidisse ferunt. nam & illum infirmitas quædam incidens, sancti flectit manibus. siquidem aduersitas plerunque rectè sentientibus fit emendatio, sæpiusq; calamitas prosperitate melior existit. ægrotabat igitur ille, plorabat, discruciabatur, accersebat, rogabat, excusationem habes, clamabat. salutem mihi tribue, quam & tandem illius intercessione, sicut ipsemet fassus est, impetrauit. idq; multis, qui hoc ignorabãt, persuasit. non enim desinebat facta illius & admirari & prædicare. quæ igitur inter Basilium & illos incidere, talia fermè fuere, finemq; habuerunt talem. sed nunquid ea quæ illi aliter cum alijs sint decertata, parua, aut de rebus fuere paruis? uel mediocri sapientia condita, aut silentio digna, seu non ualde laudabilia? nequaquam. Sanè qui olim contra Israel concitauit Ader sceleſtum, ille & idem contra Basilium Põnti commouit præfectum, sub prætextu ac si ob mulierem quandam indignaretur. sed reuera pro impietate decertabat, & contra pietatem stabat: ut interim dicere omittam, qualiter, quantisq; uirum afficeret iniurijs, seu forte Deum ipsum, contra quem & pro quo bellum gerebatur, qui & iniuriantem confudit, ac pugilem suum exaltauit: si saltem magnum quid & sublime est philosophia, & ut is qui præest multis, talis esse uideatur. de quo nũc uerba facere pergam. Iudicis assessor mulierem quandam illustrem, cuius maritus uitam paulo antè cum morte mutauerat, quoniam ei nubere dedignaretur, uiolenter urgebat: quumq; illa tyrannidem se effugere haud posse cerneret, consilium cepit non tam audax quàm prudens: ad sacram enim confugit mensam, ac Deum contra uiolentiam adiutorem sibi facit. quid igitur per trinitatem ipsam fieri oportuisset? ut inter laudandum iudiciale etiam quippiam proferam, non solum quod Basilium magnum, & qui ab omnibus pro legislatore habebatur, decuisset, sed alium quendam longè illo inferiorem, dummodo sacerdos fuisset, non'ne obsistere, retinere, curam eius gerere, manum porrigere, secundum clementiam diuinam, & legem quæ honorauit aras? non'ne omnia prius facere & pati uelle, quàm aliquid inhumani contra mulierem perpetrare? obiterq; mensam sacram, necnon fidem cum qua rogabat, iniuria afficere? nequaquam, ait iudex nouus. sed omnes potestati meæ subdi oportet, Christianosq; legum suarum proditores fieri. ille igitur supplicem quærebat, ac insaniebat: hic autem ui mulierem retinebat. tandem uerò quosdam cum potestate misit, qui sancti scrutarentur cubile, non necessitatis magis quàm ignominiæ gratia. quid ais? domum eius qui affectibus cunctis erat superior? quem fouent angeli? quem mulieres intueri non audent? nec solum hoc egit, sed & Basilium adesse, ac causam dicere iussit, nequaquam tamen placidè aut humanè, sed quasi condemnatum quempiam. & hic quidem aduenit, præfectus uerò

ira &

ira & fastu plenus, pro tribunali sedit. stetit igitur Iesus meus coram iudice Pilato. & fulmina quidem cunctabantur, Deiq; gladius licet radiaret, adhuc tamen continebatur. arcus uerò intendebatur, sed cohibebatur, quo pœnitentiæ concederet tempus, quemadmodum Dei lex est. sed & aliud pugilis & persecutoris uide certamen. præfectus sudarium quod circa collum gestabat, dilacerare iubet. at Basilius, tibi, inquit, si uolueris, tunicam etiam dabo. Verbera carnibus ferè experti, minabatur, at ille se paratum offerebat. sed & ungulatorum dilaniationem intentabat. uerùm epati, Basilius respondit, remedium tuleris. cernis fortassis quo pacto mihi subuenire possis, si à talibus curaueris tormentis. & hi quidem in illis erant. at ciuitas, quum malum & commune omnium cognouisset periculum, siquidem unusquisque iniuriam hanc suam esse censebat, tota insaniebat & incendebatur, & ueluti quum apium examen fumo commouetur, ita alius ab alio concitabatur & insurgebat. omne hominum genus, ætas omnis, præcipuè uerò ij qui regi texendo & arma faciendo operam impendebant. hi enim in talibus feruentiores sunt, audaciam enim ex libertate habent. arma uerò unicuique erant, singula quæ ex artis obueniebant instrumentis, aut si aliud quid casu fortè obuenisset. faces erant in manibus, lapides ad iactum expediti, fustes parati, cursus omnium unus, clamor idem, alacritas communis. Ira dux grauis, aut miles. sed nec mulieres armis tum carebant, quum eas tempus exacuisset. radios enim habebant fraxineos, zelo'que roborabantur, ac in audaciam uertebantur uirilem, & ut breuiter dicam, pietatem diuidi arbitrabantur, si hunc inter se partiti fuissent, isq; magis pius censebatur, qui primus manus præfecto, talia ausо, intulisset. Quid igitur faciebat iudex seuerus & audax? supplex erat, miserabilis, ærumnis plenus, & cui non humilior? donec illustris ille, sine sanguine martyr, & sine plagis coronatus, populi compescuisset uiolentiam, illum'que sui cohibuisset reuerentia, sicq; supplicem suum & offensorem saluasset. hæc Deus sanctorum operatus est, qui omnia facit, & in melius dirigit, qui superbis resistit, humilibus uerò gratiam tribuit. & quur hoc non faceret? qui manuum extensione trophæa erigit, ut populum saluet fugientem, illumq; eripiat è periculis. præclarum igitur bellum ita desijt, & finem à Deo sortitum est secundum, ac illius fide dignum. Deinde uerò episcoporum & sociorum incepit bellum. quod magna sui parte inglorioſum fuit, incipientibus uerò admodum damnosum. quibus enim alijs modestiam persuadere posset, quũ præsules ipsi ita essent affecti? Iam diu enim haud humaniter erga illum se habebant. tria autem dissidij causa erant. nam nec ob fidei coueniebant rationem, nisi summa multitudinis necessitate coacti. nec pusillanimitatem in electione penitus deposuerant. & quòd multum gloria ab illo superarentur, omnium eis molestissimum erat, etiam si id fateri turpissimum esset. sed & aliud factum est dissidium, aut ista suscitauit. quum enim patria nostra in duas diuisa sit præfecturas & metropoles, multaq; nouæ ex priori addita fuissent, seditio eorum potissimũ exordium hinc sumpsit. ille enim cum secularibus bonis nostra quoque diuidenda esse censebat. ac ideò quæ nuper accesserant, transmutauit, tanquam ab ipso iam differrẽt, ac ei acciderent. at hic consuetudinem seruabat antiquam, ac diuisionem olim à patribus factam. hinc multa iam accidebant mala. alia uerò ortum sumpsere. conuentus enim à nouo distrahebantur metropolitano. reddítus diripiebantur. ecclesiarum presbyteris quibusdam persuadebat, alios autem inuitabat. inde euenit, ut ecclesiæ etiam pessimus haberent, quando ita diuiderentur & inciderentur. homines enim ob talles ferè rerum innouationes gaudere solent, quoniam libenter sua adaugẽt, ac facilius bene instituta dissoluuntur, quàm dissoluta restituuntur. at ille infestius Basilium exagitabat. taurorũ enim prouentus & transitus ab eo tantum conspiciebantur, ad illum uerò deducebantur. sed & ex monte sancto

Universidad de Deusto
Biblioteca

fructus colligere magni ducebat, ita ut quum uiri mulos aliquando deprehendisset, propriam uiam euntes, illos postea prædatoria cohibuerit manu. & commentum quasi honestum erat. filij enim spiritales, & animæ, & fidei sermo, & talia auaritiæ erant tegumenta. res ditiorum propria: et quòd non oporteat tributum pendere hominibus, malæ famæ. uerùm omnis offendens malæ erat famæ. Proinde sanctus Dei, & supernæ Hierusalem metropolites, detrimentum tolerare, & hæc negligere cogebatur, siue paruam mali dissolutionem excogitare. sed uideamus quàm magnam & admirandam, ac planè animam illius dignam. ex seditione enim ecclesiam opulentiorem reddidit, aduersitatemq; perbellè disposuit. siquidem plurimis episcopis patriam roborauit, ex quare tria contigere pulcherrima: plurimarum nempe animarum cura, & ut ciuitas quæque sua haberet, & ut bellum dissolueretur. Cæterùm timeo ne & ego consilio isto ociosus sim factus. haud enim scio, quomodo rectius dicere conueniat. licet enim cuncta uiri huius quantum dictu possibile est admirer, hoc unum laudare nequeo, animi enim passionem fatebor, nec aliàs multis ignotam, nostram dico innouationem et infidelitatem, cuius dolorem nullum unquam delebit tempus. ibi enim cunctæ mihi uitæ inciderunt aduersitates, confusioq; ut philosophiæ incumbere nequirem, aut posse putarem. tametsi parua sit ratio secundi. præterquam si quis illud à nobis in uiri excusationē dictum susciperе uoluerit, quod longè supra res saperet humanas: et quę hic faceret, priusquam abiret, omnia spiritus instinctu ageret. licet enim amicitiæ uenerationem seruare sciret, in hoc uno tamen ignominia affecit, ubi Dei honorem præferre oportebat. longè enim sperata amicitiæ dissolutioni anteferebat. Cęterùm timeo ne dum socordiæ crimen effugere contendo, apud eos qui cunctas res illius gestas scire desiderant, scribendo tamen in crimen insatiabilitatis apud eos qui modum laudant incidam: quam rem nec ipse negligebat, sed mensuram ex omnibus optimam esse inter potissima laudabat, ac in omni uita sua diligenter obseruabat. ita igitur sermone utar, ut tam breuitatis quàm insatiabilitatis amatoribus pariter satisfacere queam. Alij igitur in re aliqua excellunt, alij aūt in plerisq; quū plures uirtutis species existant, nullus uerò ex omnibus quos nos cognoscimus, ad summum peruenit. sed ille nobis optimus est, qui in plurimis rectè agit, aut in una potissimum. Basilius uerò ita cuncta attigit, ut naturæ contentio esse uideretur. nam ita consideramus. inopiam quis laudat, uitamq; omni carentem apparatu & superfluitate: at quid ille habebat præter corpus, & ea quibus carnis tegeret necessaria? diuitiæ autē illi erant, ut nihil possideret, cruxq; cui soli superuiuebat. hęc longè sibi multis pecunijs honorabiliora esse censebat, nec possibile ut quis, si etiam uellet, omnia possideret: sed ut quis omnia contemnere sciret, sic'que omnibus melior appareret. quum'que ita sentiret & haberet, nequaquam altari ac uana indigebat gloria, nec præconio illo publico, Crates Cratetem Thebanum in libertatem uendicat. optimus enim esse potius, quàm uideri malebat: ac ideo nequaquam in dolio ac in medio foro habitabat, ut omnibus ludibrio esset, indigentiam noua resartiens abundantia. sine ambitione igitur & arte quæstuosa pauper erat, ac omnia quæ habebat profundebat, quo expeditus per uitæ nauigaret mare. Sanè abstinentia & frugalitas res est admiranda, & ne quis à uoluptatib. superetur, aut uentri tanquā amaro & illiberali subijciatur domino. at quis magis in cibo parcus? & ne multa dicam, sine carne ferè erat, superfluitatem autē & satietatē at irrationabiliores, et quorū uita seruilis et deorsum uergēs erat reiecit. ipse autem nihil magnū esse censebat, quod gutturi applauderet, sed solum necessarijs quantum portерat sustentabatur: solas'que delicias esse ducebat, ne delicijs diffluere appareret, ac ideo indigeret plurimis. sed ad lilia respiciebat, & uolatilia, quę pulchritudine prædita sunt mirabili, cibo'que utuntur fortuitè oblato,

secundum

secundum magnā Christi mei admonitionē, & carnem propter nos mendicantem, quo nos diuinitate ditaremur. hinc illi tunica una, & pallium tritū, in humoq; dormitatio, & illuuies & uigiliæ eius erant exercitamenta: cœna autem suauissima, ac cibus panis cum sale, aut ficus recentes: potus uerò sobrius erat, & abundè illi sufficiens, quem fontes producunt, ijs etiam qui non laborant. uerùm ex his aut cum his ægritudines sequebantur, & medicamenta, communia nobis exercitia. oportebat enim me miserum, in talibus æquè affectum esse, licet in alijs longè inferior forem. Sanè res magna est uirginitas, & angelis aggregari, ac absque iugo esse, naturæ'que solitariæ: nam Christi illam uocare cunctor, qui cum nasci deberet, ob nos natos ex uirgine nascitur, ut uirginitatem lege sanciret, tanquam inde deductam, & mundum abscindentem, seu potius mundum mundo præmittētem, præsentem futuro. quis igitur uirginitatem magis honorauit, quàm Basilius, aut carnis puritatem quasi lege sanciuit? non solum exemplo proprio, sed eorum etiam quibus studebat, quemadmodum ex uirginitatis laude & institutionibus eius, liquet scriptis, quibus omnem sensum refrenauit, ac cuncta membra ad modestiam redegit, necnon uirginitatem seruandam persuasit, pulchritudinem ad interna conuertens, à uisibilibus ad inuisibilia. & externum quidem languidum reddebat, ac materiam subducebat flammæ. occultum uerò ostendebat Deo, qui solus animarum depuratarum sponsus existit. qui'que animas ad se pertrahit uigilantes, quo cum lampadibus splendidis, & largo ei olei occurrant nutrimento. Sanè quum uita solitaria ac mixta, ut plurimum inter se distarent ac pugnarent, neutrum'que bonum à malo penitus segregatum haberet, sed hæc magis quieta & moderata esset & Deo copularet, non tamen arrogantia propter uirtutis securitatem & existimationem careret: illa autem actiua magis & utilior, uerùm à turbis nequaquam segregata esset: ambas inter se bellissimè conciliauit, & ita temperauit, ut sapientia non sine actione, nec actio sine apientia foret: sed tanquam tellus, & mare, bona sua utrinque conferrent, ac in unam Dei gloriam concurrerent. & quid plus? pulchra est humanitas, ac pauperum sustentatio, humanæ'que imbecillitatis subsidium. paruper igitur ab urbe progredere, & urbem cerne nouam, pietatis promptuarium, commune diuitum repositorium, quò opum superuacua, immo iam necessaria admonitione illius reconderent, quo tineas excluderēt, nec fures exhilararent, inuidiæ'que certamen & temporis effugerent corruptionem. ubi ægritudo philosophatur, & calamitas beata censetur, compassio'que in reputatione est. quid mihi ad opus illud Thebæ Aegyptiacæ, cum portis septem? ac muri Babylonici, necnon sepulchrum Mausoli Caris, & Pyramides, ac Colossi? æs pondere carens, siue templorum magnitudo & pulchritudo? quæ amplius haud supersunt, cum alijs quæ homines admirantur, & librorum mandant memoriæ, quæ nil conditoribus suis, præter paruam prosunt gloriolam. mihi uerò salutis uia hæc combus suis, præter paruam prosunt gloriolam. mihi uerò salutis uia hæc compendiaria, ac facilis in cœlum ascensus, admirationi est præcipuę. non enim amplius oculis nostris expositum est spectaculum graue & miserandum, homines ante obitum mortui, & plurimis corporis mutilati membris, ab urbibus, domibus, foris, aquis, quin à charissimis suis expulsi, nominibus potius quàm corporibus noti: nec amplius in triuijs & conuentibus secundum cognationem & concentum exponuntur, non iam ob morbum miserandi, sed exosi, membrorum miserabilium artifices miri, si uox saltem quibusdam est residua. sed cur cuncta nostra tragicè enumero? quum sermo haudquaquam sufficiat passioni. Basilius uerò præ omnibus maximè hominibus persuasit, ut quum homines essent, nequaquam homines contemnerent, nec Christum unicum caput omnium propter inhumanitatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

erga illos ignominia afficerent, sed in calamitatibus alienis facultates suas rectè disponerent: à Deoq; misericordiam, quum misericordia indigerent, pio fœnore extorquerent. ac ideo generosorum generosissimus ille, & gloria plus quàm splendens, ægrotos nec ab osculi arcebat honore, sed tanquam fratres salutabat. non quemadmodum quis suspicari posset, inanis gloriæ gratia. quis enim plus à tali aberat affectu? sed ut corpora curandi causa attrectaret, philosophiæ eius formula, & loquens & tacita erat adhortatio. nec ciuitas ita, regio uerò adiacens & externa aliter se habebat, sed omnibus commune certamen proposuit, ita ut populi præfecti ciues humanitate imitarentur & magnificentia. proinde quemadmodum alijs curæ sunt popinatores, ac mensæ lautiores, necnon coquorum commenta & irritamenta gulæ, sellęq; elegantes, ac uestes molles & fluidæ: ita & Basilius infirmorum, & hulcerum eorum, ad imitationem Christi, gerebat curam, non sermone, sed opere lepram purgans. Quid nobis ad hæc dicent ij qui ei superbiam & supercilij obijciunt fastum? amarulenti talium censores, ac qui neutiquam regulas adhibent regulæ. num quis lepræ curam gerit, & eousque se humiliat, sanos uerò contemnit? aut carnes per abstinentiam macerat, animæ elatione intumescit inani? maximè quum pharisæi iactantiam nouit, & ex tumore humilitatem prædicat, & Christum ad serui usq; formã descendisse non ignorat, illumq; cum publicanis comedisse, & discipulorum pedes lauisse. sed nec crucem renuisse, ut illic peccata affligeret mea: & quod his est admirabilius, Deũ uidet crucifixum. idq; cum latronibus, & à prætereuntibus irrideri, inconsumptibilem illum, & omni passione sublimiorem. num ille seipsum adeò effert, ut neminem sibi honore æquale esse censeat? quemadmodum uidetur ijs qui illi inuident. uerùm ut arbitror, morum constantiam, seueritatem, & integritatẽ illam absolutam, superbiam uocarunt: equidem illi idem, ut mihi uidetur, eodem modo hominem fortem temerarium, timidum uerò circumspectum appellarent, modestum quoque inhumanum, ac iustum immobilem. quidam enim non inepte indagarunt, uirtuti uitia esse adiuncta, & quodammodo contigua, facileque à rerum inexpertis aliud pro alio accipi. quis enim uirtutem plus quàm Basilius honorauit? aut malitiam redarguit? siue bonis usus est melior, uel delinquentibus asperior? cuius subrilio sæpius læus erat, silentium uerò increpatio, quæ conscio malum suum ultrò extorqueret. Cæterùm si non garrulus erat, aut risu diffluens, siue circumforaneus, nec multis placebat, quoniam non omnibus omnia fieret aut gratificaretur, quid hoc ad rem? non ne potius laude quàm reprehensione dignum est ijs qui præditi sunt mente? nisi quis leoni obijcere uelit, quòd non figuram simiæ, sed seueram & regiam præ se ferat, cuius lasciuiæ tamen generosæ sunt, & cum admiratione diligendæ. Sanè eos qui in scena uersantur, tanquam iucundos & humanos quis miretur, quoniam populi gratiam captãt, ac risum mouent per alapas & uerbera. quanquam si hoc quærimus, quis adeò iucundus fuit in conuersationibus? quemadmodum ego potissimum noui, qui præ reliquis uiri mores sum expertus. quis narrando gratiosior? quis mordendo peritior? quis reprehendendo syncerior? siquidẽ non nimis seuerè reprehendebat, nec nimis facile remittebat, sed immodestiã in utroq; fugiebat, ac utroq; iuxta Salomonis leges cum ratione & in tempore utebatur. Cæterùm quid hæc sunt, si cum uiri collata fuerint eloquentia, aut magnitudine doctrinę, qua sibi fines orbis conciliauit totius? uerùm adhuc circa mõtis uersamur ima, ac multũ à summitate distamus. adhuc circa litora ferimur, ac nondum mare ingressi sumus profundum. arbitror enim si unquam fuit, aut erit tuba, longè sono suo per aerem diffusa, aut terræ motus orbis ex innouatione quadam aut miraculo ortus hoc uocem illius esse, & ingenium, tantum omnes antecellens, & post se relinquens, quantum nos naturam

exupera-

exuperamus irrationaliũ. quis enim magis se expurgauit spiritui, & dignum fecit ut diuina explicaret mysteria? quis magis cognitionis lumine illuminatus fuit, & ad profunda pertigit spiritus? cum Deoq; ea quæ Dei sunt est cõtemplatus? quis sermonem sortitus est melius interpretantem ea quæ cognitione sunt digna? ita ut nõ multorum instar altero pede claudicaret, uel mente sermone carente, aut sermone minus solidato mente. uerùm utriusq; pariter excelluit, sibi ipsiq; similis apparuit, & ubiq; sanè sensit. siquidem quòd cuncta Dei profunda scrutatus sit, spiritu est testificatus, non tanquam ignorante, sed ueluti contemplatione exultante. omnia enim quæ spiritus sunt, ab illo sunt indagata. unde euenit, ut moribus institueret cunctos, eloquentiam ostenderet, præsentibus renũciaret, & se accingeret ad futura. Porrò solis pulchritudo cum magnitudine ac cursus sui uelocitate, à Dauid laudatur, splendens tanquam sponsus, magnus ut gigas: cuius uires tantæ sunt, ut cursu suo à summis pariter illustret summa, nec calor eius distantia imminuatur: Basilij autem pulchritudo, uirtus erat: magnitudo uerò, theologia: at cursus, mobilitas assidua, quæ ascensibus suis ad Deum usq; perducit: uires uerò, satio sermonis & distributio, ita ut rectè mihi scripturæ illud de eo usurpare liceat: In omnem terram exiuit sonus eius, & in fines orbis, uis uerbo. Cæterùm postquam Theologię usq; ex alio fio, alteratione alteratus diuina. Cęterùm postquam Theologię memini, ac uiri in hac singulariter præstantis, & hoc quoque prædictis addendo. Vtilissimum enim est multis, qui malè de eo sentiunt, ne offendantur: sed ad maleficos sermo pertinet noster, qui ex ijs quibus alios calumniantur, sibi subsidium quærere solent. Ille enim ob sermones rectos, & erga trinitatem sanctam, connexionem, & condeitatẽ, uel nescio quomodo magis propriè aut manifestius dicere oporteat, non solum à thronis excidere, quum nec sub initium illis oblectaretur, sed exilium ac mortem, necnõ sup-

Universidad de Deusto
Biblioteca

plicia extrema prompte subire paratus erat, idq; lucrum & minime periculum esse censebat. quod quidem ex ijs partim liquet quæ fecit, partim uerò quæ perpessus est. postquam enim pro ueritate damnatus, & in exilium pulsus fuit, nullius rei alterius curam habuit, quàm ut comitem quendam suum libellum tollere & sequi iuberet. Cæterùm ut condemnationis etiam tempore sermonibus ædificaret ueritatem, necessarium putabat, diuino Dauid hac in re consultore usus: ut parumper belli tempus suspendere, & hæreticorum potestatem infringere posset, quoad libertatis tempus, ac linguæ, licentia concederetur loquendi. illi enim quærebant, ut uox de spiritu acciperetur nuda, tanquam esset Deus, quod & uerè est, sed impiè ab illis & à malo impietatis accipiebatur præfecto, quo Basilium cum lingua Theologica ex urbe pellerent: ipsi uerò occuparent ecclesiam, eamq; impietatis suę propugnaculum facerent, ac inde cuncta tanquam ex arce quadam percurrerent. at ille alijs scripturæ uocibus & testimonijs manifestis, quæ illud idem possent, necnon syllogismis necessarijs, ita redarguit contradicentes, ut nequaquam contrà tendere possent, sed uocibus caperentur propijs. quod quidem uim maximam habet, estq; prudentię singularis, quemadmodum sermo ostendit, quem de hac re conscripsit, ubi stilum tanquam è spiritus concitat pyxide. cæterùm Domini uocem tantisper distulit, à spiritu ipso, & geminis eius concertatoribus ueniam petens, ut non molestè dispensationis illius consilium ferrent, ne dum ob unius uocis gratiam resisterent, cuncta propter insatiabilitatem disperderent, præcipuè quum tempore illo pietas ita distraheretur. nullum enim detrimentum eis inde euenturum censebat, si dictiones parumper immutarentur, ac uocibus alijs illud idem doceretur, quum non in uerbis potius quàm rebus salus nostra consisteret. siquidem nec Iudæorum gentem reijciendam esse, si uncti uocem pro Christi immutare, sicq; nobiscum censeri uellent: quum uerò ecclesia scinderetur, maximum communitati imminere damnum. Verùm licet spiritum omnino Deum esse affirmaret, quemadmodum liquet ex ijs quæ sæpius, dum tempus ita ferret, publicè prædicauit, necnon priuatim interrogantibus expresse est confessus, manifestius tamen id fecit in sermonibus quos mecum habuit. nihil enim in illis ita abscondebat, ut id non libenter mecum conferret. neque hoc simpliciter definiebat, sed quod non sæpius antea fecerat, horrẽdissimè se execrabatur, ac sibi ut à spiritus gratia excideret imprecabatur, si spiritum non æquè ac patrem ac filium, tanquã consubstantialem, & eiusdem honoris ueneraret. proinde si quis me in his socium ipsius suscipere uelit, aliquid multis adhuc absconditum proferam, nempe quod tempore nos angustante, sibi dispensationem reseruauit, nobis autem loquendi libertatem commisit. nemo igitur nos iudicare, aut ideo reijcere debet, quod patrię honorati simus obscuritate, quum amborum opera, Euangelium apud nos sit roboratum. hęc nõ ideo percurri, ut excusatione nostra opiniones illius defendam: calumniatorum enim reprehẽsione, si saltem aliqui sunt, lõgè uir ille melior est: sed ne ij qui censent, uoces solum à uiro in literis adinuentas, pietatis finem esse, fidem debiliorem, ac Theologiam illius demonstrationem improbitatis habeant propriq;, quam tempus produxit, cum spiritu: sed scripturæ sensum examinantes, necnon scopum, ad quem illa est conscripta, magis ad ueritatem accedere, & impiorum ora obstruere ualeant. mihi igitur Theologia illius non aliter quàm amicus quispiam erit, tantamq; fiduciam in uiri puritate de hac re pono, ut illam omnibus faciam communem. & mea quidem ab illo expendantur, illius autem à me, & coram Deo & hominibus æquioribus, ita sint considerata. nec enim Euangelistas inter se dissentire dicimus, quia quidam carni Christi magis operam impenderunt, alij autem Theologiæ plus incubuere: ac hi quidem ex rebus nostris, illi autem ex supernis initium fecere, præconiumq; ad utilitatẽ, ut arbitror, capientium

tium distribuerũt, quum ita in eis spiritus figuraret. Proinde quum multi olim fuerint pietate clari, ac nunc quoq; sint homines, ueluti legislatores, populorum duces, prophetæ, doctores, fortes ad sanguinis usq; effusionem, age cum illis nostra consideremus, sic enim uirum hunc rectè cognoscere ualebimus. Adã Dei manu, necnõ delicijs paradisi, et legislatione prima factus est dignus: sed ne quid blasphemi contra primæuum proferam parentem, reuerentia dictum sit, mandatum non seruauit. Basilius uerò accepit, & seruauit, ac nequaquam cognitionis læsus est ligno, rompheamq; euasit igneã, & ut planè noui, paradisum est adeptus. Enos primus sperauit, ut inuocaret Dominum, Basilius autẽ inuocauit, & alijs quoq; prædicauit. quod quidem inuocatione longè honorabilius est. Enoch ob breuem trãslatus est pietatem: tum enim fides adhuc in umbra erat, præmium pietatis inueniens translationem, sicq; reliquæ uitæ periculum effugit. Basilij autem tota uita translatio fuit, ipsecq; perfectè in uita probatus perfecta. Noe arca, & semina mundi secunda, in ligno concredita fuere paruo, & per undas seruata: Basilius autem impietatis effugit diluuium, ac ciuitatem suam celeriter salutis fecit arcam, quum undiq; hæreticis esset referta, ex qua & mundum totum reuocauit. Magnus fuit Abrahã, & patriarcha, & sacrificus, sacrificij noui, qui cum quem ex promissione acceperat, sacrificium promptum suo obtulit datori, & ad iugulationem usq; produxit: sed nec Basilius illo minus fecit: seipsum enim Deo obtulit, & nihil, tanquam idem esset, supposuit. quid enim erat uictimam offerre? Isaac ante natiuitatem etiã promissus est. Basilius uerò promissio ipsa fuit, Rebeccamq;, ecclesiam dico, non lõginquè, sed propinquè duxit: non per legationem seruilem, sed à Deo traditam et commissam. neq; in filiorum prælatione deceptus fuit, sed unicuiq; quæ digna erant cum spiritus iudicio distribuit. Iacobi scalam laudo, ac statuam quam Deo inũxit, nec non luctam cum illo, si qua saltem fuit humanæ, ut arbitror, mensuræ, ad numinis sublimitatem comparatio, unde et femoris dolor, naturæ deuictę symbolum. Laudo etiam pulchrum illud uiri circa pecora commentum et successum, necnon duodecim ex eo patriarchas, ac benedictionis distributionem, cum prophetia futurorum nequaquam ingenerosa. uerùm & Basilij laudo scalam, non solum uisam, sed & ascensam, ascensionibus per uirtutem pedetentim: ac statuam non quam inunxit, sed Deo erexit, quo impiorum facta notaret infamia: & luctam, non qua contra Deum, sed pro Deo decertauit, dum hæreticorum errores in terram prostrauit: sed & pastoralem uiri artem ex qua ditatus est, & pecora potius generosa quàm obscura possedit, ac pulchram sobolem eorum, qui secundum Deum sunt nati, necnõ benedictionem quæ confirmauit multos. Ioseph frumenti distributor fuit, sed in Aegypto solum, nec sępius & corporaliter quidem: Basilius uerò omnibus distribuit, semper & spiritaliter. quod mihi distributione illa longè uenerabilius existit. Quum Iob tentatur & uincit, in fineq; splendidè certaminum uictor pronunciatur, à nullo impugnante, licet multi forent, cõcussus, uerùm longè tentatorem superans in lucta. sed & amicorum irrationale refrenauit, qui passionis ignorabant mysterium. Moses & Aarõ inter sacerdotes eius, & magnus quidem Moses affligens Aegyptum, & populum saluãs in signis multis ac miraculis, nubem ingrediens, duplicem legem ferens, literalem extra, spiritalem intra. Aaron autem Mosis frater, & corpore & spiritu, pro populo orans ac sacrificans, tabernaculi sacri & magni, quod compegit Dominus, & nõ homo, mystes. amborum horum Basilius æmulator fuit, nequaquam corporalibus flagellis, sed spiritalibus & rationalibus, populum hæreticum & Aegyptiacum affligens. deduxit autem populum acceptum, bonorum operum æmulatorem, ad terram promissionis, tabulisq; minimè frãgibilibus, sed duraturis leges inscripsit, non tam umbratiles, sed ualde spiritales, in sancta uerò sanctorum non semel in anno, sed sæpius, & per

singu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

singulos, ut ita dicam, dies est ingressus. unde & sanctam nobis reuelauit trinitatem, populumq; expiauit, non aspersione temporali, sed expurgatione perpetua. Porrò quid ex Iesu Naue rebus pulcherrimum fuit? imperium rei militaris, sortis distributio, ac terræ sanctæ occupatio. Basilius uerò, nónne princeps & dux fuit eorum qui per fidem saluantur? nónne hæreditatũ penes Deum diuersarum distributor? & illarum tantũ quas distribuit ijs, quorum dux fuit, ita ut uocem illam emittere posset, quoniam sors mihi cecidit inter fortissimos, & in manib. sortes meæ, longè honorabiliores quàm quæ in terra sitæ sunt, & diripi possunt. & ut iudices prætereamus, aut iudicũ clarissimos, Samuel inter eos qui inuocant nomen eius, & ante natiuitatem suam oblatus, ac statim postquam genitus fuit sacerdos, & unctor regum ac sacerdotum per cornu. Basilius uero nónne ab infantia Deo à matre est consecratus? & cum tunica oblatus altari? uidit q; supercœlestia, unctus Domini, & unctor eorum qui ex spiritu sunt initiati. Dauid inter reges decantatus, cuius multæ contra inimicos referuntur uictoriæ & trophæa: sed mansuetudo in eo præcipua fuit, & ante regnum citharæ uis quæ spiritum incantabat malignum. Salomon cordis latitudinem à Deo petijt, & consequutus est: adeoq; sapientia & contemplatione profecit, ut inter cunctos temporis sui homines clarissimus sit effectus. Basilius uerò mansuetudine huius, sapientia autem illius, secundum opinionem meam, minimè, aut parumper superatur. nam & regum insanientium audaciam demulsit, & non austri reginam solam, neq; hunc, seu illum ob sapientiæ eius gloriam ex finibus terræ attraxit uniuersæ, sed omnibus finibus sapientia sua cognitus est. reliqua uerò Salomonis obticeo, omnibus enim nota sunt, etiam si nos parcamus. Laudas Heliæ contra tyrannos dicendi audaciam, & raptum per ignem, necnon pulchram hæreditatem, Helisæi pallium, siue spiritum Heliæ sul. sequentem. lauda etiam Basilij in igne uitam, multitudinem in quã tentationum, & per ignem salutem, ardentem quidem, sed non deflagrantem, rubi miraculum, ac pulchrum ex alto indumentum, carnem consumptam. obmitto alia, iuuenes in igne rore perfusos, ac prophetam fugitiuum in ceti uentre orantem, necnon iustum illum in lacu, tanquam à thalamo bestiæ procedentem, & leonum ferociam ligantem, aut septem Machabæorum certamen, qui cum matre sancta per sanguinem sunt consecrati, cum omnibus alijs, qui sui experimentum exhibuere, quorum constantiam Basilius est æmulatus, ac gloriam tulit sempiternam. Proinde si ad nouam accessero legem, & eos qui in illa claruerunt, cum Basilio conferam, discipulum honorabo per doctores. Quis Iesu fuit præcursor? Ioannes, tanquam uox uerbi, & quasi lampas luminis, erga quem etiam exultauit in utero, & ante illum ad inferos præcurrit, per Herodis insaniam illuc demissus, ut & ibi Christi annunciaret aduentum. quòd si sermo noster uidetur audacior, illud prædictis addatur, quòd nequaquam ideo hanc facio comparationem, quia uirum illum præponam, aut parem putem illi, qui inter natos mulierum omnes superauit: sed ut ostendam hunc illius fuisse imitatorem, & aliquid ex charactere eius retinentem. siquidem res non parua est honestis, imitatio maximorum, etiam si sit parua. nónne enim uir ille simulachrum fuit manifestum philosophiæ illius? nam & hic in deserto habitauit, & in nocte uestè amiciebatur aspera, quæ celabatur, & nequaquam ostendebatur: sed & parem cibum dilexit, Deo per abstinentiam purgatus: quin etiam Christi præco fieri optauit, etiam si non esset precursor: & exiuit ad eum non solum regio circumiecta, sed remotissima etiam. Sed & inter duo medius fuit testamenta: huius enim literam dissoluit, illius autem spiritum publicauit: nam impletionem legis occulti manifestam fecit dissolutionem. Petri zelum imitatus est, & uigorem Pauli, clarorum illorum, et pluspuam celeberrimorum, amborum uerò fidem: filiorum

liorum Zebedæi magniloquentiam, omnium discipulorum frugalitatem & mediocritatem. quapropter cœlorum claues illi sunt creditæ. non enim à Hierusalem usq; in Illyriam solum, sed maiorẽ etiam circulum est amplexus: nec tonitrui filius est uocatus, sed factus. quin & super Iesu pectus recubuit, unde & sermonis uim, necnon scientiæ hausit profunditatem. Stephanus autem fieri prohibitus est, tametsi promptus esset, reuerentia cohibens lapidantes. sed & succinctius dicere possum, ne facta eius enumerem singula: ex bonis quædam adinuenit, alia imitatus est, nonnulla autem deuicit. nam omnium gratia uenire, eorum etiam qui nunc sunt, omnium est dominari. unum omnibus breuiter addidero, tanta uiri erat uirtus, tantaq; gloriæ eius abundantia, ut & multa, ac quæ ex paruis illius erant, inter quæ & refrenationes corporales erant, ab alijs ad gloriam cedere putarentur. ueluti pallor, barba, incessus compositus, & tarditas in sermone, qui plenus erat prudentia, & ad interna pertingens, quæ multis, qui ea minus bene imitari & cognoscere possunt, in morositatem cedunt. Quin in uestitus forma, ac lecti figura, nec nõ cibi cõsuetudine, nulla ab eo adhibebatur diligentia, sed simpliciter se gerebat, & fortuitò secundum quod eueniebat. Sanè multos Basilios, quantum ad usum cernere licet, statuas umbratiles, nimium enim est ut nominent? postphani. Vox enim ea est nouissima, sed euidẽtius discernitur. illi autem longius à uiro distant, quàm quantum appropinquare desiderant. uerùm hoc iam nequaquam paruum est ad gloriam, et meritò quidem, ut eis aliquando uel parumper appropinquare contingat. quo emendentur: aut aliquid studiose ac diligenter dictum aut factum eius mandent memoriæ: quemadmodum ego mihi sæpius ad gloriam cessisse scio, quoniam ea quæ uiro fortuitò exciderunt, longè præstantiora sunt & clariora, quàm quæ ab alijs magna diligentia sunt elaborata. Postquam autẽ cursum perfecerat, ac fidem seruauerat, resolutionem desiderabat, iamq; coronarum instabat tempus: uerùm minimè in montem ascendere, & ibi occumbere iussus est. obijt autem, & ad nos ascendit. sed & hic miraculum prædictis non posterius accidit. iam ferè mortuus erat, ita ut nec amplius spirare, ac multum uitæ exhalasse uideretur, uocalior tamen in sermonibus redditus est nouissimis, quo cum uerbis abiret pietatis. insuper & successorem elegit ministrum suum fidelissimum. cui & manum & spiritum dedit, ne gradus discipulos eius, et sacerdotij adiutores afficeret iniuria. uerùm sermo iam ultrà progredi cunctatur, progredietur tamen, quamuis plus alios quàm me deceat, quoniam nequaquam in afflictionibus philosophari queo, etiam si ualde philosophari studeam, communis memor damni, & afflictionis orbis uniuersi. decumbebat uir, spiritumq; trahebat nouissimũ, & à superno quærebatur choro, ad quem iam pridem respiciebat: confluebat autem ad eum ciuitas uniuersa, minimè damnum ferens, peregrinationemq; illius tãquam tyrannum incusabat, ac animam eius quasi manibus uel precibus cogi possetretinere satagebat. siquidem calamitas ea homines quasi desipientes reddebat, & unusquisq; aliquid de propria uita, si possibile fuisset, illi impartiri paratus erat. postquam autem superati sunt, necesse enim erat, ut ostenderetur quòd homo esset, & ipse in manus tuas Domine spiritum meum repono, angelis nouissimè dixit abducentibus: nõ insuauiter expirauit, præsentesque sacris quibusdam instruxit, ac meliores extremis reddidit mãdatis. tum miraculum factum est inter omnia, quę unquam acciderunt, celeberrimum. gestabatur sanctus, manibus sanctorum eleuatus, singuliq; contendebant: & hic quidem ut fimbriam contingeret, uel ab umbra cõtingeretur: alius ut lectulum, quo sacer ille efferebatur, solum tangeret. quid enim corpore illius sanctius ac purius? alius ut gestantibus appropinquare posset: quidam ut solum spectaculo perfrui ualeret, ac si necesse foret, ut & illud celebrareť. plenę erant porticus, fora, fenestræ, culmina, hominibus qui illum præmittebant, gerebant,

Imitatores.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gerebant,& inuicem succedebant,ex omni genere & ætate, numerus infini tus,psalmodiæ resonabant antea incognitæ,luctu permixtæ, sapiẽtiaq; passionis soluebatur magnitudine.certamen autem nostris cum Græcis, externis,Iudæis,& alienis erat,pariter & illis nobiscum,ut qui plus lugeret,maius quoq; referret commodum:finis sermonis,& ad periculum usq; animi processit affectio.cum ipso enim discessere animæ nõ paucæ,afflictionis & perturbationis ui abreptæ,quę & tandem ueluti itineris comites beatitudinem sunt assequutæ. eas ex feruentioribus quispiam rectè,uictimas sepulchrales appellauerit: corpus uerò uix effugit discerpentes:uicitq; instaurantes pompam . sicq; sepulchro patrum suorum est illatus, sacerdotibusq; iunctus archisacerdos, præconibus uox magna,& in auribus resonans meis, martyr martyribus. & nunc in cœlis degit, ibiq; pro nobis,ut arbitror,sacrificia offert,ac pro populo orat.licet enim nos reliquerit, non tamen omnino reliquit. Ego uerò Gregorius semimortuus sum,& semisectus,tam magna priuatus conuersatione: uitamq; exigo lugubrem, & nequaquam prosperam,quemadmodum par est segregatum ab illo.ac nescio quomodo post institutionem illius finiam,qui nunc etiam per uisum admoneor nocturnũ & resipisco,quum excido à decoro.uerùm nequaquam hæc ideo refero, quo laudibus intermisceam lachrymas:sed ut uiri conuersationem memoriæ cõmendem,ac tempori communem uirtutis statuam tabulam, & inscriptionem salutarem ecclesijs, ac animabus cunctis:ad quam respicientes, uitam tanquam ad legem dirigant animatam.uobis autem qui gesta eius celebratis,in primis consulo,ut semper ad eum respiciatis,& tanquam ipse uideat, & uideatur,præparemini spiritui.adeste igitur,ac uniuerso choro illius me circumsistite, tam ij qui gradus sunt,quàm inferiores, siue nostri, seu extranei,ac laudem eius pariter mecum celebrate, aliusq; aliud quid ex reb. eius narret,aut quærat pulchris,qui in throno considetis legislatorem,qui res administratis publicas rerum publicarum administratorem, populares disciplinam, eloquentiæ studiosi doctorem, uirgines pronubum,iugo subiectę moderatorem,solitarij alatum,permixti iudicem,simplices ductorem,contemplantes Theologum,lætè agentes frenum,calamitatibus oppressi cõsolationem,senectus baculum,iuuentus correptorem,paupertas largitorem, opulentia dispensatorem. sed & uiduæ uidentur mihi tutorem laudare,& pupilli patrem: pauperes uerò pauperum amatorem, ac hospitalem hospites,fratresq; fratrum amatorem,ægrotantes medicum,in quacunq; infirmitate remedium,sani custodem sanitatis, omnes eum qui omnibus factus est omnia,ut lucraretur omnes aut plures.hoc tibi Basili munus à nobis sit impensum,tanquam à lingua tibi quondã suauissima,& eo qui honore & ætate tibi fuit æqualis.quod si iuxta dignitatem,tibi sint gratiæ,tui enim confidentia sermonem hunc de te institui:si autem à spe lõgè excidi, quid me pati oportet,senectute,& morbo, necnon desiderio tui maceratum? attamen Deo acceptum est, quicquid fit pro uiribus.tu autem sacrum ac diuinum caput,ex alto nos respice,& carnis stimulum,institutionem nostrã,à Deo nobis datam,aut tuis siste precibus,aut fortiter me ferre persuade, totamq; uitam nobis in melius permuta.quum uerò emigrabimus, nos ibi tuis excipe tabernaculis, quo simul uiuentes,trinitatem sanctam & beatam pariter aspiciamus, purius & perfectius, cuius nunc simulacrum mediocriter percipimus.ibi desiderium sistemus,ac eam accipiemus retributionem, quam pugnando acquisiuimus,& acquirimus.tibi igitur hic à nobis dictus sit sermo, nos autem quis post te,quum uitam exegimus, laudabit? si saltem quid laude dignum præstitimus sermonibus, in Christo Iesu Domino nostro, cui sit gloria in secula,Amen.

DIVI

DIVI GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI ORAtio funebris in Athanasium Alexandriæ episcopum, Bilibaldo Pircheimero interprete.

AThanasium laudans,uirtutem ipsam laudabo.hunc enim solũ nominare,uirtutem ipsam est laudare,quoniam omnem uirtutem in se cõprehendens habebat, seu ut rectius dicam,habet. Deo enim uiuunt omnes,qui secundum Deum uiuunt,etiam si hinc sint digressi:quemadmodum & Abraham, & Isaac, & Iacob audit,Deus ille Deus,tanquam nõ Deus mortuorum sit, sed uiuentium.uirtutẽ uerò laudãs,Deũ ipsum laudabo,à quo hominibus peruenit uirtus,ut ad ipsum propter cognationẽ splendoris deducamur,seu potius reducamur.Quũ enim plura existant ac maxima, quæ non facile recenseri possunt,qualia sint & quàm magna,quæ ex Deo habemus & habebimus, maximũ est et clementissimũ,quòd ad ipsum inclinamur,et domestici eius sumus.quod enim sol est sensibus, hoc intelligentibus est Deus.hic enim mundũ illuminat uisibilem,ille uerò inuisibilẽ:& hic quidẽ uisum corporalem illustrat,ille uerò naturas intellectuales splendidas reddit. & quemadmodũ hic uidentibus & uisibilibus, his quidem ut uideant, illis autem ut uideãtur,uim subministrat,ipseq; inter uisibilia est pulcherrimus: ita et Deus intelligentibus & intellectis,his quidẽ intelligere, illis uerò ut intelligantur,suppeditat,ac ipse inter intelligibilia est altissimus, in quo omne desiderium cõsistit,& super quem minimè fertur. nil enim sublimius quid habet omnino desiderium,neq; mens sapientissima, & indagatrix seu curiosissima:hoc enim ex appetitiuis est nouissimum,et nondum in lucem editis totius contemplationis requies.Cuicunq; igitur contingit,ut per rationem & contemplationem materiam,& carnale hoc, siue nubem id, seu uelamẽ uocare oportet,segregare,ac Deo cõiungi, & purissimũ lumen assequi ualeat,quantũ naturæ humanæ possibile est,beatus ille tam ob ascensionẽ quæ hic est,quàm diuinitatẽ ad quam aspiramus, & quàm sapientiæ studiũ tribuit rectũ,& super materialem dualitatem per unitatẽ, quæ in trinitate cognoscitur ascensio. quicunq; igitur per copulationẽ deterior est effectus,ac adeò luto immersus, ut nequaquã ad ueritatis radios aspicere ualeat, nec super inferna attolli, quũ sit ex supernis creatus,& ad superna uocatus,miser ille mihi ob cæcitatẽ existit,etiã si præsentibus bonis abunder,& tanto plus,quanto magis deluditur à copia, ac aliud quid bonum præexistente bono esse credit, malæ opinionis fructũ decerpens malum, siue in caligine damnanda, siue in igne uidendo, quem sicut lucem nõ cognouit.Et hæc paucis sint philosophata,tam præsentibus,quàm antiquis. pauci enim qui Dei sunt,& si omnes illius sint creaturę,legislatoribus,ducibus,sacerdotibus,prophetis,Euangelistis,Apostolis,pastoribus,& doctoribus,supplemẽto spirituali,ac congregationi omni: inter omnes autẽ huic quem nũc laudandũ suscepimus.Quos' nam autẽ dicor Enoch illum, Noe,Abraham,Isaac,duodecim patriarchas,Samuel, Dauid, Salomonẽ, quodantenus Heliã, Helisęum, eos qui ante captiuitatẽ, necnon qui postea fuere prophetas,prẽterea & nouissima illa ordine,prima aũt ueritate, quę circa Christi fuere incarnationẽ,uel assumptionẽ,ante lumen lucernã, ante uerbum uocem,ante mediatorẽ mediantẽ:mediatorem inquam Testamenti noui et antiqui: Ioannẽ prẽcipuè,discipulos Christi,eos qui post Christum populũ uel purgarunt,aut per signa sunt cogniti, seu per uerbũ manifestati,siue per sanguinẽ redditi perfecti, cum his Athanasio est certamen,et ab aliquibus parũper superatur,nonnullos etiã superat,si hoc non nimis dictũ est audacter:& hos quidẽ uerbis,alios uerò operibus,quorundam mansuetudinem,aliorũ uerò zelum, nonnullorũ pericula, & horum quidem plura,aliorũ uerò omnia est imitatus,ac aliud quid pulchritudinis ab alio sumpsit:non secus ac ij qui formas cum excellentia depingũt,& in

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſolam animam ſuam deduxit,ac unam uirtutis ſpeciẽ ex omnibus diligenter collegit.eos enim qui ſermonibus præſtabant,operibus:qui uerò operibus excellebãt,ſermonib.uicit:aut ſi uultis, ſermone eos qui ſermone erant celebres, operibus aũt eos qui operibus fulgebãt,ſuperauit.eos uerò qui in utriſq; his mediocriter ſe habebãt, in altero ſupergrediebaꝰ:illos autem qui in utroq; ſummi erãt,ambobus præcurrebat.Proinde etſi magnũ uirtutis exemplum hoc fuerit anticipãtibus, nilominus ad laudem noſtri pertinet boni, quòd ijs etiam qui poſt ipſum fuere reliquerit exemplum. Cæterùm omnia illius recenſere facta,& admirari, longius fortaſsis foret, quàm præſens ſermonis ſert ſeries: ac potius ad hiſtoriã pertineret, quàm ad laudem.inter uota tamen mea eſt,ut illa aliquando deſcribere, ac poſteris uel inſtructionis,uel delectationis gratia tradere poſsim, quemadmodum & ille diuini Antonij uitam conſcripſit, uitæ monaſticæ legislationem narrationis ſtructura contẽtam. Proinde pauca illius ex multis recenſebimus,& quæ nobis memoria tãquam notiora ſuppeditabit,quo deſiderio ueſtro ſatisfaciamus,et feſtiuitati debitum ſuum perſoluamus,plurima uerò tanquam penes ſcientes obmittemus. Sanè haudquaquam ſanctum aut tutum foret,impiorũ uitas memoria honorare:eos uerò qui pietate excelluerunt, ſilẽtio præterire: idq; in ciuitate, quam uix multa etiam uirtutis exempla ſaluare poſſent, quæ in diuinis non ſecus ac in equorum curſibus & theatro ludere cõſueuit. Athanaſius igitur ſtatim in moribus diuinis ac diſciplinis eſt nutritus,parumq; circularibus operam dedit artibus, ne illarum penitus ignarus eſſet,ſeu neſciret quas contemnendas eſſe cenſeret. haudquaquã enim ſuſtinebat, ut animæ generoſum & magnificum uanis exerceretur ſtudijs, ne idem ei quod inexpertis accideret athletis,qui quũ aerem ſæpius uerberant quàm corpora,à certamine excidũt. in Teſtamento uerò toto,tam nouo quàm ueteri,tãtum ſe exercebat, quantũ nec alius in uno.ditatus eſt igitur contẽplatione,ditatusq; uitæ ſplendore,ita ut mirabiliter utraq; connecteret, ac aurea inde fieret cathena,multis haudquaquam nexibilis. In uita enim contemplationẽ pro duce habuit, in contemplationẽ autẽ uitæ ſigillo eſt uſus. initiũ enim ſapiẽtiæ, timor Domini,tanquam uinculum quoddã primum,& ſapientia timorem ſupergrediens,ac in dilectionẽ aſcendẽs, quæ inde nos Dei amicos & pro ſeruis filios facit. Ita igitur educatus & eruditus, quemadmodũ & nunc oporteret illos qui populo ſunt præfuturi,& qui magnum Chriſti corpus tractare debent,ſecundum magnum itaq; Dei conſilium & prouidentiam, quæ à longè magnarum rerũ ſubminiſtrat occaſiones, magno huic gradui addicitur, ſitq; unus ex appropinquãtibus Deo,appropinquãti,ac ſtatione ſacra,necnon ordine dignus cenſetur.quumq; per omnem graduum tranſiret ſeriem, ut quæ interim acciderunt abſcindam, populi illi concredita eſt præſidentia. hoc eſt dicere, orbis uniuerſi præfectura.nec referre poſſum, utrũ uirtutis præmium,aut eccleſiæ fontem,ac uitam,ſacerdotium acceperit.oportebat enim quũ illa ueritatis deficeret ſiti, ut Iſmahelis olim inſtar potu reficeretur,aut tanquã Helias ex torrente exſiccato terræ refrigeraretur humiditate,& parumper adhuc ſpirans reuiuificaretur,ac ſemẽ relinqueretur Iſrael, ne fieremus ſicut Sodoma,& euenirẽt nobis talia qualia Gomorræ:quarũ prauitas eſt diuulgata,ſed longè magis perditio illarum.utpote igne & ſulphure ſubmerſarũ.quapropter erectũ eſt nobis cornu ſalutis,quũ iam iacemus: necnon lapis angularis excitatus eſt in tempore, qui nos tam ſibi quàm nobis ipſis colligaret, ſiue ignis paruã & malã expurgãs materiam: ſeu uentilabrũ ruſticanũ,quod diſcernit quid ſit ex dogmatis graue uel leue:uel gladius malitiæ radices excindens. reperitq; uerbũ auxiliatorẽ ſuũ, ac ſpiritus deprehendit qui pro eo ſpiraret. Ita igitur & propter hæc ſuffragio populi uniuerſi,non per cædes,ſeu tyrannicè, ſed ſpiritaliter & apoſtolicè ad Marci eleuatur thronum, non minus pietatis quàm præſidentiæ ſucceſſor.

De Conſtantinopoli loquitur.

Corpus Chriſti.

ſucceſſor.hæc enim multifariam ab eo,illa uerò confeſtim poſt illum inuenitur,quę & propriè relinquẽda eſt ſucceſsio. hoc enim concordię & throni eſt eiuſdem,illud autẽ opinionis contrariæ,& throni diuerſi.& hęc quidem nomen,illa uerò ueritatem habet ſucceſsionis.non enim cogens, ſed coactus eſt ſucceſſor.nec qui tranſgreditur,ſed legitimè proponitur: neq; qui cõtraria ſentit,ſed qui eiuſdem fidei exiſtit. nili quis ita ſucceſſorem dicere uelit,ſicut ęgritudinẽ ſanitati,& lumini tenebras,& tranquillitati tempeſtatem, & defectum mentis intellectui.Poſtquam autem ita præfectus eſſet,ita quoq; diſpoſuit principatum:non enim thronum pariter accepit, quemadmodum ij qui tyrannidẽ quandam aut hæreditatẽ præter opinionem ſortiuntur,ac propter ſatietatem uiolenter egit. hæc enim degenerantium & adulterinorũ ſunt ſacerdotũ, & qui profeſsione ſunt indigni, qui nihil ad ſacerdotium afferunt,neq; boni conſequẽdi gratia laborarunt,nilominus tamen & diſcipulos ſe & doctores pietatis eſſe oſtentant,et priuſquam purgentur purgant.heri ſacrilegi,hodie ſacerdotes:heri ſacrorũ expertes, hodie in ſacris duces: ueteres in malitia,at tenues in pietate. quod quidem opus eſt charitatis humanæ, & nequaquã ſpiritus.qui quum omnia per uiolentiam ſunt ſcrutati,tandem pietati etiam uim inferunt.quorũ mores haudquaquam gradum indicãt, ſed gradus mores, quum multum ordo immutetur.qui pluribus pro peccatis proprijs,quàm populi indigẽt ſacrificijs.& omnino in uno ex duobus delinquunt: aut quia quum uenia indigeant,immoderatè ueniã tribuant, tanquam malitia non ſit reſcindenda,ſed docẽda,aut principatus aſperitate propria abſcõdant crimina. quorum neutrum ille fecit:ſed operibus erat ſublimis,prudentia uerò humilis: uirtute quidem immutabilis,cõgreſſu uerò admodũ facilis,manſuetus,iracuus,compaſsibilis:ſermone ſuauis,moribus uerò ſuauior etiam:forma angelicus,magis tamen angelicus mente:increpando tranquillus,laudando doctus:ita ut netrum ex bonis ijs immodeſtia lęderetur,ſed increpationem faceret paternam,laudem uerò principalem:nec tenerũ fractum,neq; rigidum auſterum:ſed hoc quidem manſuetudinẽ,illud autem ſapientiam, ambo autem philoſophiam. Sanè minimũ ſermonis propter morum indigebat probitatem. ij enim ad inſtructionem erant ſufficientes: minimum quoq; uirga propter ſermonem,minus etiã inciſione propter uirgam,mediocriter uerberantem.Sed cur uobis hominẽ depingo, quem Paulus depingere præoccupauit? & hoc in ijs quibus põtificem magnũ cœlos aſcendentem decantat.hucuſq; enim mihi ſermo erumpere audet, quoniã Chriſtos eſſe nouerat,qui ſecundum Chriſtum uiuerent.illud autem in ijs quæ ad Timotheum ſcribens edocet,ſermone effingens eum qui Epiſcopæ ſit præponendus. Si enim legem tanquam regulam, ei qui in his laudandus eſt,adhibere uolueris,manifeſtè iuſtitiam cognoſces.adeſte igitur, ac mecum circa ſermonem laboranti panegyrim celebrate, ac multa obmittere uolenti, aliter tamen ab alio detento, nequaquam tamen id quod ſuperat inuenienti, quemadmodum in corpore undiq; æquali & pulchro. quodcunq; enim mihi in mẽtem incidit,ſemper uidetur pulchrius,ſibiq; uendicat ſermonem. Quapropter adeſtote,ac mihi,ut bona illius enumerem, opem ferte,quicunq; illorum laudatores eſtis ac teſtes, certamẽq; inter uos certetis pulchrum,tam uiri quàm mulieres,adoleſcentes & uirgines,ſenes cum iunioribus,ſacerdotes cũ populo,ſolitarij & promiſcui, qui ſimplicitatem amplexi eſtis & uirtutẽ,qui cõtemplatione excellitis & operatione. Et hic quidem laudet ieiunia et orationes,tanquam in homine,corpore carente,& experti materiæ.ille autem in uigilijs & pſalmodijs reſonantiam, & aſsiduitatem minimè ſuperabilem.alius ſubſidiũ indigẽtium,alius contra eminentiam,deiectionem: aut circa humilitatem,demiſsionem: uos uirgines,pronubum: quæ ſub iugo eſtis,moderatorem: ſolitarij,pennis præditum,promiſcui legislatorem, ſimplices ductorem, contemplatores

Contra ſacerdotes impios.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Theologum, delicati refrenatorem, ærumnosi consolatorem, senectus baculum, iuuentus institutionem, paupertas largitorem, abundantia dispensatorem. Videntur & mihi uiduæ præfectum talē laudare debere: necnon orphani patrem, ac inopes pauperum curatorem, hospitesq; hospitalem, & fratres fratrum amatorem, infirmi medicum: immo si uis, ægritudinem & medicamentum. Sani sanitatis custodem, omnes uerò eum qui factus est omnibus omnia, quo lucraretur omnes, aut quamplurimos. hæc igitur quemadmodum dicebam, alij admirentur & collaudent, quibus uel minima illius admirari uacat. quum autem parua dico, illum sibimet ipsi comparans dico, ac gesta eius cum gestis ipsius cōfero. siquidem nequaquam pro dignitate, gloria dignum glorificabitis, etiam si splendidissimè id feceritis, propter gloriam, quemadmodum audiuimus, superabundantē. quoniam uel parua illius, alijs ad nominis sufficiunt claritatem, nobis autem (haud enim tolerabile est, ut obmisso sermone seruiamus minoribus) ad id quod præcipuum illius erat, est conuertendum. Dei autem opus, de quo & sermo, ut aliquid magnificentia & anima illius dignū proferamus. Erat tempus quum nostra florerent, ac bene se haberēt, quando superuacuum illud & garrulum, necnon Theologiæ commentum, nequaquam introitum in diuinum habebat ouile, sed idem erat quod calculis ludere, usum celeritate transpositionis fallentibus, aut coram spectatoribus omnifarijs, & effœminatis desaltare concentibus. de Deo autē quid dicere, uel audire curiosum, sermonis uerò syncerum & generosum pietas censebatur. Post-
Sextus. quam uerò Sexti & Pyrones, ac linguæ opposita, tanquam morbus quidam
Pyron. uehemens, & mores mali in ecclesiam irruperunt, & nugæ eruditio esse uidebantur, & ut Actorum liber de Atheniēsibus inquit, nullæ rei aliæ uacamus, quàm dicere quid uel audire nouū, ò quis Hieremias nostram deploraret cōfusionem & excæcationē, qui solus calamitates ritè lugere sciebat.
Arius. Arius rabiē hanc inchoauit nomine insanus, qui et ob linguę intemperantiam pœnas morte, in locis dedit impuris: uoti, nō ęgritudinis opus factus, Iudæ ob similem uerbi proditionem sustinens crepationē. alij autem morbum suscipientes, artē struxere impietatis, ij nempe qui ingenito diuinitatem ascribunt, quū interim non solum genitum, sed et procedentem à deitate exterminent, nominis tantummodo participatione trinitatē honorantes, aut hoc minus seruantes. Verùm non ita beatus ille, quum homo esset Dei, & tuba ingens ecclesiæ. sed sciebat, quòd tria cōtrahere in numerum
Sabellius. unū, impietatis esset, & innouationis Sabellij, qui primus diuinitatis excogitauit contractionē. tria uerò diuidere naturis, incisionē præternaturalē esse diuinitatis. unicū igitur rectè custodiebat, diuinitati enim: & tria piè docebat, proprietati enim: neq; unico cōfundebat, neq; tribus cōtrahebat, sed in terminis manebat pietatis, quo inclinationē in aliā partē & contrarietatem effugeret immoderatam. ac ideo primùm in synodo illa Nicena, & prudentium numero, quos spiritus sanctus in unum collegit, quantū in ipso erat, ægritudinem sedauit, nondū inter episcopos ordinatus, primus tamen ex conuenientib. ordinandus. nilominus tamen uirtute clarus erat, & excellebat. deinde quum malū iam maligni turbine inualesceret, & plurima occuparet: hinc enim mihi dramata exordium sumunt, quibus paulo minus plena est terra, plenum & mare: plurimum circa ipsum bellum erat, tanquam generosum sermonis præfectum. siquidem potissimum in resistendo uersabatur pugna, aliudq; aliunde affluebat molestum. impietas enim in malorum inuentione quàm ingeniosa existit, & admodum audax conatu. quo pacto enim hominibus parcerēt, qui nec deitati parcunt? Cæterùm cōgressus unus difficillimus fuit, afferro enim aliquid & ipse ad drama istud. Sed charum me solum inhibet patriæ, non quæ progenuit, sed quam malitia elegit. hæc enim sacra est, & omnibus ob pietatem cognita: at illi indigni sunt ecclesia quæ eos generauit, audietis autem & in uinea spinas

spinas pullulare. sed & Iudas ex discipulis unus, proditor erat. Sunt igitur qui illi qui nomine meo appellatur causam dimittūt, qui ob doctrinę amorem Alexandriæ tum degebat, ibiq; omnem assequutus fuerat dexteritatem, pariter inter filios honestissimus, & unus existens, cui ab Athanasio concrederentur maxima. rebellationem autem, ut aiunt, moliebatur patri & præsidenti, eratq; drama aliorū, & manus Absolon sicut ferebatur cum ipsis. proinde si quis ex nobis de manu nouit, propter quam sanctus mendacio fuit infamatus, & mortuo uiuente, & exilio iniusto, scit quę dico. sed & uolens illius obliuiscor. ita enim habeo in dubijs, ut ad humanitatem inclinari censeam oportere, & crimina potius dissimulare, quàm condemnare. malus enim citò contemnit bonum, at bonus haud facile malū. quod enim ad malitiam paratum non est, neq; ad suspicionem procliuè existit. Cæterùm hæc iam nō sunt uerba, sed opera: neq; suspicio incomperta, sed fides prædicata. monstrum Cappadocēse ex ultimis diebus excitatum, genis malignum, malignius mente, nec penitus liberū, sed permixtū, quemadmodum multos esse scimus. primò igitur mensę alienæ seruus & placentis uendibilis, peritus omnia uentris gratia & facere & dicere: demum rebus se applicuit publicis, mirumq; in modum fidem est cōsequutus, ita ut carnes suillæ, quibus milites sustentantur, illi concrederentur: inde fidem fregit, ac uentri seruiuit. quumq; solū corpus residuū ei maneret, audēdum sibi esse censuit, aliamq; ex alia permutans regionem & ciuitatē, quemadmodum solent fugitiui, demum communis ecclesiæ malo, tanquam plaga quædam Aegyptiaca, Alexandriam peruenit. ibi ab oberrando constitit, ac malitiam inchoauit. & erat inter reliqua nullius precij dignus, non sermonibus præditus liberalibus, non cōuersatione urbanus, nō forma reuerenti conspicuus, sed solū fictione inani personatus. prauitate uerò & rerū confusione omnium ualidissimus: nostis enim, & referre scitis omnes quę contra sanctum innouauit. sępius enim iusti in manus traduntur impiorū, non ut ab illis puniantur, sed ut isti glorificentur. & mali quidem in morte indecenti, sicut scriptum est: nilominus pij in tempore deridētur præsenti, donec Dei occultatur bonitas, necnō collectiones magnę, quę utriusq; postea sunt repositæ, quū & sermo, & opera, & cogitationes iusta Dei expendentur statera, quum surrexerit ad iudicandum terrā, uoluntatem coniungens & opera, denudauerit q; penes ipsum signanda & saluanda. hæc tibi persuadeat Iob, & patiens, et loquens, qui homo erat uerax, irreprehensibilis, iustus, pius, & reliquis quæ de ipso referuntur præditus uirtutibus. tot autē ab tentatore percellitur aduersitatibus, ac ita crebris et abundātibus, ut licet multi multoties, omni æuo aduersitatibus fuerint cōflictati, quidā etiā iustè afflicti, nullus tamen fuerit, qui illius supergressus sit calamitates. non solum enim substātiæ, possessionū, bonorum, ac numerosorum filiorum, necnon ijs quæ cunctis hominibus sunt charissima, amissione ita plectitur, ut nec deplorationi propter malorum crebritatem relinqueretur locus: sed etiā plaga nouissima in corpore ipso immedicabiliter percutitur & ineffabiliter. accessit calamitati huic cōsolatio uxoris peruersa, quę ultra corpus animā etiā affligere nitebatur. habebat autē et amicos præcipuos, consolatores malorum, ut ipse inquit, & nequaquā medicamentorum administratores. qui quidem afflictiones cernebant, sed illarum mysterium ignorabant. nequaquam enim plagam uirtutis experientiam, sed malitiæ exactionem esse censebant. nec solum censebāt, sed nec illi grauiter exprobrare erubescebant: quum oportuisset, si etiam ob malitiam perpessus fuisset, ut uerborum cōsolatione dolorem sedassent. & tales quidem Iob fuere res primæ, quibus est conflictatus. uirtutis enim certamen erat & inuidiæ: huius quidē, ut bonū quod illi resistebat superaret: illius autem, ut omnia ferēs, immobilis permaneret. et huius quidem, ut prosperaret malitiā eius qui exercebatur, per punitionem rectè agentiū: illius autem, ut cōseruaret

De Gregorio loquitur.

Vide Historiam ecclesiasticam.

Georgius Cappadox.

Universidad de Deusto
Biblioteca

honos, etiã si maioribus adhuc calamitatibus essent oppressi. quid autem ille, qui respondit per turbinem & nubem: qui tardus est ad puniẽdum, & uelox ad subueniẽdum, qui sortem iustorum haud penitus uirgæ dimittit peccatorum, ne iusti discãt malitiam. terminat certamen, pugilemq; uictorem claro pronunciat præconio, ac plagæ detegit secretũ. censes ne me, inquit, aliud tibi respondisse, quàm ut demõstreris iustus? hoc uulnerum remedium, talis certaminis corona, ipsa tolerãtiæ est retributio. nam reliqua forsitan parua sunt, tametsi quibusdam uideãtur magna, & paruorum gratia dispensata, etiam si in duplo plus accipit quàm ei fuerat ablatum. Non igitur & hic quoque mirum, si Georgius plus haberet Athanasio: sed longè mirabilius, si iustus nõ tentaretur tẽtationibus. neq; hoc mirũ ualde, sed si flammæ pluribus essent contentæ. sic ille è pedibus est sublatus, exiliũq; pulcherrimè digessit. sacris enim & diuinis per Aegyptũ monasterijs seipsum obferens, illis tradidit hominibus, qui se à mundo seperarũt, & solitudinem amantes Deo uiuũt, magis quàm cuncta alia quę circumuertuntur corporibus. quidam enim penitus solitariam et incommixtã agunt uitam, solum cum semetipsis & Deo loquentes, & unum hunc decorem scientes, quod in heremo esse cognoscuntur. alij autem dilectionis legem cõmunione amãt, solitarij pariter & mixti, alijs quidem hominibus mortui, necnon negocijs quæ in medio uersantur rotant ac rotãtur, nosq; labilibus ludunt mutationibus, inuicem se decorãtes, ac uirtutem assidua additione augentes. Cum ijs magnus ille est conuersatus, tanquam omnium aliorum mediator esset & conciliator, eum imitatus qui sanguine suo distantia redegit ad pacem: sicq; uitã solitariã cum cõmunicatiua conciliauit, ostendens quod & sacerdotium philosophia exilit, philosophiaq; sacrorũ indiget disciplina: ita enim utraq; coaptauit, & in unum reduxit, tam actionem quietam, quàm quietem negocioſam, ut persuaderet uitã monasticam mortũ potius constantia, quàm corporis insigniri successione. quemadmodũ & Dauid magnus negocioſissimus erat, ille idemq; perquam solitudinarius. si saltẽ illud, Solitarius sum ego, donec pertrãsiuero, magnum est, & ad sermonis demonstrationem fide dignum. ac ideo ij qui inter alios uirtute prẽualẽt, illius sententia plus superantur, quàm quantum alios uincũt. & quum pauca ad sacerdotij afferunt perfectionem, pro ijs plura ad philosophiæ utilitatem recipiunt. Proinde lex illis erat, quicquid illi uidebatur: & rursus quicquid nõ uidebatur, antiquabatur. & Mosis tabulæ illis erãt dogmata eius, uenerationisq; maior, quàm sanctis debetur ab hominibus. Quin etiam quũ quidam aduenissent, qui sanctum tanquam feram indagabant, nec inuenire poterant, licet undiq; illum quęsiuissent, nullius precij dignos censuere missos; sed collum ad enses protendebant, tanquam pro Christo periclitarent: ac pro illo extrema quæq; pati maximã philosophiæ partem esse censebant, multũq; longis ieiunijs, ac humi dormitationibus, necnõ reliquis afflictionibus, quibus illi semper oblectãtur, diuiniorem & sublimiorẽ arbitrabantur. Ille igitur in his erat, & Salomonis dictum illud sapiens laudabat, omni rei suũ esse tempus. ac ideo parumper se occultabat, donec belli tempus effugeret, ac pax se cum ipso ostẽderet regrediente. quod & paulo pòst accidit. at Georgius licet ingens solitudo impediret, per Aegyptũ discurrebat, ac Syriam impietatis spoliabat potentia, necnõ ortum quantum poterat scrutabatur, semper quod morbidum erat secum sumẽs, & leuioribus aut timidioribus adhærens, siquidẽ imperatorię conciliatus est simplicitati, ita enim leuitatẽ uoco, uenerãs pietatẽ. et enim si uerum dicere oportet, zelũ iam habebat, sed non secundum cognitionẽ. emercabatur autem præfectos, qui magis aurum quàm Christum amabant: abundabat enim, quum ea quę pauperibus debebantur, malè expenderet: & ex illis potissimum effœminatores, ac inter uiros uirilitate carẽtes, & generis dubij, impietate tamen manifestos, quibus quum ea quę ad mulieres pertinẽt, sint concredita,

concredita, nescio quo pacto Romanorũ reges, quæ uirorũ sunt illis committũt. His igitur maligni seruus uires acquisiuit, zizaniarũ seminator, antichristi præcursor. etenim eloquentia eius, qui tum inter episcopos primarius erat, tanquã lingua est usus, si alicui eloquentẽ uocare lubet, eum qui non tam impietatis est doctor, quã inimicus & cõtentiosus. nam nomẽ lubens suppressérim. ipse autẽ manus loco multitudini erat, ueritatemq; inuertebat auro, quod per pietatẽ collectũ, mali, impietatis faciũt instrumẽtum. ut igitur potentia illa penitus adimpleretur, primò quidem in sanctæ & egregiæ uirginis Theclæ Seleucia, postea etiã in urbe hac magna, synodus est cõgregata. unde effectũ est, ut quũ urbes illæ hucusq; inter pulcherrimas fuissent cognitæ, hãc ob causam inter ignominiosissimas habeantur, siue turris confusionis, quę pulchre linguas diuisit, quemadmodũ & oportebat. nam mali gratia erat concordia: siue Caiphę cõsessus, in quo damnatus est Christus: siue aliud quid tale cõuentus ille est appellandus, qui omnia euertit & confudit. nam pium dogma & antiquũ, ac trinitatis patrocinium dissoluit, iaciendo uallũ, & machinationibus cõcutiendo cõsubstantialem. impietati autẽ fores reserauit. per scriptorũ medium, sub prætextu quidem uenerationis scripturæ, & usu nominũ electorum, uerè autẽ Arianismum introducẽs, sine scriptis. nam simile illud, secundũ scripturas, simplicioribus illecebræ erant, impietatis contegentes hamũ, aut imago ad omnes respiciens præsentes, nõ secus ac cothurnus ille pedibus congruens ambobus, siue uniuscuiusq; auræ uentilabrũ, potestatem capiens à prauitate nuper scripta, & contrà ueritatẽ machinatione. sapientes enim facti sunt ad malefaciendũ, at bonum facere ignorauerunt. hinc subdola hæreticorum damnatio, quos sermone quidem declarabant, quo conatus eorũ uerisimilis esse uideretur: opere uerò ad ulteriora perducebant, impietatẽ nequaquam moderatè, sed syngrapham incessanter criminantes. hinc iudices sacrorum prophani, & mixtura noua, facies publica, & mystica problemata. nec non iniqua uitę scrutatio, ac sycophantę mercede conducti: iudicia' que ob uerba etiam prolata. unde quidam iniustè à thronis sunt extrusi. alij uerò eorum loco introducti, & impietatis chirographa, tanquam aliud quid necessarium exacta, ac atramentũ in promptu, & sycophantes iuxta. talia plurimi è nobis aliàs etiã inuicti pertulere, nõ quòd intellectu caderent, sed scriptis seducerentur, et malis per utraq; in unũ peruenirent, fumi' que si nõ ignis participes fierent, ob quę sępius fum collachrymatus, quum confusionem cernerem, tum uigentẽ, & recti uerbi persequutionẽ à uerbi præsidibus, nunc exurgentem. præsenti enim tempore pastores facti sunt insipientes, secundum quod scriptũ est, Et pastores multi deuastarunt uineam meam, confuderũt partem desiderabilẽ, ecclesiam Dei dico, multo sudore & labore, tam ante quàm post Christum congregatam, sed & magnis Dei pro nobis passionibus ipsis roboratã: exceptis admodum paucis, qui propter paruitatem fuere despecti, uel per uirtutem resistere ausi, quos oportebat ut pro semine & radice relinquerentur Israel, quo iterũ reflorescéret, & spiritus uiuificaretur affluentia omnes se tempori adaptarunt, tantum inter se contendentes, ut quidam antea, quidam uerò postea paterentur. & ut nonnulli propugnatores ac præsides fierent impietatis, alij autem in secundo constituerentur ordine, uel timore perculsi, aut proprij cõmodi gratia seruientes, seu adulatione inescati, siue ignorantia decepti, quod erat modestissimum, si saltem hoc ad excusationem satis est illis, quibus populi concredita est cura. quemadmodum enim leonũ & animalium reliquorum motus non sunt idem, neque uirorum & mulierũ, seniorum & iuniorum, sed non parum inter genera interest ac ætates: ita euenit & inter subditos & imperantes. fortassis enim popularibus, qui talibus ob noxij sunt passionibus, ignoscimus: illis enim sępius saluti est, quòd sint inexperti, doctori autem, qui aliorum ignorantias emendat, quomodo hoc

De eunuchis loquitur.

Eusebiũ taxat.

Constãtinopoli.

Universidad de Deusto
Biblioteca

concedemus? si saltem nō est falso nomine præditus. quomodo enim non absurdum est, Romanorum legem nemini ignotam esse debere, etiam si admodū rusticanus sit & imperitus: nec legem subuenire ijs qui per ignorantiā delinquunt? Salutis autem ductoribus salutis ignota esse principia, etiam si contingat in alijs eos simpliciores esse, & intellectu nō adeò profundo. sed esto, detur uenia ijs qui per ignorantiam sequuntur: quid dices de alijs qui industriā sibi uendicant? ob quas inquam causas præstantiores accusant, & pietatis scenam ut plurimum ludunt, tanquam apparuerit quid quod sit reprehendendum, & exorbitant. Quin & scripturam audio dicentem, semel commotum esse cœlum & terram, tanquam passi sint hoc & antea: quæ ut arbitror, ita insignes rerum ostendit innouationes, & nouissimum terræmotum, si Paulo credimus dicenti, nil aliud fore, quàm secundam Christi præsentiam, & uniuersi huius transmutationē & transpositionem, in immobile & tranquillum. at temporis præsentis motum hunc nullo priorum arbitror esse minorem, per quem quidem à nobis mouetur quantum est philosophicū, & Deo acceptum, & priusquàm tempus sit eorum qui in cœlestibus agūt. qui quum in reliquis sint pacifici ac modesti, hoc nequaquam æquè ferent, ut Deus propter quietē prodatur, sed & hic admodū belliocosi sunt & inexpugnabiles. talis enim est zeli feruor, ac citius minus decenter contrà mouerētur, quàm id quod decens est destituerent. sed & populi pars nō minima unà abrumpitur, alitum instar, sturnatim se aggregans, ac ne nūc quidē desinit assistere. Et hæc sunt quæ Athanasius egit, quandiu ecclesiam tanquam columna sustentauit, & quæ postea quàm improborum calumnijs cessit. quemadmodū enim ij qui præsidium ali quod forte capere intendunt, quū cernunt id aditu & captu difficile esse, ad artem se conuertunt. & quid inde? pecunijs aut dolo præfectū subtrahunt præsidij, ac ita iam præsidiū sine ullo occupant labore: aut si mauis, quemadmodum ij qui Sampsoni insidiabātur, comam prius in qua habebat fortitudinem detondebant, inde iudicē manibus capiebant, postea illi quantum uolebāt illudebāt, priusquàm uiri fortitudo resistere posset: ita & contra nos alienigenæ potentiam nostram è pedibus sustulerūt, ac gloriam ecclesiæ abraserunt, & sic demum in impietatis & rebus & doctrinis deliciose egerūt. Interea Deo inuisi pastoris fautor et protector, uitam cū morte mutauit, malū caput, regno nō malo imponens, quod & inutile, ut ferūt, in nouissima spiritus exhalatione cognouit. nam unusquisq; aptus rerum suarum iudex existit, propter iudiciū quod illic est. tria igitur mala, & quæ regno eius indigna essent, sibi accidisse dixit, & generi cædē, & apostatæ liberationem, & fidei innouationē, ac cum uoce hac discessit. rursus igitur ueritatis sermo potestatē accepit, ac qui ui oppressi fuerāt, loquendi libertatem receperunt, quū zelus acueret iram. quod quidem Alexandrino accidit populo, admodū contra uiolentos concitato. nam quū nequaquam uiri tolerare possent immodestiam, noua morte, improbitatem, nouaq; iniuria mortem infamarunt. scitis camelum illum, & nouum onus, sublimitatemq; nouam, ac circuitum primum, & ut arbitror, solum: quæ cuncta præsentibus quoq; uiolatoribus minantur. postquàm autem iniustitiæ tempestas uiolenta, pietatis interfector, maligni præcursor, tales pœnas dedit, quas nec ego laudare possum: siquidem nō quæ illū pati, sed quæ nos facere decuisset, considerare oportet: dedit tamen, quū ita populi uniuersi, ac impetus in illum grassaretur, regressus est athleta ex peregrinatione pulchra. ita enim fugam illius propter trinitatem & cum trinitate uoco. adeò autē beneuolē exceptus est ab urbanis, & quasi ab Aegypto uniuerso, ut undiq; & ad omnem concurreretur locum altiorē, quo nonnulli Athanasi uoce solum, alij autem forma satiarentur. quidam autem, quemadmodum & de apostolis audimus, ut umbra solum & noua corporis sanctificarētur forma: ita ut licet multis, multoties, à multis omni tam tēpore facti

Constantius.

Galli. Iuliani.

Georgij mors.

facti sint honores & occursus, non tantum principibus publicè & sacerdotibus, sed & priuatis illustrioribus, nulli tamen humaniores recensēri possint & splendidiores. nisi quis Athanasiū ipsum cum his uelit cōparare, & honorem qui ei in priori exhibitus est ingressu, quum ad eosdem & ex eadem regressus esset fuga, sed & talis de honore illo dicitur sermo. referatur enim, etiam si uideatur superuacuus, tanquam condimentum sermonis, & flos redolēs. Quidam præfectus post illum ingressus est introitum, noster hic erat Cappadox, & ex potissimis. Philagrium illū, sat scio, nostis, & amorem quo illum homines prosequūtur, plus quàm ullū alium, honoremq; iuxta amorem, ut paucis uerbis illum planè cognitum reddā, cui & gubernatio, & legatio ciuitatis imperatoris suffragio iterū delata fuerat. ex huius igitur comitibus quidam, cui populi multitudo infinita apparebat, & quam tanquam pelagi uastitatem nec oculis comprehendere poterat: ad quendam familiarem & amicum suum dixit, quemadmodū in talibus euenire solet: Dic mihi optime, num prius tātam populi uideris multitudinē, & tam alacriter ad unius honorē effusam? quumq; iuuenis negaret, addereteq; sibi uideri nec Constantium ipsum talem consequutū esse, tanquam mentione regis magnitudinē honoris ostendere uellet, blandè ille & suauiter ridens, inquit, Quid hoc tāquam magnum & mirandū dicis? uix ut arbitror, Athanasius magnus ita introduci posset: sed & ad sermonis cōfirmationem iuramentum quoddam solitū addidit. id autem sermo eius uolebat, quod & uobis cōstare arbitror, ut is quem nūc laudamus, regi etiam ipsi anteferretur. tanta apud omnes uiri erat ueneratio, tantusq; stupor introitus memorandi: per genera enim & ætates, necnon artificia, homines diuisi erant. solet enim se ciuitas illa potissimū ita instruere, quū alicui honorem exhibet publicum. uerùm quo pacto spectaculum illud ingens sermone explicare potero? fluuius erat unus, quem poeta quispiā auro fluentem, seu spiciferum nominare posset, per diurnum spacium, ac plus etiam à ciuitate, uice uersa per terrā labens. permittite ut me paulisper narratione oblectem, illic enim uersor, nec facile à festiuitate illa sermonem abducere queo. Athanasium uerò pullus gestabat: & ne me socordiæ arguatis, tanquam pullus ferè ille, Iesum meum. Siue populus fuerit gentilis, quem benefactis ascendit, ignorātiæ uinculis solutū: siue aliud quid sermo ostendere uelit: ramiq; ipsum suscipiebāt, ac uestis floridæ & uariæ substratio, quæ sub & super illū expandebatur. quum solum ignominia afficeretur sublime, & quod simile non haberet, imago inquā, & ipsa aduentus Christi, ac præclamantes & præsultantes. nec solum puerorū turba collaudabat, sed omnis lingua concordans, & discordans inter se uincere contendebat: ut interim dicere obmittā, populi uniuersi plausum, ac effusionē unguentorum, necnon peruigilium, et totam ciuitatem luminibus resplendentē, publicaq; ac conuiuia priuata, & cuncta alia, quibus ciuitates lætitiam ostendere consueuerunt, quæ tum abundanter & præter mediocritatem in gratiam eius sunt impensa, ac ita & cum panegyri tali, admirandus ille ciuitatem suam recepit. uiuebat igitur, quemadmodum populi decet præfectos: docebat autem, non ut uiuebat: nec decertabat, quemadmodum docebat: ac ideò minus quàm ij qui ob sermonem aliquem decertabāt, periclitabatur: quum uerò decertabat, plus honorabatur. sed nunquid illum ingressus quicquam post ingressum pudefecit? nequaquam. sed omnia inter se ita habebāt, quemadmodum in lyra una, & harmonia eadem, uita, sermo, certamina, pericula quæ in regressione & quæ post regressionem pertulit. postquàm enim ecclesiam adeptus est, nequaquam ei accidit quemadmodum ijs qui ob iram sunt excæcati: illi enim in quod incidunt, illud primùm urgent & plectunt, etiam si aliqualiter uenia dignum existat, quum superet ira. sed præcipuè tēpus illud, ad bonæ famæ existimationē sibi deseruire censebat, quoniam id quod malè patitur, semper est modestius: quod

Alexandriæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod uerò retribuendi potestatem habet incontinentius. nam adeò mansuetè & mite res illorum, qui ipsum offenderãt tractabat, ut nec illis ipsis, si hoc dicere est possibile, uiri reditus esset iniucundus. Purgauit enim templum Dei à cauponãtibus Deum, & uendentibus Christum, ut in hoc imitaretur Christum, præterquàm quòd non placuit flagellum, sed sermonis persuasione id perfecit. quod uerò dissidebat, tam inter se, quàm cum semetipso conciliauit, nullo indigens adiutore. dissoluit autem ijs qui iniuria affecti erant, tyrannides, nullum discrimen faciens inter eos qui partis suę fuerant, uel contrarię. suscitauitq; uerbũ quod ceciderat. rursusq; trinitas audax facta est loquendo, constituta super candelabrum, ac splendido unius deitatis lumine in animabus coruscauit omniũ. & rursus orbi leges tulit, ad seq; omnem conuertit cogitationem: hos quidẽ iubens, illos uerò uocans. sed & quosdã qui non uocati accedebant, sapienter instruens. omnibus autem legem unam proposuit, uelle. illud enim solum ad manuductionem melioris sufficit. & ut summatim dicã, duorum lapidum naturas imitabatur laudabiliũ. factus enim est percutientibus adamas, dissidentibus uerò magnes, qui ui naturæ ineffabili attrahit ferrum, & quod firmissimum est inter materias edomat. uerùm hæc inuidia nequaquam permittere debebat, nec cernere, ut ecclesia rursus ad eandem gloriam, eandemq; re surgeret sanitatem, ac citò quod distabat, quemadmodũ in corpore cicatricem duceret: & ideo suscitauit illi regẽ, qui à seipso deficeret, & sibi ipsi improbitate par esset, solo tempore destitutum. qui primus ex Christianis regibus cõtra Christum insaniuit, ac Basiliscum impietatis quem occultè in se ipso parturiebat, abunde peperit, postquam tempus adeptus est, ac Cæsar designatus. malus contra illum qui ei regnum crediderat factus: peior uerò cõtra Deum, qui eum saluauerat. persequutionem enim excogitauit inhumanissimam, ultra omnes quæ unquam fuerant. siquidem tyrannidi admiscuit persuasionem: patientibus enim inuidit, & honori qui debetur decertantibus, ac dubium reddidit certamẽ uirile, sermonum uersutias & nexus ad mores transferens: seu ut uerius dicatur, à moribus illis operam impendens, dum spiritum malignum, qui in eo habitabat, artis imitatur uarietate. Ille igitur rem paruam esse censebat, uniuersum Christianorum euertere genus: magnã autem, ut Athanasiũ superaret, necnon uim quam is habebat in sermonibus. neminẽ enim uidebat machinationibus contra nos suis plus quàm uirum illũ obuiare & resistere, quum assiduè Christianorum exinanitio, prudẽtia illius gentili suppleretur additione. quod quidem admodum mirabile erat. hęc quũ grauis ille cerneret ueterator & persequutor, non ultrà in fictione perstitit, necnõ illiberalitate sophistica, sed improbitatem detexit, ac uirum palàm è ciuitate in exilium pepulit. quum enim generosus ille in tribus uicissẽt certaminibus, oportebat ut nouissimum quoque, & liberationem assequeretur. uerùm parum in medio fuit. quum iustícia execrãdum illũ Persis, ut ibi iudicaretur, tradidit. quæ & regem contentiosum remisit, mortuumq; illinc sine misericordia reduxit: & ut ego à quodam audiui, neq; sepulchro conditum, sed à terra propter ipsum commota absorptum et concrematũ: præludium, ut arbitror, supplicij quod illic est. Surrexit autem rex alius, nequaquam facie impudẽs quemadmodũ prædictus, nec qui Israel malis premeret operibus & præceptis, sed ualde pius et mansuetus: qui, ut optimũ sibi regni iáceret fundamentũ, & à laudabili legislationes unde oportet inciperet, episcopos ab exilio reuocauit, necnõ alios omnes, & ante omnes eũ qui uirtute superabat omnes, & qui manifestè pro pietate decertauerat. Sed & fidei nostræ ueritatem perquisiuit, à multis distractã & cõfusam, ac in multas opiniones diuisam, quo orbis uniuersus, si possibile esset, in cõcordiam redigeretur, ac in unum spiritus ueniret cooperatione: sin minus, ut ipse saltẽ optimã sequeretur, & illi robur cõferret, rursusq; ab illa reciperet, admodum sublimiter & magnificè

Iulianum.

Iouianum.

& magnificè de maximis cogitans. unde præcipuè uiri patuit puritas, & fidei in Christum firmitudo. quũ enim ex omnibus alijs, qui sicut & nos, uerbum in triplicitatem distribuunt, multi sunt qui circa filium ægrotant, plures uerò circa spiritum sanctum, pauci autem qui circa utraq; hęc rectè sentiant: primus & solus, aut admodum cum paucis, pro ueritate audaciã induit: adeò manifestè & palàm, ut trium, unam deitatem & essentiam, in scriptis confiteretur. & qui prius multo patrum numero gratificatus fuerat de filio, id postea ipse inspiratus de spiritu fecit sancto: donumq; regiũ ac rege præstitit dignum, pietatem nempe scriptam, cõtra innouationem non scriptam: quo rex cum rege, ac sermo cum sermone, necnon litera decertaret cum litera. hanc confessionem uidentur mihi uenerari tam ij qui uersus occasum, quàm qui uersus ortum degunt. & hi quidem pietatem ad intellectum usq; deducunt, si quid ipsis dicentibus est credendum. ultrà autem non producunt tanquam fœtum mortuũ, qui in matris occumbit utero, illi autem parumper succendunt, tanquam scintillam ac si expurgant tempus, aut ex orthodoxis feruentiores, cuius partis ego sum. non enim plus audeo gloriari, quum haud amplius meam dispensem timiditatem, quemadmodum intellectum marcidiorũ. satis enim dispensabimus, si nequaquam alienum assumamus, & quod nostrum est corrumpamus. quod quidem malorum est dispensatorum: sed ut usuram in lucem deducam, & cum omni nutriam studio, ac omniũ exponam oculis semper perfectam. Proinde ex operibus eius minus hoc admiratione dignũ existit. qui enim opere pro ueritate periclitatur, quid mirum, si literis illam quoq; confitetur. hoc uerò ex uiri gestis præcipuè admirari cogor, ac damnũ esset si taceretur propter tempus, in quo admodum multæ pullulant dissensiones, ac ideo id prædictis addidero. siquidẽ actio illa ijs etiam qui nunc uiuunt instructio erit, si respexerimus illac. quemadmodũ enim quum aqua quædam interciditur, non solũ tantum quantũ manus reliquit hauriens, sed & quantũ manu continetur per digitos effluit: ita & in rebus nostris non solum quantum impiũ est discinditur, sed & id quod magis pium existit dilaceratur. non tantũ in rebus paruis & neglectu dignis, id enim minus graue esset, sed iam circa ea uerba quæ in sententiam ferunt eandem. quũ enim una essentia, & tres substantiæ, piè à nobis dicantur, illud enim diuinitatis naturã ostẽdit, hoc autem proprietates trium, quæ etiam apud Italos pariter agnoscuntur, licet ob linguæ penes eos angustiam, & nominum inopiam, substantiam nequaquam diuidere possint ab essentia, ac ideo personas introducũt, ne tres essentias suscipiant, quid sit ualde ridendum quidpiam, uel potius miserãdum ob soni in loquendo angustiam, fidei subesse uisa est differentia. hinc postea Sabellissmus tribus excogitatus est personis, & Arianissmus substantijs tribus, cõtentionis figmẽta. postea quidẽ quum semper paruum aliquid quod offendat adijciatur, idq; contentio triste reddit, periculum imminet, ne unà cum syllabis abscindantur etiam termini. hæc igitur beatus ille uidens & audiens, ac tanquam uerè homo Dei, & magnus animarum dispensator, absurdam illam & adeò irrationalem uerbi incisionem, nequaquam negligi oportere censens, hoc à seipso remedium attulit morbo. & quomodo hoc facit? utranq; aduocat partem admodum mansuetè & humaniter, mentemq; dictorum diligenter est scrutatus. postquàm uerò unà sentire repperit, & in nullo circa sermonẽ differre, nomina cõcessit, rebus pacificauit. hoc longis laboribus & sermonibus, quos omnes iam literis celebrãt, cõducibilius existit, quib. & contentionis quid adnectitur, & propter hoc forsitan circa sermonẽ quid innouatur. hoc multis uigilijs & in terra dormitationib. est honorabilius, quorum lucrum ad rectè acta usq; procedit. hoc autem decãratis exilijs et fugis uiri dignũ existit. pro quibus enim illa pati elegit, ijs etiã post passionem operã impendit, quod & in alijs faciens peregit, illos enim laudabat, hos uerò

Universidad de Deusto
Biblioteca

hos uerò mediocriter percutiebat. & horũ quidem segniciem suscitabat, aliorum autem feruorẽ cohibebat: & his ne aberrarẽt prouidebat, alios autem aberrantes emendare studebat, moribus simplex, multiscius gubernatione, sapiens sermone, sapientior intellectu, humilis humilioribus, excelsior sublimioribus, amicabilis, hospitalis, supplex, mala arcẽs, omnia unus uerè, quæ gentilitũ filij diuersa deis suis celebrando attribuunt. addo & iugale, ac uirgineũ, necnon pacificum, conciliatiuumq; & præmissiuũ eorum, qui hinc festinant, & quæ mihi nomenclatura aut uiri suppeditat uirtus, ubicq; corradere uolenti. Quũ igitur ita docens & edoctus uiueret, ut uita eius & mores definitio essent Episcopæ, dogmata uerò rectæ opinionis norma, qualem pietatis retulit mercedem? nam nec illud præterire decet. in senectute bona uitam finiuit, additusq; est patribus suis patriarchis & prophetis, necnõ Apostolis & martyribus, qui pro ueritate decertarũt. Et ut breuiter epitaphium quoq; adijciam, egressionis honorẽ maiori honorate sumptu, quàm ingressionis. siquidem multas mouens lachrymas, maiorem quàm quę cerni possit circa eum gloriã omnium infundam mentibus. Cæterùm ò amicum & sacrum caput, quod & sermonis & silentij mensuram, inter reliqua tua bona, excellenter honorasti, hic nobis sermonem siste. qui si ueritate fuit minor, non tamen uiribus meis inferior: tu autem è supernis propitius nos respice, & populum hunc sanctum dirige, trinitatis sanctæ adoratorem, quæ in patre & filio & sancto ueneratur spiritu, contemplationeq; comprehenditur. & nos in pace quidem foue, & compasce: in certamine autem dirige & suscipe, & cum te ipso statue, & ijs qui tales sunt ut tu, etiam si magna sit petitio. in ipso Christo Domino nostro, cui omnis gloria, honor, potentia in secula, Amen.

DIVI GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI in Cyprianum oratio, Bilibaldo Pirchemero interprete.

PArum defuit, quin Cyprianus nos effugisset, ò iacturam grauem, idq; uos tolerare oportuisset, quibus uir hic prę cunctis alijs admodum mirabilis existit, quem & annuis festiuitatibus honoratis, & diebus. Cyprianus, inquam, cuius etiam ab obliuiosis in alijs meminisse necessarium foret, si saltem optimorum præcipuè memoria est habenda, & quorum recordatio sancta pariter est & utilis. uerùm cum usura debitum reddemus, dummodo adeò abundantes uideamur, & non penitus indigi simus & pauperes, tametsi ualde pauperes existamus. sed scio, quod nobis ob procrastinationem & inopiam parcetis. quumq; uir ille in omnibus magnanimis fuerit & philosophus, uel solum ideo gratias agemus, quòd haudquaquã nos effugerit: gratias autem agemus, quoniã id dignum est. exordiendũ autem tanquã ob bonum uestrum reuertamur, ac pulchras Dei mẽsuras, qui omnia pondere & mensura definit & dirigit, ex quiete ad sermonẽ, ex martyris amatore ad martyres, ex remissione corporali ad conuiuium spiritale. Proinde desiderauimus uos ò filij, à uobisq; desiderabamur, id enim credo. uidete patris beneuolẽtiam, quod mihi accidit dico, quod uerò uobis testor: tantisperq; inter nos seiuncti fuimus, donec absentia desiderium cognosceremus, & illius sumeremus experimentum. quemadmodum pictores tabulas, iterum sumus regressi. Quàm magnum memoriæ incentiuum est consuetudo, etiã perbreuis ijs qui moribus præditi sunt gratiosis, ac Dei clementiam imitantur. Et quur, quum Christi simus discipuli, qui se propter nos ad serui usq; formã exinaniuit, ac quũ peregrini rerum essemus cœlestium, ad seipsum congregauit, inuicẽ amplecti haud deberemus & fouere? spiritusq; unitatem in uitæ custodire uinculo? quę legis ac prophetarũ caput existit. Proinde unicũ beneficentiæ ac primum hoc est, ut ocyssimè in mutuos ruamus amplexus, nequaquam enim dilationem fert zelus, ac

ijs qui desiderio laborant, tota uita dies est unicus. Secundum autem, quod & maximum est, ne post festum demum curramus, aut martyrum priuemur celebritate, necnon delicijs & refrigerijs quæ inde nobis proueniunt. Ego enim inter alia planè me segniorem esse fateor, & omne desiderium deposui, postquam me addixi Christo nec quicquam eorum me attollit quæ alijs iucunda sunt & appetuntur. non diuitiæ deorsum trahentes & rotantes, non uoluptates uentris, ac satietas iniuriæ parens: non uestitus mollis circumfluens, non gemmarum gratia splendens, non auditus præstigians, non olfactus esl œminans, non populi & theatri plausus insaniens, quos iam pridem appetentibus reliquimus: non quæcunq; gustus nostri primi, ob quem perijmus, sunt fœtus: sed et magnam eorum ignauiam esse scio, qui his se uincere, ac animæ generositatem uilibus his corrumpi sinunt, rebusq; fugitiuis non secus ac stabilibus adhibẽt mentem. at ego in re hac admodum iniatiabilis sum, illamq; amplector, & affectum hunc meum magnifacio, ut martyrum oblecter honoribus, ac certantium exultem sanguine. aliorum sint certamina & uictoriæ, mihi autem curæ sunt coronæ. adeò gloriam illam præripio, adeoq; recta facta mihi domestica facio. Proinde omnibus martyribus festiuitates sunt peragendæ, omnibusq; promptè & lingua, & auditus, & intellectus aperiendus, tam illis qui aliquid de istis dicunt, quàm qui audiunt: omniaq; minora quàm illorum putanda sunt certamina. Ita enim res se habet, quòd quum multa sint quę nos ad meliora producunt, ac multa quæ ad uirtutem erudiunt, uerbum, lex, prophetæ, apostoli, Christi passiones ipsæ, martyris primi qui in crucem ascendit, ac me secum deduxit, ut peccatum meum illic affigeret, de serpente triumpharet, lignum sanctificaret, uoluptatem superaret, Adam rursus saluaret, imaginem ruinam minantem reuocaret: inter tanta tamen & talia, non minus nos martyres instruunt, quum holocausta sint rationalia sacrificia perfecta, oblationes acceptę, ueritatis prędicatio, mendacij infamatio, legis spiritaliter intellectæ adimpletio, erroris dissolutio, malitiæ persequutio, peccati submersio, mundi expurgatio. Tuum autem Cypriane nomen & opera plus mihi quàm martyrum aliorum sunt uenerabilia. siquidem nulla inuidia erga martyres instigat, mirabiliterq; à uirtute tua superor, ac memoria releuor, & tanquam numine afflatus, uoluptate corripior, ac modo quodam martyrij particeps fio, certaminiq; communico, & totus ad te transmigro: fortè propter sermonum domesticitatem, quibus tantum alios superas, quantum ea quæ naturæ sunt rationalis bruta. Cooperatur autem, haud scio quo' nam modo, amor inter conueniẽtes, non minus in rebus alijs, quàm inter sanguine iunctos, fortè etiam propter mutationem ingentem & admirandam, quæ sermone etiam & exemplo melior exisiit. quoniam sol diu nubibus obtectus lætius splẽdet. sed & uer post hyemis tristitiam est acceptius, iucundior & tranquillitas blanda, ac mare quietum post seditiones uentorum & perturbationem aquarum litoribus alludens. hic Cyprianus ô uiri, quo uos qui nostis iucundiores reddamini ob memoriã: qui uerò ignoratis id quod pulcherrimum est, ex nostris discatis narrationibus, necnon communem gloriam Christianorum. Hic inquam, ingens olim Carthaginis nomen, nunc autem orbis uniuersi, diuitijs clarus, potentia conspicuus, genere cognitus. magnum enim nobilitatis indicium, quòd in senatu clarissimus erat & præcipuus, flos iuuentutis, naturæ statua, eloquentiæ princeps, tam illius quæ ad philosophiam, quàm quæ ad aliam spectat doctrinam, idq; in quamcunque uolueris partem, ita ut non minus in unoquoque uarietas quàm subtilitas admirationi existeret: seu potius in singulis, doctrinæ uniuersæ excellentiæ summa: uel ut manifestius distinguam, alios quidem uarietate, nonnullos uerò sublimitate, quosdam etiam utroque, omnes autem omnibus superabat. Sermonum equidem, sermones sunt testes, quos multos ille & præclaros nobis suppeditauit, postquam Dei clementia, qui omnia facit, & in melius disponit, studia ad meliora

Universidad de Deusto
Biblioteca

transtulit, ratione'que rationis defectum effugit. ad ea uerò quæ sequuntur, haud scio quo pacto sermone uti, aut qualis fieri debeam. quomodo enim non longum extenderem sermonem, illumq; penitus intempestiuum, si omnia Cypriani gesta recensere uellem. quomodo autem non magnopere præsentes offenderem, si de his reticerem? ut igitur per uiam mediam inter tempus & audientium desiderium incedam, ita mihi faciendum esse uidetur, ut alia quidem scientibus relinquam, quo ignorantes doceant, si saltem sunt quidam, ut utrinque pariter, tam ij qui gesta illius docent, quàm qui discunt, emolumenti quid capiant. Quandoquidem uiri illius solum meminisse, sanctificatio est, maximumq; ad uirtutis exhortationem incitamentum est sermo. breuiter igitur unius aut alterius ex gestis eius mentionem faciemus, præcipuè illarum quę nec data opera possibile esset ut obmitterentur. Prioris itaque uitæ eius meminero, & quæ salutis ei uia, ac quę uocatio, mutatio præterea fuerit ad melius. Cæterùm admodum ingenerosum foret, & pusillanimum, si censeretur, quòd pugilob memoriam iniuria afficeretur rudiorem. Nam hoc pacto nec Paulus ille magnus nobis esset laudandus, & Matthæus publicanus inter pessimos habendus esset, quemadmodum & Cyprianus ipse. hic enim priorum persequutionum suarum meminit, zeliq; immutationis, quo ex prioris uitæ comparatione, magis benefactorem glorificaret. ille autem in discipulorum numero publicani sibi nomen imposuit, tanq; aliquid quod inter honorãda esset insigne. Cyprianus uerò lõgo sermone sui ipsius malitiã infamia notauit, q & Deo confessionem fructificaret, ac multis qui se à prauitate conuertunt uia ad spem fieret meliorem. Quæ igitur prauitas? & considerate qualis ac quàm magna. Dæmonum cultor erat, qui postea discipulus Christi: necnon persequutor amarulentissimus, qui magnus ueritatis pugil euasit: sed & uerbo & opere nostram perturbabat uiam, quoniam ambobus excellebat, qui & ambobus postea optimus fuit Christianus. Quantum uerò malum fuit magia, his omnibus coniũcta? quæ inter reliqua eius opera notissima erat. nec non corporis insatiabilitas: quæ & eos qui inter alios sapientes sunt, insanos reddere potest, ac deterius saperecogit, non secus ac pullus indomitus rationem eripiens. Cæterùm sermo nobis ad caput ipsum uenit, uerùm non ideo quispiam ad priora Cypriani respiciens, uoluptatibus capiatur, sed posterioribus potius contiñens esse discat. uirgo quædam erat nobilis & decora, ob corporis elegantiam amore, propter morum uerò præstantiam æmulatione digna. nam & forma erat conspicua, animi autem uirtute longè prestantior. huius pulchritudo fama diuulgata, iuuenem confestim amore sauciauit. audite uirgines, et unà exultate, immo quæ sub matrimonij iugo estis castæ ac castitatis amatrices. siquidem narratio hæc utriusq; ornamento erit. uirgo igitur illa adeò forma erat speciosa, ut diuini Dauid carmen illi congrueret, dum ait, Omnis gloria filiæ regis ab intra. erat enim sponsa Christi electa, pulchritudo singularis, statua animata, asylum oblationis, templum inaccessum, hortus conclusus, fons signatus, ut aliquid illi à Salomone quoque accinatur. solo enim Christo erat reseruata. huius amore magnus captus est Cyprianus: unde, et quomodo, ignoro. nam illa penitus tutam se & decorè obseruabat. tangunt enim oculorum faces intangibilia etiam. instrumentum enim sunt expeditissimum, & nulla satietate implendum. ac non solum captus est, sed & solicitauit. Proh stoliditatis, quòd illã prædari sperabat, seu potius imprudẽtiæ. Proinde is qui tale quid audebat, & ad audendũ persuadebat, ille idem erat, qui sub initium contra primam creaturam in paradisum proserpsit: & medius inter angelos stetit, Iob exquirens: tandemq; propter eandem audaciam à Domino destructus est & interfectus, quòd eum tentare auderet, qui tẽrationi nequaquam subiacet. siquidem Dei apparentia, secundus illi Adam uisa est, ac ideo illum est adortus. ignorabat enim, quum hominem aggrederetur, quòd incideret in Deum. Quid mirum igitur, si per

Cypria-

Cyprianum, etiam animam sanctam et corpus non tangendum tentaret. Ille igitur tentabat, sed nullo utebatur internuncio. non muliercula aliqua, iam pridem ad negotium tale apta, sed dæmone quodam, & corporis & uoluptatum amatore. quoniam uirtutes defectrices & inuidæ, admodum celeres ad ministerium sunt tale, ac multos ruinæ suæ socios quærunt. erat autem conciliationis merces sacrificia, libationes, & per sanguinem ac nidorem placatio. talis enim merces debetur ijs qui talia largiuntur. At illa postquam malum sensit, ac insidias cognouit, puræ enim animæ ac Deo forma similes, celeriores sunt ad uenationem euitandum, quàm dæmon ad persequendum, licet ualde sit uersutus, conatuq; uersipellis. Quid igitur facit? & quid contra prauitatis molitur opificem? Omnibus alijs obmissis, ad Deum confugit, ac sponsum suum contra cupidinem execrandam protectorem facit. qui & Susannam liberauit, & Teclam saluauit: hanc quidem à sensibus amarulentis, illam autem à Proco tyranno, & patre magis etiam tyranno. & quisnam ille erat? Christus, qui & spiritus increpat, & eos qui in submersionis periculo erant subleuat, & pedester per mare ambulat, & dæmonum legiones in profundum præcipitat, & liberat iustum ex lacu, leonibus pro cibo expositum, & manuum extensione feras superantem. liberat & prophetã profugum, à ceto deuoratum, qui in uiscerib. etiam fidem seruabat. saluat etiam in flamma pueros Assyrios, quum rogum angelus refrigeraret, ac tribus se quartum adiungeret. hæc & plura alia quum cõmemorasset, uirginem Mariam rogauit, ut periclitanti uirgini opem ferret, ieiunijq; & humi cubationis pharmacum obiecit, ac interim pulchritudinem tanquam insidiatricem tabefecit, quo subtractione materiæ, passionum flammas consumeret, simulq; Deum humilitate placauit. siquidem ex cunctis rebus nulla magis quàm aduersitate colitur, ac lachrymis clementiam retribuit. Cæterùm noui, quòd reliqua narrationis desideratis, pro uirgine enim anxij estis: nec minus pro amatore, ne desiderium amborum in malum desinat. sed confidite. cupido enim fidei hospes efficitur, ac uirginem sibi ipsi desponsat amator. à Christo desponsatur, & cupidinum flamma est extincta, ueritatis autem accensa. qualiter, & quónam modo? atqui narratio mihi dehinc suauissima erit. uicit uirgo, uincitur dæmon: tentator ad amatorem accedit, uictum se prædicat: contemnitur, contemptus indignatur, ac contemptorem ulciscitur. ultio autem quę nam fuit? in cultorem ipsum immigrat, quo malum malo pelleretur, & rabie rabiei medicamen fieret. à uirgine enim repellit, non secus ac machina, à muro firmo & generoso, ob uerba & orationes profugus, ac cum eo qui illũ miserat luctam init. proh miraculi, rursus ad mittentem reuertitur, & tanquam Saul alterum suffocare nititur. Quid igitur amator insipiens, & obsessus moderatus? malí solutionem quærit, inuenit. omnis enim qui angitur, ingeniosus existit. & quę nam fuit solutio? ad uirginis Deum confugit, quemadmodum Saul ad citharam & pulsationem Dauid, ad pastorem illius accedit, purgatur quemadmodũ à cupiditate, propter plagam: ita & à spiritu maligno propter fidem in Christum, transfertq; desiderium: diu tamen ei creditum non est, sed repulsam tulit. res enim incredibilis uidebatur & admiranda, Cyprianum aliquando Christianis annumerari. etiam si omnes homines Christi sequerentur fidem. Immutatur igitur, argumentum uerò conuersionis manifestum, quod publicè libros proposuit magicos, ac de malo thesauro, necnon infirmitate sua triumphum agit, prædicat stultitiam, splendidam ex illis concitat flammam, igni longam deceptionem consumendam exponit, quæ unicæ carnis flammæ nullam opem ferre potuerat. à dæmonibus deficit, Deo redditur domesticus. O gratia quanta est, Deum malo amore, & spiritu inuenit. Ouis sacra fit caulę sacræ. & ut ego à quodam audiui, minister etiam, multis rogatus ut in humilitate ob arrogantiam philosopharetur priorẽ. inde pastor factus est, & ferè ex pastorib. optimus & probatissimus. non enim Carthaginensiũ ecclesiæ præsedit

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit soli, seu Africæ, quæ ex illo & per illum celebris in præsentem usq; diem est facta: sed & Hesperiæ uniuersæ, immo orienti ferè ipsi, ad finem usq; meridiei & septentrionis, quócunque ille admiratione sua peruenit. Sic Cyprianus factus est noster. hæc signorum & portentorum Deus peregit. Hęc ille fecit, qui Ioseph per fratrum insidias in Aegyptum perduxit, ac illum per mulierem probauit, & frumenti distributione glorificauit, ac in somnijs instruxit, quo illi in terra aliena fides adhiberetur, & à Pharaone honoraretur, paterq; multorum fieret millium. propter quos Aegyptus affligitur, mare scinditur, pane pluitur, sol sistitur, promissionis terra sorte diuiditur. nouit enim sapientia diuina, à longè etiam magnarum rerum iácere fundamenta, contrariaq; contrarijs dispensare, quo plus miranda existat. Proinde ex Cypriani rebus pulcherrimis ad perfectæ laudis mensuram hæc sufficerent. nunc autem obmissa tot sunt & talia, ut si nihil ex prædictis ad laudem supereſſet, reliquis tamen omnes uincere posset. Nam ut media obmittam, ueluti pecuniarum contemptum, superbiæ dissolutionem, corporis castigationem & puritatem, pristinis motibus contrariam, uestitus moderationem, sublimitatem in colloquijs, pariter & humanitatem, ita ut ex æquo temitas abesset & contumacia: humi cubationes, uigilias. nam licet tardius hæc didicisset, longè tamen præuenientes superauit. in sermonibus disceptationem, quibus uirtutes omnes docuit, & dogmatum ignorantiam purgauit, ac hominum uitas ornauit, & principalis ac regiæ trinitatis deitatem detruncatam, à quibusdam uerò coartatam, in pristinam dignitatem reduxit, in pietatis terminis unitatis & connumerationis permanens. hæc igitur propter multitudinem contraham, ac per uitæ illius dissolutionem, orationem etiam dissoluam. Insaniebat contra nos Decius, ac omnes pœnarum formas excogitabat. quædam igitur ex grauibus præsentia erant, alia uerò in futurum expectabantur. æque autem decertabat, ut & Christianos tolleret, & priores persequutores sæuitia superaret: seu potius, ut Christianos omnes, aut Cyprianum solum tolleret, & coram tribunali sisteret. Quantum enim pietate & gloria uirum præcellere nouerat, tantum etiam sibi uictoriam splendidiorem & clariorem fore putabat, si illum superasset. solum enim hunc ex Christianis supereſſe, quem si uicisset, eadem etiam opera eos philosophia ipsa, ac sermonibus, necnon lingua prius priuare posse. Inde ipsos qui illis essent muniti, mutos & ratione cassos seducere, pulcherrimum stratagema fore censebat: nequaquam rectè seu piè ita cogitans, sed potius contra rationem omnem, necnon consilia sua & conatus proprios. quod quidem & res ipsa ostendit. postquam enim Cyprianus aggressionem omnem ac tentationem uiriliter ac generose repulisset, non secus ac petra marina incursiones aquarum, tandem in exilium à Decio est pulsus. Verùm nequaquam illi curæ erat generositas sua, nec ideo oblectabatur quòd esset saluatus, neque corporis securitatem ignominiæ, aut animæ periculum quieti præferebat: sed potissima eius cura erat, ne despiceret illos qui eo tempore periclitabantur, quum non esset qui eos ad certamina instrueret & hortaretur. siquidem non paruas sermo uires habet ad confirmandum animos eorum, qui iam in uirtutis stadio uestes deponunt. ac ideo corpore quidem aberat, spiritu uerò aderat, certantesq; certando adiuuabat. uerùm quum lingua opem ferre nequiret, scriptis tamen succurrebat. & quomodo? aliptes factus est, licet exul esset, adhortationes que conscripsit, & quæ pietati conuenirent, literis mandauit: ac ita solus ipse plures ferè per epistolas martyres fecit, quàm omnes alij qui laborantibus assistebant. Persuadebat enim non patriam, non genus, non opes, non potentiam, non aliud quid terrenum, ueritati præferendum esse, necnon uirtutis præmijs, quæ recondita essent ijs, qui pro bono decertarent: illamq; negociationem optimam esse, ut pauco sanguine regnum emeretur cœlorum, ac gloria sempiterna pro rebus acci-

peretur

peretur temporarijs. unicam enim patriam sublimibus esse, Hierusalē nempe, quæ mente percipitur, & non eas quæ paruis terminis circumscribūtur, ac multos incolas permutant. unicum præterea generis esse splendorem, ut imago conseruaretur, & primo exemplari assimularetur, quantum illac pertingere conceditur ijs qui carne sunt ligati, & qui paruum boni defluxū suscipere possunt. Sed & unicam esse potentiam contra malignum fortitudinem, & animæ in certaminibus pro pietate uim inexpugnabilem & inuictam, quando malitia aduersus uirtutem decertat, mundusq; contra mundum, solubilis nempe contra permanentem, & amarus agonothetes contra pugiles generosos, necnon Belial contra Christum instruitur. Propter hæc itaq; gladium contemnendum esse persuadebat, ignemq; frigidum esse censendum, ac feras truculentissimas cicures esse putandum, famem uerò super nas existimandas esse delicias, lachrymas autem domesticorum, necnon luctus & ululationes negligendas esse tanquam maligni illecebras, ac diuini itineris impedimenta. hęc enim uirilium, generosorum & prudentium intellectu animarum esse propria. sed & exemplum propè erat, ille idem qui hæc dicebat, ac scribebat, omniaq; contemnebat, ut solum Christum lucrari posset. Cyprianus igitur quum ita sentiret, talibusq; cogitationibus armatus esset, pugiles quamplurimos ad certamina instruebat. at quam mercedem inde retulit? largissimam & glorioſissimam. Martyr post omnes quos præmiserat est factus, caputq; illi ense est detruncatum, ita ut multis experimentis hanc tandem apponeret coronidem. sic ad Christum deducitur, sic ad Christum transfertur, qui antea impietate abundauerat, longè tamē pietate tum maior. Cyprianus magnus persequutor, & coronæ susceptor, nō minus mutatione quàm uirtute admirabilis. Siquidem non tam magnum est, typum seruare boni, quàm pietatem induere nouam. hoc enim consuetudinis est, illud uerò consilij sani: & huius quidem exempla sunt multa, illius uerò pauca. Proinde in enarrandis illius miraculis, parumper adhuc sermoni indulgebimus, quo tanto gratificemur pugili. tales igitur uiri fuere actiones, talisq; certaminis modus. Postquam uerò uitam finiuit, si ita loqui fas est, & non potius rem illam ad Deum profectionem, aut desiderij impletionem, seu uinculorum dissolutionem nominare oportet, miraculis etiam hic claruit, priori uita admodum dignis. erat nomen Cypriani apud omnes celebre, & non solum apud Christianos, sed illos etiam qui aduersæ partis erāt. probitas enim apud cunctos pariter uenerabilis existit. corpus uerò latebat, eratq; thesaurus ille apud mulierculam quandam pietate feruidam, idq; tempore longo: siue quia Deus deuotam illam honorare uoluerit, ac ideo illi martyrem concesserit: siue quia desiderium nostrum exercere destinauerit, num ægrè laturi essemus, si martyrum priuaremur reliquijs. Quū uerò martyrum Deus nequaquam ferret, ut omnium bonum, unius solum priuatum esset, neq; commune in illius gratiam damno afficere uellet, per reuelationem corpus publicauit, idq; fœminæ cuidam tali honore dignæ manifestauit, quo & mulieres sanctificarentur: ac quemadmodum Christum antea peperunt, discipulisq; ex mortuis resurrectionem annunciarunt, ita nūc quoque una Cyprianum ostendit, altera uerò ob communem utilitatem exhibuit. hoc ex illius bonis ultimum fuit. ita igitur ille in medium processit, admodum dignus ne ultrà latēret. quomodo autem corpus furto subtractum sit, nequaquam explicare refert, quoniam sermo noster longè corporis honoribus melior est & sublimior. & hæc apud uos dicta sufficiāt. haud enim scio num plura restent dicenda. nam si longum etiam sermonem extēderemus, nequaquam tamen dignè illius uirtutes enumerare possemus, neq; ea quæ unusquisq; de uiro illo præsumit. hæc igitur breuiter percurrimus, ut debitū illius honorem, uel parumper delibaremus. reliqua uerò à uobis ipsis adijcīantur, quo & uos aliquid martyri offeratis: ueluti dæmonum purgationem, morborum dissolutionē, futurorum cognitionē: omnia potest Cyprianus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& puluis cum fide, quemadmodum norunt ij qui sunt experti, ac miraculum ad nos usque transmiserunt, temporiq; tradiderunt futuro. quin potius maiora his offeratis, & qualia eos decent qui illum ritè uenerantur, corporis nempe exinanitionem, animæ eleuationem, prauitatis declinationem, uirtutis incrementum: uirgines carnis contemptum, mulieres ornatum, uirtutis magis quàm corporis. Iuuenes contra animi passiones uirilitatem, senes consilia sana, magistratus legum æquitatem: qui in exercitu sunt, mansuetudinem: eloquentes, quod rationi conuenit. quin & ex nostris quí dicam, sacerdotes religionis cultum: qui ex populo sunt, obediẽtiam: qui in luctu, consolationẽ, qui prosperè agũt, timorem: diuites distributionem, pauperes gratiarum actionem. omnes contra malignum & amarulentum perse quutorem aciem instruãt, ne apparens feriat, ne delitescens sagittet, ne sicut tenebræ impugnet, ne sicut angelus lucis illudat, & ad perditionis suffuretur barathrum. Graue est oculis capi, ac lingua uulnerari, necnon auditu inescari, iraq; feruidum succendi, ac gustu seduci, & tactu emolliri, armisq; salutis pro mortis uti armis. opus est ut fidei muniamur scuto, & maligni insidijs resistamus, ut cũ Christo uincamus, & unà cum martyribus decertemus, quo magnam illam uocem audiamus, Venite benedicti patris mei, hæredes esto te regni uobis parati. ubi lætantium cunctorum est habitatio, necnõ eorum qui choream saltant indesinentem, ubi sonus est festiuitatem peragentium, uoxq; exultationis, ac deitatis illustratio perfectior & purior, quàm ea qua nunc in ænigmatis & umbris fruimur. His si Cyprianus ueneratus fuerit, magis gaudebit, quàm omnibus rebus alijs. hæc in uita adhuc præsens docebat: at nunc absens omnibus, nostra annunciat uoce. quam nequaquam despicietis, si saltem tolerantia illis, necnon pro ueritate certamina ac legatio hæc mea uobis curæ fuerint. Proinde hæ tibi diuinum & sanctũ caput à me sint primitiæ, huic tibi sermonum & certaminum honor, non oleaster Olympicus, non laurus ludicrum Delphicum, non pinus Isthmica, non apium Nemeum, quibus ephebi remunerabantur infelices, sed sermo qui admodum peculiaris est cultoribus sermonis. quòd si certaminibus & sermonibus tuis est dignus, hoc mihi sermonis erit præmium. tu uerò nos ab alto propitius respice, nostrumq; sermonem ac uitam dirige, & sanctum ouile hoc pasce, aut unà rege, ac reliqua quantum possibile est, ad meliora dispone, molestósque lupos, syllabarum & uerborum uenatores illos, abige: ac sanctæ trinitatis, cui nunc astas, splendorem nobis perfectiorem & clariorem gratificare, quam adoramus, quam glorificamus, de cuius nos re publica sumus, adorantes patrem in filio, filium uerò in spiritu sancto, cui & paulo pòst assistemus, sinceriores & illæsi in ipso Christo Domino nostro. cui omnis gloria, honor, & imperium in secula, Amen.

DIVI GREGORII NAZIANZENI DE RE-conciliatione monachorum oratio prima: Bilibaldo Pircheimero interprete.

Linguam mihi soluit alacritas, ac hominum legem propter spiritus legem contemno, pacíque sermonem tribuo, qua in re nemini prius concessi. Sanè quum antea membra contra nos decertarent, & uenerabile corpus Christi diuideretur & scinderetur, ita, ut ossa nostra paulo minus ad infernum spargerentur, tanquam terræ profunditas aratro sulcata, & per terram dispersa, quum tunicam indiuisibilem & insecabilem, per totum contextam, scinderet malignus, ac totum suum faceret: illud per nos ipsos cõsecutus, quod per eos qui Christum crucifixerant, nequaquam perficere ualuit: tum ego labijs meis custodiam posui, quæ nec aliàs ad sermonem erant expeditæ. oportebat enim ut me ipsum prius per philosophiam purgarem, ac inde os mentis aperirem, & spiritum attraherem, uerbumq; eructarem bonum, ac Dei sapientiã perfectam

ctam loquerer inter perfectos. id enim spiritalis esse consequentiæ censebã. & quemadmodum omnes res, tam maiores, quàm minores, tempus suum habent, nam Salomonis illud rectè huc quadrat, & prudenter se habet: ita & ego sermonis & silentij tempus, ac si quis alius, cognoscebam. Propterea obmutui, & humiliatus sum, quum ab omni bono excidissem, ac quasi nubes quædam super cor meum cucurrisset, & sermonis radios obtexisset, doloréq; meus die ac nocte mihi renouabatur: omnia enim incensiones erant, & recordationes dissensionis fratrum, uigiliæ illorum, ieiunia, orationes, lachrymæ, genarũ calli, pectoris percussio, suspiria ex profundo cordis emissa, statio nocturna, mentis ad Deum eleuatio, tener luctus & indeficiens, re medium compunctionis, cantantes, illi glorificantes, meditãtes legem Domini die ac nocte, qui exultationes Dei in gutture ferunt: hæc enim bona uitæ illius, quæ secundum Deum est, præludia sunt & admonitiones, necnon præcones taciti. squalida coma & horrida, pedes nudi, apostolicos imitantes, nihil mortuum ferentes, cæsaries commensurata, uestis arrogantiam plectens, zona, inornato ornatus, paruum quid de amictu reprimens, & quasi non reprimens, incessus constans, oculus nequaquam uagus, risus mansuetus, seu motus potius risus, incontinentiam moderans risus, sermo ratione prolatus, silentium sermone uenerabilius: laudatio, sed aliquantùm moderata, non ad adulationem, sed ad emendationem melioris perducens: increpatio laude desiderabilior, tristitiæ ac lætitiæ mensura, & in ambobus commixtio debita cum temperamento humilitas, cum generoso austerum, pudori coniunctum, ita ut neutrum ab alio offendatur, sed ambo inter se excellant: mensura publicæ admixtionis ac secessionis, ita ut hęc alios instruat, illa uerò spiritui obsecundet, ac ita, ut illa in communi, in commune retineat, hæc autẽ seorsum humanitatẽ & amorem fraternũ: & quæ his maiora sunt & sublimiora, in paupertate diuitiæ, in incolatu possessio, in ignominia gloria, in infirmitate uirtus, sine nuptijs pulchra soboles, si saltem Dei germina meliora sunt, quàm quæ ex carne procedunt. in delicijs uiuentes, minimè delicati. humiles super cœlestia, nihil in mundo habentes, & super mũdum euolantes, qui in carne extra carnem sunt constituti, quorum pars Dominus, pauperes propter regnum, & propter paupertatem regnantes. Hi igitur præsentes, splendidum me reddebant, meaq; erant substantia. me æq; deliciæ, absentes uerò ornamento erant. Hæc mihi animam affligebãt, hæc me perturbabant, ob hæc ego lugens & contristatus incedebam. propter hæc ego inter alia iucunda sermonem quoque continebam, quoniam recalcitrauerunt dilecti, & uerterunt ad me tergum suum, & nequaquam faciem: et factus est grex pastoribus liberior, ne dicam iuuenilior. Quoniam conuersa est mihi in amaritudinem uinea uera, quæ ab optimo agricola optimè erat exculta, ac diuino torculari pulchrum expresserat fructum. Quoniam amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Quoniam diuissimus Christum, dum nimium Deum amamus & Christum, & pro ueritate inter nos mentiti sumus, & pro dilectione odium exercuimus, & super petram stetimus. quoniam plus quàm bene se habebat, pro pace pugnauimus: & pro eo qui suspensus erat in ligno, deorsum uergere cœpimus: & pro eo qui sepultus fuerat & resurrexerat, mortificati sumus. & hæc quidem antea acciderunt. uerùm quis nam in tempore lætitiæ renouaret iniustitiam: dum immoraretur tristioribus, quæ exosa reddidit experientia, refugit memoria. melius igitur silẽtium sermone, quo nobis tam immensa calamitas obliuionis celetur profunditate, præterquam si quis ideo solum rerum molestarum refricare uoluerit memoriam, ut exemplo erudiamur, & tanquam in ægritudinibus fugiamus causas, ob quas in hæc impegimus mala. Nũc aũt quia aufugit, & luctus, & dolor, et gemitus, quoniã facti sumus unũ, domini unius, & de trinitate cõcordes, unanimes & honoris eiusdẽ, cum ratione id quod ratione caret reijcentes, qui spiritus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſumus non contra nos,ſed inter nos feruentes,qui ueritatis ſumus,unum et idem ſentientes & dicentes:qui in ſapientia ſumus intelligentes,qui in luce tanquam in die honeſtè ambulamus,qui omnes rectè in uia incedimus.qui uncti intra hoſtium ſumus,qui gregis & paſtoris ſumus manſueti,& eiuſdem caulæ,& paſtoris unius: non paſtoris qui nos in uaſis paſcit imperitis, neq; qui corrumpit pecora gregis,nec qui obiicit ea lupis,aut præcipitijs, ſed qui ea ualde & peritè amplectitur. quoniam inter nos compaſsione ſumus compuncti,inſtar eius qui pro nobis paſſus eſt,ac onera inter nos alle uiauimus. Qui capitis corpus ſumus unũ,conglutinatũ,& in unũ redactũ, ſecundũ omnem cõnexionem quę eſt in ſpiritu. Quoniã is qui facit omnia, & ad meliora diſponit,conuertit planctũ in gaudium,& pro ſacco retribuit lętitiam. ac ideo ob præterita ſilentiũ diſſoluo,ac præſenti tempori,necnon uobis ſermonem profero,ſeu potius Deo gratificatiuum:ſacrificium perq; domeſticũ,donum auro purius,gemmis precioſius,purpura ſplendidius,ſacrificio legali ſanctius,primogenitorum primitijs ſacratiorem, placentem Deo,ſuper uitulum nouellum,cornibus & armis imperfectum,& inſenſibilem. Super thymiama, ſuper holocauſta, ſuper agnorũ pinguium millia,in quibus lex elementalis prævalebat,quum Iſrael adhuc eſſet infans,victimis ſanguineis obumbrans futuram.hæc Deo immolo,hæc offero,quæ ſola mihi reliqui, cui ſoli diteſco. reliqua enim mandato reliqui,& ſpiritui.omnia enim quę habebam, pro margarita precioſa commutaui,factusq; ſum mercator magnus: ſeu potius paruorum,& penitus corruptibilium fieri opto, quo emere poſsim magna,& quæ nunquam diſſolui queant. ſolum autem uerbum amplector, tanquam uerbi cultor, nec unquam uolens hoc negligerem: ſed ueneror & magnifacio,& magis illo gaudeo, quàm omnibus alijs quibus multi gaudent, totiusq; uitæ id ſocium & bonum facio conſultorem, necnon ad uiam ſupernam ductorem, ac concertatorem promptum.& poſtquam omnia delectabilia & inferiora contemno, in hoc poſt Deum omnis mihi euacuatur amor,ſeu potius in illud: quoniam ad Deum fert cum intellectu, quo ſolo etiam Deus ritè deprehenditur & cuſtoditur, & augetur.dixi ſapientiam ſororem meam eſſe,illamq; honoraui,ac amplexus ſum,quantum ad eam pertingere potui:ac capiti meo coronam quæro gratiarum & deliciarum,quæ ſapientiæ ſunt dona ac rationis,quæ in nobis id quod principatũ in nos habet, illuminat,& greſſus ad Deum illuſtrat.cũ hoc iram refreno eſſeruescentẽ,cum hoc cohibeo inuidiam ſuboleſcentem, cum hoc ſedo triſtitiam,uinculum cordis,cum hoc libidinis diffuſionẽ moderor,cum hoc reſtringo odiũ, ſed non amorem.illud enim reſtringere decet,huius autem nullum finem ſcire. hoc mediocrem me,opulentũ facit: & mendicum,magnanimũ.hoc mihi,ut cum eo qui in recta currit uia,curram, perſuadet,& cadenti manũ porrigit,& cũ infirmis infirmatur,et rectè ualenti congaudet.cum hoc & patria & exilium mihi æquiualet: locorum enim immutatio alios fortaſsis,ſed non me offendit.hoc mihi diuidit mundos,et ab hoc abſtrahit,ad illũ uerò dirigit.hoc me per dextra arma iuſtitię educit, nequaquam elatum:& in rebus ſiniſtris & aſperioribus unà philoſophatur, ac ſpem quæ non confundit ſubminiſtrat,præſentiaq; futuris alleuiat.Cum hoc & nũc quoq; meos excipiam fratres & amicos,menſamq; apponam rationabilẽ,ac craterem perennẽ,non quibus menſa inferna,inexplebili & inſatiabili adulaẽ uentri.Proinde tacui, uerùm non ſemper tacebo:ſuſtinui inſtar parturientis,ſed non ſuſtinebo ſemper.nã & Zachariæ ſilentiũ,Ioannis ſoluit natiuitas.non enim decebat,ut pater uocis ſileret,quum uox progrederetur:ſed quemadmodum quum illi non crederet,linguam ligauerat, ita partu manifeſtata,patri loquendi reſtituit facultatem. annunciata eſt igitur ac nata uox, & lucerna quæ uerbum & lumen præcurreret.mihi autem linguam ſoluit, & linguam inſtar tubæ præſens exaltat beneficẽtia,ac theatrũ hoc pulcherrimum.filij Dei diſperſi,in unum congregati:& qui ſub eiſdem requieſcunt

requieſcunt alis,ac in domum Dei ingrediuntur & in cõcordia, in unamq; harmoniam pulchritudinis & ſpiritus conglutinati. Quoniam non amplius inuicem ferimus & agimus,adeò à maligno decepti & impulſi,ut aliorũ malis gauderemus,nequaquam exiſtimantes diſſolutionem manuum uniuerſale eſſe detrimentum. Quum Iudas & Iſrael unum ſibi ponunt principatum, Hieruſalemq; ac Samaria, ad unam,ſupernam nempe congregantur Hieruſalem.etenim non amplius Pauli ſumus,aut Apollo, ſeu Cephæ, pro quib.& propter quos alterna erat inflatio,ſed omnes facti ſumus Chriſti.Cæterùm poſtquam & me, & uerbum habetis,nequaquã malè propter dilectionem me cogentes,proloquar, & uix tamen, poſtquam ita iubetis, proloquar autem gratiarum actionis & admonitionis uerba,& ut à gratiarum incipiam actione,quis loquetur potentias Domini?quis ue ad auditũ omnium perducet laudẽ in omnibus?Quoniam utraq; facta ſunt unum, & parietes ſepis intermedij diſſoluti.Quoniam requiem nobis dediſti, quum iam parabolæ eſſemus gentibus,& commotio capitis in populis, quoniam in tantum nos afflixiſti,ut pacis bonum diſſenſione cognoſceremus,& affli xiſti, quo iterum reſtaurares.Proh medela admiranda:pacem nos docuiſti, qui odio nos habebas odioſe. quàm celeriter contrarium diſpenſaſti contrario?diuiſiſti nos ut feruentiores inter nos concurreremus,rami inſtar,qui manuũ ui inflectitur: inde uerò dimiſſus,rurſus ad ſeipſum,ac priſtinam reuertitur naturam,oſtendens uiolenter ſe eſſe inflexum, nequaquam tamen uiolenter reuerſum. Quoniam non amplius manus deſpicit oculum, neq; oculus manũ. Quoniam non amplius pedes contra caput inſurgunt, neq; caput pedes à ſe alienos eſſe cenſet,non magis lædentes, quàm ipſi,quia ordine & principatu caruere.fuere læſi.id enim uniuerſi eſt confuſio ac diſſolutio. uerùm membris iam unũ & idem inter ſe eſt curæ,quũ omnia ordine ac naturæ lege inter ſe ſint colligata & cuſtodita: factiq; ſumus corpus unũ, ac ſpiritus unus,quemadmodũ & in una uocationis ſpe ſumus uocati.Propter hoc te populus pauper laudabit,quoniam ex indigẽte factus eſt diues. quoniam mirificè magnificentiam tuam ſuper nos oſtendiſti,idq; ueteribus adnumerabitur relationibus. ubi enim ſuperbundauit peccatum,ſuperauit & gratia:quoniam grana proiecta,ſpicã procreauimus:& oues lugentes, paſtores ſumus nacti.Sed & paſtorum,rectè noui,adepti ſumus optimum, cui creditus eſt ſpiritus, & talentorum operatio, & gregis cura. qui unctus eſt unguento ſacerdotij,& perfectionis,licet ſapienter differat,præfecturam & lampadem ſub modio aſcondat, quam paulo pòſt ſupra cãdelabrum ponet, quo omnem eccleſiæ animam illuminet,luxq; ſemitæ noſtræ exiſtat.adhuc enim ſyluas,et montes,ac flumina conſiderat,ac rapacibus animarum lupis inſidias pręcogitat,quo in tempore opportuno baculum ſuſcipiat paſtoralem, acunà cum uero paſtore rationabilem hunc paſcat gregem, in loco uirenti tabernaculum firmans ijs qui ſemper Dei florent eloquijs, & aqua quietis, quæ & ſpiritus eſt, reficiat. hæc igitur ſperamus & optamus. Mihi uerò nunc tempus eſt, ut gratiarum actioni admonitionem quoq; adiungam: quam tamen, quantum poſsibile eſt,breuiſsimè abſoluam,quoniam maiorem admonitionis partem per opera ipſa præoccupaſtis,unde nequaquam uerbis longioribus, ijs eſt opus qui iam experientia ſunt eruditi. Oportuiſſet equidem fratres, ne ſub initiũ fuiſſemus diuiſi, neque ut ueterem dignitatem pariter & ornamenta noſtra maculaſſemus: nam licet grex nobis eſſet puſillus, & nequaquam dignus, ut inter greges nominaretur numerandos, maximis tamen æquiparari poteramus & numeroſiſsimis: quin etiam quibuſdam in ſpiritus præferebamur uirtute. & ſic ſe res habebat: erat'que decor aliorum alius ſiue paruus, ſiue magnus: uerùm noſtro gregi peculiare erat, ut eſſet infractus, & ab omni ſeditione alienus, ita ut ſæpius Noe arca uocaremur, quæ ſola totius mundi diluuium effugere potuit,ac in ſe pietatis ſemina conſeruare.cæterùm quia homines

De Baſilio Magno loquitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mines esse conuicti sumus, nequaquam inuidiam maligni penitus effugimus, neq; languori qui cuncta occupauit resistere potuimus, sed communis calamitatis et nos quoque participes facti sumus, ac concordię bonum, quod ex pulchra hæreditate paterna possidebamus, nequaquam in finem usq; conseruauimus: tametsi nō parumper & hic quoq; alios præcelluimus, si quid in inimicitijs nostris gloriari oportet, confidentes Christo, quòd no uissimi in hanc calamitatem incidimus, primi uerò sumus emendati. Siquidem ægrotare, communis naturæ, & humanæ est imbecillitatis, quæ omnium & corpora, & intellectum, ac eorum quoq; qui sunt robustissimi afficit: uerùm curari, & rursus in gratiam redire, prudentiæ est & charitatis, quæ pulchre nobis & iustè cuncta dispensauit, longè precib. nostris et spe aliorū quoq; melius. Nos etenim data sorti capita, tanq; pro pietate quid innouassent, & pro rectæ fidei adiumento laborassent, in gratia suscepimus: nec tāquam inimicos sumus auersati, sed sicut fratres amplexi, parumper superpaterna paruitate dissidentes, fraternè tamen, & nequaquaquam malignè: siquidem inimicitias haud laudamus, zelum uerò suscepimus. melior enim est affectus concordiæ, quàm pro pietate seditio. ac ideo ex seiunctione eorum coniunctionem fecimus, dilectioni subfurantes machinationem contra nos factam: & in tantum ordinem immutauimus, ut nequaquam suffragio gratiam, sed suffragium gratiæ sectatricem faceremus, ita ut manibus alienis ad hoc indigeremus, ac paruum quid à spiritu ducti anticiparemus. uos uerò literę dimitteretis corticem, & planè ad spiritus confugeretis intellectum: simplicitatem quæ in apertis est uerbis, nequaquam laudantes, impietatem uerò minimè cognoscentes, sed scientes quòd trinitas apud nos haud attingi, sed inconcussa remanere debeat, pariter & natura eius quæ in ipsa continetur: & quod à tribus quid abscindere, uel alienum facere, idem nobis est quod totum tollere, & nudo capite ab omni deitate segregare. & hæc de nostra respondimus dissensione, non ignari apud quos nam homines, quod quidem maximum ueritatis est argumentum, quæ nec à tempore uincitur, nec ob inimicitias dilectionis, quæ in nobis est, scintillam penitus extinxit. siquidem ad id potissimum nos licet dissidentes, impellebat, quòd eiusdem eramus opinionis, & conscij nequaquam nos cum ijs de ueritate contendere, aut eos hostes habere, qui ad alteram partem scientes uergerent, sed qui eodem fidei & primæ spei nostræ charactere signati essent. Nihil enim concordiam tam fortiter conciliat, inter eos quibus Dei negocia cordi sunt, quàm consonantia de Deo. & nihil magis ad discordiam facit, quàm dissonantia de illo. siquidem qui in rebus alijs modestissimus est, in his fit feruentissimus: & qui mansuetus est, hic bellator euadit, cum longanimitate offensus, Deum cernit, seu potius Deum casu suo offendit, qui nos ditat, à nobisq; ditatur. Ita igitur, quemadmodum dixi, in dissensione modestiores fuimus, quo concordia manifestior fieret quàm discordia: & parum abesset, quin medium ijs esset absconditum, qui ad utranque partem erant idonei. Cæterùm quia pacis celeritas, nequaquam ad securitatem sufficit, nisi uerbum quoddam ostendatur quod illam confirmet, & Deus uerbo auxilium præstet, apud quem omne bonum & incipit, & ad finem deuenit, age illam & per orationes & cogitationes pro uiribus confirmemus: idq; primùm consideremus, quòd ex omnibus existentibus nihil Deo est pulchrius uel sublimius: nisi quis fortè eum super substantiam esse existimare uelit, uel totū esse in illo ponere, apud quem et alijs esse existit. Secundo uerò ea perpendamus, quæ prima ex Deo sunt, & circa Deum: angelicas dico uirtutes ac cœlestes, primi luminis splendores primos, & ueritatis uerbo lucentes: nam & ipsæ lumen sunt, perfecti luminis radij fulgentes. his itaq; nihil magis proprium est, quàm sine bello & seditione agere: in diuinitate enim nulla est seditio, quoniam nec solutio, solutio enim seditionis est parens: sed tanta est cōcordia, tam erga seipsam, quàm uirtutes secundas,

ut

ut inter ea nomina, quæ Deo conueniunt, & quibus inter alia, & præ alijs uocari gaudet, pacis præualeat nomenclatura. ideo enim pax, dilectio & similibus appellatur nominibus, quo nobis per nomina ostendatur, quòd Deus has sibi uendicet uirtutes. Ex angelis autem, is qui deficere, & supra dignitatē se attollere est ausus, ac cōtra Dominum omnipotentē rebeliare, & cathedram super nubes, uerbi instar ponere, dignas arrogantiæ suæ pœnas dedit, cōdemnatus ut pro luce caligo esset, seu ut uerius dicam, à semet ipso caligo effectus. at reliqui in sua permanent dignitate, quibus præcipuum est, ut pacificè & absque seditione agant, ac ut unum sint, à sancta & laudabili accipiunt trinitate, à qua & splendorem suscipiunt, quoniam & illa Deus est unus, ac esse creditur, non minus propter cōcordiam, quàm ubstantiæ identitatem, ac ideo Deo & diuinis sunt proximi, qui pacis bonum amplecti uidentur, & qui seditionem paci contrariam odio habent, & molestè ferunt. qui uerò moribus sunt contentiosis, & uanitate nominis claritatem uenantur, necnon turpitudine propria se ornare contendunt, partis sunt aduersæ. quandoquidem & diabolus ipse, contra semetipsum, multis modis & affectibus decertat. quamuis illud idem & in alijs operatur, utpote homicida ab initio, & osor boni, quo in tenebris commune corpus sagittet ecclesiæ, & sub seditionis caligine se abscondat: quemadmodum, ut arbitror, singulos inuadit, quum sophista fit ut plurimum, & maleficus, ac sibi quasi locum in nobis per insidias aperit, quo totus illabatur, ueluti quum exercitus imperator, murum interruptum aut ordinem solutum inuadit. Sub initium igitur ob beneuolentiæ & concordiæ gratiam, Deum ac diuina imitari, ac ideo solum animam ad Dei imaginem factam respicere decet, quo potissimum nobilitas eius conseruetur, propter inclinationem ad illam, & facilem propter similitudinem assecutionem. deinde respiciamus in cœlum sursum, & in terram deorsum, diuinas uoces audientes, & discamus leges creaturæ, quòd cœlum & terra, & mare & uniuersus hic mundus, magnum Dei elementum, & perquam celebre: quæ cuncta Deus tacitè prædicans nobis ostendit. donec enim quietem & pacem inter se habent, ac in proprijs naturæ permanent terminis, & nullum contra aliud insurgit, neque beneuolentiæ dissoluit uincula, quibus opifex uerbum uniuersa colligauit, decor est, quod dicitur, & pulchritudo ineffabilis, nemoq; his unquam splendidius quid aut magnificentius nouit. quamprimum autem pax cessat, etiam mundus esse desinit. nunquid enim cœlum bene ordinatum tibi esse uidetur? cum aere & terra communicans, quum huic quidem lumen, illi autem pluuiam, beneuolentiæ impartitur lege. terra autem & aer, hæc quidem alimenta, ille uerò respiratione cunctis præstat animantibus, quæ propter hæc uitam obtinent, dum elementa hæc paternum imitantur amorem. anni autem tempora, non'ne placidè temperantur? ac paulatim sibi inuicem succedunt? caloris'que ac frigoris austeritatem nimiam, immutatione sua reddunt mitiorem, & ad uoluptatem pariter & utilitatem perquam commodè paci subministrant. quid autem nox & dies? non'ne æquas inter se portiones sortiuntur? & hic quidem ad opus nos excitat, illa uerò quietem reddit. quid uerò sol & luna, stellarum'que pulchritudo, ac multitudo? quæ omnia suo ordine oriuntur & occidunt. Mare autem & terra, non'ne placidè inter se commiscentur, & utiliter ac humaniter se hominibus exhibent, illis'que affluenter & liberaliter opes suas impertiunt. Flumina autem per montes & planiciem currentia, non'ne in eo utilitatem suam ostendunt? quòd terminos suos non transgrediuntur, & retro conuersa terram abscondunt. Elementorum autem permixtio & temperatura, necnon membrorum commensuratio & consonantia, animalium quoque cibus, genitura, & habitatio, non'ne omnia inter se sunt discriminata? & hæc quidem præualent, alia autem subiacent, quędam uerò nobis obtemperāt, nonnulla sunt libera. quum igitur hæc omnia ita se

habeant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

habeant,& propter primas harmoniæ causas,siue confluentias & conspirationes directa ac educta,quid nam aliud ex his intelligere oportet? quàm quòd per ea amicitia prædicetur ac concordia, & quod hominibus legem ferant,ut & ipsi inter se probè conueniant.Si uerò contra seipsam pugnaret materia,& fieret despicabilis,dissolutionem propter seditionem moliens, aut Deus harmoniam aliqualiter propter peccantium timorem & supplicium concuteret,seu mare terminos suos egrederetur, aut imbres deciderent peregrini,aut sol absconderetur,aut anni tempora ultra solitū durarent,omnia ornatum suum perderēt: & timendū foret, ne pacis bonum seditione euerteretur:ut interim ciuitates,populos, ac regna obmittam,necnon de regionibus, exercitibus,& domibus,de nauium præterea supplemento,coniugijs,& amicitijs sileam.quæ omnia pacis bono consistunt,seditione uerò dissoluerētur. Proinde & ad Israeliticum populum sermonē conuertam,& uos calamitatibus eorum admonebo,necnō dispersione ac captiuitate,qua & nunc quoq; sunt oppressi, & qua dehinc opprimentur. credo enim ijs, quæ de illis sunt prædicta.deinde exactè rerum seriem uobis enarrabo, scientibus quæ nam malorum horum causæ fuerint, quo aliorum malis concordiæ discamus bona.Non ne dum pacem tam inter se,quàm cum Deo habebant,Aegypto fornace ferreo oppressi, & communi tribulatione in unū collecti,afflictio enim optimum quandoq; remedium ad salutem est, e populum sanctum esse audiebant,& Domini partem,necnon sacerdotium regium.& non solum nominibus ita,aliter uerò operibus,sed à suis ducebantur imperatoribus,qui & ipsi à Deo dirigebanttur,præcedente eos columna ignis in nocte, nubis uerò in die.& mare quidem fugientibus cedebat, esurientibus uerò cœlum subministrabat cibum, ac sitientibus petra fontem effundebat. quum uerò pugnarent, manuum extensio pro multis erat milibus,ac per orationes triumphos excitabat,& ad ulteriora uiam præparabat,flumina præterea cedebāt,cognatum mare imitantia,necnon elementa sistebātur,ac muri tubarum clamore euertebantur. Proinde quid de Aegypti plagis,quę in illius concedebantur gratiam,dicere est necesse:& Dei uoces e monte auditas, ac legislationem duplicem, unam in litera,alteram uerò in spiritu: necnon alia, quibus olim contra sua etiam merita honestatus est Israel. postquam autem dissidere & inter se insanire cœperunt, ac in partes diuisi sunt quamplurimas, crux que eos ad ultimam impellebat calamitatem, arrogantia que contra Deum & saluatorem nostrum excrescebat, non amplius sunt cogniti, quoniam nec Deum in forma cognouerunt humana,ac ideò uirgam ferream, quæ eis à longè minata fuerat,ad seipsos pertraxerunt. regnum & principatum dico, sub quo nunc sunt. quid fit? & quid nam sunt passi? equidem ob calamitates priores, Hieremias eos deplorat, & captiuitatem luget Babylonicam: nam & illa luctu & lachrymis erat digna, quoniam magnifici muri illi ruebant, urbs euertebatur,sanctuaria diruebantur,oblationes diripiebantur, manus & pedes polluti erant: hi quidē,quòd ad inaccessa accedebant: hæ autem,quia non tangenda tangere gestiebant. Silebant prophetæ,ducebantur sacerdotes,senioribus nemo miserabatur, uirgines uiolabantur, iuuentus cædebatur, ignis alienus & hostilis, necnon sanguinis flumina, pro igne & sanguine erant sancto. Nazaræi distrahebantur,pro hymnis suscitabatur luctus: & ut aliquid ex lamentationibus dicam Hieremiæ, filij Sion honorabiles,& auro comparandi, delicati illi, & malorum ignari, per peregrinam abibant uiam,& uiæ Sion lugebant,quoniam non erant qui peragerent dies festos. sed & parum ante nostra tempora, manus mulierum misericordium, nequaquam cibum porrigebant filijs,quum ingrueret obsidio, sed illos dilagrauia, & grauissimorum extrema? non solum illis qui tum patiebantur, sed & his qui nunc audiunt.Ego enim quotiescunq; librum hunc in manus sumo,

sumo,& lamentationes relego (relego autem, quum aliquando prosperitatem lectione refrenare uolo) uox mihi intercluditur,& lachrymis diffluo,calamitasq; ita oculis meis subijcitur, ut cum lachrymantibus lachrymari etiā cogar.Cęterùm nouissimam eorum plagam & desolationis exilium,necnō seruitutis iugum,quod & nunc quoq; ipsos opprimit, diuulgatamq; à Romanis humiliationem,cuius nulla maior causa quàm seditio existit, quis ex ijs etiam qui calamitates describere,& sermone explicare norunt, deplorare posset? quī nam libri referre ualerent? uerùm afflictionis huius uniuersus orbis,per quem Iudæi sunt dispersi,monimētum existit,unà cum diuinæ seruitutis cessatione, & Hierosolymorum ad fundamenta usq;,ita uix discerni possit,destructione. cuius accessus ideo solum illis patet, & in tantum ipsis gloria olim sua perfrui conceditur,ut in die comparentes, desolationem earum deplorēt.Quum igitur discordia res sit tam perniciosa, ac tot malorum causa,quemadmodum prædicta ostendunt, & per multa exempla discipotest,longè etiam perniciosius est,ut ij qui pusillanimitatem abiecerūt, & pacis gustauerūt bona, rursus in eandem incidant infirmitatem, & ad propriū redeant uomitum:& quòd neq; stulti erudiantur, uel experti sapiant,uideo enim non solum illos leues & stultos censeri,qui in malo perseuerant:sed & eos qui facilè ad utramq; feruntur & inclinant partē, & auræ instar uolitāt, uel ut Euripus fluxu & refluxu mutantur,seu ut maris undę sunt instabiles. Proinde & illud cōsidero,quòd eos qui adhuc à dissensione sunt occupati, concordiæ spes releuet,admodumq; calamitatem soletur. siquidem infortunatis maximum subsidium est spes immutationis, & quod successus meliorum eorum subiaceat oculis.qui uerò sæpius in concordiam redeunt, semper tamen rursus ad malitiam recurrunt,cum alijs etiam spem melioris amittunt,nec minus seditionis semper concordiam timentes, & quia facilè hinc inde uoluantur,& instabiles existant, neutræ parti cōfidentes.Cęterùm nemo me dicere putet,omnē pacem esse diligendam:noui enim quòd quēadmodum discordia quædam melior existit,ita & concordiam quandam pernicioſiorem esse scio.Verùm de bona, & quæ bono ac Deo nos sociat, loquor.Porrò si breuiter de his uerba facere oportet, ita sentio, quod bonum nec ultra mediocritatē remissius,nec etiam debeat esse seruentius,quo non propter leuitatem omnibus adhæreat, aut propter rigorem omnibus resistat.pariter enim remissio ignaua est,& peruicacia incommunicabilis.atqui non ne constat,quòd aduersum ea quæ sunt impietatis,& igne, & ferro, & tempore,& potestatibus,ac omnibus pariter prius decet obniti, quàm prauitatis fermento pollui,& malè habentibus prębere consensum? nihil enim ex omnibus adeò timēdum est,ut timori præponat diuino,ac propter quod fidei prodantur sermones:necnō ueritatis, cum ueritati seruiamus.ubi uerò offendit suspicio,& metus inscrutabilis, ibi melior est celeritate longanimitas,& pertinacia astipulatio.uerùm longè melius est & conducibilius, ut in communi corpore manētes,alios tanquam membra instruamus ac instruamur, quàm ut propter defectionē dissideamus, & id quod fide dignū est segregatione dissoluamus.deinde,ut cum uiolentia tanquam tyranni, & nequaquam fratres, correctionem lege firmemus. hæc quum sciamus fratres, inuicem nos amplectamur & foueamus,in unumq; ex corde redeamus.imitemur illum qui interstitium sepis dissoluit,& qui per sanguinem suum omnia in unum deduxit & pacificauit.dicamus patri huic cōmuni, caniciei ue- *Patri suo Gre-*
nerādæ, miti & pio pastori: Vides præmiū mansuetudinis tuæ,eleua per cir- *gorio.*
cuitum oculos,& aspice filios tuos,quemadmodum desiderabas in unū congregatos, quod solum tibi contingere die noctuq; petebas, ut in senectute bona peregrinationem tuam terminares.Ecce omnes ad te uenerunt,ac sub tuis requiescunt alis,& altare tuum circundant:ac qui cum lachrymis discesserant,cum lætitia accurrunt.Gaude & oblectare pater optime, & filiorum amator prestantissime,quoniam cuncti ornatu,sponsæ instar,induti sunt &

Universidad de Deusto
Biblioteca

amicti. dic & tu ad nos, Ecce ego & filij mei quos mihi dedit Deus. adde & alia uocē dominicā, et plus familiarē: Quos dedisti mihi, seruaui, & nō perdidi ex eis quenquā. nec enim uel unus perijt, sed omnes in uno manemus spiritu, ac unanimes in Euāgelij collaboramus fide, cōcordes, unū sentiētes, armati scuto fidei, præcincti lūbos in ueritate. unū solū bellū nosceētes, aduersum diabolū, & eos qui sub illo militāt. nō timemus eos qui corpus occidere possunt, animā uerò nequaquā cōprehēdere ualēt, sed animæ ac corporis dominū timemus, bonū seruātes depositū, quod à patribus nostris suscepimus, adorantes patrem & filium, & spiritum sanctū, in filio patrem, in spiritu filium cognoscentes. quorum nomine baptizati sumus, in quos & credimus, quibus & coordinati sumus, prius diuidentes quàm cōiungamus, nequaquā tria ut unum: non enim subsistentia carent, aut unius sunt subsistentiæ, ut diuitiæ nostræ sint in nominibus, & nequaquā in rebus: sed & tria unum dicimus, uerùm non subsistentia unum, sed deitate, unitatē in trinitate adorantes, et trinitatem in unitatem restaurantes. tota enim est adoranda, tota regalis, unius potestatis, unius gloriæ, supramundana, super tempora, increata, inuisibilis, non uestigabilis, incomprehensibilis, & quo'nam se ordine erga seipsam habeat, ipsa sola cognoscit. nilominus tamen à nobis colitur & adoratur, solaq; sancta sanctorum ingreditur, ac omnem creaturam foris relinquit: hanc quidē primo, illam uero secundo segregatam uelamine: primo quidem cœlestem & angelicā, à diuinitate, secūdo aūt nostram à cœlestibus. hæc facimus fratres, & ita habemus: & qui aliter sentiunt, eos tanquam ueritatis pestem, quantū possibile est, suscipimus & curamus: qui uerò incurabiles sunt, illos refugimus, ne & nos morbi cōtagione, priusquàm sanitati suæ restituti fuerint, inficiamur. Deus autem pacis, quæ omnem exuperat mentem, sit nobiscum, in Christo Iesu Domino nostro, Amen.

DIVI GREGORII NAZIANZENI DE PACE

Oratio secunda: Bilibaldo Pircheimero interprete.

IEruidus zelus, māsuetus spiritus, humana dilectio, seu potius humanitas ipsa: spes longanimis. zelus accendit, spiritus mitigat, spes permanet, & bonum quod in nobis est, nequaquā dispergi sinit, etsi natura simus segregabiles, dilectio conseruat, & ex tribus unum, uel existens manet, uel commota subsistit, seu discedens redit, quemadmodum arborum rami, manuum ui inflexi, ac inde demissi, rursus ad seipsos recurrunt, & naturæ suæ proprietatem ostendunt, uiolenter quidem incuruati, sine ui uerò rursus directi. Porrò malitia, natura est expedita & uehemens, ad deterius inclinatio, torrens per pronū decurrens, aut calamus, qui per scintillam & uentum facilè succendit, suoq; consumitur germine: ignis enim materię fœtus existit, qui & materiam consumit, quemadmodum malitia malos, & cum suo abit nutrimento. Sanè si quis in habitu aliquo boni consummatus est, & in illo cōfirmatus, difficilius est illum cadere, quàm sub initium bonum fieri. quandoquidem tempore et sermone omne confirmatur malum, natura uerò permanet, quemadmodū & nobis dilectio, cum qua seruimus dilectioni existēti, & quam diligemus, & in omni uita præponemus. ubi igitur sunt qui nostra diligenter obseruāt, benè ac aliter se habentia, non ut discernant, sed ut diuexent: nec ut condoleant, sed ut insultent? & bona quidem calumniantur, mala autem tragicè celebrant, & in domesticis malis propinquorum casus pro excusatione habēt. sed utinam rectè iudicarent, iræ enim loco, utilitas, iuxta parœmiam succederet, si timore inimicorum præstaretur, ut securius degeremus. nunc autem cum inimicitijs & malitia, rationem obtenebrante iudicant, quum nec infide dignis uituperatio locum habeat. ubi igitur nunc sunt, qui diuinitatem pariter & nos odio habent? hoc enim magnificentissimum est quod patimur, ut cum Deo periclitemur, ubi nobis sunt, qui in caulis proprijs clementer

menter iudicant, in alienis autem exquisitores sunt acerrimi, ut & hic ueritatem mendacio inuertant. ubi sunt qui uulneribus sunt pleni, nobis uerò cicatrices exprobrant? qui pedum offensiones traducunt, quum ipsi pleno ruāt casu? qui cœno sunt obuoluti, & propter maculas nostras exultant? qui trabem in oculis habent, & festucas nobis obijciunt? quæ infixæ non admodū offendunt, neq; uisum molestè lædunt, seu impediunt. Adestote igitur, & participes efficiamini arcanorum nostrorum. uocamus uos ad consessum, & exosi, inimicis pro arbitrio utemur. proh contumaciæ, uel etiam audaciæ, quò abeatis confusi & superati. quid hoc mirabilius? nostrum discentes sanitatem, ex ijs ob quæ ægrotauimus. non enim de diuinitate cōtendimus, sed propter constantiam decertauimus. neq; quam impietatem potius eligere oporteat dubitauimus, uel eam quæ Deum contrahit, uel incidit, & incidentem, uel spiritum solum, ab essentia diuina, uel filium à patre, unicam particulam, seu duas impietatis. hæc enim tanquam præsentis morbi capita attingere necesse est, deinde ascensiones in corde ponere, non confessionis, sed negationis: nec Theologiæ, sed blasphemiæ. alius enim in diuitijs impietatis alio est contentiosior, non quòd uereatur se impiè agere, sed quòd censeat longè se alijs mediocrius & humanius habere. nos uerò haud ita, uerùm de diuinitate conuenimus, & idem sentimus, non minus quàm diuinitas cum seipsa: si hoc non magnum est dicere, et facti sumus labium unum, et uox una, longè secus quàm ij qui turrim prius ædificabant: illi quidem in malo unanimes erant, nos autem in re optima, bona nempe concordia, quo unanimiter ac uno ore glorificemus, & patrem, & filium, & spiritum sanctum. & hoc dicetur de nobis, quòd Deus sit in nobis, qui unientes unit, & glorificat eos qui glorificant illum: & non solum dicetur, sed & credetur. uerùm alia sunt ob quæ dissidemus, tametsi malè in illis quoq; haud enim negabo: oportuisset enim ut nullum maligno dedissemus ingressum, neq; linguis malis libertatem, nisi tantum quantum uidetur ijs qui nostra criminantur. uerùm quum necesse esset, ut in aliquo delinqueremus, quū homines essemus, istud est in quo peccauimus: nimij gregis facti sumus amatores, nec discernere potuimus quod'nam ex duobus bonis, potius fuerit eligēdum, donec eò deuentum sit, ut ambo æqualiter admirati simus. hoc nostrum est crimē, de hoc nos quicunq; uelit aut reprehendat, aut indulgeat. hoc professionis est securitas, super hoc autem' nihil, etsi ualdè uolueris. iniustè putrescere faciunt oleum, inquit ille qui dixit, Interficite & putrefacite. bonum autem' sequitur inuidia. uelletis quidem, sed non potestis. omnium etenim, quemadmodum Esdræ ac mihi quoq; uidetur, fortissima est ueritas. nostra igitur inter nos ipsos dissoluimus, & dissoluemus: haud enim possibile est, ut filij patribus malè iudicent, præcipuè quum trinitas interueniat cōmunis, pro qua in re tam ardua depugnamus, & propter quam nequaquam pugnabimus. Ego tam paruus, pacis sponsor ero, quoniā humilib. gratiam dat Dominus, humiliat aūt elatos usq; ad terrā. quid aūt ad uos conciliatores nostros hæc pertinēt? estis enim cōciliatores, licet inuiti in hoc gratificamini. etenim nō ideò uos pij estis, si nos uel in paruis, uel in magnis sumus mali. sed neq; nos in aliquo, si erramus, propter malitiā sumus laudādi. uos uerò nihilominus impij estis, & si nos peccamus. immò plus, quantum errantibus estis molestiores. & ut intelligatis, in omnibus nos sciatis unanimes esse, & per hoc discetis, quòd semper unanimes erimus. fecimus, ut arbitror, rem cōspiciendā. Pater benignus est, et filius obediēs, inuicē pari decore cōfidemus. etsi bene uolētię quid et cōsensus in nobis uiuit, uiuax est, accēdimus etiā. persuadeat uobis sermo. de hoc enim audiuistis, & miraculum hoc ad aures meas perue nit. & scio, q̄d maius quid in uobis est, q̄ ut in aerē spargāt. id nēpe quod in animabus est reconditū. de uobis aūt rursus audiatis, si rursus audire desideratis. quæ si haud quaquā ad demonstrationē sufficiūt, saltē publicè sunt decantata: tentationes uidelicet, & lapidationes, quas iam sumus perpessi, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

quibus sumus instructi. nequaq; enim afflictiones ægrè tulimus: sed si haud pateremur, damnum esse putauimus: & tãto magis, quòd pericula talia pro Christo degustauimus. ob quę fructum reportauimus optimũ, populi nẽpe huius argumentũ. quid igit̃ uultis? uos hoc credite, & nulla uobis restat difficultas. neq; in Theologia secunda: & meæ parcetis imbecillitati, qua oppressus, uix hæc uobis loquor. sed oportet quemadmodum & surdis auribus sæpius eundẽ inculcare sermonẽ, q̃ frequẽti uoce in aures loquamur audientiũ: sed & sermonẽ quiete uestra mihi prouocare uidemini. silentium enim assensum esse, parœmia docet. Nunquid igitur sermonẽ amborũ susc̃ipietis, ex anima una, & ore uno? doleo aũt, quòd non in montẽ altissimũ ascẽdere, seu uocẽ desiderio meo dignã accipere possum, quo omnibus qui malè sentiũt, hæc tanquã in cõmuni orbis theatro proloquar: filij hominũ quousque graui estis corde? cur diligitis uanitatẽ, & quæritis mendaciũ? dum nõ unã nec simplicem deitatis introducitis naturã, sed tres inter se alienas & discerptas. nec mirũ, si dicatur excessũ & defectu pugnantes: aut unã, sed minutã quandam & angustã, cui haud cõcessum sit, ut inter magna habeat principatũ, tanq; quæ nõ possit aut nõ uelit. & hoc bifariã, aut propter inuidiam, aut propter timorẽ: hoc quidẽ, ne quid eiusdem introducatur honoris: illud aũt, ne hostile, & quod pugnet. sed ecce tibi, quantũ Deus creaturis est honorabilior, tantũ & prima sua causa est magnificẽtior, ut uel diuinitatis principatus sit, uel creaturæ, & per mediũ diuinitatis ad creaturas perueniatur: aut è cõuerso, & huius gratia subijciatur diuinitas, quemadmodũ uidẽt inuestigatoribus nimis diligentibus & sublimioribus. Etenim si uolumus filij & spiritus dignitatẽ confitentes, uel sine principatu inducere, aut ad alium principatũ perducere, timendum utiq;, si sit, ne offendatur Deus, aut apud nos periclitetur contrarium. si autem nimium filium attollas, aut spiritum, uerendũ ne supra patrem statuas, aut à causa excludas. Cęterùm hortor te, qui nimio generationis & principij teneris amore, ut bonum obmittas germen, & processionem admirandam. nam quid Deum magis inhonorat? si uel horum statuis principatum, qualem ipse introducis: uel non horum, sed qui natura sunt similes, & gloria eadem, quemadmodum & noster exigit sermo. uerũ tibi magno honori est, & maximo, quantus sit filius: & tanto magis, quanto omnia patri uiuit, & character est germanus generantis. nec uelles decẽ milium potius hominum dominus esse, quàm unius filij pater. uerùm Deo aliter uidetur. quid maius est? uel filium habere patrem, quod additio gloriæ est, & nequaquam sublatio. quemadmodum & eminentia spiritus. aut ignoras, quòd tu quidem creaturarum principatum statuis, principatum filij dico & spiritus, & quod principatum ueneraris, & ignominia afficis quæ ex illo sunt: principatum quidem, quoniam paruorum introducis principatum, & deitate indignum: filium autem & spiritum, quia parui sint, & non solum creaturæ, sed & omnium creaturarum facis ignominiosiores. si saltẽ horum unum, ex uno subsistit, et aliquando quemadmodum instrumẽtum artifici, quod ante priores artifices non erat, neq; aliàs factum, nisi Deus fortè quid per ipsos creare uoluerit, tanquam illi haud sufficiat uelle. omne enim quod alicuius rei gratia est, uilius est, quàm id per quod generatur. Ego autẽ deitatis principatum introduco, omni carentem tempore, & inseparabilem, & indefinibilem: principatumq; ueneror, & ea quæ ex principio sunt æqualiter: hunc quidem, quòd horum sit principium: ista autem, quòd talis, & talia, & ex tali, non tempore quandoq;, non natura, non uenerationè discrimi nata, unum diuisibiliter existentia, & diuisa inseparabiliter coniuncta. etsi difficu hoc sit mirandum, non minus tamen laudabilis inter illa diuisio, qua unumquodq; per seipsum intelligitur & comprehenditur. Trinitas perfecta ex perfectis tribus, unitate enim commota propter diuitias. dualitate autem supergrediente, super materiam quidem & speciem, ex quibus sunt corpora. Trinitate uerò propter perfectionem definita. Prima enim supergreditur

tur dualitatis compositionem, ne diuinitas sit angusta, neq; in infinitum diffundatur: hoc enim non esset decorum, illud uero inordinatum: & hoc quidem penitus esset ludaicum, illud autem gentile, & malorum deorum. Proinde & hoc considero, & forsitan non inerudite, aut imperitè, sed admodũ argutè, quod nullum tibi incidet periculum, si filium introduxeris genitum: haud enim aliquid patietur corporale & materiale generans, qui generationis expers existit, quoniã nec corpus habet: ac propterea cõmunes de Deo discedant suspiciones, ne timeamus ubi nõ est timor, & frustra, ut dici solet, simus impij. Mihi autẽ periculum imminet, ne offendatur diuinitas, si creaturam susc̃ipiam: non enim Deus est quod creatur, neq; herile quod est conseruum, etiam si prima seruitutis & creationis dicantur, & hoc solum demulcet offensum. Qui enim debitum subtrahit honorem, non minus subtractione illa ignominia afficit, quàm honorat attributione, tametsi negocium, honoris simulationem habere uideatur. quod si tibi circa genituram passio nascitur, & mihi quoq; circa creaturam. Scio enim quod id quòd conditum est, nequaquam sine affectione est conditum. Si autem non generatur, nec etiam restituitur. Proinde sermonis susc̃ipe reliquum, tu qui paruum, æquale, propter appellationem creaturæ dicere audes: nil enim est, quod non aggredi, seu conari audeas, quũ malus sis dispensator & arbiter. etenim non posses aliàs excellere, nisi Deum longè à dominatione repelleres, quemadmodum & in hoc seculo tyrannici sunt moribus, & qui opprimunt imbecilliores. Ego autem unicam, & eandem, necnon breuem emittam uocem. Trinitas fratres, uerè est trinitas. non numeratur autem trinitas rebus inæqualibus. aut quid prohibet, & numerum denarium, & millenariũ nominare cũ tot cõpolitis? multa enim sunt quæ numerari possunt, & longè his plura: uerùm æqualiũ, & quæ eiusdem honoris sunt comprehensio, ac in appellatione ea continent̃. natura enim sunt insita, quæ non sinit ut dissipent̃ à numero solubili, quum dissolubilia non sint. Ita sentimus, & ita habemus, ac ideò quemadmodũ hæc inuicem se habeant, tam habitu, quàm ordine, ad solam trinitatem scire pertinet, & puros illos quibus trinitas reuelare uoluerit, seu nũc uel in posterũ. ipsi aũt unicã & eandẽ esse scimus diuinitatis naturã, sine principio, & generatione, & processione cognitã, tanq; mente, quæ in nobis est, & ratione & spiritu, quantũ cõiecturare licet sensibus, de ijs quæ possunt cognosci, & paruis magna, postquàm nulla imago pertingit ad ueritatem, ut ipsa seipsam significet, semper eandem, semper perfectã, sine qualitate, sine quãtitate, sine tempore, increatam, incomprehensibilem, nunquam seipsam derelinquentẽ, nec derelictã: uitas, & uitam: lumina, & lumen: bona, & bonũ: glorias, & gloriã: uerùm & ueritatẽ, necnõ spiritus ueritatis: sancta, & sanctitatẽ ipsam. Deũ unũquenq;, licet solũ contemplatione percipi possit, quũ mens separat inseparabilia. Deũ trinũ, inuicẽ se cognoscentẽ, cũ eodem motu & natura, nil supra seipsam relinquentẽ, aut in aliquo transcendentem. nil enim erat quod cum ipsa derelinqueretur uel transcenderetur, nec erit, neque cum seipsa parem susc̃ipit honorem. neq; enim in aliquo appropinquant ea quæ creata sunt, & serua, uel participantia, aut circumscriptibilia ijs quæ increatæ, & dominantes, & incomprehensibilis & inexpertæ sunt naturæ. hæc enim penitus absunt, ista autem aliqualiter, partim approximant, partim uerò sunt propinqua: & hoc non natura, sed comprehensione. & quando? quum rectè de trinitate sentitur, & super sermonẽ euadit̃, nisi hoc ipsum sit libertas & regnum, ut rectè cognoscatur dominatio, & ne quaquã mentis humilitati admisceantur ea quæ longè absunt. Quibus autẽ seruire tanti est, qualis ijs erit dominatio? & quibus magnum est, ut beatitudinem cognoscant, qualis erit iam cognita? hoc nobis magnum uult mysterium, hoc est fides & regeneratio in patrem, & filium, & spiritum sanctum, ac nomen commune, abnegatio impietatis, & cõfessio diuinitatis. hoc unũ commune nomen est, ita, ut si aliquid ex tribus separetur, aut ignominia affi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciatur,& confessio etiam ignominia ostendatur. cum hoc quidem cõfessio, cum illo autem diuinitas: cum hoc deificatio, cum illo uerò spes. uidete qua lia nobis largiatur spiritus, theologicè intellectus? & quemadmodum punit despectus, ut interim obmittam timorem, & iram comminatam non uenerantibus, sed ignominia afficientibus. & hæc breuiter sint dicta, dogmaticè, sed haud contradictoriè, piscatoriè, sed non Aristotelicè, attamen non male ficè: ecclesiasticè, sed nõ forense: utiliter, sed non demonstrabiliter, ut palàm fieret nos unanimiter sentire ijs qui contra nos concionantur, & panegyres celebrant, & in hoc solo consentientes, uno inspirati, unum spirantes. Nolite igitur sicut esurientes colligere semina minuta nostra, siue ea errata dicere oportet, siue ludicra. Siquidem summæ est infelicitatis, neq; in proprijs uiribus securitatem habere, sed istam in aliorum uitijs statuere. Ecce dextras inuicem damus in oculis uestris. Ecce trinitatis opera, quæ pariter à nobis glorificaẽ & adoraẽ. hoc uos meliores reddat, & magis rectè sentientes: & utinã exaudiamur, & dies iste dies uocetur sanctus: nõ contradictionis, sed capacitatis: nõ tentationis monimentũ, sed festiuitas uictoriæ: quo nobiscũ totus cõsentiat orbis, qui partim sanè se habet, partim nunc sanitatẽ accipit, & sanari incipit: hoc & uobis fiat causa salutis & reformationis. Cæterùm ô sancta & adoranda ac lõganimis trinitas. siquidẽ lõganimis es, quia tam diu toleraſti secantes. O trinitas, qua ego dignus sum factus ut seruus sim, & præco non simulatus. O trinitas, quæ omnibus aliquãdo cognita eris, quibusdã splẽdore, alijs autem cohercione, suscipe & hos adoratores, qui nunc sunt offensores, & nullũ nos offendamus, nec minimũ quidẽ: tametsi me deceret cohercere cum charitate, sed nõ audeo tantũ dicere, quantũ Apostolus, uerùm eadẽ haud sunt accepta. dilaceretur aũt lingua, & lugeat os altercationẽ: uidebimus & illã aliquãdo, aut quibus è nobis plus otij supererit cognoscemus, & uersuta germina uestra, seu abortiua. Nam posteaq; aspidũ oua dirupimus, & cõtriuimus sermone duro & repercussiuo, blandè & sine uiolẽtia hæc reprehendemus, & basiliscũ qui in eis abscõditus est, in medium proferemus, licet sit basiliscus, sed mortuum & inefficacẽ, & immobilẽ, et in uijs mortuũ, & priusquàm fieret non existentẽ: ut pro uobis loquar, & ut parumper uobis gratificer, qui non plus odio habeo cõprehensionem, quàm me miseret habitudinis. hoc dabit nobis, quemadmodum scio, qui dat super aspidem & basiliscum ascendere, & ambulare super scorpiones & dracones: qui & conteret satanam breui sub pedibus nostris, siue tanquam fulmen ex cœlo, propter antiquum splendorem cadentem, seu tanquam anguem fugientem, propter malignitatem posteriorem & transformationem, ut per terram serpat, quo parumper à malis respiremus, penitusq; aufugiant luctus, & dolor & suspiria, nunc & postea in Christo Domino nostro, cui sit gloria in secula, Amen.

SERMO DE PACE TERTIVS AD AMPHILOchium: *Bilibaldo Pircheimero interprete.*

PAx chara tam suauitate, quàm nomine, quam nunc populo dedi, & è conuerso accepi, tametsi ignorem utrum uox hæc apud omnes germana sit, & spiritu digna. uerùm nequaquam reprobanda sunt pacta publica, præcipuè Deo reste inita, ne maior nobis accedat damnatio. Pax chara meditatio mea, ac ornamẽtum, quam & Dei esse audimus, ac Deum eius esse Deum, Deum ipsum ita, ut in pace Dei, & Deus sit pacis, ac ipse est pax nostra, et nihil adeò ueneramur. Pax chara est, et res bona, ab omnibusq; laudata, sed à paucis seruata. cur nos tãto iã tẽpore dereliquisti, ac uix tandẽ ad nos redijsti? quantũ te desidero & amplector, lõgè ab alijs dissentiens hominibus, siquidẽ præsentẽ foueo, absentẽ uerò multis lachrymis ac lamentationibus reuoco, qualibus nec Iacob patriarcha Iosephum illum à fratribus quidem diuenditum, sed

sed ut ipse arbitrabatur, à bestijs discerptum. neq; qualibus Dauid amicum suum Ionathan, quum in pugna cecidisset, nec postea filium Absolonem? ex quibus ille quidem patrijs uisceribus commotus, feram dilaceraſſe Ioseph clamabat, feram pessimam & immitem, ac filij uestem sanguine infectam proponebat, qua filij carnem adornarat, eadem & afflictus & consolatus: hic uerò nunc quidem montibus, in quibus pugnatum fuerat, maledicit, Mõtes Gelboe, inquiens, nõ cadat super uos nec ros, nec pluuia, & quomodo cecidit arcus & uirtus Ionathæ: nunc autem respondet, tanquam nequaquam parricidio iniuria sit affectus, & cum mortuo fœdera init: ideo fortaſsis propter filium dolens, quòd contra patrem suum manus extendisset. unde enim pater, quem tanquam inimicum ulciscebatur bellantem, tanquã amicum deliderat mortuum, & uicit natura inimicitias, quibus nil est uiolentius. erat & res miseranda, quum arca caperetur ab alienigenis, & Hierusalem solo æquaretur, & à gentibus conculcaretur, et filij Sion honorabiles, & auro rependendi, in captiuitatem ducerentur, in qua & nunc quoque sunt dispersi, populus in orbe peregrinus & incola. proinde & grauia sunt quæ nunc uidentur & audiuntur: prouinciæ deuastatæ, tot millia cæsa, ita ut terra sanguinis inundatione & hominum laboret casu, ac populus alienæ linguæ tanquam per domum discurrens alienam. nemo incusatur propter propugnatorum ignauiam: hi enim sunt qui paulo minus orbem defenderunt. sed hæc propter nostram accedunt malitiam & impietatem, quæ grassatur per patriam. grauia sunt hæc, & plus quàm grauia, & quis nam ex ijs qui calamitatem æstimare norunt, contradicet, ob ea quæ sunt perpessi? sed nondum tale quiddam accidit, quale persecutio est, quam pax est perpessa, & ecclesię decor sublatus, & uetusta dignitas dissoluta, & in tantũ ordo peruersus, ut quum prius ex non populo populus, & ex non gente gens facti simus: nunc aũt periculum immineat, ne ex populo maximo & gente, rursus in non populum, & non gentẽ dissoluti, fiamus sicut fuimus à principio, quando non conueniebat inter nos, neq; in unum nomen & ordinem concesseramus: et periculũ immineat, ne calamitas potius suboriatur, quàm felicitas conseruetur. quoniã quũ contra persequutiones pugnauimus, fuimus roborati, et in unum reducti. at postquàm conuenimus, sumus dissoluti. quis enim non lugeret, si rectè perpenderet præsentia? quis ue sermonem inueniret, calamitati huic æqualem? latrones, quos malitia colligauit, pacem inter se habent, et quidam in tyrannide sunt concordes, aut furti participes, seu in seditione coniurati, uel adulterij adiutores, insuper chori est consonãtia, & ordinis militaris, ac nauium supplementi: ut interim referre obmittã, hæreditates ex æquo diuisas, & respublicas dissidẽtes, ac successiones ministrantium & principum ordine procedẽtes & lege, necnon decantatam illam sophisticam, seu grammaticam, ne dicam philosophiam, circa quam iuuenum est contentio, ac solutius agitur & insanitur, sed ob quam hac hora parum disceptatur, ut plurimum uerò pacem habet: nos uerò discordes sumus, idq; sine ulla reconciliatione, ita ut nunquam in unum conuenire, neq; aliquam rationem ad hanc ægritudinem curandam inuenire ualeamus: sed tanquam principes in sacris & mystæ sumus malitiæ, & nequaquam uirtutis. siquidem multa seditionis suscitamus incendia, paruam uerò aut penitus nullam de concordia curam habemus. Proinde quosdam qui ita disceptant, haud magnopere seditio tollit: quosdã uerò seditionem suscitare melius est, quàm unà sentire: nam quis inter prudentes concordiam in malo laudare posset? nos autem si quis interrogaret, quid honorandum nobis esset & adorandũ, in promptu dicere foret dilectio. Deus enim dilectio nostra est, quæ à sancto defluit spiritu. & quum Deus hanc nominari audit, magis gaudet quàm ob nullam rem aliam: sed nec de lege & prophetis, ut summatim dicam, non aliter respondere cõcederet uir Euangelicus. Cur igitur quũ tanti sit nobis dilectio, eam ita odio habemus, et habemur? et qui uiri sumus pacis, pugna-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cis, pugnauimus sine inducijs, et sine recõciliatione: et qui sumus lapides angulares, nequaquã firmiter cõsistimus: & qui sumus petræ, commouemur: & qui sumus lucis, obscuramur: & qui sumus sermonis, tacitæ sumus taciturnitatis, seu irrationalitatis, aut insanię, seu quomodo dicere debeã, ignoro: ut cum cibi, necnõ somni, et cantus sit satietas, ac rerum turpissimarũ, ut aiunt, omniumq; satietas: non solum earum quæ dolorem inferũt, sed suauissimarum etiam, omniaq; inuicem sibi succedant & circumuertant: nobis tamen nullus sit finis feriendi & feriri: nõ solum inter eos qui alterius sunt opinionis, & qui ob fidei sermonem inter se dissentiũt: nam hoc minus dolendum foret, & zelus rerum laudabilium pro respõsione esset, si in terminis suis cõsisterent. nunc uerò cum ijs qui eiusdem sunt opinionis, necnõ inter seipsos, & de rebus dissident eisdem: hoc enim laboriosissimum, aut miseratione dignissimum existit, & quodãmodo causa est, ut principatus, aut pecuniarũ amor inde oriatur, aut odium, aut inuidia, aut suspicio, aut aliud quid, quod nec apud impios contingere uidemus, charitasq; nil nisi calculorum est mutatio. quando autem erramus, pij sumus & orthodoxi, & fugimus mendacium, pro ueritate tanquam pro fide dissidentes: ac solum hoc laudabile facimus, tanquam in malis, si non ualde turpe, quod ob malitiam erubescimus, & ad uerecundius nomẽ pietatem transmutamus. Insanum quidem, & mutabile id esse diceret aliquis, & fabricam maligni, sophistæq; nequitiam. & heus tu, qui aliquando uel hoc passus es, uel ut uerius dicam, stultissime, hoc tibi heri erat pium, & quomodo hodie est impium? quum nil addideris, seu dempseris, nec in uerbis, nec in literis, sed in eisdem consistis, tanquam eundem spires aerem, & eisdem oculis eundem aspicias solem: aut si mauis, tanquam de numeris aut mensuris interrogatus, nil aliud quàm illud idem respõderet. sed adulter est tibi hodie, qui heri erat Ioseph. Siquidẽ hucusq; cõtentio est progressa, tanquam flamma per stipulas currens, & per gyrum deprehendens. Et Iudas tibi hodie est aut Caiphas, qui heri erat Helias, aut Ioannes, aut alius quispiã, qui cum Christo sunt constituti, & qui eadem zona sunt præcincti, ac eodem uestimento fusci seu nigri coloris amicti. Cęterùm contra legem meam & sermonem uitæ prætenditur castimonia, pulcherq; flos sublimiorũ, pallor nempe, uocisq; concinnum & placidum, necnon incessus maturum, & mansuetum. atqui heri philosophiam professi sumus, hodie uerò inanem gloriam spiramus, eandemq; secundum uim spirituum seu ægritudinem, aliquando sumus Iesu, aliquando uerò Beelzebub, & utimur his, nequaquam statera iusta, nempe contentione et ira: ac quemadmodum eadem terra stat quidem sanis, & nõ ægrotantibus, mouetur autem uertigino sis, & qui se circumuoluunt, quum uidentium passio ad id quod cernitur transmutatur: aut si mauis, quemadmodum eadem statua, maior quidem ijs qui propè sunt & considerant: minor uerò distantibus apparet, quum aer suffuretur distantiæ, uisui uerò dilatet crassiora: ita & nos facile decipimur propter inimicitias, ut in eisdem nequaquam idem amici simus: nec nos cognoscimus, tempusq; facile multos nobis præter decorem eligit sanctos, multos etiam impios, seu potius omnes miseros: non solum quod ad maligni exemplum respicimus, nam expedita est malitia, etiam sine trahente: sed quia facile omnia permittimus omnibus, ob rẽ unicã, nempe ut nobiscum insaniant. & prius quidem, neque uerbis superfluis quid eloqui sine periculo erat, nunc uerò conuicijs impetimur, etiam ob pijssima. & aliquando quidem nec legere extra legem licet, nec scripturæ astipulationem adducere, hoc est, ut mihi uidetur, populi concordantiam negligere. aliquando uerò & in arcanis quoque prophanis utimur iudicibus, proijcientes sacra canibus, & margaritas ante porcos: nec solum hoc, sed & aures eorum nostris pascimus iniurijs. nec illud cernere possumus, quòd haud tutè arma committimus inimicis, neque ei qui Christianos odio habet, sermonem cõtra Christianos. quod enim hodie improperamus, cras nobis

improperatur:

improperatur: & adulatur, ut dici solet, inimicus, nõ ut laudet, sed ut amarulenter thesaurizet, quo in tempore uenenũ contrà credentes euomere possit. uerùm cur hęc patimur, heus uos? et quousq;? quando ex ebrietate sobrij erimus? aut oculorum lippitudinem abstergemus, & ad ueritatis lumen respiciemus? quæ sunt hæ tenebræ? quæ pugna nocturna? quæ tẽpestas? quæ nec amicorum, nec hostium aspectũ discernit. cur facti sumus opprobrium uicinis nostris? subsannatio & irrisio ijs qui sunt per gyrum? quæ contentio mali? unde tam immortalia patimur? seu potius haud patimur, sed fortes sumus in malo, quum affectus nostri insaniunt: gaudemusq;, quum inuicem consumimur: & nulla ratio, non amicus, non socius, nõ medicus, qui ægritudinem hanc medicamento depellere seu excindere posset: nõ angelus protector, non Deus ipse. sed præter alia & Dei clementiã nobis ipsis interludimus. Cur Domine longe discessisti? & quomodo auertis te in finem, ut ali quando nostri cũram geras? ac quousq; hæc processerunt? & ubi consistẽt? timeo ne præsentia fumus sit, ignis illius quem expectamus. ne in his antichristus delitescat, & tempus regni sui ex erratis nostris & morbis sumat. ut plurimum enim, necrecte ualentibus mentem adhibent, neq; ijs qui dilectione sunt solidati. sed oportet regnũ in seipsum diuidi, deinde tentari, & fortem in nobis cogitationẽ ligari, postea uasa diripi, & hæc nos pati, quæ nũc uidemus inimicum à Christo pati. ac ideo ego fleo, inquit Hieremias in Lamentationibus, et ob mali magnitudinem oculis meis fontes quęro lachrymarum, ac conuoco sapientes, quo mecũ lugeant: dolent & mihi uiscera, ac sensus cõtundo, nec habeo quomodo subleuem dolorem, & quibus uerbis. ac ideo fileãt antiqua, & noua per comœdiã repręsententur, siquidẽ comœdia inimicis meis tragœdia est. Propter hoc, nõ paucis ecclesias abstulimus, ac scenæ exposuimus, & hæc in tali urbe, quæ ludis oblectatur plus quàm alijs rebus: quę & potius pro laudandis rideret, quàm negligeret aliquid ridiculum quod nõ rideret: ita ut admirarer, si non & me quoq; hodie hęc decente rideret pietatis præconẽ, & qui nõ omnia ridere, sed quædã etiã seriò agere docet, & quid mirũ fuerit? quod ridere dico, si non & pœnas dem, dũ benefacere uolo. & talia quidẽ sunt nostra, ita ut me neq; dolore afficiant ecclesiæ occupatę, quoad forsitã alicui accideret, qui animo esset imbecilli. neque aurum alijs affluens, nec linguæ, quæ suo funguntur officio, dũ malè loquuntur: nam bene dicere nõ didicerunt. haud enim timendũ est, ne diuinitas circumscribaẽ loco, aut uenditioni exponatur, quo planè uilitas illius ostendatur. mihi autẽ non respondebunt, qui me laudibus extollunt, uel infamia denigrare contendunt, nõ secus ac ij qui cœno cõmiscent ungentũ, aut unguento cœnum, & qualitates commixtione cõfundunt, quo molestè feram conuicia, tanquã ebrius: aut multas laudatoribus distribuã pecunias, ut me laudibus suis faciant meliorem. nunc autẽ res nequaquã ita se habet: sed quod sum, hoc maneo, & diffamatus, & admiratione habitus. homo autem aliter incedit sermonibus, inquit Iob, et quẽadmodũ africus petrã obtundit, aut pinum robustã & altam, ita & linguæ me oppugnant. cæterùm ita ego, quũ memetipso philosophor: etenim si id quod obloquutor dicit, mendacium est, non magis ad me pertinet sermo quàm illius me dictũ tangit, etiam si nomini meo maledicatur. si autẽ ueritas est, meipsum potius quàm loquẽtes reprehendere debeo. Siquidẽ in illius potestate situ est, ut quicquid uelit de me dicat, nõ in mea, ut sim talis qualis ipse uellet. ac ideo uoces tales cõtẽno tanq; inanes, quo mei ipsius fiã. & hoc solũ ex ipsorũ lucror malitia, ut securius uiuam. Tertio autem quod maximum quid habent & magnificũ contumeliæ illæ, quoniam cum Deo blasphemamur. illi ijdem enim qui diuinitatem spernunt, Theologiam etiã iniuria afficiunt. atqui non ne hęc molesta sunt? nequaquã, licet multi ita credant. sed quia nullus amplius creditur fidelis esse, neq; uirtutis ueræ, & à fraude liber, etiam si anima ualde sit robustus, & ad pietatem bene instructus, sed ille quidem manifestè malus est, hic

autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem fictionē pro colore habet & manſuetudinē, ut ſuffuretur quid apparenti. & hi quidem nō uidentur atri, propter alios quoſdā qui tales ſunt, neque ingenioſi, ſeu deformes, aut ignaui, uel intemperantes, quū plures ita habeant: ſed unuſquiſq; per ſeipſum iudicatur, & nō inquinatur, neq; ob ea quæ illi obproperantur, uel ob quæ laudatur: ſed malitia facile in omnibus utitur, & cōmunis eſt accuſatio totius, non id quod multorū eſt, ſed id quod aliquorū fiat. & quod moleſtiſsimum eſt, nō ſolum nobiſcū ſtat, ſed ad magnum & uenerabile noſtrū deſcendit myſterium. qui enim noſtra iudicant (id quod ferè omnibus euenit, qui aliena dijudicant) partim manſueti ſunt, clementes & humani, partim autē ualde amarulēti & ingrati. hi enim nobis tanquā improbis detrahūt, cauſam uerò culpæ obmittunt. illi autē accuſant legem ipſam tanquā malitiæ doctricem, & maximè quū in multos incidunt malos qui præſidentia ſunt ornati. quid ſibi hęc uolūt, heus uos, et quouſq; nunquid uel tardè ſapere incipiemus? nunquid euigilabimus? non ne uere cundabimur? nō ne ſi nihil aliud, ſaltē inimicorū cauere debemus linguas? quæ & mendacijs facile calumniantur. non ne ceſſabimus à cōtentione nimia? non ne cognoſcemus quædā ex ijs quæ quærimus eſſe ſcrutabilia, & quodamtenus? quædā autem ſuper uires noſtras, quædā præterea temporis præſentis, & confuſionis infernæ, quæ obtenebrat intellectū. quędam autē futuri æui, & fœlicitatis futuræ: quo hęc amemus eouſq;, his aūt purgemur, tanq; poſtea perfecti euaſuri, & corā iudicio cōſtituti. nūquid diſcernemus inter nos ipſos, quædā penitus nō eſſe quærenda, quædā uerò mediocriter? quędam inſuper cōcedenda, & aquieſcendū contentioſis, in ijs quę rationē noſtram nequaquā offendere queant? ac quædā fidei ſolum tribuenda, quędam uerò intellectui? ſuper quibus ſit pugnandū alacriter, ac cum ratione, et haudquaquā cū armis? nam ad manus uenire, penitus ab ouili noſtro eſt alienū, & illis qui nos odio habent relinquendum. Sanè nequaquā unam pietatis diffinitionem arbitramur cōuenire patri, & filio, et ſpiritui ſancto, qui unam in tribus deitatem & potentiā habent: nihil enim inter hos uel plus, uel minus ueneramur, ut & ego parumper eos qui circa hæc ſunt ſapientes imiter: hoc enim impoſsibile exiſtit, iſtud uerò impium. neq; magnitudinē nominū nouitatibus ſecamus. nihil enim ſeipſo maius eſt, aut minus. hoc igitur definito, & alia quoq; concedemus, qui eiuſdem trinitatis, & eiuſdem ferè dignitatis, & corporis ſumus. ſuperfluas uerò & inutiles propagines, & egreſsiones quæſtionum, de quibus nunc diſceptatur, tanquā communem quendā morbum reijciemus & auferemus. Non igitur mihi ſufficit (nam remotiora et dicere obmitto) Montani ſpiritus malus, contra ſpiritum ſanctū, & Nouati procacia, aut puritas impura, quæ dictionis elegantia multos inescat: neenon Phrygū inſania, qua nunc etiam ſe expiāt, & expiantur, quæ paulo minus & à ueteri diſtat impietate. Et Galatarum ſtultitia, qui in multis impietatis diuites ſunt nominibus. Et Sabellij cōtractio, & Arij diuiſio, & preſentiū ſophiſtarum, quæ inde ortum ſumpſit ſubdiuiſio. qui tantū differunt, quantum lingua loquax ab eloquenti. Sed nos etiā inter nos ipſos ferè diſſentimus, tametſi in capitali ſanè rectè ſentimus, diſſidemusq; ſuper eiſdem, & contra eoſdē: de recalcitratione loquor fraterna, quæ nuper inter nos eſt orta, ex qua Deus offenditur & homines. hic enim neq; genitus pro nobis natus eſt, neq; cruci affixus. unde manifeſtum eſt, quòd neq; ſepultus ſit, nec reſurrexit, quemadmodum quibuſdam uidetur, qui peruerſe Chriſti ſunt amatores. ſed ſolum honoris ignominia honoratus, & propterea in duos filios inciſus, aut compoſitus. hic autem nō perfectè aſſumptus, ſed à maximo abiectus, & in exilium pulſus, ſi ſaltem maximum in hominis natura exiſtit, id quod ſecundum imaginem eſt, & non potentiam referre. oportebat autem poſtquam diuinitas couiungeretur, ut diuideretur humanitas, & mente ſtolidi eſſent ij qui in alijs ſunt ſapientes, & nō ut totum dimidiaret, per illum qui totus errat & damnat ex primi inobedientia, & ſuffuratione aduerſarij,

Catharos notat.

Apollinarē notat.

aduerſarij, quo Deo quidē minueretur gratia, nobis autem ſalus. & nō ideo ſolum, ſed quia etiam pro hominibus nobis eſt bellum, qui à Deo ſunt ſaluati. Sanè tantum nobis ſupereſt diſſenſionis, ut & aliorum ambitione ad hoc utamur, & ſuper aliorum thronum proprias attollamus inimicitias, in duobus maximis circa unum delinquentes: et quia illorum imperandi amorem reijcimus, & quia nos ipſi ad peculiares affectus contentionem ſumimus, quemadmodum & ij qui præcipitant, petris propinquè, aut lucos extirpant denſiſsimos. Decet autem ut illos propter ociū eorum imbelliciores reddamus: ita enim ipſis magis, quàm pro ipſis, bellātes gratificabimur. Nunc autem illi ſimul pugnant, & ſimul oppugnant, ualde miſerabiliter, quēadmodum mihi uidetur, ita, ut aduerſarij totum mundum in duas partes, aut bifariam diuidant. qui uix & multo labore paulatim eſt congregatus, & multorum ſanguine unitus. quantū autem magis pacificum et mediū eſſet, ab ambabus malè pati, uel contemptum, uel oppugnatum. ex quorū numero nos ſumus hodie, qui hęc accuſamus, ac propterea cathedram hanc ſuſcepimus, multo certamine & inuidia refertam. nil mirum igitur, ſi ab ambabus partibus conteramur, ac cū multis laboribus & ſudore è medio diſcedamus, quo ex propinquo inuicem ſe cum omni uulnerent furore, quum nullum ſit interſtitium, aut quod prohibere poſsit. hæc igit definire & ſtatuere, præcipuè Dei eſt, qui omnia colligat. deinde & hominum, quibus bonum curę eſt, & cōcordiæ nomen cognitum. Proinde quum à trinitate inceperim, cuius nihil adeò propriū exiſtit, ſicut id quod in natura ſua eſt, nempe ut cum ſemet ipſa ſit pacifica: adiutus autē ab angelicis & diuinis uirtutibus, quæ & ipſe. erga Deum ac inuicē pacificè ſe habent, hucuſq; proceſsi, omnemq; creaturam recenſui, cuius decorū eſt, quod ſine diſſenſione exiſtat: noſtrūm aūt, ut ciuiliter uiuatur: ſiquidē ſecundum animam uirtutes ſequanr, & communicatio, ſecundū corpus autem membrorū, aut elementorum recta inuicē diſpoſitio, & ſymmetria: ex quibus hoc pulchritudo, iſtud aūt ſanitas eſt & nominatur. Sanè & Salomonis illud laudo, qui quemadmodū omni rei, ita & bello & paci ſuū ſtatuit tempus. illud enim addit, in ambobus obſeruandū eſſe tempus. quoniam pugnare aliquando bonū eſt, ſecundum legem & ſermonē. Poſtquam autē pugnatum eſt, ad pacem potius eſt reſpiciendū. hoc enim ſublimius eſt & diuinius: ac ideo abſurdū eſſet, cenſere cōcordiam priuatim optimā eſſe, publicè aūt nequaquam prodeſſe: ac domū & ciuitatē illam optimè diſpoſitā eſſe, quæ nihil uel parū cum ſeipſa diſſentiat: aut ſi hoc patiat, quod citò redeat & curetur: communitati aūt eccleſiæ aliquid pace melius eſſe & decētius. Quapropter unicuiq; conandū eſt, ut cum ſemetipſo pacem habeat. Cæterùm nō decet, ut pax ab unoquoq; eligatur, aut ut quis contra proprias animi paſsiones imperium gerat, erga alios autem aliter ſe habeat, cenſeatq; gloriam ſuam propinqui diſſolutionē eſſe: & Deum quidem iubere, ut eis qui in nos peccant dimittamus, non ſolum ſepties, ſed multoties, tanquam dimiſsio conciliatrix ſit dimiſsionis: nos autem eos qui nulla nos affecere iniuria prōptius offendamus, quàm ut ab alijs beneficio afficiamur: præſertim quū ſciamus, pacificis tantā promiſſam eſſe beatitudinem, ut ſoli in ordine ſeruandorū filij Dei appellent: nos ipſos aūt in inimicitijs ſeruādis tenaces eſſe. Deinde decet, ut rem gratam faciamus Deo, qui pro nobis eſt paſſus, ut pax nobis conciliaret, & inter nos bellū ſolueretur. Nequaquam ita amici & fratres hoſtiliter inter nos ſentiamus, ſed donū pacis ueneremur. pacem dico, quam Chriſtus hinc diſcedens nobis, tanquā rem præcipuam reliquit. unum ſolū bellum ſciamus, contra oppoſitas nobis poteſtates. Dicamus fratres ijs, qui nos odio habent, ſi ſaltem ſuſcipere uelint: parcā tibi in re aliqua parua, ut maius aliquid, concordiam nempe accipiamus: uincamur, quo uincamus. uidetis pugilum leges et palęſtrę certamina, & ij qui ſuccubuere, ſæpius ſuperant eos qui ſuperiores erāt. hoc imitemur, non conuiuas inſatiabiles, aut mercatores: ex quibus hi ſine menſura ingurgitant

Universidad de Deusto
Biblioteca

gitant quę sunt appositа: hi autem nauem onerantes, citius illam frangerent aut submergerent, quàm aliquid ab insatiabilitate remitterent: & ut parua lucrentur, in magnis faciunt iacturam. Ego autem hæc & clamo & testificor, & scripturam testem adducere non desinam, Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalē nō cessabo. nā deficit anima mea propter destruentes, qui nō ab ense uulnerati sumus, nec à peste, sed uulnere inanis glorię saucіati, & principatus amore, ita ut nec nos misereat eorū qui ceciderūt. uos aūt si meos susceptis sermones, utrisq; ꝓderit: si aūt contemnitis, & permittitis ut passio uincat rationē, mihi quidem sufficit, & coram Deo, & coram hominibus, quòd ita clamauerim. neq; enim, ut arbitror, quis plus requiret, etiam ex illis qui ualde pacis & diuini timoris desiderio tenentur. uos uerò reliqua nostis: ego enim nil asperius adiciam, quoniam lex est paterna, ut parcatur filijs. sed utinā hilariter sortiantur pacificum & magnum iudicem, nunc & in die retributionis, in ipso Christo, cui sit gloria, &c.

ORATIO DIVI GREGORII NAZIANZENI

Theologi ad subditos timore perculsos, & imperatorem irascentem:

Bilibaldo Pircheimero interprete.

VEntrem meum, uentrem meū doleo, & sensus cordis mei sunt perturbati, dicit alicubi in sermonibus suis Hieremias, cōpassione inter prophetas præcipuus, dum incredulitatem populi deplorat Israelitici, & quod se à diuina abalienet clementia. siquidem uentrem suum secundum allegoriæ legem, animā uocat propriam, ac ita sæpius reperio in scriptura: seu tanquam occultum & inuisibilem, hoc enim tam animæ quàm uentris proprium est, ut abscondant: siue tanquam segregantem & diuidentem, ut ita dicam, cibum qui per uerbum est. quod enim in corpore cibus, hoc in anima est sermo. at sensus, animæ forsitan sunt motus, & precipuè ij qui ex ijs procedunt sensibus, quibus iustus etiam subiacet, succenditur, ac perturbatur, & quos nec propter spiritus feruorem continere potest. id enim perturbatio est, quasi inclinatio quædam animo commixta humano. quod si quis corporales etiam sensus intelligere uellit, nequaquam à scopo aberrabit. oculi enim & aures non solum dolent, quum mala uident, uel audiunt, sed ob misericordiam meliora & uidere & audire cupiunt. uerùm quocunq; modo hæc intelligantur, dolet iustus & perturbatur, nec fert mediocriter quæ patitur Israel. licet igitur ut hęc quomodocunq; uelis accipias, siue pro corporalibus, & quæ corporaliter cernuntur, siue spiritalibus & quæ spiritaliter intelliguntur. quoniam & idē propheta lachrymarum fontem requirit, & stationem ultimam desiderat, et solitudinem exoptat, ut doloris euacuetur magnitudo, ac interna animi releuetur passio, quo calamitatem Israel quietè deplorare possit. Sed & paulo antè, diuinus Dauid, dum aduersus seipsum indignaretur, Quis, inquit, mihi pennas dabit ut columbæ? & uolabo, & requiescā. Columbæ optat pennas, siue quòd leuiores sint & uelociores. talis unusquisq; est iustus, siue ut spiritum ita designet, cuius ope solum grauia effugimus, quo longissimè à presentibus elongetur malis. postea unicum in angustijs remedium, spes ad est. expectabam, inquit, Deum, ut me à pusillanimitate & tempestate saluaret. illud idem & in alio loco facere uidetur, dum celerrimè dolenti remediū affert, ac pulcherrimum nobis magnanimitatis, tam re quàm sermone contra aduersitates suppeditat documentum. ait enim, Renuit anima mea consolationem. audis ne uerba tristitiæ & desperationis plena? nunquid times quòd Dauid se curabilem esse neget? quid ais? non suscipis consolationem? animum despondes? nemo te curare potest? non sermo, non amicus, non cognatus, non consulens, non condolens, non qui sua quoq; recusет mala, non qui uetera commemorat, non qui presentia ob oculos ponit, & illos enumerat qui etiā à maioribus liberati sunt malis. ,piectá ne sunt omnia? discessit ne, abcissa est, & perijt spes tota? humi ne iacere, & solū finē expectare oportet?

& hæc sanè magno acciderunt Dauid, qui in tribulationibus dilatatur, & mortis umbra circundatus, cum Deo resurgit. Quid igitur, inquis, ego paruus, imbecillis & terrenus patior, si Dauid ita afficitur, & quis nam saluabitur? quod nam auxiliū in aduersitatibus meis inueniam, aut quam nam consolationem? ad quem in angustijs constitutus fugiam? atqui Dauid magnus ille minister tibi respondeat, qui spiritus malignos, per spiritum qui in ipso est incantat, ad quem accedis? num à me discere cupis? ipse autem ignoras, quis remissas roborat manus, & genua solatur dissoluta? & per ignē deducit, et saluat per aquam? nequaquam tibi opus est, inquit, acie, nō armis, non arcubus, non equis, non tesseris, non amicis, non auxilijs externis. in te ipso habes adminiculum, quemadmodum & ego ac unusquisq; qui uoluerit. solum uelis, adnitere tantum: propè est consolatio in ore & in corde tuo. Dei memor sis, ait, & lætaberis. & quid potius recordari deberes? Dei itaq; & tu memor sis, & lætaberis. proh quàm facile remedium, proh quàm uelox curatio, proh quàm ingēs donum, non solum pusillanimitatem sedat & tristitiam, quum in memoriam uenit Deus, sed & lætitiam operatur & procreat. Proinde uis ne & alia humanitatis audire uerba? Si conuersus, inquit, ad Deum ingemueris, tum saluus eris. cernitis gemitibus salutem copulatā? sed quum adhuc loqueris, ait, Ecce adsum, & animæ tuę dicet, Salus tua ego sum. nihil aliud ad reconciliationem impetrandam interuenit, non aurum, non argentum, nō lapides uarij & precioſi, non cuncta quæ homines ad humanitatem flectere solent. Sed & Sophonias, dum ex persona Dei irascētis & indignantis loquitur, Desolabo, inquiens, uias eorum, ut penitus sint immeabiles. deficient ciuitates eorum, ut non sint, neq; habitentur. dum minatur horrendissima, dum uulnerat tristitia, dum per minas tenebras offundit, confestim spei melioris lumen accendit, & timore perculsos his refouet uerbis: Veruntamen dixi, timete me, & suscipite disciplinam, & non exterminabo ex oculis illius. Sed & paulo ultrà progrediēs, uerbis adhuc hilarioribus & humanioribus utitur. inquit enim. In tempore illo, dicit Dominus, cōfide Sion, non dissoluantur manus tuæ. Dominus Deus tuus in te potens, te saluabit, & super te lætitiam adducet, & renouabit te in dilectione sua, & cōtristos conglutinabit, & oppressos saluabit, & expulsos suscipiet. hæc eadem & sancti uolunt ac prudentes. sed & meus exigit sermo. proinde sapientiæ uerba suscipite, diuinus Salomon ait, ne dum contemnitis, in malorum profundum incidatis: seu potius à propria imperitia, aut detinēte uos molestia absorbeamini. Circulus quidam, fratres, in rebus est humanis. Deusq; nos per contraria erudit, ut quemadmodū omnia composuit & colligauit, ita etiam uniuersa inscrutabilibus eius ac inuestigabilibus deducat & gubernet iudicijs. inter cuncta autem præcipuè res nostras: mouentur enim, ut ita dicam, uniuersa, circa immobilem: ipse tamen nulla mouetur ratione, sed in omnibus stabilis est & immobilis. tametsi hoc nostram effugiat imbecillitatem, in ijs quæ quotidie eueniunt et accidunt. & hoc est dogma Dei antiquum, immobile & diuulgatum: tenebras coram oculis nostris, eius esse latibulum, ita, ut quamplurima dispensationis eius nequaquam cernere ualeamus, præterquam in ænigmatibus obscuris & imaginationibus: siue ut arrogantiam nostram hoc pacto retundat, quo uideamus nos ad sapientiā ueram ac primam collatos, nullius esse momenti: & ita nos ad eum conuertamus, & semper quæramus, ut splendore qui illic est illuminemur, seu ut per inæqualitatem uisibilium & circumrotantium ad firma nos deducat & stabilia. Proinde quemadmodum dicebam, nihil est immobile, nihil planum, nihil per se sufficiens, nihil sibi in finem usq; simile, non lætitia, non tristitia, non diuitię, non paupertas, non fortitudo, non infirmitas, non humilitas, non potentia, non præsentia, non futura, nō nostra, non aliena, non parua, nō magna, non quæcunq; quis enumerare posset. quin illud æquale habet inæqualitas, ut omnia immutet. siquidem omnia facile circumuertit, transfert, & ex oppositis

Universidad de Deusto
Biblioteca

to statuit: adeò, ut aurę citius, aut literis in aqua scriptis confidi possit, quàm prosperitati humanæ. siquidē inuidia successus, aduersitates uerò misericordia interpolat. & sapiēter quidē secundū intellectū meum ac mirabiliter, ne afflictio consolatione careat, nec prosperitas correptione. Sanè ad uiros prudentes, & qui aduersitatib. instructiores sunt redditi, ac instar auri igne purgati dicere pertinet, Bonum mihi, quòd me humiliasti, tanquam humilitas pariat ut iustificatio cognoscatur: accidit́q; illis quemadmodum & Petro, ut plus Deo propter dolores appropinquent, ac benefactorem per tribulationes magis reddant familiarem. quandoquidem animæ afflictæ adest Deus, & necessitas conuertit eam ad illum qui dare potest, ita, ut doni abundantia illud etiam assequatur, ut intelligat quid sit despiciendum. ac ideo, fratres, in omni tempore, in aduersitatibus cunctis, sursum aspiciamus, ac spem bonam prætendamus: & quum prosperè agimus, timorem nequaquam abijciamus: nec quum aduersis conflictamur, animum despondeamus. memores simus in tranquillitate tempestatis, & in tempestate gubernatoris. nec in afflictionibus maledicamus. nec seruos imitemur malos, qui dominum benefacientem palpant, à corripiente uerò abhorrent: quandoquidem nonnunquā dolor melior est sanitate, & admonitio remissione, & uisitatio negligētia, & seueritas indulgentia. dicam breuiter, nec propter calamitates corruamus, nec propter prosperitates superbiamus. subiecti simus Deo, necnon inuicem nobis, ac principibus terrenis: Deo quidem, propter omnia: at nobis inuicem, propter charitatem fraternam: principibus uerò, propter recti ordinis decorem: & tanto plus, quanto ipsi sunt humaniores & meliores. graue est illorum clementiam assiduitate ueniæ irritare: & ideo cauendum, ne ipsi ob illorum quoq; asperitates pœnas expēdamus, dum tranquillitatem turbamus, et lumini caliginem offundimus, ac melli admiscemus absinthium. Est enim ex legibus nostris hæc una admodum laudāda, & optimè per spiritum lata: qui possibilitatem honestati admiscuit, & ita statuit, ut quemadmodum serui obtemperāt dominis, & uxores uiris, & ecclesia Domino, & discipuli pastoribus & magistris: ita etiam homines cuncti potestatibus subditi sint sublimioribus, non solum propter iram, sed & propter conscientiam: ac ideo & tributum soluāt, & legem nequaquam ob malefactorum prohibitionem odio habeāt. nec gladium expectent, sed timore purgati, à potestate laudentur. atqui & amussis hæc est unica: recto enim parcit, superfluū uerò abscindit. unus est sol, attamen sanos illuminat oculos, quum debiles magis obscuret. uis ut aliquid etiam de nostris dicere audeam? unus est Christus, sed in ruinam positus est, & in resurrectionem: in ruinam infidelibus, in resurrectionem credentibus. Et his quidem petra est offensionis, & lapis scandali, qui non cognouerunt nec intellexerunt, sed in tenebris ambulant, uel idola colunt, aut usq; ad literam uidēt, & super hanc nec illuminari uolūt, nec possunt. Alijs autem lapis angularis & petra laudabilis, qui colligantur sermone, et in ipso ambulant. aut si uis, margarita illa quam bonus ille mercator, omnibus quæ habebat diuenditis emit. Nobis autem, fratres, tale quid accidit, quum uitam nostram emendare nolumus. sed contra potestatem indignamur, quale & ijs qui agonotheten incusant tanquam malum, quum ipsi in certaminibus sint ignaui: aut medicum tanquam imperitum & temerarium inciſionibus & adustionibus, quum ipsimet malè sint affecti, & austeriori-
bus indigeant remedijs. Et hæc mihi ad subditos, tam consolationis, quàm admonitionis gratia sint dicta. His ego pastor pauper paruū reficere uolui gregem, quum lex me adigat pastoralis, ut gaudeam cum lętantibus, & doleam cum mœrentibus. Quid autem de uobis dicemus principes, & in potestatibus constituti? iam enim ad uos sermo noster se uertit, ne minus uideamur æqui, quòd priuatos rectè admoneamus, uestræ autē parcamus potentiæ, tanquam reuereamur libertatem à Christo nobis concessam. num uobis parcere oportet? aut maiorem priuatorum curam habere? uos uerò ne-

gligere,

gligere, qui tanto maiori cura digni estis, quantum etiam libræ examē plus trahit, quum in alteram partem uergit, maioriq; indiget æquilibrio? contrarium enim tam à nobis, quàm à sermone abest. Quid igitur dicitis? quomodo inter nos conuenient? Num sermonem suscipitis liberum? & quod lex Christi uos meæ potestati, meoq; subiecit tribunali. Imperamus enim et ipsi, addo, imperio maiori & perfectiori: aut oportet potius, ut spiritus subsit carni? cœlestia q; terrestribus? suscipe igit̄ uocem liberiorem: Scio te ouem esse mei gregis, altaris sacerdotem, pastoris magni agnū, rectéq; è supernis à spiritu directum, & lumine sanctæ trinitatis, quemadmodum & nos, illuminatum. ac ideo breuis et succinctus ad te meus est sermo. Christi gratia regnas, Christi gratia dispensas, ab illo tibi datus est gladius, non ut illo utaris, sed ut eo mineris, & tanquam depositum purum tradenti custodias. Imago Dei es, & imaginem per manus ducis hic dispensantem. ad aliam uerò uitam transmutandam, in quam omnes trāsmutabimur, postquam parumper in huius uitæ carcere uel stadio, seu gaudio uano, aut umbra potius luserimus. honora naturam communem, uenerare exemplar, ad Deum accede, sed non cum mundi dominatore: ad Christum Dominum, sed non cum tyranno amarulento. ille homicida erat ab initio, ille primum hominem propter inobedientiam perculit, & calamitosam hanc uitam induxit, ac plecti & plectere propter peccatum lege statuit. Tu autem homo Dei memineris, cuius sis factura, & quò uoceris, & quæ habeas, & quantum debeas, à quo tibi euenerint, ratio, lex, prophetæ, & ut Deum cognoscas, & nequaquam de futuris despe
res. propter hæc diuinam imitare clementiam. hoc enim præcipuè homo dignum habet, ut benefaciat. licet tibi Deum fieri, etiam si non laboraueris. ne igitur tempus, in quo diuinus euadere potes, negligas. alij pecunias expendunt, alij carnem propter Christum spiritui mortificant, & mundo penitus renumciant, alij Deo dedicant charissima. certè enim sacrificium Abrahā audiuisti, qui promptus Deo obtulit unigenitum quem habebat ex promissione, & ad quem spectabat promissio, quam sub initium à Deo acceperat: à te autem nil tale petimus. unum pro omnibus exhibe, nempe clementiam, qua Deus magis gaudet, quàm cunctis alijs: donum immaculatum, donum quod liberalitatem prouocat diuinam. admisce timori mansuetudinem, spe minas tempera: multa noui per benignitatem fuisse emendata, quum debita pœna esset remissa. etenim quum corripere possimus, & tamen indulgemus, beneuolentia sperantem placamus. Proinde nihil te esse, principatus persuadeat indignitas, nihil misericordiam & humanitatem excludat: non tempus, non potentia, non timor, non spes rerum maiorum, non confidentia opulentiæ. ferua beneuolentiam in necessitatibus supernam. fœnerare Deo misericordia: neminem pœnituit, quod Deo aliquid obtulit largus est in retribuendo, præcipuè in rependendis bonis futuris, illis qui aliquid eius gratia profuderunt, aut ei sunt fœnerati. Nonnunquàm etiam in hoc refundit seculo, ob fidem posterorum. adhuc pusillum & mundus pertransibit, ac tabernaculum dissoluetur. redimamus tempus, fluxis comparemus stabilia. unusquisq; è nobis obnoxius est pœnæ, & terra hac multa fert debita. Indulgeamus igitur, ut nobis indulgeatur: dimittamus, ut nobis dimittat̄. Cernis in Euangelio? debitor quidam multorum offertur talentorum, cui debitum remittitur: ad bonum enim adducitur dominum, & illi indulgetur. sed ipse non indulget, seruilis enim erat ingenij. ac igitur quamuis humanitatem fuisset consequutus in magno, illam tamen minimè impartitus est conseruo suo in paruo: neq; etsi non aliud, magnanimitatis exemplum in alio imitatus. at dominus indignatur. reliqua uerò tacebo, præterquam quod unicuiq; est melius, ut ad iudicium futurum probitatem afferat præsentem. quid ais? nūquid sermonibus his, quos amare sæpius es confessus, te exorare possumus, princeps optime? utinam efficias ut & clementissime addere ualeamus. aut nunquid oportet, ut ueneranda quoq; canicies ista, & annorum numerus

Imperatorē alloquitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

precibus suis intercedat, necnon longa sacerdotum series & immaculata, quam forsitan et angeli reuerentur, qui pure puro ministrant, tanquam ministerio eorum dignam: uerùm his tibi persuadeatur, aut maius aliquid audebo, nam audacem facit dolor. Christum tibi intercessorem adducã, necnon Christi monitionem propter nos factam, ac passiones impassibilis cum cruce & clauis, quibus ego à peccatis sum solutus. sanguinem quoq; & sepultu ram, & resurrectionem, et ascensionem, aut etiam mensam hanc ad quã com muniter accedimus, & meæ salutis typos, quos eodem celebro ore, quo nũc fungor legatione, sacrã dico & ad superna nos ducentẽ mystagogiã. Quod si te non singula hęc mouẽt, at uniuersa in unum collecta flectant. da nobis, ac tibi ipsi, gratiã hanc, necnon domesticæ tuæ ecclesiæ, & uenerando Christi supplemento, quod nobiscum supplicare putato, si rectè nostra succesgerit legatio, tanquam honorationibus propter honorantem, pariterq; legi adgetur imperiali, si in hoc bene fueris uictus. uince nos clementia, ecce tibi meos adduco supplices, coram Deo & angelis, ac regno cœlorum, necnon retributione futura. meam honora fidem, quæ mihi credita est, & quam credidi, ut & tua in re maiori honoretur et perfectiori. Summa sermonis, habes & tu in cœlo Dominũ, talem erga te sortieris iudicem, qualis & tu fueris erga subditos. utinam omnes meliora in futuro, in præsenti uerò seculo tolerabiliora consequamur. In Christo Iesu Domino nostro. cui sit uirtus, gloria, honor, imperium, cum patre & sancto spiritu, quemadmodum fuit, & erat, & erit, tam nunc quàm in secula seculorum, Amen.

Qualis quantusq; orator beatus fuerit Gregorius, quàm uehemens in affectibus concitandis, quàm copiosus in locis Rhetoricis tractãdis, quàm felix & floridus tam uerborum quàm sententiarum figuris, quàm grauis denig; & acer, obiter tamen elegans, sublimis, ac redundans: uel unica hæc oratio, & abunde quidem ostendere potest. quam si quis diligenter legerit, nec sublimitatem Demosthenis, neq; puritatem desiderabit Ciceronis.

DIVI GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI, *de paupertate fouenda, seu de pauperum cura oratio: Bilibaldo Pircheimero interprete.*

Viri fratres & commendici, omnes enim pauperes sumus, ac diuinę gratię indigi, tametsi alius alium præcellere uideat, si mẽsuris metitas fuerit paruis: hũc de pauperum amore sermonem suscipite, non negligenter, sed diligenter, ut cœlorum regno dignetescatis. quin & una nobiscum precemini, ut illũ abunde uobis suppeditemus, ac sermone animas uestras pascamus: panẽq; esurientib. frangamus, siue è cœlo cibum pluamus, instar Mosi illius ueteris, ac panẽ angelorũ donemus: siue panib. paucis, multa etiã millia in deserto ad satietatẽ usque pascamus, quẽadmodũ postea Iesus uerus ille panis, ac uitæ causa ueræ. Proinde nequaq; inuẽtu facile est, quę nam ex uirtutib. præcellat ut ei uictoriæ tribuatur palma. quemadmodũ nec in prato odorifero, ac uarijs floribus distincto, flosculũ discernere pulcherrimũ & fragrantissimũ, quũ alius aliter odoratũ & aspectũ ad se rapiat, ac ut primum decerpat̃ suadeat. Pulchra hæc tria fides, spes, charitas, fideiq; testis Abrahã, è fide iustificatus. Spei uerò Enoch, qui primus sperauit inuocãdo Dominum. sed & omnes iusti propter spẽ aduersitates tolerãt. at charitatis testis diuinus est Apostolus, qui propter Israel, cõtra seipsum aliquid loqui est ausus. quin & Deus ipse charitas uocatur. pulchra est hospitalitas. cuius inter iustos testis est Loth Sodomites, sed non Sodomites morib. inter peccatores aũt Raab meretrix, sed nequaq; meretrix professione, quæ propter hospitalitatis amorẽ laudata est & saluata. Pulchra est dilectio fraterna, & Iesus testis, qui nõ solũ frater noster appellari uoluit, sed & propter nos pati sustinuit. Pulchra est humanitas, eodẽ Iesu teste, qui non solũ hominem ad opera condidit bona, ac imaginem terrę admiscuit, ducem rerũ pulcherrimarũ & supernorum mediatorem, sed & pro nobis

nobis homo factus est. Pulchra est longanimitas, ac ille idem testis: non solum enim legiones angelorum contra inuasores & uiolatores petere noluit, sed nec Petrum solum increpauit quòd gladium sustulisset, uerùm percusso quoq; auriculam reddidit. illud idem & Stephanus postea Christi discipulus fecit, quum pro lapidantib. se oraret. Pulchra est mansuetudo, quod Moses & Dauid præ alijs sunt testati. sed & horum magister, qui non contendit, nec uociferatus est, neq; in plateis uocem emisit, minus uerò ducentibus est reluctatus. Pulcher est zelus, testis uerò Phinees, qui Madianitidẽ unà cum Israelite confodit, quo opprobrium ex filijs Israel tolleret, ex quo facto nomen etiam sortitus est, & post illum ij qui dicunt, Zelando zelaui Domino: &, Zelo uos zelo Dei: ac, Zelus domus tuæ comedit me. & non solum hoc dicunt, sed & patiuntur. Pulchra est castigatio corporis, idq; tibi persuadeat Paulus, seipsum adhuc instruens, ac per Israel terrens eos qui sibijpsis confidunt, ac corpori obsequuntur. sed & Iesus ipse tentatus ieiunabat, ficq; tentatorem superabat. Pulchræ sunt oratio & uigiliæ, quod tibi persuadeat Deus, qui ante passionem uigilabat & orabat. Pulchra sunt castitas & uirginitas. & hoc tibi persuadeat Paulus, qui de his legem sanciuit, ac iustè connubijs & cœlibatui præmia statuit. quin & Iesus ipse, ex uirgine natus, ut natiuitatem honoraret, prius tamen uirginitatem honestaret. Pulchra est temperantia, quod tibi persuadeat Dauid, quum à fonte temperaret in Bethleem, nequaquam bibens, sed solum aquam delibans, minimè sibi indulgens ut affectum proprium alieno sanguine exatiaret. Pulchræ sunt solitudo & quies, quod me Heliæ docet Carmelus, eremus Ioannis, mons Iesu, in quem sæpius illum secessisse, & per quietem cum seipso conuersatum esse apparet. Pulchra est frugalitas, idq; me Helias docet, à uidua sustentatus, Ioannes camelorum pilis tectus, Petrusq; obolarib. lupinis pastus. Pulchra est humilitas, cuius passim uaria occurrunt exempla, & præ alijs, quòd saluator omniũ & Dominus, non solum se ad serui usq; formam humiliauit, neq; faciem sputis exponere, ac cum iniquis reputari erubuit: ille inquam, qui mundum à peccato purgauit: sed & discipulorum pedes in seruili forma lauit. Pulchra est inopia ultronea, & pecuniæ contemptus, cuius testis Zachæus & Christus ipse existunt. ille enim ad Christi introitum paulo minus quàm omnia immo lauit: hic autem diuiti illi quid perfectum esset, hac definiuit. & ut breuius etiam de ijs loquar, pulchra est contemplatio, pulchra est & actio. hæc enim hinc surgit, & ad sancta sanctorum procedit, mentemq; nostrã ut cum Deo uersetur deducit. illa uerò Christum suscipit, & ei ministrat, operibusq; amorem redarguit. Cæterum singularum harum, una quędam salutis est uia. quę planè ad mansionem quandam æternam & beatam perducit. quoniam sicut uariæ sunt uitæ electiones, ita & multæ apud Deum mansiones, quæ secundum dignitatem unicuiq; diuiduntur & distribuuntur: & hic quidem hanc excolit uirtutem, alius uerò aliam: quidam etiam plures, nonnulli quoq; omnes, si saltem est possibile. tantũmodo ultrà pergat quisq;, & anteriora cõcupiscat, ac uestigia insequatur eius qui rectè deducit et dirigit, quiq; per angustam uiam & portam ad latitudinem quæ illic est perducit. Proinde si Paulo credendũ est, imò Christo ipsi, charitas prima inter mandata & maxima, tanquam caput legis & prophetarum est cẽsenda. at huius partes potissimas esse inuenio curam pauperum, & erga cognatos misericordiam ac compassionem. nulla enim ex omnibus re Deus perinde ac misericordia colitur, quoniam nil aliud tam peculiare est Deo, quàm illa, ante quem misericordia & ueritas gradiunt̃, & apud quem misericordia iudicio præponderat. Clementia enim nullæ rei magis quàm clemẽtiæ retribuitur, ab eo qui iustè iudicat, & misericordiam in statera ponderat. Quapropter omnibus pauperibus misericordiæ uiscera sunt aperienda, ob quamcunq; etiam causam affligantur, iuxta mandatum, quod gaudere iubet cum gaudentibus, & flere cum flentibus, ac quum homines simus, hominibus quoq; probitatis symbolum exhi

Universidad de Deusto
Biblioteca

here tenemur, si uel propter uiduitatē indigeant, aut parentū desolationem, siue patriæ expulsionē, uel dominorū crudelitatē, seu principū ferociā, aut quęstorū inhumanitatē, siue latronū cædes, uel furū insatiabilitatem, seu bonorum publicationem, aut naufragium. Omnes enim cōmiseratione sunt digni, ac nō secus ad manus nostras respiciūt, quàm nos quū quid indigemus ad manus Dei. ex his uerò ij qui indignè affligūtur, & aduersitatibus degrauantur, maiori misericordia sunt digni, præsertim qui sacro morbo sunt corrupti, & qui usq; ad carnes ac ossa, necnō medullas, quemadmodū quidā exsecrando dicere solēt, sunt exesi, & à maligno, humili, & infido corpore proditi. cui, quo pacto sim conuinctus, & quōnā modo, quū imago sim Dei, luto admixtus, ignoro. quod quum bene tractatur, rebellat: quum uerò oppugnatur, deficit. quod tanq; conseruū diligo, sed ut hostem auersor. quod non secus ac uincula fugio, cohęredem tamen erubesco. subigere illud conor, sed non habeo cuius opera ad rem hanc utar pulcherrimā. licet quur natus sim, haud ignorē, & q; me coram Deo propter opera cōparere oporteat. Parco illi tanq; cooperario. sed nō habeo quomodo insolentiā eius effugiam, aut ne quaq; à Deo excidam, quum sim cōpedibus, quæ me ad terram detrahunt, et mancipāt, ligatus. Inimicus est mihi beneuolus, et amicus insidiosus. Proh copulam, & dissidium: quod timeo, foueo: & quod amo, timeo. priusq; bellare incipio, cōcilior: & antequ pax fiat, dissideo. Quę nam igitur de me hæc est sapientia? & quale nam ingens hoc mysteriū? num istud uult, ut quū particula simus Dei, & è supernis defluxerimus, ne propter dignitatem efferamur, ac sublati factorē cōtemnamus: sed in lucta & cōtra corpus pugna, semper ad ipsum respiciamus, ac imbecillitatē nobis insitā dignitatis instructionem esse cognoscamus? uideamusq; quod illi idē maximi sumus, & abiectissimi, terrestres ac cœlestes, tēporales & æterni, lucis hæredes & ignis, seu potius caliginis, ad quamcunq; partem uergimus. talis est cōmixtio nostra, ac propter hæc, ut mihi uidetur, ut si quando propter imaginē attollamur, propter terram rursus deprimamur. uerū de his quicunq; uoluerit philosopheť, & nos quoq; in tempore plus opportuno unà philosophabimur. nūc autem me sermo impulit, ut de meæ carnis doloribus, meaq; imbecillitate uerba in afflictionib. facerem alienis. Cæterùm fratres, corporis, tanq; cognati ac conseruī cura est habenda. nam licet animi affectu impulsus, illud accusauerim, nihilominus tamen sicut amicum propter copulantem amplector: obiter tamen propinquorum corpora non minus q; uniuscuiusq; proprium sunt curanda, tam eorum qui rectè ualent, quàm qui eisdem conflictantur infirmitatibus. omnes enim unum sumus in Domino, siue quis diues sit, siue pauper, siue seruus, siue liber, siue sanus, aut malè affectus corpore. unūq; caput omnes habemus Christum, ex quo etiam sunt omnia: et quod inter se sunt membra, hoc singuli sumus singulis, & omnibus omnes. nequaquā igitur negligendi seu contemnendi sunt, qui præ alijs in communem inciderunt lāguorem: sed nec plus est exoptandum, ut corpora nostra rectè ualeant: quàm dolendum, quod fratrum malè sint affecta: unicaq; securitas quum carnis, tum corporis nostri est cēsenda, ut erga illos humanitate utamur. Proinde ita cōsideremus: quidam ob unam rem tantum calamitosi existunt, ueluti pauper tatem, quam breui fortè, aut ętas, aut labor, aut amicus, aut cognatus, aut tem poris uicissitudo dissoluet. alij autem nihilominus, si nō plus etiā sunt ęrumnosi, ij nempe qui ægrotādo & sibi ipsis opē ferendo tam res necessarias, q; carnes cōsumūt proprias. tales enim semper maiori obnoxij sunt timori q; infirmitati, aut spei etiā sanitatis. ita ut admodū parū emolumenti à spe adipiscant, licet illa sola infortunatorū sit remedium. ad egestatem enim morbus accedit, malum alterum, immo malorum omnium contemptissimum, ac plane tale, ut à plurimis pro execratione usurpari soleat. est & tertium incōmodum, ut non solū à multorū accessu & aspectu arceantur, sed & abigantur. abominationiq; sint, & amuleto digni censeantur, quod quidē morbum illis gra-

grauiorem reddit, quum intelligunt se propter calamitatem suam odio haberi. Ego sanè, neq; sine lachrymis horum passiones fero, & memoria confundor: quod & uobis euenire cupio, quo ob lachrymas, lachrymas effugiatis. sed & scio, quòd ex præsentibus ij, quicunq; Christi ac pauperū tenentur amore, & Dei ac à Deo misericordiā sunt consequuti, unà patiantur: ac ideo uos quoq; passionis huius testes estote. expositum est oculis nostris spectaculū molestum, & miseratione dignū, omnibusq; pręter illos qui uiderunt incredibile. homines mortui & uiui, plurima corporis parte cera oducti, parū cogniti qui nam olim fuerint, aut unde sint: seu potius eorū hominum qui olim fuerunt reliquiæ miserandæ. patrū, & matrū, fratrum quoque, necnon locorum recensent signa. Ego illius sum, inquiūt, & hæc mihi mater, hocq; mihi nomen est: & tu mihi olim amicus fuisti, & notus: & hoc faciūt, quoniam nihil habent quod ex ueteri charactere nosci queat, homines undiq; secti, ac pecunijs calsi, necnon affinitatibus ac amicis. homines qui omniū soli, sui ipsorū pariter miserētur, & odio tenenť. nec habent quæ potius deplorent: nū ea quæ iam non amplius sunt corporis, aut quæ adhuc permanent: quæ morbus præoccupauit, aut quæ morbo sunt relicta. illa enim infeliciter absumpta sunt, hæc autē infelicius saluata. & hæc quidem ante sepulturā euanuerunt, illa uerò nemo sepelire dignať. nam is etiā qui admodum bonus est & humanus, in his indolentiæ affectū perdidit. & hic solum obliuiscimur, quòd caro simus, & corpora habeamus humilitate circūamicta. tantumq; cognati illius curā habemus, ut & corporum nostrorū securitatem, horū fugam censeamus. Sanè ad pridem iam mortuū aliquis etiam accedit, ac forsitan ad fœtentem etiam: aut animalium irrationabilium male olentia baiulat corpora, uel cœni illuuiem exhaurit. at hos pro uiribus fugimus. Proh inhumanitas, parum abest quin ægrè seramus quòd cum eis eundē aerem trahamus. Proinde quid patre est coniunctius? quid matre cō patientius? uerùm ab illis quoq; excluditur natura. pater enim filium suum quē genuit, quem educauit, quē solum uitæ oculū habere sperauit, pro quo multa ac multoties Deum rogauit, hunc tametsi deploret, expellit tamen: & hoc quidē uoluntariè, istud autem tyrannicè. Et mater quidem dolorum meminit, & in uisceribus dirumpitur. ac ualde miserabiliter illum reuocat, astansq; non secus uiuentē deplorat quàm mortuū. Fili infortunate, inquiens, & matris proles ærumnosa, quàm acerbè nos morbus seiungit. fili misserande, fili, non amplius cognite. Fili, quem præcipitijs & montibus, & desertis nutriui, cum feris habitabis. scopulus aliquis te proteget, ex hominibusq; solum pijssimi te aspiciēt. Insuper & miseranda illa Iob uerba adijcit: Quur in utero matris es formatus? ex uentre quidem egressus es, sed quur non cōfestim perijsti, quo mors cum uita cōcurreret? quur nō per aborsum disparuisti, prius quàm uitę mala degustares? quur genibus te excepit? quur te uberibus lactauiquum, uitam tam miserandam uicturus esses, uitam lōgè etiam morte ipsa grauiorē? talia mater loquitur, fontesq; emittit lachrymarum, ac amplecti uult infelix, sed filij carnem non secus ac hostilem exhorrescit. Quin publicè etiam non contra fontes, sed infelices, proclamationes ac persequutiones fiunt. & cum homicida quispiam habitare audet, ac adulterū non tecti solum, sed mensæ etiam participem fecit, & sacrilegū uitæ socium accepit, ac ijs qui illum malè affecerant reconciliatus est. morbum autem huius, qui nihil læsit, tāquam crimen auersatur. sicq; ęgritudine plus habet malitia. & inhumanitatem quidem tāquam rem liberam amplectimur, compassionem uerò tanquam turpem, ignominiosam esse censemus. expelluntur ab urbibus, expelluntur à domibus, concionibus, uijs, cōuentibus, panegyribus, ac cōuiuijs. proh calamitas, ab aqua ipsa, nec fontes illis communiter quemadmodum alijs scatent hominibus. sed & fluminа nōnihil sordidi ex illorum inquinamentis trahere credūtur: & quod prę cipua admiratione dignum est, tanquam piaculum eos abigimus: rursusq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanquam nſl nos læſerint reuocamus. non domus illis attribuimus,non alimenta neceſſaria impartimur,non uulneribus curam adhibemus,non ægritudinem pro uiribus tegumentis ornamus. quapropter die ac nocte oberrant, nudi,& ſine lare,uagi, morbum oſtendunt,uetera enarrant,conditorem inuocant. mutuo aliorum membris pro ſuis utuntur amiſsis. adeò in membrorum uſu ingenioſi,ut ad commiſerationem moueant.fruſtulum panis poſcunt, aut cibi pauxillum, uel linteum aliquod hiſpidum, ad pudendorum tegumen, ſeu ulcerum ſolamen. eſt'que illis humanus, non ſolum is qui eorum ſuccurrit indigentiæ, ſed qui ipſos haud aſperè ablegat. multi uerò ex eis nec panegyres ob uerecundiam fugiũt,ſed è diuerſo,propter neceſsitatem ſe illis ingerunt. de communibus his loquor & ſacris quas nos ad medelam animarum adinuenimus, aut quum ſacramenti alicuius cauſa conuenimus, aut ueritatis martyribus feſta inſtauramus, aut quum eorum certamina ueneramur, eorum quoque pietatem imitemur. quin & coram hominibus ob calamitatis magnitudinem erubeſcunt.tametſi homines ſint ipſi,mallentq; montibus aut præciptijs,uel ſyluis,ſiue nocte demum & tenebris contegi.nihilominus in medium proijciũtur, onus uerè miſerabile,& lachrymis dignum: etiam hoc fortaſsis non citra rationem, quo nobis imbecillitatis noſtræ monimenta exiſtant, obiterq; perſuadeant, ne rebus præſentibus ac uiſibilibus mentem adhibeamus. proijciuntur autem hi quidem ob humanæ uocis deſiderium, alij uerò aſpectus cauſa, nonnulli ut à delicatioribus uel paruum uitæ colligant uiaticum. omnes autem aut aliquantiſper ſe alleuient,dum luctũ ſuum publicè effundunt. quis non lamentationibus horum frangeretur, quum in commodulatione tam miſeranda conueniant? qui auditus auditum hunc tolerare, qui uiſus ſpectaculum tale ſuſtinere poſſet? quidam enim unà decumbunt,malè ab infirmitate coniuncti. & alius aliam quandam calamitatem ad prouocandam miſericordiam ſubminiſtrat, mutuoque morbi ſunt additamentum,ob ægritudinem miſerabiles, longè uerò ob compaſsionem miſerabiliores. circa ipſos uerò promiſcuè ſpectatores aſtant,& condolent quidem, ſed momentaneæ. hi autem in ſole & puluere ad hominum uolutantur pedes, nonnunquam etiam frigore aſpero,et imbribus,necnon uentorum affliguntur turbinibus,tanto plus conculcati, quanto maiori nobis ſunt abominationi. Quin etiam tem plorum cantibus mendicantium occinit luctus, ac contra uoces myſticas miſerabilis exuſcitatur lamentatio. & quid opus eſt totam eorum calamitatem, hominibus diem feſtum peragentibus proponere? fortaſsis enim & uobis luctum mouerem,ſi exactè cuncta tragicè enumerarem, ita ut calamitatis magnitudo, feſti etiam lætitiam exuperaret. hæc igitur dico, quoniam nondum uobis perſuadere potui, quòd nonnunquam dolor triſtitia honorabilior, & mœror panegyri riſuq; non bono lachrymæ ſint laudabiliores. illi igitur talia patiuntur, & longe etiam quàm dixi ærumnoſiora. illi inquã, qui ſecundum Deum fratres ſunt noſtri, etiam ſi non uelitis, qui naturam ſortiti ſunt eandem, qui ex eodem luto ſunt compoſiti, ex quo primùm ſumus facti, qui neruis & oſsibus ſunt compacti, qui cute & carne,quemadmodum omnes ſunt amicti: ſicut diuinus Iob in loco quodam,dum interrogrotandum philoſopharetur, ait, quo nobis id quod apparet contemptibile redderet. Quin potius ſi id quod maius eſt dicere oportet, qui ſecundum imaginem illud idem quod nos ſortiti ſunt, ac fortaſsis plus etiã quàm nos cuſtodierunt, etiam ſi corpora eorum ſint corrupta. qui ſecundum hominem internum, eundem Chriſtum induerunt, ac eundem quem & nos arrabonem ſpiritus credunt: qui earundem participes ſunt legum, oraculorum,teſtamentorum,ſacramentorum,myſteriorum,ſpei quoq;: pro quibus & Chriſtus pariter eſt mortuus,qui mundi totius peccata tollit: qui uitæ ſupernæ cohæredes ſunt, licet multum à præſenti felicitate aberrant: qui cum Chriſto ſunt ſepulti, & unà cum ipſo reſurgent, ſi ſaltem unà patiuntur, ut

unà

unà glorificentur. Quid nos autem, qui magnum & nouum nomen hæreditate ſumus adepti, ut à Chriſto appellemur, gens ſancta, ſacerdotium regale, populus acceptus & electus, bonorum ac ſalutarium operum æmulator diſcipuli Chriſti, manſueti illius & pij, & qui iniquitates noſtras portauit, qui ſeipſum uſq; ad noſtram humiliauit maſſam, qui propter nos carne hac uili & tabernaculo terreſtri factus eſt pauper, pro nobisq; doluit & lãguit, ut deitate locupletaremur. Quid nos igitur? qui tantum miſericordiæ & compaſsionis exemplum accepimus. quid inquam de his cogitemus, & quid faciemus? deſpiciemus'ne? prætergrediemur? relinquemus eos tanquam mortuos? tanquam abominabiles? tanquam ſerpentium & ferarũ peſsimos? Nequaquam fratres,non enim nos hoc decet,qui Chriſti oues ſumus,paſtoris illius boni,qui errantem conuertit,& amiſſam quærit,& debilem confortat. id enim nequaquam naturæ eſt humanæ, quæ compaſsionem lege ſtatuit, pietatemq; & humanitatem ex æquali imbecillitate didicit. Cæterùm ij ſub dio affliguntur, nos uerò domus inhabitamus ſplendidiſsimas,lapidibus omniuarijs uernantes,auro & argento fulgentes, pauimentis teſſellatis & uermiculatis, necnon picturæ uarietate oculos fallaciter ineſcãtes: & has quidem inhabitamus,aliàs uerò ædificamus. & quibus fortè,nec hæredibus noſtris,ſed alienis,ac peregrinis,et qui fortaſsis nos nõ amant,ſed inimiciſsimis ac odioſiſsimis, quod quidem malorum eſt extremum. Et illi quidem frigent,rudibus & laceris induti centonibus, ſeu potius nec illos fortè cõſequi poſſunt. nos uerò delicatè ueſtibus amicimur mollibus & laxis, necnon ex lino & ſerico tenuiſsimè contextis,quibus magis dehoneſtamur quàm ornamur. ita enim ego cuncta ſuperuacua & curioſa uoco. intus uerò cura quædam nos angit inutilis & ſtulta,tinearum nempe abſumptio,et temporis,quod omnia conſumit. Et inopes quidem nec in neceſſarijs abundant alimentis, ô delicias meas,ac illorum ærumnas. ſed ante fores noſtras famelici,& ulceribus pleni iacent,& nec ad petendũ à corpore adminicula habẽt. ſiquidem uoce priuati ſunt,quo minus plorent. manibus quoq;,ne illas ſupliciter protendant,ſed & pedibus, ne ad abundantes accedant. ſpiritus autem ad conſonantiam eiulationis lamentabilis attractionem, malum grauiſsimum, ipſi leuiſsimum eſſe iudicant. ſolum oculis gratias habent,quòd truncos ſuos non uident. & tales ij ſunt,nos uerò ſplẽdidi,ſplendidè in lecto ſublimi in alto,ſtragulisq; ſuperfluis, ac quas nec attingimus, inſtructi recumbimus. & ſi uocẽ audimus mẽdicantem,indignamur. Quin pauimentum noſtrum odoriferis tegi oportet floribus,idq; ſæpius,& extra anni tempus. menſam autem unguentis, ijsq; fragrantiſsimis ac diuerſiſsimis,quo magis effœminemur,inſpergi. Puerosq; aſtare,quoſdam ornatu decoro,comaq; prolixa & effœminata,ac circa faciem plus curioſe attonſa,quàm conducit ijs qui ſplendidis oculis ſunt decorati,alios autem calices ſummis tenere digitis, quantũ poſsibile eſt decentiſsimè pariter & tutiſsimè. quoſdam uerò flabelli motu uentũ capiti artificioſe ſuſcitare,ac manufactis auris carnis molem refrigerare. carnium præterea multitudine menſam onerare oportet, quas nobis largè omnia ſuppeditant elementa, aer,tellus, aqua, ac coquorum & opſoniorum commentis repleri, unumq; omnibus certamen eſt, qui nam potiſsimum gulæ noſtræ adulari poſsit,ac uentri ingrato oneri illi moleſto, & malorum autori,necnon beſtiæ inſatiabili & perfidiſsimæ,cum cibis euacuandis mox euacuandæ. Et pauperibus quidem magnum quiddam eſt aquæ ſatietas, nobis uerò ad ebrietatẽ uſq; uini exhauriuntur crateres,ſeu potius ultra ebrietatem etiam intemperantibus: & hoc quidem reſpicimus,illud autem tanquam odoriferum approbamus,de iſto uerò philoſophamur. ac iactura cenſetur,ſi non exoticum et generoſum aliquod, ad indigenum tanquam tyrannis accedat. oportet enim ut ultra uſum & delicati uel ſimus, uel uideamur, tanquam erubeſcamus, ſi non mali uentris, & eorum quæ ſub uentre ſunt, ſerui cenſeamur. Cæterùm

cur

Universidad de Deusto
Biblioteca

cur hæc fratres & amici? cur & ipsi anima ægrotamus? morbo tantum etiam corporeo grauiore, quantum hunc inuoluntarium, illum autem ex proposito procedere scio: & hunc quidem cum uita nostra dissolutum iri, illum uerò cum abeuntibus nobis transmutari: & hunc commiseratione prosequendum, illum autem ab ijs qui mentis compotes sunt odio habendum esse. Cur non adiuuamus naturam? cur non, quum carnei simus, carnis humilitatem exornamus? cur in fratrum afflictionibus delicioſe agimus? ne mihi accidat, ut dum illi egent, ego uel diteſcam, uel rectè ualeam, nec illorum succurrã uulneribus. nõ alimenta habeã necessaria, non tegmina, non sub tecto quiescam, nisi panem porrigam, nisi pro facultatibus meis uestimenta impartiar, nisi in domo excipiam. omnia enim Christo reponenda sunt, quo sublata cruce, ritè illum sequamur, ac leues & expediti ad mundum subuolemus supernum à re nulla detracti, & pro omnibus lucremur Christum, propter humilitatem exaltati, & propter paupertatem locupletati. aut ideo facultates nostræ cum Christo sunt diuidendæ, ut possidere, tanq; per bene possidere sanctificetur, & non habentibus sit commune. si uerò mihi soli seminauero, seminabo quidem, sed alij comedent. & ut iterum Iob uerba adducam, pro frumento orietur mihi urtica, pro hordeo uerò spina: uentus quoq; urens auferet, & tempestas meos surripiet labores, ita ut laborauerim in uanum. si autem horrea ex mammona ædificauero, mammonam thesaurizans, eadem nocte anima mea repetetur, ut rationem reddat pro ijs quæ malè thesaurizauit. Nunquam igitur uel tardè resipiscemus? nunquam ne stoliditatem, ne dicam pusillanimmitatem, abijciemus? Nunquam ne res humanas considerabimus? Nunquam ne ob calamitates alienas, res nostras melius disponemus? nihil enim in rebus humanis stabile est natura, nihil plenum, nihil satis, nil quod in eisdem subsistat: sed circulus quidam res nostras circumrotat, aliasq; aliter fert mutationes, sæpius in die uno, nonnunquam etiam in hora: acuentis potius credendum est instabilibus, necnon uestigijs nauis per mare currentis, noctiumq; somnijs fallacibus, quorum gratia citò euanescit, & ijs quoque quæ pueri ludentes in harena fingunt, quàm prosperitati humanæ. Prudenter igitur agunt, qui ne quaquam rebus confidunt præsentibus, sed in futurum sibi thesaurizant, et propter humanæ prosperitatis instabilitatem & inæqualitatem, bonitatem quæ nunquam est caſura amant: quo omnino ex tribus unum lucrentur, uel quòd nunquam infortunatè agant, quoniam sæpius numen pijs hominibus huius seculi bonis commodare solet, quo benignitate sua misericordiam prouocet: siue ut audacter in Deo confidant, tanquam non propter malitiam, sed dispensationem quandam affligantur: aut demum ut ab ijs quibus bene fecerunt humanitatem, qua, cum fortunatè agerent, indigentes sunt prosequuti, tanquam æs repetere ualeãt alienum. ait enim: Ne glorietur sapiens in sapientia sua, nec diues in diuitijs suis, neq; potens in uiribus suis. etiã si hic ad sapientiæ, ille autem diuitiarũ, at iſte potentiæ summũ peruenerit. quibus ego ea quoque quæ his adhærent addiderim, scilicet ne in gloria glorietur is qui est conspicuus. nec rectè ualens in sanitate, neque formosus in pulchritudine, non adolescens in iuuentute. denique ut breuiter dicam, nemo re ulla quæ in hoc mundo habetur laudabilis, infletur: sed in hoc solo glorietur, ut Deum intelligat, & quærat, patientibus' que condoleat, ac in futurum bonum aliquod sibi ipsi reponat. præsentia enim fluxa sunt & temporanea, & tanquam in calculorum ludo aliâs aliter trajciuntur, & transponuntur: ac nihil tam proprium habent, ut id non cum tempore desinat, siue ab inuidia haud immutetur. hæc autem stabilia sunt & permanentia, nec unquam euanescunt, aut intercidunt, neque spes decipiunt credentium. quapropter nihil mihi hominibus ex præsentibus bonis tutum, siue diuturnum esse uidetur. Proinde si quid aliud est quod ab artifice uerbo, & à sapientia quæ cuncta transcendit rectè est excogitatum, hoc

hoc uel præcipuũ est, quòd in rebus ludimus uisibilibus, quæ aliàs aliter immutantur et immutant, susq; deq; feruntur, et subuertuntur: quo instabilitatem & inæqualitatem earum uideamus, & cogitatione nostra ad uitã rapiamur futurã. quid enim facturi essemus, si prosperitas nostra durabilis esset? quum adeò rebus minimè permanentibus dediti simus, ac nos in illis uoluptas & deceptio ita in seruitutem redegerit, ut nihil præsentibus nec melius, nec sublimius intelligere ualeamus, tametsi nos secundum Dei imaginem, quæ in supernis existit, & nos ad se attrahit, factos esse & audiamus et credamus. quis sapiens, & hæc intelliget? quis transeuntia transcurret? quis mentem adhibebit permanentibus? Quis de præsentibus tanquam abeuntibus sentiet? quis de speratis, quemadmodum firmis? quis existẽtia ab apparentibus diuidet, hæcq; sectabitur, ac illa contemnet? quis scripturam & ueritatem? quis tabernaculum, infernum, & ciuitatem supernam? quis peregrinationem & incolatum? quis tenebras segregabit à lumine? quis limi abyssum, & terram sanctam? quis carnem & spiritũ? quis Deũ, & mundi Dominum? quis mortis umbrã, & uitam æternam? quis præsentibus emet futura? quis diuitijs fluxis indissolubiles? quis uisibilibus ea quæ non apparent? Beatus igitur, quicũq; hæc rationis dijudicat acumine, & discernit: ac id quod melius est, à deteriore segregat, ascensionesq; in corde, quemadmodũ in quodam loco diuinus inquit Dauid, disponit, ac totis uiribus uallem hanc lachrymarum fugit, & superna quærit, mundoq; cum Christo crucifigitur, ac cum Christo resurgit, & cum Christo ascendit, uitæ non iam ruentis nec decipientis hæres. ubi non amplius anguis mordens est in uia, neque calcaneum obseruat & caput, obseruatus. Nobis autem reliquis idem Dauid, tanquam præco quidam uocalissimus, ab alto & publico præconio magna uoce clamat, graues corde appellans, ac diligentes mendaciũ: admonetq;, ne nimiũ detineamur uisibilibus, neq; uniuersam fœlicitatem aliud quid esse censeamus, q; tempus frumenti & uini, iam corruptorũ. & fortasis beatus quoq; Micheas in loco quodam hoc cognouit, ubi cõtra humi reptantia & apparẽtia insurgit: Appropinquate, inquit, montibus æternis: surge, & ambula, quoniam non est tibi hic requies. quod quidem non multum à uerbis ijs distat, quibus nos Dominus & saluator noster adhortatur, dicens: Surgite, eamus hinc. quibus tum non solũ discipulos è solo illo loco excitauit, quẽadmodũ aliquis putare posset: sed semper & omnes discipulos suos à terra & terrenis ad cœlum & cœlestia traxit. obediamus igitur uerbo, quæramus requiem quæ illic est, abijciamus facultatem quæ hic est. quod bonum in illis est, hoc solum lucremur. possideamus animas nostras in eleemosynis, impertiamur pauperibus ex bonis nostris quæ hic possidemus, ut ditemur illis quæ illic sunt. da partem & animæ, ac non carni solum. da partem & Deo, ac non solum mũdo. aufer aliquid à carne, idq; sanctifica spiritui. rape aliquid de igne, & longè remoue à flamma depascente. rape à tyranno, & concrede Domino. da partem septenario uitæ huius, sed & octonario uitæ quæ nos post hanc excipiet. da parum illi à quo plura habes, da omnia ei qui tibi omnia * gratificatur. nunquam magnificentiam Dei superabis, etiam si cuncta quæ possides relinquas, etiam si facultatib. tuis teipsum adijcias. siquidẽ Deo dare, accipere est. quantumcunque enim attuleris, semper plus est reliquum, & nihil dabis proprium, quoniam omnia sunt à Deo. nam quemadmodum impossibile est, ut quis umbram suam transcendat, quæ illum ubiq; concomitatur, & semper quantumcunq; progrediatur sequitur, seu corporis statura, capitis altitudinem quæ supereminet semper exuperat, ita nec illis quas expendimus rebus Deum superare ualemus. nihil enim illi præterquam sua damus, neque quę illius excedant liberalitatem. Cognosce unde tu esse tuum habeas, & quod respiras ac sapis: & quod maximum est, quòd Deum cognoscis, regnum cœlorum speras, necnon cum angelis honorem æqualem, glorię cõtemplationem,

* *id est, largitur, xopiſn.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

templationem, nunc quidem tāquam inſpeculo & ænigmate, tunc uerò purius & perfectius, ut filius Dei fias, cohæres Chriſti, & ut audacter loquar, Deus ipſe. Vnde hæc habes, & à quo? ſiue ut parua recenſeam, quis tibi dedit, ut cœli pulchritudinem uideas? ſolis curſum? lunæ circulum? ſiderum multitudinem? ac in his omnibus conſonantiam & ordinem, non ſecus ac in lyra exactè ſe habētem? horarum uiciſſitudines? temporum mutationes? annorum circuitus? noctis & diei æquinoctia? terræ germinationem? aeris effuſionem? maris latitudinem intumeſcentem & quieſcentem? fluminum profunditatem? uentorum flatus? Quis tibi pluuias dedit? agriculturam, delicias, artes, domicilia, leges, reſpublicas, uitam manſuetam, familiaritatem erga cognatos? unde tibi quòd ex animantibus quædam cicura ſunt, & iugum ſubeunt, alia uerò in cibum ſunt conceſſa? Quis te Dominum & regē ſuper omnia terreſtria conſtituit? Quis, ne ſingula enumerem, omnia donauit, in quibus homo cæteris præcellit? non' ne ille qui nunc præ omnibus et ante omnes humanitatem à te expetit? nunquid erubeſcemus, quòd quum tanta ab ipſo partim acceperimus, partim uerò ſperamus, neq; in iſto humanitatē ei repēdimus? nunquid igitur quum nos à feris diſtinxit, & ſolos ex terreſtribus ratione honorauit, à nobis ipſis efferabimur, ac ita alimētis corrumpemur, aut inſaniemus? nil enim aliud quod dicam habeo, ut eundem panem & furfures, quæ forſitan parcè hominibus præbemus, beſtijs etiam apponamus, ac natura illas præſtantiores cenſeamus. & quale olim gigantum & reliquorū hominum genus, de quo fabulæ narrantur, erat, ita & nos illis ſublimes, & ſuper hominem erimus, quemadmodum Nemrod ille, & Enak genus quod Iſraelem olim excludebat: uel illi, propter quos diluuium terram purgauit. Et ille quidem nequaquam pater noſter uocari erubeſcit, quum Deus ſit ac Dominus, nos autem cognationem noſtram negabimus? nequaquam fratres & amici, ne fiamus diſpenſatores mali, earum rerum quæ nobis ſunt conceſſæ, quo non Petrum audiamus dicentem, Verecundamini qui detinetis aliena: ſed potius Dei æqualitatem imitemur, & nullus erit pauper. ne laboremus colligendo & conſeruando, quum alij laborent inopia: ne acerbè nobis exprobret & minetur hinc quidem diuinus Amos uerbis iſtis, Age nunc qui dicitis, quando pertranſibit menſis, & negotiabimur, & ſabbata, & aperiemus theſauros. & quæ ſequuntur, propter quæ magnam & paruam menſuram poſsidentibus, Dei iram intermittit. Inde uerò beatus Micheas, forſitan delicias eaſdem abſcindit, tanquā ſatietas iniuriam pariat & laſciuiam, in lectis deteſtatur eburneis: necnon unguentorum precioſorum illecebras, uitulosq; armenti teneros, & hœdos gregis non nimium pingueſcere ſinit, minus ut ad uocem organorum plaudatur: præcipuè tamen ac longè plus redarguit, ſi quid ex his firmum & durabile eſſe cenſeatur. forſitan autem hæc non tam grauia putat, tanquam ipſe nihil pateretur ſuper contritione Ioſeph, quum illi delicijs interim diffluerent. hoc enim & ad ſatietatis accuſationem adducit, quod quidem longè abſit ut nobis accidat. nec tantum delicijs nos immergamus, aut Dei clementiam adeò contemnamus, ut pauperibus indignemur, etiam ſi non confeſtim ac pariter malitia iram inducat ſuper peccatores: ſed potius primam & præcipuam Dei legem imitemur, qui ſuper iuſtos pluit & iniuſtos, qui ſolem ſuum omnibus pariter oriri ſinit. tellurem autem cunctis terreſtribus ad quietem pandit. fontes, flumina, ac ſyluas permiſit, quemadmodum aerem naturæ uolatili, ac undam aquatilibus, primasq; uiuendi occaſiones omnibus abundè donauit. non potentia occupatas, non legibus circumſcriptas, non terminis diſcretas, ſed planè communes ac largas, & nihil præter hoc indigentes præpoſuit, naturæq; dignitatem parem doni æqualitate honorauit, ac diuitias bonitatis ſuæ abundè oſtendit. at homines quum aurum & argentum effodiunt, ueſtesq; molles ac ſuperfluas, necnon gemmas ſplendentes acquirunt, aut alia eiuſmodi, quæ belli, ſeditionis, & primæ

primæ tyrannidis fuere cauſa, ſupercilium ſtolidè tollunt, ac infortunatis cognatis miſericordię ianuam claudunt. & nec ſuperfluis neceſsitati illorū ſubuenire uolunt. proh ruditatem, proh fatuitatem. nam ſi nihil aliud, certè hoc cogitandum erat, paupertatem & diuitias, necnon libertatem quam uocamus ac ſeruitutem, & eiuſmodi nomina poſtea in genus irrupiſſe humanū, & non ſecus ac morbos communes in malitiam incidiſſe, ac illius conſilia eſſe. Ab initio autem, ſcriptura inquit, non ita erat: ſed qui in principio hominem formauit, liberum illum ac ſuę poteſtatis dimiſit, ſoli legi ſubiectum, ac paradiſi delicijs opulentum, quod & reliquo generi humano per ſemen unum primum concedere uolebat. ſola uerò libertas & diuitiæ, mandati obſeruatio erant, paupertas autem ſeruitus & tranſgreſsio. poſtquam autē inuidiæ, & lites, necnon doloſa colubri tyrannis, identidem cupiditate ad uoluptates impulere, & contra audaciora debiliora concitauere, id quod conſanguineum erat, in nominum ſciſſum eſt diuerſitatem, ac naturæ generoſitas per auaritiam eſt diſſecta, quum legem ad potentiæ ſubſidium aſſumpſiſſet. Tu uerò ad primam honoris reſpice æqualitatem, & nequaquam in diuiſionem nouiſſimam, non in legem dominantis, ſed condentis: adiuua pro uiribus naturam, ueterem honora libertatem, pudeat te tui ipſius, ſubijce ignominiam generi, tantum ſubminiſtra, ut indigentiam infirmi & inopis conſoleris. tu, qui ſanus es, qui diues es, tu qui non collapſus es, iacenti & contrito ſubueni, qui lætus es contriſtato, qui dextra polles illi qui ſiniſtra languet: da aliquid Deo, quo te gratum oſtendas, ac inter illos recenſearis qui benefacere poſſunt, & non eos qui beneficio indigeāt, quo non in alienas manus reſpicias, ſed alij in tuas. nō ſubſtantia ſolum diteſcas, ſed & pietate: non ſolum auro, ſed & uirtute. uel ideo melior appareas, quo propinquo honorabilior fias. fias infortunato deus, miſericordiam Dei imitando. nihil enim adeò diuinum habet homo, quàm benefacere, quamuis ille plus, hic uerò minus benefaciat, uterq;, ut arbitror, ſecundū ſuam potentiam. ille enim fecit, & quum ſoluit, iterū componit, tu autem cadentem ne deſpicias. ille ob maximam miſericordiā ſuam ſuper omnia dedit: legem, prophetas, & ante illos legem naturalem, rerū agendarum citra ſcripturam indagatricem, redarguit, inſtruxit, demū ſeipſum pro mundi uita redemptionem dedit, apoſtolos donauit, euāgeliſtas, paſtores, doctores, ſanationes, miracula, regreſsionem ad uitam, mortis diſſolutionem, trophęum ex deuicta. Teſtamentum, unum in umbra, aliud uerò in ueritate, ſpiritus ſancti diuiſiones, nouæ ſalutis myſteriū illud. Tu aūt ſi maiora etiā præſtare potes, ſi & ea quibus anima beneficio afficitur, nam & his quoque te Deus, ſi uolueris, ditauit, neque in ijs benefacere ceſſes indigenti, ſeu potius cum primis & maximè petenti te tribue, prius etiam quàm petatur. tota die computando miſereſce, & fœnera, ſtrenueq; ſortem cum uſura & augmento exige debito, ac ſemper capitali aſcribe, quo paulatim in te ipſo pietatis augeas ſemina: ſin minus, ſaltem ſecundaria ac minora, & quæ tuæ poteſtatis exiſtunt præbe, opitulare, cibum porrige, indumentum uel uile. pharmacum affer, uulnera colliga. interroga pauperem aliquantiſper de calamitate ſua, de tolerantia diſſere, confide, accede, nil tibi deterius propterea accidet. nequaquam eodem morbo corripieris, quamuis nimium delicati quidam ita putent, rationibus decepti inanibus, ſeu potius ut molliciem aut impietatem ſub hoc excuſent prætextu, ideo' que ad timiditatem tanquam magnum quid & ſapiens confugiunt commentum. & huiuſce rei tibi fidem faciant tam colloquia, quàm medicorum filij, nec non qui cum illis habitant miniſtri, quorum nullus adhuc, quamuis cum his uerſetur, eſt periclitatus. Si autem tibi ò ſerue Chriſti, ac amator Dei & hominum, res hæc terribilis & ſuſpicione digna uidetur, nil ingenerosum patieris, ſi fidei confidas. Vincat timorem miſericordia, Dei timor teneritudinem, cogitationibus carnalibus pietas reſiſtat: ne fratrem deſpice, ſeu prætergredere, ne

Universidad de Deusto
Biblioteca

auerseris tanquam piaculum, tanquã pollutionem, tanquam aliud quid fugiendum & exhorrendum. tuum est membrũ, licet sub calamitate absconditum. tibi relinquitur pauper, ueluti Deo, etiã si illum ualde contẽptim prætergrediaris. fortasis enim te his placabo uerbis, tibi humanitatis propositũ est argumentũ, etiam si te alienat alienus, quo minus tibi benè eueniat. Omnis qui nauigat, naufragio est proximus: & tãto plus, quãto nauigat audacius. ac omnis qui corpore est circũdatus, proximus est corporis malis: ac tãto magis, quãto elatius pertrãsit, & ante se iacentẽ non respicit. Quãdiu uento nauigas secũdo, manũ naufrago prębe. Quãdiu rectè uales, & diues es, afflicto succurre, ne expecta, donec ex te ipso discas, quantum malũ sit inhumanitas, & quantũ bonũ uiscera aperire indigẽtibus, ne uelis Deũ manũ leuare cõtra supinos & prętercurrẽtes, sed in alienis calamitatib. hæc disce. da parũ quid indigẽti, nõ enim paruũ est ei qui omniũ est egenus, immò nec Deo, si pro uiribus dederis. Da pro magno promptitudinem, si nihil habes, uel lachrymulam. magnũ remedium est afflicto misericordia, quæ ex animo procedit. campasio enim uera multum calamitatem subleuat. nõ sit homo tibi homini pecude uilior, quæ in foueam cecidit uel aberrauit. illud enim te lex extrahere & reducere iubet. ꝙd si & aliud quid secretius & profundius ibi latet, quemadmodum multa legalis sunt profunditatis & sensus dubij, nequaquam meum est scire, sed spiritus, qui omnia scrutatur & cognoscit: sed quantum ego comprehendo, ac in meum intrat intellectum, ab humanitate erga parua ad maiorem & perfectiorem etiam nos exercet. nam quanta debetur ijs qui eiusdem sunt generis ac honoris, si usque ad irrationabilia etiam à nobis exigitur. hæc igitur ratio ac lex expetit, necnon homines illi qui sunt modestissimi, penes quos longè honorabilius est beneficium dare, quàm accipere. Cæterùm quid de nostris dices sapientibus? nam de externis loqui omitto, qui affectionibus inuenerunt patronos, & lucri deo primas partes tribuunt: & quod hoc deterius est, dæmonibus quibusdam, & apud gentes quasdam homines mactandos esse putant. estq; illis pietatis pars inhumanitas, ac talibus sacrificijs ipsi gaudent, necnon deos suos gaudere censent, mali malorum sacerdotes & mystæ facti. Cæterùm sunt ex nostris quidam, quod & lachrymis est dignum, à quibus tantum abest ut condoleant & subueniant ægrotantibus, ut amarulenter etiam illis exprobrent ac insultent, frustraq; ac uanè philosophentur. nam quæ ex terra sunt loquuntur, ac in aerem uoces spargunt, & non in aures prudentium & eorum qui eloquijs diuinis sunt assueti. à Deo enim esse dicere audẽt, ut illi miseri sint, nos uerò felices. & quis sum ego, ut decretum soluã Dei, ac Deo apparem melior? ægrotent, miserè uiuant, infeliciter, sic uisum est Deo. proin de si huc usq; solum Dei amatores exístunt, non oportet ut obolos seruent, & miseris pueriliter insultent: ex ijs enim quæ dicunt manifestè ostendunt, quòd nequaquam putẽt felicitatem suam ex Deo esse. quis enim ita sentiret de indigentibus, si cognosceret Deũ largitorem eorum esse quę possidet? eorundem enim hominum est & à Deo habere, & secundum Deum uti ijs quæ habent. utrum autem à Deo sit, ut illi malè habeant, nondum liquet, quandiu & materia, id quod inordinatum est, torrentis instar secum rapit. & quis nouit, utrum hic propter malitiam plectatur, ille uerò tanquã laudandus extollatur: & non potius econuerso, ut hic propter malitiam exaltetur, ille uerò propter uirtutem probetur: & hic quidem plus tollatur, quo grauius etiam cadat: prius tamen uniuersa prauitas eius tanquam morbus quispiam erumpere sinatur, quo iustius etiã plectatur. ille uerò ultra opinionem prematur, ut tanquam aurum in camino probatus, à malitia, si uel parum quid de illa habeat, purgetur. nemo enim à malitia omnino purus est, sicut audiui mus. hoc nequaquam naturæ est generantis, tametsi quis alijs uideatur præstantior. siquidem tale quoddam in scriptura diuina mysterium inuenio, & longum esset omnes spiritus uoces, quæ mihi illa ostendũt, enumerare. Sed quis

quis maris harenas, ac pluuiæ guttas, necnon abysi profunditatem metiri posset? Quis'ue in omnibus diuinæ sapientiæ altitudinem indagare ualeret? sub qua & cuncta fecit, & gubernat eo modo quo ipse uult, & nouit. sufficit enim, secundum diuinum Apostolum, ut cum admiratione solũ, ea quę nemo coniectura assequi aut contemplari potest, prętereuntes dicamus, O altitudo diuitiarum & scientię & cognitionis Dei, quàm insrutabilia illius sunt iudicia, & inuestigabiles uiæ eius: & quis cognouit mentem Domini? ad extrema autem sapiẽtiæ eius quis pertingere ualuit? Iob ait, Quis sapiẽs, & hæc intelliget? & nunquid id quod mensura comprehendi nequit, mensurari poterit? Alius igitur in his audax sit & confidens, seu potius nemo sit. ego autem omnino supplicium, quod hic irrogatur, prauitati ascribere cunctor, quemadmodum & pietati remissionem malorum. ueruntamen est nõ nunquam aduersitas improborum, quæ scelera abscindit ad quid utile: sicut & prosperitas bonorũ, quæ ad uirtutem uiam sternit: at non semper, nec omnino. cæterùm esse illud solummodo temporis est futuri, secundum quod hi quidem uirtutis prędia, illi autem malitiæ supplicia sument. resurgẽt enim, scriptura inquit, in resurrectionem uitæ, illi uerò in resurrectionem iudicij. quę uerò hic accidũt, alterius sunt figurę & institutiones: omnia tamen illuc tendunt, ut ęqualitatis aliquid apud Deum habeant omnino, etiam si nobis uideatur inæqualitas. quemadmodum & in corpore eminentiæ ac depressiones, magnitudines & paruitates, terræq; sublimia & ima, ex quibus pulchritudo mutua habitudine constare uidet. nam & artificis fabrica circa materiam, eousq; inordinatam & inæqualem ualde artificiosa erat, ut illa ad operis alicuius præparationem rectè perduceretur. quod & nos deprehendemus & fatebimur, quum absolutam artificij pulchritudinem exactè contemplabimur. Interim uerò ipse nequaquam artificio caret. An hæc sine ordine disponuntur, quoniam nobis haud penitus sunt cognita? Proinde si similitudinem nostri * morbi sumere oportet, haud multum à nauseãtibus aut uertiginem patientibus distamus, quibus omnia inuerti uidẽtur, quum ipsi uertuntur. ita & isti de quibus est sermo: non enim tolerant, ut Deus sapientior sit q̃ ipsi, quũ in * contingenti aliq̃ uertiginẽ patiũtur. aut necesse est, ut circa sermonem insudet, quo uel multo labore ueritas cõcedat, siue quũ sapiẽtioribus ex eis & spiritalioribus de his philosophari oportet, postq̃ donũ hoc singulare, & nõ omniũ est cognitio: ac ideo à uitæ puritate illud uenari, & à uera sapientia sapientiam quærere est necesse. at illi, proh imperitiã, ad paratiora uertũtur. et quũ ipsi penitus ob rationis defectũ fallãtur, rationẽ omnino nõ cognoscũt, suntq̃ ob insciti am sapientes, aut propter sapientiã, ut ita dicã, superuacaneã, nec prudentes, nec intelligẽtes. hinc est quod quidã fortunã & fati casum docuerunt, uerè casum, & cõmenta fortuitò cõficta. Alij uerò astrorũ potentiã quandã citra rationẽ, eamq̃ indissolubilem, quæ res nostras ex suo connectat arbitrio, seu potius quæ cõnexionem ipsam necessitet: necnõ planetarũ quorundã ac stellarum fixarũ cõiunctiones, et separationes, motumq̃ omnium rerũ dominũ esse. fuére & qui misero generi humano tradiderunt, quicquid unusquisq; imaginatione propria excogitare potuit. & quia intellectu suo & cõtemplatione nequaq̃ ad prouidentiã diuinã pertingere poterãt, in diuersas opiniones & nominũ sectas sunt diuisi. sunt & quidã, qui paupertatẽ longè à prouidentia segregãt, arbitrãtes solũ illa quæ supra nos sunt ab ea dispensari: ad nos, qui potissimũ illa indigemus, deducere sunt cũctati: tanq̃ timẽtes si multis benefaceret, melior iudicaretur benefactor: aut ipsis Deus labore fatigaretur, si plurimis afficeret beneficijs. cæterùm ualeant illi quicquid dicant. benè enim scriptura eos præueniens redarguit. uanum enim, inquit, factum est cor eorum insipiens. nam licet se sapientes appellarint, stulti tamen facti sunt, ac gloriam Dei incorruptibilis immutarunt, fabulis quibusdam & umbris prouidentiam omnium afficientes iniuria. Nos uerò neq; ipsi talibus deliremus portentis, si saltẽ postquam

affectum

in re leui

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratione prædi ti ſimus, ratio nobis curæ eſt, rationiq; inſeruimus: nec ita ſentientes ſuſcipiamus, licet in ſermonibus abſurdis & dogmatis admodũ ſint exercitati, ac nouitatibus oblectentur. Sed Deum omnium factorem & opificẽ eſſe credamus. quo pacto enim illud uniuerſum conſtaret, ſi ipſe id non ſuſtentaret & moderaret? nos igitur prouidentiã uniuerſi huius cooperatricem & colligatricẽ aſſerimus: quoniã neceſſe eſt, ut præuiſa ſint quæ ab aliquo ſint condita, niſi uniuerſum ſua ſponte agitatum, quemadmodum nauis procellis confeſtim propter materiæ ordinẽ turbatum diſſolui & diſtrahi, penitusq; in cõfuſionem antiquam & deformitatẽ reduci debeat. Sed & præcipuè in rebus noſtris præſidem ſuſcipimus noſtrũ, ſiue illũ factorem, ſiue conditorem appellare uolueris, licet uita nobis per contraria peragatur: quæ propter hoc fortuita eſt & ignota, ut ob contẽplationis difficultatẽ, rationẽ ſuper omnia admiremur: quoniam omne quod facilè percipitur, facilè etiã cõtemnitur: quæ uerò ſupra nos ſunt, quo minus cognoſci ualent, tanto & maiori ſunt admirationi. omne enim quod ſenſum effugit, deſideriũ quoque exercet. Quapropter nec uniuerſam ſanitatem admiramur, neq; morbũ contemnimus, minus uerò diuitijs fluxis mentẽ adhibemus, aut plus quàm bene habet uolubilitati operam impendimus, ac ſi cum illa animæ partem quandam expenderemus. Sed nec contra paupertatem inſurgimus, tanquã penitus ſit reiecienda, partisq; damnatæ, ac planè odio dignæ. Quin & ſanitatem ſtolidam, cuius fructus eſt peccatum, contemnere, ægritudinem uerò ſanctam honorare ſcimus: ac eos qui paſsiones ſuperarunt ueneramur, incertinum lob quiſpiam in ægrotantibus deliteſcat, longè etiam rectè ualentibus uenerabilior, licet ſanie ſcateat, licet nocte tota dieq; affligaſ, ac ſub dio iaceat, à plagaq; & uxore, necnon amicis anguſtetur, ita ut diuitias iniuſtas repudiemus, propter quas diues ille & iuſtẽ quidem in flamma torquetur, ac paruam guttam refrigerandi cauſa petit, & paupertatem iucundã, & philoſophicam laudemus, cum qua Lazarus ſaluatur, ac in Abrahę ſinu requiditatur. ac ideò mihi neceſſarium uidetur, ut humanitate & miſericordia erga indigentes utamur, quo ijs qui illos negligunt ora obſtruamus, & ſtultis blateronibus nullam obloquendi occaſionem præſtemus, dum contra nos ipſos crudelitatem lege ſancimus. Cæterùm inter omnia plus mandatum ueneremur & exemplum. at quod nam mandatum? & hic quid propriũ eius ſit & germanum conſiderate. quicunq; à ſpiritu afflati fuêre, non ſemel aut bis de indigentibus quippiam ſunt locuti, aut unus dixit, alius uerò tacuit, ſeu quidam plura, alij uerò pauciora uerba fecerunt, tanquam de re quadam non multum ardua, aut admodum urgẽte: uerùm omnes, & ſinguli, cum diligentia ſumma tanquam primum aut inter prima hoc præceperunt, nunc quidem adhortantes, aliquando interminantes: nonnunquam exprobrantes, quandoq; etiam rectè operantes probant, quo commonitionis aſsiduitate mandatum imis mentibus inculcare poſsint, & ut in ſcriptura eſt, propter miſeriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus. Quis non timeret Dominum exurgentem? & exurge Domine Deus meus, exaltetur manus tua, ne obliuiſcaris pauperum tuorum. at nos exaltationem deprecemur, & ne uidere uelimus manum cõtra inobedientes leuatam, magis etiam ſuper duros ingruentem. & non oblitus eſt clamoris pauperum, & non in finẽ obliuioni tradetur pauper. Et oculi eius qui palpebris potentior eſt & fortior, ſuper pauperem reſpiciunt. at palpebræ ipſius exquirunt filios hominum, aut minorum, ac ſi quis dicat obſeruat & ſecundaria. Sed dicet fortaſsis quiſpiam, hæc de pauperibus & inopibus iniuria affectis ſunt dicta. non repugno, ſed & hoc te ad miſericordiam extimulet. quorum enim tanta habetur ratio, quum iniuria ſunt affecti, eorum etiam maior eſt gratia, quum proſperè agunt. ſi enim is qui pauperem ignominia afficit, exaſperat eum qui illum fecit: is etiam factorem honorat, quum inopem fouet. Rurſum quum audis, pauper & diues obuiauerunt ſibi, ambos autem fecit Dominus,

Dominus, non hunc pauperem, illum uerò diuitem factum eſſe intelligas, ut magis etiam cõtra inopem inſurgas. nondum enim liquet, utrum diuiſio illa ſit à Deo: ſed creatura, inquit ſcriptura, Dei pariter ſunt ambo, licet externa ſint inæqualia. hoc te ad compaſsionẽ & fraternũ flectet amorem, ut quũ ab illis inflaris, ab hoc tamen deprimaris, fiasq; te ipſo moderatior. Et quid plus ſcriptura ait? Qui miſeretur pauperis, fœnerat Deo. Quis debitorem talem non ſuſciperet, redditurum in tempore ſortem cum uſura? Eleemoſynis & fide purgantur peccata. miſereſcendo igitur purgemur. pulchra hac herba animæ abſtergamus ſordes & inquinamẽta, dealbemurq;: hi quidem ueluti lana, alij autem tanquam nix, quiſq; iuxta miſericordiæ ſuæ modum. Dicã & terribilius quid: ſi tibi nulla eſt cõfractio, aut cicatrix, neq; plaga adurens, ſeu lepra quædam animæ, aut puſtula lucida illius index, quæ quidem parũ lex mundabat, Chriſto tamen curatore opus eſt. eum igitur uenerare, qui pro te uulneratus eſt & languit. ueneraberis autem, ſi te humaniter & benignè erga Chriſti geſſeris membra. Quod ſi animarum noſtrarum latro ille et tyrãnus tam uehemẽter te uulnerauit, uel ab Hieroſolymis Hierichunta deſcendentem, uel alibi inermem aut imparatum adeptus, ita ut meritò dicere poſsis, corruptæ ſunt & putruerunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ: ſi igitur ita habes, ut nec medelam quærere, neq; modum curationis inuenire ſcias: heu plagam inflictam, ad miſeriam extremam ueniſti. ſi autem nondũ penitus animũ deſpondiſti, nec omnino es immedicabilis, accede ad me dicũ, precare, uulnera uulneribus cura, paria paribus, ſeu potius minoribus maiora. curaberis enim, dicetq; animę tuę, Salus tua ego ſum, & fides tua ſaluum te fecit, & ecce ſanus factus es, necnon omnia humanitatis uerba, ſi ſolum te dolentibus uiderit humanum. Beati, inquit, miſericordes, quoniam ipſi miſericordiã conſequentur. ubi multiplex in beatitudinib. miſericordia. Et beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem. Et bonus uir, qui miſeretur & diſpenſat: & toto die miſeretur, & fœnerat iuſtus. Rapiamus igitur beatitudinẽ, intelligẽtes uocemur, fiamus boni. neq; nox miſericordiam abſcindat. ne dicas, Reuertere, & cras tibi dabo. nihil mediũ inter conatũ & beneficiũ fiat. frange eſurienti panem tuũ. & pauperes tecto carentes in domũ tuam inducas, idq; cum alacritate. qui enim miſeretur, inquit, cum hilaritate, & bonum animi promptitudine duplicatur. quod enim cum triſtitia aut ex neceſsitate datur, ingratum eſt & indecorum: beneficentia uerò cum lætitia, et non cum mœſtitia eſt adornanda. ſi abſtuleris, inquit, uinculum & electionem, utilitatem & cenſuram illam dico, ſiue ambiguitatẽ & murmurationis uerba, quid fiet? tanquã magnum quid & admirabile, qualis & quanta huius erit merces: erumpet lumen tuum temporaneum, & ſanitates tuæ citò orientur. Quis igitur lumen & ſanitatem nõ deſideraret? ſed & Chriſti loculos ueneror, qui ut pauperes alamus, nos hortantur. necnõ Petri & Pauli in hac re adſtipulationem. nam quum Euangelium diuiderent, pauperes fecerunt communes: necnon adoleſcentis illius perfectionẽ, quæ in hoc definitur, ac tanquam lege roboratur, ut bona noſtra inter pauperes diſtribuamus. Sed tu forſitan nequaquam neceſſariam, ſed uoluntariam humanitatẽ eſſe putas: quòd & ego potiſsimũ cuperem & ſuſpicari uellem, ſi me nõ perterreret manus ſiniſtra, & hœdi, & quæ à iudice exprobrãtur. nõ enim quòd rapuerint, non quòd prędati fuerint, non quòd ſint mœchati, aut aliud quid prohibitum fecerint, ad ordinem hunc ſunt damnati: ſed quia Chriſtum per egenos non ſunt uenerati. Si igitur mihi obtemperabitis ſerui Chriſti, & fratres, at cohæredes, dum adhuc tempus eſt, Chriſtum uiſitemus, Chriſtũ alamus, Chriſtum ueſtiamus, Chriſtum colligamus, Chriſtũ honoremus, non menſa ſolum, quemadmodum nonnulli facere ſolent: non unguentis, ſicut Maria: non ſepulchro ſolum, inſtar Ioſephi Arimathęi: nec alijs funebribus, ut Nicodemus, qui ex dimidia parte Criſtum diligebat: neq; auro, thure, & myrrha, ueluti prę iam enumeratis magi. Sed poſtquàm omnium Dominus

Universidad de Deusto
Biblioteca

misericordiam uult,& non sacrificium, & super multos agnos pingues com miserationem,hanc illi per egenos & in terram hodie proiectos offeramus, ut quum hinc migrauerimus,in æterna nos tabernacula suscipiant, in ipso Christo Domino nostro,cui sit gloria in secula,Amen.

DIVI GREGORII NAZIANZENI DE STATU Episcopali & dogmate Oratio instructiua: Bilibaldo Pircheimero interprete.

QVum præsentem linguæ considero morbum,necnon eos qui in uno die sapientes euadũt, Theologosq; electione creatos, quibus solum uelle sufficit,ut docti existant,supernam deside ro sapientiam,ac stationem,secundum Hieremiæ uerba,quæ ro nouissimam,& ut cum meipso solo cõuersari possim : nihil enim mihi tale uidetur quale est sensus odio habere,ac extra carnem & mun dum fieri, nihilq; ex rebus attingere humanis, nisi quòd necessitas exigit summa , cum seipso loqui & Deo , ac uitam uiuere longè rebus uisibili bus sublimiorem , semperq; Emphases diuinas puras secum ferre, minimè infernis characteribus & errantibus pollutas , tanquam speculum Dei purissimum ac diuinorum , qui est,& semper erit , lumini assumens lumen, obscuriori lucidius , donec ad fontem radiorum hic nobis lucentium perueniamus , finemq; que assequamur beatam , quum speculi imagines resoluentur in ueritatem. Quàm difficulter quis seipsum aut philosophia longa instruit, & paulisper animæ generosum ac lucidum ab humili & tenebris commixto depurat, nisi Deum sortiatur propitium? aut ambo hæc, ut deorsum trahentem superet materiam? sed prius quàm illam quantum necesse est quis assequatur , & satis purgetur tam auribus quàm mente , nequaquam tutum esse scio,ut uel animarum curam suscipiat, aut ueræ Theologiæ se ingerat. Sed unde in timorem hunc incidi,ne me plus timidũ quàm decorum sit censeatis,sed ob prudentiam laudetis . Audimus Deum quum Mosi legem tradere uellet, plures ad montem aduocasse , ex quibus Aaron unus erat cum filijs duobus sacerdotibus , reliqui uerò omnes à lõge adora re iubebantur , ac solus Moses appropinquare , populus uerò nequaquam unà ascendere: ac paulo ante hæc, alios quidem fulgura & tonitrua, necnon tubæ & mons totus fumans,& minæ, & horrores ac terrores tales deorsum stare faciebãt, ac magnum eis erat,solum Dei uocem audire etiam ualdè purificatis. Moses uerò ascendit,ac in nubes intrat,cum Deoq; congreditur,& legem accipit,multis literalem,alijs autem super multos spiritalem . Scio & Heli sacerdotem,ac parumper antea Ozam quendam,& ab hoc quidẽ pœnam ob filiorum iniquitatem exactam esse,ob ea quæ in sacrificijs perpetrare fuerant ausi, licet pater impietatem hanc non approbasset , sed multoties multis reprehendisset:illum uerò,quòd solum arcam attingere fuerat ausus, quum à iuuencis distraheretur . nam licet illam saluasset , ipse tamen periit, quum Deus arcæ ueneratione custodiret. Sed & hoc noui, quòd multis nec uilia templi tangere tutum erat, ac propterea aliorum & externorum opera indigebant : neque sacrificia ipsa ab illis quorum officium non erat absumi licebat . tanta confidentia ad sancta sanctorum accedere est necesse , ut uela & propitiatorij siue arca penitus inspiciantur aut tangantur . Hæc ego qui sciã,& quod nemo magno Deo,ac sacrificio,& pontifice dignus est,qui nõ prius seipsum Deo offert sacrificium uiuẽs,seu potius qui nõ factus est templum Dei uiuentis,& uiuens: ac igit quomodo ego me audacter diuinis ingererem sermonibus? aut boni cõsulerem,si alij se audacter ingererẽt? quandoquidem desiderium tale nequaquam laudabile est, conatus uerò terribilis,ac ideò decet, ut unusquisq; primò se expurget, deinde cum puro cõuertetur,si non uelimus Manoe illud audire & dicere , quũ in Dei contemplationem incidimus,Perij ô mulier,quia Deũ uidi: seu Petri instar,Iesum à nauicula

uicula repellere,tanquam minimè eo ob timiditatem digni. aut sicut Centurio ille, qui sanitatem pro filia expetebat, sanantem uerò nequaquam suscipiebat. dicat igitur unusquisq; è nobis, quãdiu Centurio est,& multę in malitia potentiæ, Cæsariq; deorsum trahenti, & huius mundi militat domino, non sum dignus,ut tectum meum subeas. Quum autẽ Iesum uidebo, etiam si ætate spiritali adhuc sim paruus Zachæi illius instar, & super sycomorum attollar,mortificans membra super terram,ac euacuauero corpus humilitatis,tum Iesum excipiam, & audiam, Hodie facta est salus domui huic, salutemq; consequar,ac perfectiora philosophabor,bene expendens quæ malè collegeram,siue pecuniæ illa sint, siue dogmata. Proinde postquã sermone Theologũ purgauimus,age aliquid quoq; uel breuiter de Deo disseremus, ipsi patri,& filio,et spiritui sancto,de quibus sermo est, cõfidentes. opto autem ut mihi Salomonis illud cõtingat, ut nihil imbecillitate mea proprium de Deo cogitẽ uel dicam. Quum enim dicit,Omnium hominũ sum stultissimus,& prudentia hominis in me non est: nõ hoc ideo dicit, quòd insipientiam suam cognoscat. quo pacto enim hoc fieri posset, quum sapientiã præcunctis rebus alijs à Deo petierit,illamq; unà cum speculatione,necnõ latitudine cordis sit consequutus,maris harena etiam numerosiorem & largiorem? Quomodo igitur uir tam sapiens,et tale donũ assequutus,seipsum stultissimum uocat hominum? ideo nempe,quòd nequaquam prudentiam habeat propriam,sed diuina & perfectiori sit instructus. Sed & Paulus, Viuo, inquit,iam nõ ego , sed uiuit in me Christus. Verùm illud de se non tanquã penitus mortuo dicit,sed quòd meliorẽ quàm plures alij uitam uiuat, ac uitam adeptus sit permanentem, & quæ nulla morte possit finiri. Patrem igitur & filium & sanctum adoramus spiritum , proprietates quidem separantes,diuinitatemq; unientes,& nequaquam tria in unum cõtrahentes, ne Sabellij morbo laboremus,nec in tria præter naturam existentia & aliena diuidentes,ne cum Ario deliremus. Quid enim necesse est tanq; ramum omnino in aliam partem declinantem,ui in alteram deflectere,ac cum peruersione peruersionem componere,& non ad mediũ dirigere,ac in terminis diuinæ manere pietatis? Quum autem medietatem dico,ueritatem intelligo,ad quam solam rectè est respiciendum.mala præterea contractio,quemadmodum & absurdior diuisio est euitanda, ne quum in unam subsistentiam uerbum cõtrahatur,opus sit eos multimodæ deitatis nuda nobis relinquere nomina,qui eundem patrem & filium,& spiritũ sanctum accipiunt, & qui nõ magis unũ omnia,quàm nihil singula definiũt. definit enim illud esse quod est,si unum aliud exuperet & transcẽdat. neq; in tres diuersos & nequaquã consubstantiales ac discissos diuidimus, iuxta Arij rectè appellatam insaniam,aut sine principatu, & inordinatos, & ut ita dicã , oppositos deos. hoc enim ad Iudaicam & uilem declinat humilitatem , si solum ingenito deitas ascribatur: illud autem in contrarium.malum tamen cadit æquale,tres supponere principatus,& tres deos,quod quidem prædictis etiã est absurdius. Decet autem quosdam non ita amare patrem, ut & patrem esse tollant. cuius enim pater erit,si filij natura fuerit segregata , & cum creatione alienata? Neq; ita Christi amatores esse, ut non hoc obseruemus,quòd sit filius.cuius enim filius erit, si non ad causam referat patrem? neq; patri principatus dignitatem tanquam patri & genitori . paruus enim & indignus esset principatus,si non diuinitatis causa existeret, quæ in filio & spiritu contemplatione deprehenditur. Quando quidẽ necesse est unum custodire Deum,et tres fateri subsistentias siue tres personas , & unamquanq; cum sua proprietate. Custoditur autem iuxta sententiam meam unus Deus,si filius & spiritus in unam referantur causam,non ut cõponantur , seu cõiungantur , ac per unũ, & hunc deitatis,ut ita uocem,motum,necnon cõsilium ac existentiæ identitatem. Tres uenerare subsistentias , nullam tamen intelligas coniunctionẽ, uel dissolutionis uel confusionis , ne totum dissoluatur, per ea per quæ unũ

Patrem uocat causam.

ὑπόστασις.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illud ornatur, plus quàm bene habet. uenerare proprietates, patris quidem & ſine principio, & cum principio intellecti & dicti, principij aũt tanquam cauſæ, tanquam fontis, tanquam luminis ererni: filij autẽ ſine principio quidem minimè, principij uerò uniuerſorum. principiũ uerò quũ dico, nequaquam tempus interponito, neq; medium quippiam inter naturam generantis & generati, ne diuidas naturam, quum malè quid interpoſueris ſempiternis & cõiunctis. ſi enim tempus filio eſt longeuius, illius ſcilicet primũ cauſa erit pater. & quomodo factor temporum ſub tempus? quomodo autẽ & dominus omniũ, ſi à tempore comprehenditur, & illi ſubditur? igitur ſine principio pater eſt, non enim aliunde aut ab ipſo illi eſt eſſe. At filius, ſiquidem patrem tanquam cauſam accipis, non eſt ſine principio: filij enim principium pater tanquam cauſa. Sí autem à tempore principium intelligis, ſine principio eſt: non enim à tempore principiũ habuit, temporum dominus. ſi autem ideo quia corpora tempori ſubijcis, dignum putas, ut & filius tempori ſubdatur, circundas etiam corpus ei qui corpore caret. Etſi quia ea quæ apud nos gignuntur, aliquando non erant, inde genita ſunt, propterea & filium cogis ex non exiſtentibus ad eſſe peruenire, comparas incomparabilia, Deũ nempe & hominem, corpus & incorporeum. num igitur & patitur & diſſoluetur, quoniã & corpora noſtra? Tu igitur propter hoc uis ita generari Deum, quia etiam corpora. ego autem propter hoc nõ ita, quoniam ita corpora. quorum enim eſſe non eſt ſimile, horum nec generare eſt ſimile, niſi & ut alia ſeruiant materijs, ſicut patiens & triſtitia affectus, uel eſuriens et ſitiẽs, et quę ſunt corporis, aut pariter utriuſq; affectus. Cęterùm intellectus tuus hęc nõ capit: de Deo enim ſermo eſt. noli igitur generationẽ aliter quàm diuinam accipere. uerùm ſi generatur, inquis, quomodo generatur? reſponde & tu mihi, dialectice inſuperabilis: ſi creatur, quomodo creatur? ac inde à me interroga, quomodo generetur. affectio enim circa generationem, affectio & circa creationem. aut enim reformatio affectio non eſt, ac cura & cogniti illius comprehenſim, in partes explanatio. tempus eſt circa generationem, in tẽpore & creata. locus eſt ibi, locus et illic: fruſtratio circa generationem, fruſtratio & circa creationem. hæc audiui, quum uos per philoſophiã diſceptaretis. quæ enim mens ſæpè deſcripſit, hæc manus non perfecit. Sed uerbo inquis uniuerſum cõſtitit, & propoſito: ipſe enim dixit, et facta ſunt: ipſe mandauit, et creata ſunt. Quũ igitur dicis, uerbo Dei omnia creata eſſe, non humanam creationem introducis: nemo enim ex nobis uerbo facit ea quę ſunt facienda. nihil enim nobis ſublimius eſſet & liberius, ſi dicẽdo opera adimpleri poſſent. Quod autẽ Deus uerbo creat creanda, non id humana facit creatione: aut igitur oſtẽde quod uerbo homo quoq; facit, aut ſuſcipe quod Deus non ut homo creat. Si enim uelle ſuo ciuitatẽ deſignauerit, ciuitas cõſiſtet: ſi filium facere uoluerit, filius factus erit. quod ſi aliud quoq; faciendum fieri uoluerit, ſtatim uelle ad eſſe procedet. ſi autem nihil horum ſequitur, uelle, Dei autẽ uelle fabricatio eſt, aliter quidem homo fabricat, aliter quoq; omnium cõditor Deus. quomodo igitur creat? nõ humaniter, generationem autem cogit humaniter. tu quidem quum non eſſes, poſtea fuiſti. deinde genitus es, propterea non exiſtentia in eſſe deducis. uel ut profundius loquar, forſitan neq; ipſe ex nõ exiſtentibus deducis. quoniam & Leui inquit in patris adhuc lumbis erat, priuſquam in eſſe ueniret. nullus igitur offendatur uerbo, quando quidẽ filium nequaquam ita ex patre exiſtere dico, tanquã in patre prius fuerit, ac poſt hoc in eſſe ſit progreſſus. nihil enim quod prius imperfectum fuit, poſtea perfectum erit, quemadmodũ lex eſt motus noſtri. & hæc quidem ſunt tentantium, at illa eorum qui prompte omnibus quæ dicuntur aſtipulantur. Nos uerò haud quaquam ita ſentimus ſeu opinamur, ſed pariter eſſe illum, qui ſine principio eſt ingeneratum. ſemper autem erat, neq; enim unquam mens in non eſſe cadit: & filius erat genitus, ita, ut illi cõcurreret eſſe patris, generationiq; unigenitum, ex ipſoq; exiſteret,

ſteret, & non cum ipſo, conſilium principij. principij autem tanquam cauſę, ſæpius enim eundem circumuerto ſermonem, quia craſsitudinem tuam & mentis timeo materiale. Proinde ſi haud curioſus circa filij, ſiue generationem ſiue ſubſiſtentiam, aut quomodo cũq; dicere oportet, exiſtis, uel ſi quis aliud quid magis his proprium cognoſcit, uincat linguam meam quod intellectum eſt & cognitũ. Quin neq; ſpiritus curioſe ſcrutaueris proceſſum. ſufficit mihi audire, quod filius, quod ex patre, & quod hic ſit pater: ille uerò filius, & nihil in his curioſe ſcrutor, ne in uocibus quæ penitus omnẽ elocutionem ſuperant humanam, mihi accidat quod uiſui, quum in radios dirigitur ſolares. Qantum enim quis plus & diligentius uidere uoluerit, tãto magis ſenſu lęditur: & dum nimium cernere quęrit, etiam illo quod plus eſt priuatur, quũ res quæ uideri debet, longè etiam uiſum exuperet, ſi illam totam uidere uolueris, & nõ ita quemadmodum cernere eſt tutum. Audis generationem, quomodo autem ſit, noli nimis curioſe inquirere. Audis ſpiritũ procedere à patre: ſed quomodo id fiat, noli nimis anxiè indagare. ſi autem in filij generatione et ſpiritus proceſsione nimis curioſus eſſe uolueris, et ego de corporis & animę tuæ cõmixtione exactius indagauero. Quomodo tu terra es & imago Dei? quid eſt quod te mouet, aut id quod mouetur? quomodo illud idem mouet & mouetur? quomodo ſenſus in eodẽ manet, & quod externum eſt attrahitur? quomodo in te mẽs manet, et ger:erat ſermonem, *i verbi pater.*
in alio intellectu? quomodo intellectus datur ſermoni? et nondum de maioribus loquor, qualis eſt cœli reuolutio, quis motus ſtellarum, aut ordo ſeu menſura, uel coniunctio, ſiue ſeparatio. quí nam termini maris, unde uentorum flatus, aut temporum conuerſio, uel imbrium defluxus? ſi tu homo nullum horum cognoſcis, cognoſces forſitan, quando deprehẽdes id quod eſt perfectum. uidebo enim inquit, cœlos opera digitorum tuorũ, tanquam ſit ſuſpicio, quòd ea quę nũc uidentur, nequaquam ſint uera, ſed ueritatis ſimulacra. ſi teipſum non cognoſcis, & quis nam ſit is qui de his diſſerit, ſi ea quorum ſenſus eſt teſtis haud capis, quomodo Deũ examuſim qualis & quantus ſit ſcire ſuſpicaris? quod quidem magni defectus indicium exiſtit rationis. Cæterùm ſi mihi obtemperaueris Theologo nequaquã audaci, hoc quidem cape, illud uerò capere time: hoc dilige quod in te manet, illud autẽ in ſupernis remaneat theſauris. ciuiliter aſcende, per puritatem fabrices, quod purum eſt. uis theologus aliquando euadere, ac deitate dignus? leges ſerua, per mandata gradere, actio enim ſpeculationis eſt fundamẽtum. ex corpore animæ laborem impende. Cæterùm quis eſt ex hominibus, qui intantũ attolli poteſt, ut ad Pauli menſuram pertingat? & tamen ille ait, ſe per ſpeculum uidere & ænigma, ac tempus fore, quum facie ad faciem eſſet uiſurus. Quod ſi tu alijs in ſermonibus es ſapientior, omnino tamẽ Deo es inferior. alijs forſan es prudentior, tantum uerò à ueritate deſtitueris, quantum eſſe tuum, Dei eſſe eſt inferius. promiſsionem habemus, aliquando nos cognituros, quemadmodum & cogniti ſumus. Si nequaquam poſsibile eſt, ut hic perfectam rerum omnium cognitionẽ habeamus, honora id quod deficit. Proinde quid eſt quod ſperamus? regnũ fortaſsis dices cœlorum. exiſtimo autem nil aliud illud eſſe, quàm ut aſſequamur id quod eſt puriſsimum & perfectiſsimum: at ex cunctis exiſtentibus nihil eſt perfectius quàm cognitio Dei. uerùm illud occupabimus, hoc autẽ anticipabimus, dum adhuc ſumus ſuper terra. iſtud uerò illic reponemus, quo laboris et ſtudij noſtri hanc habeamus fructificationem, ut totam trinitatis ſanctæ ſplendentiam qualis ſit et quanta, et quota, ſi ita dicere fas eſt, percipiamus, in ipſo Chriſto Domino noſtro, cui ſit gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Diui

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI in Machabæos Oratio: Bilibaldo Pircheimero interprete.

QVid autem Machabæi? horum enim præsens est festiuitas, qui licet minus honorantur à plerisq; , quòd non Christi certarunt gratia, omnibus tamē uenerationē sunt digni, quòd ob leges paternas fortiter egerint. quum enim ante Christi passiones martyriū sustinuere, quid facturi erant, si post Christū persequutionem pertulissent, ac illius pro nobis mortem imitati fuissent? Qui enim sine hoc exemplo tanta eminuere uirtute, quomodo non generosiores apparuissent, si cum exēplo periclitati fuissent? proinde licet sermo iste mysticus sit & absconditus, mihi tamen ac omnibus Dei amatoribus admodū credibilis existit, neminem qui ante Christi aduentum martyrio decesserit, id sine Christi fide assequutum esse. uerbū enim quod postea temporibus propriis liberè prædicatum est, ijs etiam qui mente puri fuerunt, antea cognitū extitit, quemadmodum ex multis liquet, qui ante illud honorati fuerunt. non igitur despiciendi sunt, quòd tales ante crucem extiterint, sed propter crucē laudandi, ac honore qui ex sermonibus prouenit digni. non ut ijs gloria inde augeatur (nam quo pacto eorum gloria crescere posset, quorum res gestæ tam gloriosum quid habuerunt) sed ut glorificentur laude digni, uirtutemq; æmulentur audientes, memoria, tanquam stimulo ad similia incitati. Cæterùm quales? nam hi fuere? aut unde, quaue sub initium institutione & disciplina impulsi, ad tantum uirtutis & gloriæ fastigium sunt progressi, ut annuis his festiuitatibus ac panegyribus honorarentur? nam quod maior quàm rerum uisibilium de eis opinio in omnium residеat animis, id libere ijs conscriptus, discendi cupidis & studiosis ostendit. qui etiam docet, rationem passionibus imperare, dominam' que esse, siue ad uirtutem inclinet, seu malitiam. sanè & alios liber ille martyres celebrat, inter quos & horum meminit certaminum: mihi uerò hoc tantum dixisse sufficiat, Eleazarum primitias tulisse inter eos qui hic ante Christum sunt passi, quemadmodum post Christum Stephanus. Vir sacerdos, & senex, canus capillis, canus & prudentia, prius quidem pro populo sacrificabat, et orabat, nunc autem semetipsum hostiam obtulit Deo perfectissimam. purgationem plebis uniuersæ, dextrum certaminis procœmium, adhortatioq; loquēs, et tacens. adduxit autem & filios septem, institutionis suæ indicia, hostiam uiuentem, sanctam, beneplacitam Deo, omni legali sacrificio splendidiorem & puriorem. siquidem legitimum est & iustissimum, ut filiorum præclarè gesta patri referātur accepta. Pueri autem illi generosi & magnanimi, generosæ matris germina generosa, glorioſi ueritatis certatores, Antiochi tēporibus excelliores, Mosaicę legis discipuli genuini, patriarum consuetudinum obseruatores diligentes. Numerus apud Hebræos laudabilis, & propter septenariæ quietis mysterium uenerabilis, unum spirantes, ad unum respicientes, unicum uitæ iter scientes, ut pro Deo mortem sustinerent: nō minus animis fratres, quàm corporibus, inter se de morte æmulantes, proh miraculum, tormenta tanquam thesauros præripientes: sub magistra lege pericula pro alijs subeuntes, quæ non magis ingruentia formidabant, quàm cessantia quærebant: unum hoc declinantes, ne tyrannus eos punire differret, ac quidam ex eis incoronati discederent, inuitiq; à fratribus separarentur, & mala uictoria superarent, ac nequaquam in patiendi periculum inciderent. Mater ibi erat animosa & generosa, puerorum simul ac Dei amatrix, cuius materna uiscera ultra naturæ dilaniabantur rationem: non quia eam filiorum miseratur cruciatus, sed quòd timore angeretur, ne paterentur. neque magis desiderabat abeuntes, quàm optabat ut residui alijs adijcerentur. & horum quidem rationem habebat maiorem, quàm eorum qui iam decesserant. nam horum certamen anceps erat, at illorum dissolutio secura. & hos quidem iam

dem iam Deo conciliauerat, illos autē ut Deus acciperet curabat. O' anima uirilis in corpore muliebri. O' specimen admirandum & magnanimum. O' sacrificij illius Abrahamici, nisi fortè maius quid audendum sit. ille enim promptè unum obtulit, licet unigenitum, & qui ex promissione erat, & ad quem promissio pertinebat: & quod maius erat, quod non generis solum, sed & talium sacrificiorum primitiæ & radix constitueretur. at illa totum filiorum populum sacrificauit Deo, tam matres, quàm sacerdotes, uictimis in iugulationem promptis exuperans, holocaustis rationalibus, sacrificijs seu gentibus. illa ubera ostēdebat, & filijs enutritionem in memoriam perducebat. Caniciem prętendebat, senectutemq; pro supplicatione subijciebat: nō ut salutem quæreret, sed ut passionem moueret. nec mortem, sed dilationē periculū esse censebat. nil eam flectebat, nihil emolliebat, nil audaciam eius minuebat: non tormentorum instrumenta exposita, nō rotæ expeditæ, non catapultæ, non ungularum acies ferrearū, nō enses, quorum acies iam subigebatur, non lebetes feruentes, non ignis incensus, nō tyrannus minans, nō populus urgens, non genus inspiciens, non membra dilacerata, non carnes dilaniatæ, nō sanguinis riui fluentes, non iuuentus quæ consumebatur, non mala præsentia, non quæ expectabantur: sed & periculi prolongatio, quæ alijs in talib. grauissima esse solet, illis erāt leuissima: spectaculo enim oblectabant, & passionibus ferè moram innectebant. ita uaria tormenta illa tanquam nullius essent momēti cōtemnebant. quin etiam persecutoris sermones multiformes, cōuiciantes, comminantes, blandiētes, despiciebāt. quid enim ille non tentabat, ut quod sperabat, assequi posset? insuper & puerorum ad tyrannum responsiones tanta sapientia ac generositate erant refertæ, ut si cuncta aliorum bona in unum fuissent congesta, parua tamē essent, si cum illorū fortitudine essent collata. immo fortitudo eorum parua fuisset, si cum prudentia eorū in sermonibus comparata esset. quin & solis illis cōtigit ut ita paterent, ac interim contra minas persecutoris & terrores immi nentes adeò sapienter responderent. quibus tamen pueri generosi, uel parens generosior nequaquā uincebantur. quum uerò ipsa omnibus superstes extitisset, ac animi dolorem cum amore temperasset, pulchrā parentationē illis seipsam exhibuit. eos enim subsequuta est, quos paulo antè prēmiserat. et hoc quo' nam modo? sponte ad periculū processit. at cum quali oratione funebri? pulchri sanè puerorū ad tyrannum sermones existunt, pulchrorumq; pulcherrimi. & quur nō? cum quibus se instruebant, et tyrannū feriebant. at matris longè fuere pulchriores: primò quidē consolantes, postea uerò funebres. Qui' nam igitur puerorū sermones fuere? bonum enim est, ut & uos illorum reminiscamini, ut quemadmodū certaminis habetis exemplū, ita etiam sermones de martyrij laude in talibus habeatis temporibus: erant autē aliorum alij, et secundū quod unumquenq; uel persequutoris sermones, aut periculorum ordo, aut animæ armabat alacritas, & si typo effingere licet, tales erant. Nobis Antioche ac circumstātes omnes, unus rex Deus est, à quo facti sumus, & ad quem conuertimur. unusq; legislator Moses, quem haud prodemus seu offendemus: non per pericula uiri, ob uirtutē exantlata, ac miracula multa, etiam si alius adhuc Antiochus nobis minaretur, te etiam truculentior. una autem nobis securitas est, mandati obseruatio, & ut legem, qua muniti sumus, haud quaquam præuaricemur. una gloria, omnem aliam gloriam præ illa contemnere. solæ nobis sunt diuitiæ quæ sperantur. nihil autem terribilius, quàm à Deo aliquid timere. cum his considerationibus sumus instructi, ac ita armati. cum tali tibi iuuentute est controuersia. Dulcis equidem mundus hic est, dulce & solum patrium, necnon amici & cognati, coætanei' que, ac templum istud magnum, & nomine tam celebre, ac panegyres patriæ, & mysteria, reliqua' que cuncta, quibus nos ab alijs differre uidemur. non tamen dulciora sunt Deo, ac periculis quæ propter honestatem sustinentur, nec tu hoc censeas, alius nobis est mundus longè rebus uisi

bilibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bilibus sublimior & stabilior. Patria alia Hierusalem superna, quam nullus Antiochus obsidebit. & quia fortis est & inexpugnabilis, nullam timet desolationem. Cognati uerò nobis sunt inspiratio, & qui secundum uirtutem sunt nati. Amici autē, prophetæ ac patriarchæ, à quibus nobis & pietatis est typus. Coętanei uerò, qui hodie nobiscum periclitantur, & fortitudine sunt cōtemporanei. Panegyres autem, angelorum tripudia, mysterium q̄ unum magnum ac maximum, & à multis absconditum Deus: ad quem & hæc respiciunt mysteria. desine igitur nobis parua & indigna polliceri: non enim honorabimur inhonestis, neque lucrabimur damnosa. quoniam non tam infeliciter negociamur, desine etiam minari, aut cōtrà minabimur. tuam impotentiam, & nostra argue supplicia. habemus & nos ignem, quo persequutores puniamus. existimas tibi certamen esse cum gentibus ac ciuitatibus: necnon regibus effœminatissimis: ex quibus hi quidem uincent, illi autem fortasis superabuntur. uerùm nequaquam eis de talibus periculum imminet. Contra Dei legem aciē instruis, contra tabulas à Deo insculptas, contra paterna, ratione & tempore honorata, contra septem fratres unica anima colligatos, septem te trophæis infamaturos. quos uincere, nequaquam magnum est: ab illis uerò superari, turpissimum. Illorum genus sumus & discipuli, quos ignis columna & nubis in uia deduxit. quibus mare diuisum est, & fluuius substitit, & sol stetit, & panis pluuia descendit, quorum manuum extensiones orationis gratia factę, multa millia in fugam cōuerterunt. à quibus feræ superabantur, & quos ignis non tangebat, ac à quibus reges generositatem admirantes, abstinebant. dicemus & aliquid tibi cognitum. Eleazari mystæ sumus, cuius fortitudo tibi est comperta. prior pater certauit, nunc filij succedūt. prior abijt sacerdos, nunc subsequentur sacrificia. multis nos terres, sed multo plura ferre sumus parati. & quid ò superbissime minis tuis nobis facere poteris: num persuadebis? at nihil fortius est ijs qui omnia ferre sunt parati. quur moramini lictores? quur cunctamini? quur mandatum tam egregium expectatis? ubi enses? ubi uincula? celeritatem exopto. maior ignis accendatur, bestiæ efferentur, tormenta augeantur, omnia sint regia & ambitiosa. ego primogenitus sum, primum me sacrifica. Ego nouissimus, ordo mutetur. sed & è medijs quidam inter primos existat, quo æquis partibus inter nos honoremur. sed parcis. expectas? ne fortuitū quid aut contrarium? sæpe aciterum eundem repetemus sermonem. nequaquam immunda comedemus, nec offeremus. tu prius nostra ueneraberis, quàm nos tua colemus. summa sermonis, aut crudeliora adhuc excogita tormenta, aut hæc à nobis contemni scias. & hæc quidem ad tyrannum. at quibus inter se adhortabantur? qualia q̄ de seipsis spectacula exhibebant? quàm fuere pulchra? quàm sacra, omni q̄ uisione ac auditiōe Dei cultoribus suauiora? Ego enim recordatione solū uoluptate impleor, ac cogitatione cum certantibus uersor, enarratione q̄ exornor. amplectebantur se mutuò, & à collis pendebant. panegyris erat, ac si certaminibus initiarentur. eamus fratres ad pericula clamabant, eamus, urgeamus nos dum excandescit tyrannus. nil nos emolliat, ut salute plectamur. cōuiuium nobis propositū est pretiosissimū, nequaquam illud negligamus. pulchrum est fratres cohabitare, conuiuiū celebrare, ac unà cōglobari: pulchrius uerò, pro uirtute periclitari. quod si possibile esset, corporibus etiā pro legibus certasse mus patrijs, sed & mors ista inter laudabilia existit. uerùm quia tempus hoc non admittit, corpora exhibeamus. etenim si nunc haud morimur, num ideo nunc q̄ occumbemus? num generationi debitum suum non reddemus? ex necessitate gloriam faciamus, dissolutionem cauillemur, quod commune est proprium faciamus, morte uitam comparemus. nullus igitur è nobis animę curam gerat, nec pusillanimis existat. Tyrannus postquam in nos incidit, de aliorum transgressione desperet, periculis ordinem ipse statuat, nos nihil in promptitudinis feruore dissentiamus, primus q̄ alijs uia existat, nouissimus uerò certaminis

taminis signaculum. hoc nobis cūctis pariter insixum sit, quod cum perpetua domus nostræ laude coronabimur. & quòd persequutor nullā è nobis partem accipere poterit, ut quemadmodum de omnibus gloriatur, ita unica intumescat prauitate, non minus transmigratione, quàm generatione, inter nos fratres appareamus, omnes q̄ tanquam unus periclitemur, & pro omnibus singuli. Eleazare suscipe, mater subsequere, Hierusalem mortuos tuos magnificè sepelito. si sepultura carebimus, posteris nostra referto. sed & amatoribus tuis religiosum unius uteri sepulchrū ostende. Et illi quidem talia dicebāt, & faciebant, & aprorū instar, dentes inter se acuentes, in ordine ætatis, & promptitudine qualitatis confortabantur, uoluptati q̄ ac miraculo erant contribulibus suis, terrori autem & stupori persequutoribus, qui quum totam gentem subegissent, adeò septem fratrū unanimitate sunt superati, ut nec spem meliorem haberēt de alijs. at mater generosa, quum illi uirtute tot essent ac tales, animal inter legem & magnanimitatem medium, eo usq̄ gaudio pariter ac timore perfusa erat, in medio q̄ duarum passionum campo constiterat, gaudij ob uirilitatem & ea quæ uidebantur, timoris uerò propter ea quę imminebāt, ac pœnarū immanitatem: et tāquam auis pullos quum serpens adrepit, aut aliud quid insidiatur, circumuolabat, circumgemebat, supplicabat, simul certabat, & quid non faciebat, quod ad uictoriam consequēdam deseruiret? sanguinis guttas rapiebat, membrorum detruncationes colligebat, reliquias adorabat. cum uno loquebatur, & hunc offerebat, alium uerò præparabat. omnes autem ita alloquebatur, Euge filij, euge optimi mei, euge in corpore constituti, corpore ferè casi, euge legis ac caniciei meę defensores, necnon ciuitatis quæ uos aluit, & ad tantam uirtutis gloriam prouexit adhuc parum, et uicimus. fatigantur tortores. hoc timeo solū, adhuc parum & ego fœlicissima inter matres ero, uos q̄ beatissimi inter filios. sed matris desiderio teneminī? at nequaquā uos derelinquā. hoc uobis promitto, nō enim ita natos odi. Postquam aurem defunctos uidit, ac securitatem ex complemento est assequuta, caput admodum lætè cū magna sustulit constantia, non secus ac ij qui in Olympiacis uincunt, manibus q̄ extensis magna & splendida uoce: Tibi, inquit, ò pater sancte gratias ago, tibi lex magistra, necnon pater noster Eleazare, qui ante filios tuos de certasti, quòd meorum in partu dolorum fructum accepi, quod q̄ mater facta sum omnibus matribus beatior. nihil mundo reliqui, omnia Deo tradidi, thesaurum meum, spem q̄ meam senilem. quàm magnificè sum honorata, quàm abundè senectutis mercede perfruor: nutrimenti impensam uobis filij remitto, quum ita uos pro uirtute decertasse uideo. omnes coronatos conspexi, tanc q̄ benefactores intueor tortores: sed & parū deest, quinme tyrāno ob seruatū ordinem gratias habere fatear, quòd me ultimā periculis reseruauit, quòd sobolem meam decertantem uidi, & cum unoquoq; filio depugnaui. ita enim secura cum sacrificijs digrediar. nō comas dilacerabo, nō uestem discindam, non carnem unguibus secabo, non luctum instaurabo, nō præficas conuocabo, non in tenebris me occultabo, ut aer mecum fleat, non consolatores expectabo, nō panem luctus apponam: talia enim ignobilium sunt matrum, & quæ carnis tantum sunt parētes, quarum filij uitam sine digna aliqua finiunt relatione. mihi uerò nequaquam mortui estis ô filij charissimi, sed copiosum fructū produxistis. nō me reliquistis, sed præcessistis: non defloruistis, sed solidati estis: non fera uos rapuit, non unda absorpsit, non latro ingulauit, non morbus dissoluit, non bellum absumpsit, nō aliud quid paruum, aut magnum, quod hominibus accidere potest. flerem equidem, & ualde quidem, si tale quid uobis accidisset. lachrymis tum ostenderem, quòd filiorum amatrix essem, quemadmodum nunc lachrymas repello. parua hæc adhuc existunt. uerè uos deplorarem, si malè saluati fuissetis, si à tormentis uicti essetis, si quis uos superasset, quemadmodum nunc superati sunt persequutores. iam uerò superstitibus uobis laus, gaudiū, glo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ria, tripudia ac lætitia mihi accreſcit. ego enim poſt uos immolabor. eſi Phínea collocabímur, cum Anna glorificabímur, præterquam quòd ille unus erat, nos uerò tot ſcorticidæ, non corporum, ſed animarum fornicationem confodientes. Et hæc quidem unum à Deo datum, illum' que nuper genitum, ego autem uiros ſeptem, eoſq; uoluntarios ſacrificaui. Hieremias funebrem mihi ſuppleat ſermonem, non lugēs, ſed mortem laudans beatam. ſuper niuem ſplendetis, ſuper lac coagulati eſtis, ſuper ſaphirum compoſitio ueſtra, Deo, qui uos naſci fecit, ac mihi tribuit. & quid amplius? appone & me ô tyranne filijs, ſi qua apud inimicos gratia eſt, quo certamen tibi ſit uenuſtius. utinam & per omnia tranſeam ſupplicia, ut cruorem meum ſanguini, & carnes meas ſeniles illorum admiſceam carnibus. amo propter filios tormēta. quod ſi hoc denegas, puluis ſaltem pulueri iungatur, unumq; nos excipiat ſepulchrum. ne inuideas æqualis honoris mortem ijs qui gloria ſunt æquales. Valete ô matres, ualete ô filij, ita enutrite eos qui è uobis naſcuntur. Pulchrum uobis certandi exemplum præſtitimus. talia dicebat, ac ſeipſum filijs adiungebat. ſed quo' nam modo? ad rogum accenſum tanquam ſponſum adcurrit, huic enim adiudicata fuerat: nec ducentes expectauit, ne corpus ſanctum & generoſum corpora tangerent polluta. Sic Eleazarus ſacerdotio eſt perfunctus, cœleſtibus initiatus, & initians: ac Hieruſalem haudquaquam externo, ſed proprio emundauit ſanguine, diemq; nouiſsimum, myſterium quoque fecit nouiſsimum. ita etiam filij iuuentute ſunt defuncti, nō quòd uoluptatibus ſeruirent, ſed quòd paſsiones refrenarent, ac corpora ſanctificarent, ad uitamq; transferrēt impaſsibilem. Sic mater fœcunditate ſua fructum accepit, ſic uiuentes adornauit, & cum decedētibus quieuit. quosq; mundo genuerat, illos obtulit Deo, ac dolores ſuos certamínibus annumerauit, partusq; conſequētiam mortibus manifeſtam reddidit. à primo quidem filio uſq; ad nouiſsimū, ijs quæ fuere certaminis. & quemadmodum in aquarum inundatione contingit, ſic & uirtutē aliam ſuper aliam oſtendit, ad paſsionemq; adeò promptior erat periculis corroborata prioribus, ut tyranno gratum fuerit, quòd nō plurimorum mater eſſet: immo confuſus & uictus diſceſsit: ac primùm tum didicit, quòd nō omnia armis ſubigi poſſent, quum pueros inermes adortus fuiſſet, qui ſola pietate armati eſſent, te qui omnia potius pati, quàm quę ille iubebat facere parati erant. Hoc lepte ſacrificio ſecurius & magnificentius fuit. nequaquam enim neceſsitate eſt perſolutum, quemadmodum ibi promiſsionis feruore, ac uictoriæ factū eſt deſperatione. uerùm oblatio iſta ſpontanea fuit, & quę ſolum mercedem haberet ſperanda. Sed nec Danielis certaminibus hoc fuit ignobilius: qui, quum in cibum datus eſſet leonibus, manuum extenſione feras deuicit. Immo nec in Aſſyria pueris poſterius, quos angelus refrigerabat in igne, quoniam legem ſeruabant paternam, nec cibum tangere uolebant pollutum et profanum. Quin nec certamen hoc gloria ſua miraculis illis, quæ poſtea pro Chriſto ſunt exantlata, inferius fuit. illi enim, quemadmodum in ſermonis dicebam principio, Chriſti ſequebantur ſanguinem, et Deus talium certaminum ductor erat, qui tantum ac tam admirandum pro nobis obtulit precium. his uerò haudquaquā multa, neq; talia uirtutis fuere exempla. horum uirtutem uniuerſa admirata eſt Iudæa, & tanquam ipſa coronata eſſet, exultabat ac geſtiebat. Certamen enim hoc maximum fuit, ex ijs quæ unquam in ciuitate illa fuere decertata. neceſſe enim erat, ut in die illa lex uel ſolueretur, uel glorificaretur, eratq; res tum quaſi ſub nouacula poſita, & ad uniuerſam Hebræorum gentem illorum pertinebant certamina. Sed & Antiochus ita ſtupore eſt perculſus, ut minas uerteret in admirationem (nam hominum uirtutem, & hoſtes quoq; admirari norunt) quum ira deferbuiſſet, & res per ſeipſam fuit expenſa, adeò ut infecto negocio abiret, multis patrem Seleucum ob honorem genti, necnon magnificentiam templo impenſam laudans, multis quoque Simonem, qui eum adduxerat, inculpans,

culpās. Proinde hos nos ô ſacerdotes, matres, & filij imitemur. Sacerdotes quidem, Eleazari honorem, patris ſpiritalis, qui tam ſermone quàm opere quod optimū eſſet oſtendit. Mulieres uerò, generoſæ matris illius gloriam, quo uerè filiorum amatrices eſſe uideantur, ac Chriſto fœturam ſuam offerant, nuptiasq; per talia ſanctificent ſacrificia. filij autem, ut ſanctos illos uerentur, ac iuuentutem nequaquam in turpibus conſumāt affectibus, ſed in certaminibus contra paſsiones initis, & ut contra aſsiduū Antiochum generoſe pugnent, qui contra membra cuncta decertat, illaq; multipliciter inſectatur. cupio enim pugiles habere, qui omnis temporis, omnisq; ſint modi, uniuerſum hominum genus, ac ętatem omnem, quę uel palàm oppugnatur, uel cui clanculum tenduntur inſidiæ: illamq; ueteribus adiuuare narrationibus: adiuuare & nouis, ac undiq; apiculæ inſtar utiliſsima colligere, in aluearij unius fœturam & ſuauitatē: quo tam per uetuſta, quàm noua in nobis glorificetur Deus, qui in filio & ſpiritu glorificatur, qui ſuos cognoſcit, & à ſuis cognoſcitur, confeſſus & confitens, glorificatus & glorificans, in ipſo Chriſto, cui ſit gloria in ſeculum, Amen.

DIVI GREGORII NAZIANZENI DE MODEſtia in diſceptationibus obſeruanda oratio, Bilibaldo Pircheimero interprete.

POſtquam tam promptè conueniſtis, panegyriſq; tam celeber exiſtit, & ideo potiſsimum lucri tempus adlit, age quid uobis mercis exhibebimus? Sanè ſi illa etiā alacritate hac minus digna ſit, noſtris tamen uiribus nequaq; inferior erit. illa enim requirit māiora, iſtæ uerò adferunt mediocria: fatius autē fuerit aliquid pro uiribus afferre, quàm in omnibus deficere. ſiquidē non ille qui talia præſtare nequit, ſed qui nō uult, crimini obnoxius exiſtit, non minus in reb. diuinis q; humanis. Proinde ego paſtor ſum paruus et inops, nec adhuc alijs, ut modeſtè loquar, placeo paſtoribus. Cæterùm nū id propter claritatem, ac ſermonē rectum, uel puſillanimitatē & inuidiam cōtingat, ignoro: Deus autē, ut diuinus inquit Apoſtolus, nouit, dieſq; reuelationis manifeſtè hoc declarabit, necnon ignis nouiſsimus, quo cūcta noſtra dijudicabūtur & purgabuntur, nihilominus tamen admitar, ne gratiæ donum abſcondiſſe uideri poſsim, nec lampadem ſub modio conſtituiſſe, neq; talentū defodiſſe, quemadmodū ſæpius à uobis audiui, quū ſegnitiē exprobraretis, uel taciturnitatē moleſtè ferretis, quo uos ſermonibus ueritatis inſtruere, ſpirituq; idoneos reddere ualeam. unde igitur fratres uos reficere incipiam? aut quibus ſermonibus athletas, quorū præſens eſt panegyris, honorabo? quid primum aut maximū dicam, quid' ue potiſsimū animabus noſtris utile, ſeu pręſenti tempori conuenientiſsimū proferam? ita enim cognoſcemus quid nam ex ſermone noſtro ſit pulcherrimū. pax nempe. addo & utiliſsimum. quid uerò turpiſsimū & damnoſiſsimū? diſcordia ſcilicet. poſtquam igitur ita interrogati, ac reſpondi, ſecūdò quærere pergā, quid potiſsimum pacē diſſoluat, quid uerò diſcordiam introducat: ut quemadmodum in morbis cauſas abſcindimus, ac fontes perturbationū noſtrarū obturamus, uel exicamus: ita hic quoq; de fluxis, & quæ inde ortum ſumunt interſcindamus. quandoquidem poſsibile haud eſt, ut nouiſsima rectè cognoſci queant, niſi prius bene cōſiderentur principia. uultis' ne igitur uos cauſam dicere & manifeſtare? uel mihi medenti cedere? & ego illam oſtendam, & emendare curabo. nam licet ad dicendum ſim paratus, longè tamen dicētes audire ſum paratior. uerùm ſat ſcio, quod mihi cedetis, quoniam nos forſitan haud malos medicos in talibus exiſtimatis, neq; imperitos animarum curatores, ſiue malè, ſiue bene creditis. cęterùm admirari nolite, ſi ſermonem proferam admirandum: nam quamuis ſit mirandus, uerus tamen quemadmodum dico exiſtit: ſed & uos aſtipulabímini, ſi ad finem uſq; diſcere ſuſtinebitis, & non quod reprehenſione dignum cenſeo, ante finem propter feruorem aſ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

surgatis, turbarũ igitur harum causa existunt naturæ feruidæ & immanes, non tamen planè igneæ & magnæ. nondũ enim feruorem illum cognoscimus, sine quo impossibile est, ut aliquid egregiũ, & quod pietati, cæterisq; uirtutib. congruũ sit, peragi ualeat. sed rationis defectu & imperitia sumus generosi, huiusq; sobole praua, temeritate. siquidẽ temeritas inscitiæ soboles existit ingenia enim talia inualida sunt, pariterq; tam ad uirtutẽ q; praui tatem segnia & inagilia, in neutramq; partem multũ uergentia, non secus ac motus torpidorũ. generosa uerò, quæ ratio instruit ac rectè dirigit, multũ ad uirtutis cõferunt bona: quũ uerò à scientia & ratione fuerint destituta, ne quaq; malitiæ dissimilia esse reperiunt. nam & equũ qui uictoriam reporta re debet, ferocem & generosum esse oportet, siue bellatorem seu certatorẽ: qui inutilis esset, si frenium tolerare nesciret, seu exercitijs ad laborẽ mansue factus haud esset. & hoc est quod plurimũ membra distraxit, fratres seiunxit, ciuitates turbauit, populũ in rabiem egit, gentes amauit, reges cõcitauit, sacerdotes inter se & cum plebe cõmisit: necnõ populũ inter se & cum sacer dotibus, parentes contra filios incitauit, filios aduersus parentes, uiros contra uxores, uxores aduersus maritos. cuncta demum beneuolentiæ nomina exacerbauit: dominos ac seruos inter se, præceptores & discipulos, senes ac iuuenes. sed & uerecundiæ legem, maximũ ad uirtutem adminiculũ, ignominia affecit: pro illaq; pertinaciã introduxit, per quam facti sumus non tribus una, quod & olim opprobratũ fuit populo Israelitico: neq; Israel & Iudas, duæ unius & parui populi huius particulæ: sed per domos singulas, & coniugia, necessitudinesq; sumus dissecti. & quemadmodum unusquisq; contra seipsum est diuisus, ita & orbis totus ac genus hominum uniuersum, ad quod sermo cucurrit diuinus. factusq; est principatus multorum, omni principatu cassus, ac ossa nostra ad infernum sunt dispersa. oportebat autẽ postq; externos Christianorũ hostes superassemus, ut inuicem nos cõsume remus, ac uesanorũ instar propriam dilaceraremus carnem, nequaq; sentiẽtes, sed plus ob malũ hoc gaudentes, quàm si pacem inter nos haberemus, calamitatemq; hanc lucrum existimantes, Deoq; cultum discidiam exhibe re credentes, quum diuidimur & incẽdimur: separatione nequaquã laudabili, sed uituperanda: nec puro, sed pernicioso incendio, & nequaquã purgatiuo. non enim uerbũ secans, quod Christi est machæra, fideles diuidit ab infidelibus, nec ignis mittit & accẽditur, fides nempe & spiritus feruor, ma teriã absumens ac deuorãs: sed planè contrarium euenit, ut prius consumamur, deinde etiam diuidamur. hoc est, quod ex una ecclesia multas fecit ac diuisit, non in unum Paulum, uel Cepham, aut Apollo, siue eum qui malè plantauit, seu malè rigauit, sed malè multos ostendit Paulos, & Apollos, ac Cephas, à quibus etiam pro Christi magno & communi uocamur nomine. insuper & illorum esse dicimur. ac utinam hoc tantum dicere haberem, sed & multos (quod quidem horreo) induxit Christos, generatum nempe & creatum, & qui ex Maria ortum sumpsit, & resolutum in id unde ad esse processit, & hominem stolidum, & existentem, & apparentem. Sic & multos spiritus, nempe increatum, & creaturam, & efficacem, & nudum tantum nomen. Proinde decet, ut unum agnoscamus patrem, principio carentem, nec genitum. similiter & filium unicum ex patre natũ. Spiritum quoq; unum, substantiam ex Deo habentem. patri quidem, quòd is sit ingenitus: filio uerò, quia genitus sit, cedentem: in alijs autem naturæ eiusdem, parem dominatione, gloria, & honore. hæc scire, hæc confiteri oportet, cum his consistere. nugas uerò uarias, profanas'que in sermonibus uocum nouationes, ociosis relinquere hominibus. Cæterùm quid'nam hæc cuncta excitauit? feruor nempe rationis expers, scientia'que haud toleranda, necnon fluctuans fidei gubernaculum. hæc fratres quum sciamus, nequaquam segnes simus ad bonum, sed spiritu ferueamus, ne unquam paulatim ad mortem dormiamus, uel dormientibus praua nobis inimicus semina interserat.

Secundum Apollinarem.

siquidem

siquidem segnities somno est cognata. sed neq; nimis feruidi & sine ratione nostri solum amatores fiamus, ne à regia uix excidamus, omnino in uno ab errantes, uel quia stimulo propter segnitiem indigeamus, uel ob feruorem præcipitemur: sed ex ambobus quod utile est sumamus, huius quidem mã suetudinem, illius autem zelũ: fugiamusq; id quod ex utrisq; est noxium: huius quidem pigritiam, illius autem temeritatem, ne quum hic cessamus, nullum fructum inde feramus, ibi uerò abundantes periclitemur. utraq; enim sunt inutilia, tam segnities odiosa, quàm feruor, disciplinæ nescius. quoniam hæc nequaquam approximat bono, ille uerò penitus exorbitat, ac de dextero dexterius aliquid facit. Quod & diuinus Salomon cognouit, dum ait, Noli declinare ad dextram, nec ad sinistram, neque propter contraria in æquale incidas peccatum. quandoquidem quod sui natura dextrum est, laudat, Vias, inquiẽs, quæ à dexteris sunt Deus nouit, at quæ à sinistris peruersæ existunt. quomodo igitur quod dextrum est, laudat? ac rursus à dextro abducit, ab eo nempe quod dextrum uidetur, quum non sit? ad quod alibi respiciens, ait: Ne fias nimium iustius, neq; sapiens immodicè: siquidẽ eadem est animi passio circa iustitiam ac sapientiam, quæ & feruoris qui in re & sermone accidit, quum is extra honesti & uirtutis limites propter excessum cadit. nam pariter tam defectu quàm augmento offenditur, quemadmodum si regulæ quid addatur aut detrahatur. Nullus igitur plus iustus quàm bene habet existat, nec lege legalior, nec regula æquior, neq; manda to sublimior. Cęterùm quo pacto id fieri poterit? si mundũ inspiciamus, naturæq; legem collaudemus, ac rationem sequamur, & nequaquam ordinẽ rectum afficiamus iniuria. & pariter sursum in cœlum, deorsumq; in terram respiciamus: ita enim cognoscemus, quo pacto uniuersum illud constet, & unde, ac quid ante ornatum fuerit, & quod'nam nũc nomen sit toto. Siquidem cuncta ordine decorantur, uerbumq; illa adornauit, tametsi quemadmodũ unum, ita & uniuersa, cõfusa licet, subsistere potuissent. is enim qui nondum existentibus esse tribuit, fiendisq; ideas ac figuras indidit, neq; ad uniuersum simul ostendendum & ornandum impotens erat: sed ideo primum quid & secũdum numeratur, necnon & tertium, sicq; deinceps, quo confestim ordo rebus accederet creatis. Ordo igitur uniuersum cõstituit, ordo cœlestia cõtinet et terrestria. ordo est in intelligibilibus, ordo in sensibili bus, ordo in angelis, ordo in astris tã motu q; magnitudine, necnon habitudine inuicẽ & splendore. alia enim gloria solis est, alia uerò lunę, alia quoq; astrorum. gloria enim stella differt à stella. ordo in anni partibus et temporibus. quę in mũdo nunc progrediuntur, nunc iterum recedũt, ac per mediocritatem austeritatem mitigant. ordo est in diebus & noctibus, mensuris & interuallis. ordo in elementis ex quibus & corpora. ordo cœlum circumuoluit, aerem expãdit, terram suppositit, quæ & superposita est, naturam humidam effudit & coniunxit, uentos emisit, & nõ remisit, aquam nubibus colligauit, & non cohibuit, sed super faciem uniuersæ terræ decore & indifferen ter sparsit. & hæc nequaquã parumper, neq; ad tempus unum paruum, aut ætatem unam, sed ut ab initio ad finem usq; per eandem uiam dirigãtur, & circũuoluantur, fixa & mobilia, solidata quidem uerbo, labilia autem motu constituit ea in seculum seculi: præceptũ dedit, & non præteribit, firmitatis nempe. sed & id quod factum est, aut dehinc fiet, fluxum est. ubi igitur ordo dominat, ibi uniuersum ornatus est ac pulchritudo inconuulsa. ubi uerò ordinis & decoris est defectus, ibi in aere quidem fulmina, in terra commotiones, in mari inundationes, in urbibus & domibus seditiones, in corporibus ægritudines, in animabus exoriuntur peccata. & hæc omnia nequaquã ordinis aut pacis, sed perturbationis & confusionis sunt nomina. Quin & corruptionem illam diuulgatam quam expectamus, nil aliud fratres, quàm inordinationis existimemus abundantiam. siquidem ordo colligauit, ordinis uerò inuersio dissoluet, quum placuerit colligãti, ut dissoluantur uniuersa

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac transmutentur. Ordo prærerea cunctis animantibus generationem & ci bum, necnon unicuiq; regiones suas proprias lege assignauit. Nemo enim Delphinum uidit terram sulcantem, neque bouem in unda laborantem: quemadmodum nec solem in nocte crescentem & decrescẽtem, siue lunam interdiu ignis flammam emittentem. Montium excelsa ceruis, petræ uerò perfugia sunt leporibus. fecit lunam in tempora, sol occasum suum nouit. Nox est, & homo sopore corripitur, animaliaq; sua fruuntur securitate, ac singula alimentum sibi à creatore quærũt concessum. Dies est, animalia cõ gregantur, & homo ad opus se accingit, ordineq; iuxta legem ac rationem naturæ inuicem cedimus. adijciam & quod maximum est, nobisq; perquã peculiare. Ordo hominem ex rationali irrationaliq; temperamento compo suit, ac mysticè & ineffabiliter colligauit, puluerem menti, mentem uerò spi ritui. & ut mirabilius quid in suo faceret figmento, illud idem saluauit, & dis soluit. hoc enim superinduxit, illud uerò subduxit: perinde ac in flumine. mortalitati que immortalitatem, per dissolutionem acquisiuit, quæ nos etiam à brutis segregauit. Ciuitates condidit, leges tulit, uirtutem honorauit, malitiam puniuit, artes inuenit, coniugia copulauit, uitamq; sobolis amore mansuefecit. ac maius quid quàm internum desiderium illud & carnale, Dei nempe, indidit. & quid singula enumerare est necesse? Ordo existentium parens est ac securitas. & qui solus si uocem assumeret, ea quæ uerbi sunt, quod omnia fecit, rectè explicare posset, quando uniuersa à Deo essen tiam recipiebant, & subsistebant. ego cum eo eram cũcta componens, quũ præpararet thronum suum super uentos, ac ætherem firmabat superiorem. quando fundabat terram, & fontes tanquam fixas sub cœlo constituebat, ac spiritui oris sui uim omnem largiretur. Cæterùm quam ob rem hæc cuncta enumerauit? aut quo'nam diu iam noster dirigitur sermo? Ordo etiam in ec clesijs ita statuit, ut alij sint oues, alij uerò pastores: ita ut hi imperent, illi uerò obediant: sit'que hoc tanquam caput, illud pedes, istud manus, hoc oculi, illud uerò aliud corporis membrum, quo omnia rectè inter se conue niant, commodum'que tam ad præfectos quàm subditos redundet. & quẽ admodum in corporibus membra nequaquam inter se dissident, sed cuncta corpus unum ex diuersis sunt composita, nec idem omnium est officium acusus ad mutuam necessitatis beneuolentiam: neque oculus gradi tur, sed ducit: quemadmodum nec pes cernit, sed uadit: nec lingua exci pit uoces, id enim ad auditum pertinet: sicut nec auditus loquitur, nam linguæ id est officium: nasus uerò odoris est instrumentum, at guttur ci bum gustat, inquit Iob: manus autem dandi & accipiendi est instrumen tum, mens uerò cunctis hominibus dux est, penes quam & sentire, ac in quam est sensus. Ita & apud nos, qui commune corpus Christi sumus, omnes enim corpus unum in Christo, ac per unum Christum inter nos membra sumus. hoc enim imperat ac præsidet, istud uerò obedit & diri gitur. nec amborum idem est officium, quemadmodum nequaquam eo rundem est imperare & subesse, sed ambo unum fiunt, in unum Christum, ab eodem composita & cõglutinata spiritu, licet imperantes à subditis rur sus, tanquam medium, & doctrina, & exercitatione, & ætate distent. li cet etiam inter duces tantum intersit, quantum spiritus prophetarum alijs subiectus est prophetis. Noli contendere, quum Paulus dicat: Et alios qui dem in ecclesia constituit, primùm apostolos, secundò prophetas, tertiò doctores. primum propter ueritatem, secundum propter umbram, tertium propter mensuram utilitatis ac splendoris. & spiritus quidem unus est, gratiæ uerò dona nequaquam sunt æqualia: quoniam nec receptacula eiusdem spiritus æqualia existunt, siquidem huic per spiritum sermo datur sapientiæ, uel contemplationis, alij autem sermo scientiæ seu reuelatio nis, alij fides solida, & haudquaquam dubia: alij uerò operationes uirtu tum & miraculorum sublimiorum, alij dona sanationum adiutoria siue præ

fecturæ,

fecturæ, gubernationes seu refrenationes carnis: linguarum genera, inter pretatio linguarum, tam maiora quàm secundaria dona, iuxta analogiam fi dei. hunc fratres ordinem ueneremur, hunc etiam seruemus. sit aliquis audi tus, ille lingua, hic manus, alius uerò aliud quiddã. hic doceat, iste uerò discat: ille bonum proprijs operetur manibus, in distributionem egentium, & ino pum. iste imperet, & prior periculis obijciatur, hic autem iustificetur per mi nisterium. at alius doceat cum decore. Prophetæ duo uel tres loquãtur, idq; uicissim, & unus interpretetur. alio uerò declarante, primus cedat. & hic qui dem discat in obedientia, ille autem suppeditet in hilaritate, alius uerò mini stret in alacritate. Ne omnes simus lingua, quod frequentissimum est, ne o mnes apostoli, ne omnes prophetæ, ne omnes interpretemur. magnum quiddam est, de Deo loqui: sed longè maius, seipsum expurgare Deo. quan doquidem in animam sceleslam nequaquam ingreditur sapientia. & ideo seminare iubemur ad iustitiam, & colligere fructum uitæ, quo illuminemur lumine cognitionis. Et Paulus quidem propter dilectionem Domini uult nos cognosci, propter cognitionem uerò doceri. sciebat enim uiam hãc ad cognitionem opinionis inflatæ optimam esse. Magnum quid est docere, ue rùm discere periculo caret. quur teipsum facis pastorem, quum sis ouis? quur caput esse contendis, quum pes existas? quur exercitum ducere quę ris, quum inter milites adhuc censearis? Quur magnum, sed neutiquam tu tum lucrum maris sectaris, quum sine periculo terram colere possis? Sanè si uir es secundum Christum, sensusq; habeas exercitatos, tibiq; lumen splendeat cognitionis, loquere sapientiam, quæ profertur inter perfectos, necnon absconditam in mysterio. & illam quum tempus cæperis, & tibi concredita fuerit. Quid enim apud te ipsum habes, quod tibi datum non sit, aut quod nequaquam acceperis? Si uerò adhuc paruulus es, & humi reptans intellectu, nec sufficiens ut cum sublimioribus progrediaris, fias Co rinthius. lac te alat. quur cibum quæris solidiorem, quem membra non con coquunt, ac nutrimentũ faciunt per imbecillitatem. loquitor quidẽ, si quid melius habes quàm quod taceatur. siquidem ordinem labijs ornare, opus esse laudabile nosti. ubi uerò silentium melius est sermone, ibi quietem di lige. decet enim quædam dicere, alia audire, nonnullla laudare, aliqua uerò amarulenter reijcere. Num ignoratis fratres certamen nostrum, qui cum autoritate hic præsidemus, & hæc multis ex uobis tanquam lege sancimus. forsitan autem nec plures è nobis ipsis illud cognoscimus. quod & lachry mis dignum existit, quemadmodum apud Deum omnis cogitatio sermo & opus expendatur: & non apud Deum solum, sed & homines multos, qui tardè quidem rerum suarum iudices, citò uerò aliorum indagatores exi stunt, & qui facile alijs maxima quàm nobis minima concederent: nam & si imperitiores sint, citius tamen impietatem nostram quàm mediocrem eorum cognoscunt ignorantiam. Nónne scitis quale Donum Dei sit taci turnitas, & in omni sermone loquendi carere necessitate, ac in potestate habere, ut quis illum uel depromat, uel obmittat, sic'que sibi ipsi sermo nem & silentium recondat. siquidem omnis sermo natura debilis est & uo lubilis, nec propter sermonem oppugnantem libertatem habet. & tanto plus ille qui de Deo est, quanto maius est subiectum, & æmulationis plus, ac periculum grauius existit. & quid timebimus? aut cui confidemus? num menti, aut sermoni, uel auditui? etenim in tribus his periculum uersa tur: nam cognoscere est difficile, exprimere uerò impossibile: at auditum acquirere purum, operosius longè. Sanè Deus lux est, ac lux quidem summa, cuius tenuis defluxus quidam ac irradiatio omne lumen exuperat infernum, etiam si splendidissimum appareat. Sed uides'ne? nostram con culcat caliginem, tenebrasq; posuit inter nos & ipsum quò se abscondit, quemadmodum olim uelamen inter Mosen & cæcitatem Israel, ne facile na tura tenebricosa pulchritudinem reconditam & paucis dignam cernere pos

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit. & ne quum eam facile conſequatur, facile etiam propter condituræ faci litatem perdat. Lumen autem quod cum lumine conuerſatur, ſemper propter deſiderium ad ſuperna eleuat, mens que purgata purgato appropinquat: & hoc quidem partim nunc apparet, illud uerò poſtea. præmium uirtutis & anhelationis, quæ hinc eſt ad eum, aut etiã communicationis. nũc enim, inquit, per ſpeculum uidemus & ænigma, tunc autem facie ad faciem. nunc ſcio ex parte, tunc autem cognoſcam, quemadmodum & cognitus ſum. & quum tanta ſit humilitas noſtra, qualis eſt promiſsio, tantum Deum ſcire, quantum cognoſcemus? Hæc Paulus, magnus ille ueritatis præco, gentium doctor fidelis, qui magnum circulum Euangelij expleuit, nemini alij uiuens quàm Chriſto, qui ad tertium raptus eſt cœlum, paradiſi inſpector, qui propter perfectionem deſiderabat diſſolutionẽ. Sed & Moſes uix Dei poſteriora uidit per petram: quæcunq; illa fuerint, & quæ nam ſit petra illa: quum multis rogaſſet, promiſsionem obtinuit: nõ tantum tamẽ uidit, quantum deſiderauit. ſed plus fuit id quod eum latuit, quàm quod apparuit. licet Moſes eſſet Deus Pharaonis, ac tantum populum educeret, tantãq; uirtutem in ſignis oſtenderet. Tu uerò quem nam ex cœlo cibaſti? quã aquam è petra elicuiſti? quod nam mare uirga diuiſiſti? quem populum per humidum tanquam ſiccum eduxiſti? quos hoſtes ſubmerſiſti? quos ignis ac nubis columna deduxiſti? quem Amalech debellaſti, oratione ac manuum extenſione, quæ uenturam olim crucem myſticè præfigurabat, ut inter calamitates ponas, ſi Deum nequaquã abſolutè deprehendere poſsis? & propterea omnia moueantur, ac ſuſq; deq; ferantur? Poſtquam autem Moſis fecimus mentionem, nónne hinc etiam gratiæ didiciſti conſequentiam, necnon ordinis legem? Etenim ſi Moſes es, in nebulam ingreditor, & Deo loquitor, ac uocem audito, & legem ſuſcipito, legemq; ferto. Si uerò Aaron, aſcende quidem, ſed extra nubem, iuxtà tamen ſtato. Si autem Ithamar es, ſeu Eleazar, tertiusq; poſt Moſen, uel è ſenatu quiſpiam, aut è numero Septuaginta illorum, etiam remotius conſiſtito, ſtatione tertium occupans ordinem. Si uerò unus es è populo & multitudine, nequaquam monti appropinquato, ne quum illum tetigeris, tanquam beſtia lapideris. deorſum maneto, ac uocem ſolam audito, teq; hac ſanctificato ac purgato, quemadmodum in ordine es conſtitutus. & ut te pluribus erudiam, quis nam ſacerdotum initiabat manus? Moſes. quis ex initiatis primus fuit? Aaron. inſuper quis nam diuina curabat? quis nam populo reſpondebat? quis in ſancta ingrediebatur ſanctorum, præterq; unus? num ille ſemper? nequaquam. ſed ſemel in anno. Qui nam præterea geſtabant tabernaculum, præterquam Leuitæ, & ij quidem quemadmodum erat ordinatum. nam aliqui precioſiora, aliqui uerò ſecundaria portabant, quemadmodũ ferentium exigebat dignitas. quum autem illud cuſtodiri oportebat, qui nam cuſtodiebant? aut quomodo cuſtodiebatur? hi qui erant deputati, & eo quo oportebat modo. nihil enim non præſcriptum erat, aut inordinatũ, nec ex minimis quidem. Nobis uerò ſi gloriola quædam uel parua contingit, & ſæpe nec illa quidem, ſed fortè duo aut tria uerba ſcripturæ expendimus, eaq; cõfuſe ac ſtolidè, tum illud eſt ſapientia uno die adepta, turriſq; in Chalane, que rectè linguas diuiſit. unde & cõtra Moſen arrogantes fieri eſt neceſſe. necnon ut Dathan ſimus & Abiron, iniurij & impij. quorum pertinaciam fugiamus, nec arrogantiam imitemur, ne finem eundẽ ſortiamur. Proinde ſi placet, alium tibi ordinem in medium producam, eumq; laudabilem, ac cõmemorationi huic & adhortationi preſenti admodum conuenientem. Cernis ne Chriſti diſcipulos? qui omnes ſublimes ſunt, & electione digni. hic enim Petra uocat, eiq; eccleſiæ fundamenta concreduntur. ille uerò plus diligitur, ac ſupra pectus Ieſu recumbit. & reliqui præeminentiam hanc benignè ferunt. ſed & illos in montem aſcendere oportebat, quo forma ſplenderet, & diuinitatẽ oſtẽderet, ac illum qui in carne delitescebat oſtẽderet. at qui nam unà aſcenderunt, neq; enim omnes miraculi

raculi inſpectores erãt. Petrus & Iacobus, & Ioannes, quiſ præ alijs & erant, et numerabantur. rurſus illi idem ei in agonia conſtituto, & parũper ante paſſionem ſecedẽti aſſuere. eodẽ enim Chriſtus illos honore afficiebat. omnia enim cũ ordine & decore peragebant. nũc enim de hoc Petrus quærebat, de illo uerò Philippus, de iſto Iudas, de alio Thomas, de hoc uerò alius quiſpiã: nec omnes idem, nec omnia unus, ſed quiſque ſuo loco & ſingulatim. ac ſi dixeris, quicquid unuſquiſq; indigebat, ſed & aliud alijs uidebat. uult aliquid dicere Philippus, & id ſolus haud audet, ſed & Andream ſecum ſumit. Indiget Petrus, ut aliquid quærat, & Ioanni annuit. ubi hic auſterum? ubi imperandi deſiderium? quo pacto potius quum diſcipuli eſſent manſueti & humilis Chriſti, cor oſtendere potuiſſent? ſerui propter nos facti, qui ſerui eius ſumus, & qui omnem gloriam in omnibus patri acceptum tulit, quo nobis exemplum boni ordinis & modeſtiæ tribueret. à qua tamen tantũ abſumus, ut gratum mihi foret, ſi non omnes temeritate antecelleremus. tametſi illam in rebus maximis, maximis etiam oſtendamus hominibus. num ignoratis quòd humilitas haud tantum in paruis indicetur? nam per oſtentationem etiam, & falſam uirtutis fieri ſolet figuram, quantum probatur in maioribus. nec mihi humilis eſt ille qui de ſeipſo parua loquitur, & hoc inter paucos, & rarò: neq; is qui humiliter alloquitur humiliorẽ, ſed qui mediocriter de Deo uerba facit: & alia quidem dicere, alia uerò ſubticere nouit. in quibuſdam ue ignorantiam fatetur, ac cedit ſermoni illius, cui plus eſt concreditum, con cediq; aliquem plus eſſe ſpiritalem, & in contemplatione magis profundũ. Sanè turpe eſt, ut quis ueſtem & uictum eligat, non ſplendidiorem, ſed uiliorem, genuumq; callis, ac oculorum fontibus, ieiunijs inſuper & uigilijs, in humo præterea dormitatione, labore, ac cunctis in rebus humilitatem, & propriæ imbecillitatis conſcientiam oſtendat: in ſermonib. uerò de Deo ſe cunctis præferat hominibus, & planè imperatorem & tyrannũ agat, nulliq; omnino cedat. ſed ſupercilia ultra omnes legis doctores attollat, quum interim humilitas cum gloria ſecuritatem etiam habeat. Sed hic ex feruentioribus quiſpiã ſupplodet, ac dicet, Nũquid de Deo tacebimus? & hoc tu iubes? & de quo potius quàm de illo dicemus? & quónam cõſtituemus iſtud, Semper laus eius in ore meo: &, Benedicam Dominum in omni tempore: &, Ecce labia mea nõ prohibebo uerbaq; talia proferet præmeditata, & huc ſpectãtia. huic mãſuetè, & nequaq; moleſtis occurrere decet uerbis, ut hinc mo deſtia doceatur. Nequaq; ſilere iubeo, ô ſapientiſsime, ſed haud cõtentioſe decertare: non ueritatẽ occultare. ſed haud præter legem docere. ſi quidẽ inter primos ego ſapientiam laudo eorum qui in diuinis exercentur literis, ſeu exerceri cupiũt. nec unquã exercitio huic aliquid prætulero. nec malè à philoſophia ipſa audire uellem, tãquam ſapientiam ac diſciplinam ſpernerem: obiter tamen immodeſtiam fugio, & inſatiabilitatem reprehendo: malimq; ignauior quàm curioſior haberi, ſi non utraque effugere poſſem: moderatusq; eſſe & timidior, quàm audacior uocari. tu uerò quum ego cibi prohibeam intemperantiam, uniuerſum me cibum prohibere putas, aut etiam celeritatem laudare, quia modeſtè contueri iubeam. Si tibi ſermo eſt prudens, reſponde quippiam, ait ſcriptura, & nemo te prohibebit: ſin minus, uinculum labijs tuis imponatur. quanto magis hoc congruit ijs qui ad docẽdum ſunt parati? ſi tibi tempus eſt, doceto: ſin minus, linguam coherce, auditum ſolue. Diuina quidem cõtemplare, uerùm in terminis maneto. loquere quæ ſunt ſpiritus, & ſi poſsibile eſt, nil aliud. & potius loquere, quàm anhelando præcipita. bonum enim eſt ac diuinum, rerum diuinarum recordatione ſemper ad Deum extimulari. ſed ut ſcias quid tibi ſit dicendum, ne patris naturam nimis curioſe rimato, unigeniti eſſentiam, ſpiritus gloriam & potẽtiam, unam in tribus deitatem & ſplendorem, naturam inſeparabilem, & confeſſionem, necnon gloriam ac ſpem eorum qui crediderunt. utere uerbis conſuetis, ratio pertineat ad ſapientiores, ſufficiat tibi ut habeas fundamentum,

ſuperæ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

superædificet uerò artifex. satis sit ut cor pane roboretur, obsonia autem uaria opulentioribus dimittantur. nemo sanæ mentis te iudicabit, quod nõ opiparè cibes, sed quum nec panem apponere, aut aquam ad bibendum præbere, siue Christi discipulum, seu alium quendam his æqualem referre poteris. Noli uelox esse in sermonibus, sapientia te iubet: ne ditiori te æquipares, quum sis pauper, ne sapientioribus sapientior esse quæras. Sapientia est, ut quis seipsum cognoscat, & haud quaquam extollat: ne illi idem quod uocibus eueniat, quæ penitus deficiunt, quum nimis immodestè proferuntur. melius est sapientem cedere ob modestiam, quàm imperitum ob temeritatem intumescere. celeritas tibi sit ad confessionem usq;, quum illa à te requiritur. in reliquis uerò timidior esto: ibi enim tarditas, hic uerò celeritas est in periculo. quur tibi molestum est, si nõ in omnibus sermonibus præcellis, & præsidentiam habeas in omni problemate & quęstione, sed alij sapientiores te, uel audaciores etiam uidebuntur? Deo sint gratiæ, quòd egregia donat, & per communia saluare nouit, & quod miraculum hoc non solum circa sermonem, sed & circa creationẽ ipsam sit, si aliquãdo considerare uoluerís. neq; in creaturis prima quorundam sunt, sed omnium, communisq; est gratia unius figmenti: quemadmodum in fide quæ saluant, non sunt potentiorum, sed uolentium. quid pulchrius aere, igne, aqua, terra, pluuia, fructibus tam domesticis quàm syluestribus, tecto, indumẽto. & horum quidem usus aliquãdo omnium est communis, aliquando uerò quorundam medio criter priuatus. nec aliquis adeò tyrannus est, ut solus communi gratia frui uelit. Sol omnibus æqualiter oritur, diuitibus cœlum pluit, & pauperibus. communis diei ac noctis est uicissitudo, commune donũ sanitas, communis uitæ terminus, communis mensura, & corporis gratia, communis uirtus sensuum. forsitan & pauper ideo plus habet ex ijs, quòd maiores gratias agit, fruiturq; suauius communibus, quàm ij qui opibus longè excellũt. hæc igitur communia sunt, & honore æqualia, iustitiæq; diuinæ argumenta. Aurum autem & lapides splendentes ac precioſi, uestiumq; mollicies ac superfluitas, necnon mensa adurens & insana, & labor qui in acquirendis impenditur possessionibus, paucorum sunt gloriatio. prętera et hoc ego circa fidẽ considero. communia sunt lex, prophetæ, testamenta, testamentorum oracula, gratia, institutio, perfectio, passio Christi, creatura noua, apostoli, Euangelia, spiritus distributio, fides, spes, dilectio in Deum & ex Deo, ac nequaq; ad mensurã, quemadmodũ olim mannæ donũ, ingrato et nõ cognoscenti Iſraeli, sed quantũ unusquisq; uult. uerùm ascensus illustratio parua quidem, quam hic assequimur, stabilior autem quam speramus, & quod maximũ est, patris & filij, & spiritus sancti cognitio, ac primariæ spei nostræ confessio. quid his maius? quid etiam communius? quæ uerò super hæc sunt, tametsi raritate sua honorabilius quid habeant, necessitati tamen sunt posteriora. nam ea sine quibus Christianum esse impossibile exiſtit, utiliora sunt ijs quę pauci adipiscuntur. Proinde diues est aliquis contemplatione, ac super multos tollitur, spiritalia q; comparat spiritalibus, ac trifariam scribit super tabula cordis sermonem, qui ædificat omnes seu multos, uel aliquos pro plurimis, seu omnibus, licet pauper etiã exiſtat, neminẽ tamẽ tolerat, sed in profundis ambulat, quin eleuetur, ducatur, & à mente feratur: & si uult ad cœlũ usq; tertium, Pauli instar, tantum id cum ratione & scientia fiat, ne excidat propter elationem, nec propter uolatũ altiorem decidat. quis inuideret tam laudabili ascensioni? & qualis casus talis? elatione circũagi, & humanæ inclinationis humilitatem cognoscere, quantumq; à summitate is etiam deficit, qui omnibus est sublimior. Alius autem paruus est intellectu, & pauper lingua, sermonumq; uersutias ignorat, ac captiones sapientium & ænigmata, necnon Pyrronis instãtias ac prohibitiones, uel oppositiones, syllogismorumue Chrysippi resolutiones, seu ex Aristotelis artibus artes malas, aut Platonicæ facundiæ incantamenta, quæ malè in ecclesiã irrupere nostram, non se-

non secus ac flagella quædam Aegyptiaca. habet tamen ille unde, & per quę nam uerba saluetur. nihil charitate est ditius. nequaquam, inquit, necesse est, ut in cœlum ascendas, ut illinc Christũ detrahas: neq; ut in abyssum descendas, ut illum inde à mortuis extrahas, uel ut curiosè primam inquiras naturam, seu dispensationem nouissimam. prope te, ait, uerbum est, thesaurũ hũc intellectus habet & lingua: hic quidem credens, illa uerò confitens. quid his opibus succinctius? quid dono hoc facilius? confitere Christum, & credas illum à mortuis suscitatum esse, ac saluaberis: siquidem & credere solum iustitia est, salus autem perfecta confiteri, loquendiq; libertatem addere scientię. tu quid salute maius quæris? gloriam nempe quæ illic est & spendorem: mihi uerò maximum est ut saluer, & futura effugiam tormenta. tu per uiam incedis minimè tritam, & incessũ difficilem: ego uerò per regiam, & quæ multos saluauit. Nil fratres fide nostra iniustius esset, si in sapientes solum caderet, & eos qui sermonibus & logicis præstant demonstrationibus. oporteret enim ut multi hanc, non secus ac aurum & argentum, necnon alia quæ apud multos rerum infernarum studioſos censentur precioſa, consequerentur. quod enim sublime esset, & ad quod pauci pertingere possent, Deo placeret, & esset acceptum: quod uerò propinquius foret, & à multis consequi ualeret, despiciendum esset & uile. siquidem nec hominibus modestis accideret, ne pro uiribus expeterent honores, sed solum gauderent ijs quos antea haberent. Nónne Deus, cuius multa sunt ob quæ admirationi est, nihil tam peculiare habet, quàm ut omnibus benefaciat? Noli igitur ignominia afficere consueta. noli uenari noua, quo inter plurimos excellas. melius est portio parua cum securitate, quàm magna cum anxietate, Salomonis te doceat cõsilium. & melior est inops in sua ambulans simplicitate, quemadmodum & per hoc sapienter dicitur prouerbium. Pauper in sermone & scientia uerbis simplicibus incedit, & in illis tanquã fragilitate saluatur, longè magis quàm insipiens & uersutus labrijs, qui in sermonis demonstratione cõfidit, & Christi crucem euacuat. Res quàm sermo melior, propter uim quæ est in sermone. ubi demonstrationis imbecillitas, ueritatis est minutio. quur ad cœlum euolare quæris, quum pedester exiſtas? quur turrim ædificas, quum nequaquam sumptus habeas? quur & tu manibus undam mensuras, & cœlum palmis, ac uniuersam terram pugno? uasta sunt elementa, & solum à factore suo mensurata. Primò teipsum cognosce, quæ in manib. sunt animaduerte. quisnam sis, & quomodo factus & compositus, ut imago exiſtas Dei, & deteriori colligatus: et quid sit quod te moueat: quę circa te sapientia, & quod'nam naturæ mysterium: quomodo mensureris loco, mens tamen non definiatur, sed hic manens omnia scrutetur: quomodo uisus paruus, ad plures tamẽ pertingat. & utrum sit uisus receptio quædã, uel potius ad illum transitio. quomodo illud idem moueat & moueatur, per uoluntatem gubernatoris. quæ prætera quies motus, quæ sensuum distributio. & quomodo per hæc mens communicet cum externis, externaq; capiat. quomodo species suscipiat, & quomodo memoria conseruatio sit rei receptæ. & qualiter recordatio rei præteritæ sit resumptio. quomodo sermo mentis sit fœtura, sermonemq; in alio generet mente. & quomodo sermoni datur intellectus, quomodo corpus nutriatur per animam, quomodoq; anima per corporis mouetur passiones. quomodo illam timor congelet, audacia soluat, contrahat tristitia, diffundat uoluptas, tabefaciat inuidia, extollat superbia, spes alleuiet: quomodo ira in furorem agat, pudorq; per sanguinem rubescat, nunc per hunc auctus, mox per illam diminutus. quomodo passionum notæ fiant in corporibus. quæ sit rationis præeminentia, & quomodo his omnibus imperet, affectionumq; mansuefaciat commotiones. quomodo sanguine & respiratione cohibeatur, id quod corpore caret. quomodo horum defectus animæ sit secessio. hęc uel his similia considera, ô homo. nondũ dico cœli naturam & motum, ordinemq; astrorum, necnõ elementorum cõmixtionem,

&zo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& zodiaci differentiam, ac uirtutum cœlestium fundamentum & structuram, & omnia in quæ opificis diffunditur uerbum. necnon prouidentiæ & dispositionis rationes. & tum (quamuis nondum dico cõfidens, sed timẽs) ad sublimiora accede, necnon ea quæ uires tuas exuperant. Proinde omnis sermo litigiosus & ambitiosus, præcipuum exercitium est ad contentionem maiorem. oportet igitur ut quemadmodum pueros prius moribus formamus, q̃ posteriora effugiant uitia: ita etiam ne in sermone circa parua uideamur temerarij & ineruditi, ne circa maiora meditatione abutamur. facilius enim est, sub initium prauitate non maculari, illamq; ingruentem effugere, quàm quum processerit, abscindere, & ea superiorẽ apparere. quemadmodum facilius quoq; est, lapidẽ sub initium retinere, quàm quum è manibus missus est reuocare. Si uerò incontinentiores es, & morbum cõtinere nequis, hæc meditare, in his uersare. ambitioq; tibi euacuetur in ijs quæ periculo carent. sed tu hæc nequaquam suscipis? nec lingua tua frenum habet? neq; impetum cohibere pores? omnino tamen resistere oportet, & primæ uolẽtiæ nequaquam succumbere, nisi & ibi mensura sit cognitionis. & plus magnus esse uelis, quàm expediat. at tu nequaquam fratrem iudicas, neq; timiditatem impietatem esse putas, neq; immodestè reprehendis, aut etiam desperas, tu qui modestiam promittis. uerùm hic uelim mihi humilis appareas, quantum est possibile. hic fratrem tuum honorato, non cum suo dãno. nam hic iudicare, & uilipendere, à Christo spe sola est ejicere. & latens triticum, tuo forsitan honorabilius, cum zizanijs euellere. Cæterùm corrigendus est ille. facias igitur hoc modestè ac humaniter, & nequaquam ut inimicus, nec ut medicus incîdens. ac non solum agnoscito, quemadmodum ille inuri aut incîdi debeat, sed & teipsum ac propriã cognosce infirmitatem. quur enim, si oculorum teneris morbo, sol tibi uideatur obscurus? quid autem si cuncta tibi circumuerti uideantur, quũ tu nauseam patiaris, aut etiã sis ebrius, ignorantiamq; propriam aliorum esse censes? proinde multum iactari & tolerare oportet, priusquam alterius cognoscatur impietas. nequaq; simile est plantam aliquam excindere, aut florem etiam odoriferum, ac hominem. Imago Dei es, et imaginem Dei condemnas. Iudicaberis & tu qui iudicas. alienum iudicas seruum, & quem alius gubernat. ita fratrem tuum probato, tãquam & tu eadem mensura sis iudicandus. ac ideo haudquaquam in abscindẽdo festina, aut confestim membrum alienes. incertum enim est, ne ideo quod sanum est corrumpatur. uerùm admone, hortare, increpa, medicamẽta habes, regulas habes, Christi es discipulus, humilis & mansueti, qui iniquitates nostras portauit. quòd si primùm tibi resistit, longanimis esto: si uero secundò, desperare noli. adhuc sanãdi tempus est. at si tertiò, fias agricola humanus, Dominum roga, ne excindat, aut odio habeatur, sterilis illa & inutilis ficulnea. sed ad illam te conuerte, & eius curam gere, eamq; stercorato, per confessionem quæ occulta prodit, & manifestis pudorem injicit, ac turpiora rectius instituit. quis scit utrum immutetur, ac fructum ferat, Iesumq; à Bethania redeuntem pascat? affer remedium aliud contra fratris putorem, siue sit, uel esse putetur, tu qui spiritali unguento inunctus es, quod pigmentarij arte sit confectum, ut hoc bono tuo tribuas odori. Non est echidnæ uenenum malitia illius, ut percussus confestim dolore corripiaris & corrumparis. ac ideo uenia tibi dãda, si bestiam illam fugeris, aut occideris. igitur si potes fratrem curato: sin minus, in hoc saltem eris secutus, quòd nequaquã illius particeps fueris prauitatis. odor est insuauis animi eius morbus, quem tua forsitan abiget fragrantia, quum superauerit. citò tale quid pro conseruo & cognato tuo suscipiam, quale zelotes Paulus cogitare & sibi imprecari est ausus, quo, si possibile esset, Israel Christo conciliaret. tantum illi compatiebatur. at tu sæpius ob suspicionem solam fratrem abscindis, & quem forsitã bonitate lucrari posses, hunc tu perdis temeritate, membrum tuum, pro quo mortuus est Christus. Si igitur tu fortis es, Paulus inquit, de esca disserẽs, ser

moniq; confidis, ac generositati fidei, fratrẽ tuum ædifica, nec cibo tuo eum subuerte, qui per Christum cõmuni passione est honoratus. nam etsi res sit alia, utpote de esca mentionem faciens, adhortationis tamen sermo, cõmunem in se utilitatem habet. Sanè & apud nos, quemadmodum ueteres sapientes Hebræos legẽ condere deceret. illi enim nequaquam permittebant, ut iuuenes sacros legerent libros, tanquã inutiles animabus adhuc infirmis ac tenellis: quo non omni, nec semper concederentur omnia, sed præscriberetur quibus fidei imbui deberent sermonibus. de illis dico, qui non omnino abiecti essent, ac ingenio segnes, seu nimis gloriæ cupidi, aut contentiosi, uel erga pietatẽ feruentiores q̃ deceret. isti enim illac ordinandi essent, ubi nec seipsos, uel alios offendere possent: ac ij qui inter illos sermonibus modesti, ac uerè ornati & prudentes essent, libertatẽ haberent sermonis. reliqua aũt multitudo quæ ab hac uia oberrat, & qui loquacitate ac morbo qui nũc uiget detinẽtur, ad aliam uirtutis speciem minus periculosam dirigerentur. ubi negligẽtia & insatiabilitas magis pia, & minus foret nociua. Si enim quẽadmodum unus est Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus pater omnium, & per omnia, & in omnibus: ita & una solum salutis esset uia, per sermonem nempe & contemplationem, oporteretq; eos qui ab hac exciderent, omnino aberrare, & à Deo excidere, necnon spe futura: nihil esset, nec in consulendo talia, neq; in obediendo periculosius. sed quemadmodum inter homines multæ sunt differentię uiarum, ac electionũ instituta, tam maiorum quàm minorum, splendidorum ac periculosorum: ita & in diuinis, non unica solũ uirtutis est uia, per quam saluamur, sed plures. & quod plures solum sint apud Deum, hoc ubiq; diuulgatum est, ac omnium celebratum ac cognitum linguis, ob nullam aliam causam, quàm quòd multæ sint uiæ quæ illac ferunt, quædam periculosiores, clariores tamen. aliæ uerò humiliores, sed tutiores: quur igitur securiores relinquimus? & ad hanc unam nos conuertimus, quum sit lubrica ac pernicioſa, & quónam ferat ignorem? siquidem non omnibus idem cõuenit cibus, sed alijs alius, iuxta uarietatem ætatis ac habitus. quod uerò uita quæ in sermonibus uersatur, omnibus cõueniens sit, hoc ego nequaquam dicerem, nec dicentibus assentirer. si itaq; mihi obtemperabitis iuuenes & senes, populi principes ac subditi, solitarij & populares, superuacaneas ac inutiles contentiones ualere sinetis, per uiamq; et conuersationem, necnon sermones minus periculosos Deo appropinquare studebitis, quo ueritatem ac contemplationem quæ illic est assequamini, in Christo Iesu Domino nostro, cui omnis gloria in secula.

DIVI GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI ORATIO ad Heronem philosophum, ab exilio regressum: Bilibaldo Pircheimero interprete.

PHilosophum laudabo, tametsi corpore ægrotẽ. philosophicũ enim est, laudare philosophũ. laudabo aũt eũ admodum iustè, quoniam quũ ipse sit philosophus, ego adeò philosophiæ sum cultor, ut & sermonẽ laude dignũ censeã: ac ideò, si nihil aliud, saltẽ hoc philosophabor, ut admirationi sit philosophus. etenim iuxta sententiam meam philosophandũ, honorandaq; est philosophia, si nolimus penitus ab honesto excidere, aut rationis expertes censeri, quũ ratione præditi sumus, & per uerbum ad uerbum festinemus. philosophicè igitur quemadmodum & in alijs solemus, uir celebretur, et fama eius temporis diuturnitati mãdetur. nõ enim ideò illũ laudamus, uti glorificemus: id enim philosopho admodũ ingratum esse scimus. nec sermo rebus aliquid adijcere potest, quoniam nec ob imbecillitatẽ suam quid illarũ dignitati adimere ualet, sed ut nobismetipsis prosimus. siquidem hoc nequaquam cõtemnit philosophia, ut uitam nostram, opera ac studia beneficio aliquo afficiamus. est enim beneficentia prima, ut honesta laudẽtur. siquidem ueri amoris hospes laus est, amor autem uirtutis, uirtus uerò beatitudinis, at illa desiderabilium

Universidad de Deusto
Biblioteca

uertex est summus, & ad quem omnis studiorum nostrorum motus tendit. Huc igitur adsis philosophe optime & absolutissime, addo & ueritatis martyr exactissime. Adsis huc nothæ philosophiæ redargutor, præcipuè illius, quæ non nisi per eloquentiam incantare solet. ultra illam uerò nihil præstare seu potest, seu uolet. Qui in uirtute dexteritate polles, quantum & ad contemplationem, quantumq; pertinet ad operationem: qui sub alia forma in nostris philosopharis, & forsan non sub alia, si saltem angelicum est splendoris gestatio & claritas. quum enim illi formantur corporaliter, symbolum hoc esse censeo puritatis, quæ secundum eorum est naturā. Huc igitur mihi adsis philosophe, & sapiens quidem: quodantenus enim philosophia est amanda, aut nequaquam philosophia existit. non enim parit impudentiam, sed audaciam: nec gulam, sed uictum quotidianum: neque adlatrationem, sed conseruationem honesti, & curam animarum, adulationisque tantum, quantum secundum naturam est domesticum, adlatrationis uerò quantum est alienum. Huc mihi adsis, ac iuxta sacra consiste, & mensam hanc mysticam, necnon meipsum, qui rerum sacrarum ac diuinarum princeps sum, ad quæ te, & sermo, & uita tua ac purgatio per passionem facta perduxit. Huc adsis, ut te nostra ornem corona, ac uictorem te uoce pronunciem splendidissima: non in medijs Olympijs, aut in paruo Græciæ theatro, nec quod pancratio, uel cæstu, aut cursu, seu in alio paruo uiceris certamine, siue pro præmio depugnaueris uili, aut in honorem Heroïs alicuius, aut dæmonis, qui ob calamitatem quandam aut fabulam honorantur. talia enim sunt illorum pura & honoranda, quæ tempus stultitiæ suæ patrocinium sumpsere, cōsuetudinemq; pro re legitima. Sed corā Deo & angelis, totiusq; ecclesiæ congregatione, uictorem hæresiū ementitarum, in honorem Dei uiui, qui nos propria sua passione pati docuit, quorum certaminum regnū est cœlorū, homoq; Deus euadit, omni passione sublimior. Cæterùm quale est præconium illud? equidem si breuiter & exactè audire desideratis: hic est ueritatis athleta, nequaquam fictus, hic trinitatis ad sanguinem usq; propugnator, hic est persequentium & malè afficientiū passionis promptitudine persequutor. nil enim ita uincit persequutorem, sicut prōptitudo passionis. Si uerò præconium perfectius & amplius audire cupitis, hic est optimus ex optimis, ac nobiliū nobilissimus. atqui non illam dico nobilitatem, quam multi putant. A page, nequaquam nostrum est, nec philosophicū, eam admirari, quę ex fabulis & sepulchris procedit, ac iam diu supercilia tollit: nec illam quę ex sanguine oritur ac literis, quam noctes cōferunt, & regum forsitan, nec nobilium manus, nobilitatem uelut aliud quiddā imperantes. uerùm de illa loquor, quam pietas ac mores suis consignant sigillis, & quæ ad primū bonum unde facti sumus est ascensio. quæ & unica nobilitatis huius est demonstratio. Siquidem generosus iste, non solum nobis est athleta, sed & ex martyrum numero, ita ut uirtutis exemplum illi sit peculiare. Cuias autem? quantum pertinet ad sapiētiam, orbis uniuersi. illa enim nequaquam angustis se terminis circumscribi patitur. quantum uerò ad corpus, Alexandrinus. quæ ciuitas nobis, & confestim post nos adnumeratur, cuius feruor ex omnibus quæ omnino subsunt imperio, perquàm peculiaris existit. cuius & illud est pulcherrimum, quod Christiano censetur nomine, & singulari ad hoc fertur affectione, cum electione incepta, natura uerò confirmata. quum enim pietati feruor accedit, rectus amor procreatur, qui amor fidei quoque est securitas. Sanè ita educatus est & institutus, quemadmodum talem & ex talibus prognatum, & qui talis erat futurus decebat. Postquàm autem tempus adesse uisum est, quo uitæ fieret electio, magnum quid & iuuenile ausus est, quodque multis esset sublimius: delicias contempsit, at longè magis substantiam & potentiam, ac inter cæteros illos, qui his adhiberent mentem. & has quidem tanquam mali affectionem primam, illam autem ueluti paupertatem extremam: at hanc sicut imbe-

imbecillitatem supremam despexit & dimisit. nil enim bonum esse cēsebat, quod possessores haud faceret meliores, sed ut plurimū deteriores, neq; id quod in finem usque apud dominos suos haud permaneret. Philosophiam autem animi passionibus dominam constituit, ac uiriliter honestati est conjunctus, omnemq; materiam inutilem extirpauit, priusquàm à materia inficeri posset. naturæ præterea magnitudine, & electionis generositate super uilibilia surrexit, innitens firmioribus. Postquàm uerò ita decreuit, nequaquam sibi deliberandum censuit, quam'nam philosophiam eligere deberet: num illam quæ ab extra sub ueritatis umbra, aut intra sub figura & problemate ludit: seu potius nostram & humilem illam aspectu, sublimem uerò recessu, ad Deumq; perducentem. uerùm toto calculo nostram elegit, nequaquam penitus ad deteriora mentem conuertens, nec per sermonis elegantiam abstractus, qua sola sapiunt, qui gentilibus incumbunt. Illud autem primùm philosophicè egit, ut ex uijs nostris eam cognosceret, quæ magis foret eligenda, & utilior ipsi pariter & Christianis cunctis. siquidem ubiq; proprium ac commune pariter, connectere, animæ arbitrabatur esse perfectæ, ac philosophicę. neque enim quenquam sibi soli natum esse, sed omnibus qui eiusdem participes sunt naturæ, & qui ab eodem & propter eadem sunt procreati. Quum autem uideret uitam solitariam & priuatam, multis inconuenientem & alienam, tametsi ardua esset & super humana, sed solum apud illos consistere, qui singulari præstarent uirtute, & qui dilectionis communitatem, & hominum conuersationem abnegassent, quam in primis inter laudanda esse cognoscebat, præterea & reprobandam, tanquam quæ nec in rebus excitaretur agendis, nec alijs quid impartiretur. uitam uerò communem & mixtam uirtutis experimentum esse, quæ se etiam in multos extendat, & quàm propè ad diuinam accedat œconomiam, quæ & omnia fecit, & amicitia colligauit. insuper & genus nostrum quum à bono, propter malitiam ingressam, excidisset, per commixtionem & conuersationem nobiscum factam iterum reuocauit. hæc quum cognouisset, ac secū deliberasset, simulq; gentilē superbiā reprimere bonū censuisset, quæ non nisi ueste trita, barba prolixa, & simulata gloriaī honestate, quid facit, et quomodo philosophiam tractat? per mediā quandam uiam inter illorum superbiam, & nostram incedit sapientiam: & horum quidem formam & umbram, nostram autem ueritatem & sublimitatem philosophicè obseruat. ac ideò Peripatos, & Academias, necnon uenerandam Stoam, ac spontanea illa Epicuri, unà cum atomis & uoluptatis decertatione, pariter cum suo Poeta quàm longissimè remouet & ablegat. Cynicorum uerò impietatem penitus est auersatus. at quod superuacuum non esset, laudauit. hoc est quod nūc uidetis. Canis contra existentiam illorum, & sapientiæ amator contra insipientes, super omnia uerò Christianus: uicitq; contumaciam illorum figuræ similitudine, quorundam autem qui apud nos sunt insolentiam habitus nouitate: ostendens quòd pietas haudquaquam in paruis consistit, neque in seueritate philosophicum, sed in animi soliditate, & mentis puritate, ac recta ad honestum inclinatione: utcunque figura habeamus, & cum quibuscunq; conuersemur: siue etiam solum nobiscum, segregantes mentem à sensibus: seu etiam cum multis & contribulibus, propriū facientes communia, & philosophantes, in quibus minimè philosophantur alij, nō secus ac arca illa Noe in diluuio, longè diluuio etiam leuior: & montis rubus, qui licet ignis esset, nequaquam tamen comburebatur magna Mosis uisio illa, nec enim patiantur id, quod multis accidit. non magis quàm adamas, quum percutitur: sed alios per seipsos quantum fieri potest, meliores reddunt. huius philosophiæ fructus nequaquam urbes sunt sermone constructæ, organa quædam musica, ut ipsi aiunt, & Tragelaphi, quæ cuncta solum lingua componuntur: nec Kategoriæ quædam, & resolutiones, ac mixtiones, nec consonantiæ, ac plusquàm consonantiæ, sapientiaq; cum sermonibus fabricata: nec-

Platonem taxat.

Aristotelem notat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

neq; lineæ quædam, nullibi consistentes, nec stellarum connexiones & figuræ, contra prouidentiam excogitatæ. hæc enim illi secundaria erant & supervacua, ac ideò solum lusa, ne ludamur ab ijs qui se scire simulant. Proinde quid nam primum existit, cui præcipuè est studendum? nempe ut secundū diuinū Dauid, iustè & liberè loquamur coram principibus & regibus, ac nequaquam timeamus, populi, rationis expertis, merito corripiendam insaniam, nō indignantium principum potestatem, non domorum inter se dissentientium pestem, non ineruditorum ruditatem, non eruditorum superbiā, non diuitias se efferentes, non satietatem iniuriantem, nō paupertatem malè afficientem, non iram efferuescentem, & rationem expellentem, nō uoluptatis immodestiam, non risus incontinentiam, non angētis tristitiæ cessationem, non iuuentutis inæqualitatem, non senectutis pusillanimitatē, non uiduitatis desolationem, non pupillarem desperationem. Sanè ea quæ syllogismorū sunt & linearum, necnon eorum qui stellis inhiant, nemo prudens magni æstimabit, si consideraverit, quod nec syllogismorum conuersio, nec terræ commensuratio, neque astrorū reuolutio, uitæ nostræ aliquam conferat utilitatem, nec damnū, etiam si cuncta euanescant. si uerò ea de quibus iam dixi sublata fuerint, omnia confundentur, & ad nihilū redigentur. Cæterùm quid dicere refert, quantū hæc Antisthenis superbia, & Diogenis obsonijs, ac Cratetis nuptijs communibus meliora sint & sublimiora? uerū parcamus illis ob reuerentiā nomenclaturæ, quo æqualiter uiro fruantur. Proinde ut nos ea quæ in medio sunt contrahamus, modestiam, continentiam, alacritatem, gratiam, cōmunionem, humanitatem, & alia in quibus uir iste super omnes excelluit, ad ultimum ordine, uirtute autem primum conuertamur. fuit olim tempus, quū ab hæresibus tranquillitatem essemus nacti, quū cessāssent Simones & Marciones, & Valentini quidam & Basilidæ, necnō Cerdones, Kerinthiq;, ac Karpocrates, & omnes illorum nugę ac monstra, qui ut plurimum totum Deum dissecabant, & pro bono contra creatorē pugnabant. deinde in proprio submersi fuēre profundo, omniaq;, ut dignum erat, silentio sunt obruta. Montani uerò spiritus malignus, & Mani caligo, necnon Nouati audacia, seu puritas, Sabellijq; malum, monarchiæ patrocinium euanuit & discessit. & una quidem opinio in partem deuoluta est aduersam, alia uerò penitus despecta, & propter imbecillitatem suam reiecta, nec in ulla re alia ecclesiam læsit. siquidem persequutiones illam per passiones splendidiorem reddunt. uerùm nō multum temporis intercessit, quum iterum tēpestas contra ecclesiam insurrexit, superbia iniquitatis, supplementum impietatis, malorum spirituum legio, lingua Antichristi, mens iniquitatem contra altitudinē loquens, deitatis incisio, cuius primus conatus nō fuit adeò molestus, ultimus uerò longè molestissimus, & nequaquam Iudæ proditione inferior. Arius ille, qui rectè insanus est appellandus, is ab urbe inclyta Alexandrina, ibi enim malum illud excogitauerat, inde tanquam immitis flamma à parua susčitata scintilla, per magnam orbis partem cucurrit. uerùm à patribus nostris extinctum est, quū pius tum numerus Niceæ conuenisset, & intra certos terminos, ac uerba propria Theologiā stabiliuisset. uerùm rursus regnum impium, rursus malum reuertitur, & non secus ac ex ulceribus recisis sanies effunditur, & lupi graues, alius aliunde nos discerpens, ecclesiam dilacerant, sacerdosq; contra sacerdotem armatur, ac populus contra populum insanit. Rexq; impietati tribuit audaciam, ac leges contra rectam fert opinionē, sed nec mulieres penes ipsum in precio fuere. Quæ tragœdia, quis ea quæ tum euenere mala explicare posset? fugas, bonorum publicationes, ignominias, ad loca deserta commigrationes, infinitorum hominum & ciuitatum sub diuo macerationes, quum imbre & niue undique premerentur, regressiones inde. nam nec in solitudinibus sine periculo diuersari poterant: sed & his grauiora etiam, nempe uerbera, mortes, triumphos episcoporum, philosophorum, uirorum, mulierum, iuuenum, senum;

Constantij & Valentis imperia.

num: hos grauiora excogitātes, illos grauiora superaddentes: alios uerò prę fectos, impietati deseruiētes, quos plerūq; solum in altum extollebat, quòd amarulentiores uiderentur, quam imperātis esset uolūtas. uerùm splendida persequutio paulo antea finem est sortita, quum Persia bene pro nobis iudicasset, ac scelestū illum sustulisset, & ob multorum sanguinē ab uno sanguine pœnas exegisset. Nuper uerò indecēs illa incepit, ac pietatis prætextum habuit, ut Christianos plecteret. uereq; Christianis incubuit. & tanto persequutione priore illa difficilior facta est, quāto tum certamē splendidius erat & illustrius. nunc autē passio certamine caret, apud eos qui nequaquam iusti passionum iudices existunt. Proinde uultis ne ut theatro lachrymas commoueam, licet cōstantissimo & affectionibus superiori. unum quod tum factum est, ad memoriam reducā. sunt autem sermonis huius testes quamplurimi. siquidem ad multorum auditū tragœdiæ illius peruenit calamitas: sed & futura, ut arbitror, ætas, temporis illius narrationem retinebit. Nauis quę seniorem quendam ferebat, qui ob nullum scelus commissum, sed solam fidem periclitabatur, in pelagus deducta est: non ut ascensorem saluaret, sed perderet. eratq; nauigans promptus, quoniā pius existebat. Ignis uerò una cum nauigante proficiscebatur: at persecutor ob pœnę delectabatur nouitatem. Proh spectaculum, proh repręsentationē. Nauis erat in mari, theatrum autem in littore, quum hi gauderent, illi uerò lugerent. sed quo pacto paucis multa recensere possem? Incenditur ignis, consumitur nauis, unà conflagrat nauigans, ignis commiscetur aquæ, concurrūtq; in unum contraria, ad pij hominis supplicium. ac duo elementa unū corpus inter se diuidūt, ignisq; mari peregrinus, supra undas tollitur. O tu quisquis es, celeriter accede, tanquam ad mansuetum et humanum: quumq; accesseris, spectaculum miserabile & incredēdum reperies, nauem sine gubernatore, sine tempestate naufragium, ac senem in cinerem conuersum: & neq; in cinerem, sed in undis dilaceratum. uerùm nec unquam sacerdotium tantum fuit, quantum ut finem consequeretur tam speciosum. si uerò nō finis, saltem fuit sepulchrum, quod quidem & malis quoq; debetur. talis fuit impij illius classis, talis & pij exitus. Sanè nunquam ignis fuit purior, nec apud superos quid crudelius illo, qui talia imperabat. Sed quur in alienis expaciorꝰ ad tuum iam transeūdum est certamen, ad tuosq; pro pietate agones, quos cunctis subire uolentibus, tanquam signaculo bono roborasti. Pullulabat equidem in ciuitate tua hæreseos huius malum, unde & initium sumpsit. Post sanctissimum autem orbis oculum, & sacerdotū archisacerdotem, tuæ professionis magistrum, & propriorum certaminum, quæ pro pietate pertulerat doctorem, uocem illam magnam, fidei sustentaculum, secundum Christi lampadem & præcursorem (si fas est hoc dicere) in senectute bona constitutum, & dierum secundum Deum plenum, post calumnias, post certamina, post decātatam illam manum, post mortuos uiuētes, Trinitas pro qua depugnabatur, ad seipsam reuersa est, & ad statum suum reposita. scio autem, quòd omnes ex sermonibus his Athanasium cognoscitis. Deinde secunda quædam Aegypti plaga & flagellum, ueritatis proditorem illum in ecclesiam introduxit. luporum pastorem, qui super ouile ascendit latro. secūdus Arius, turbida, & ad biben dū pestilens lacuna, impij fontis fluuius largior. Sanè referre piget, iniquitates & cædes, per quas fera illa sacrum occupauit thronum, necnon prauitroitus præludia. nilominus tamen pauca è multis deplorabo, quæ & uos deplorabitis, & plus quàm deplorabitis. ad hunc autem luctum diuini Dauidis uerbis utemur, Deus, ingressi sunt gentes in hęreditatem tuam, inquinauerunt templum tuum sanctum. & quę sequuntur: Exposuerunt mortic̄na seruorum tuorum in cibum uolatilibus, & dilaniationem feris. addam his & alia eiusdem ex alio luctu & cantu: Quanta mala inimicus in sancto tuo perpetrauit? & gloriati sunt qui te oderunt, in medio festiuitatis tuæ. quomodo enim non sunt gloriati? quomodo non inquinauerunt templum

Iulianum. Sub Valente

Heliodorum presbyter.

Athanasium.

Vide historiam ecclesiasticam.

Lucius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

calamitatibus multiplicibus & malis omnimodis? præfuit enim uir diuinita
tis contemptor & iniquus, & nec nomine quidem Christianus. hoc enim ex
iniuria illa grauissimum fuit. sed qui ab idolis in Dei templum irrepsisset, ab
impio sanguine ad abominabiliora & sceleftiora, quæ forte contra nos per
iniuriam dæmonibus sacrificabat. adiungebaturq; illi potentia ira flagrans,
Petrus. & exercitus alienus, ac immitis, contra inermes & perituros. Expulsus est sa
cerdos sancti illius successor, qui lege & ordine spiritus erat delibutus, canicieq; ac prudentia uenerandus. Regnabat autem Tabeel ille hæres rerum
alienarum, erantq; contra sanctos arma, contra asylum manus sceleftæ, con
tra cantus tubæ. sed & sequentia mihi considera, uiros cadentes in san
ctis, mulieres pedibus conculcatas, ex hisq; aliquas cum onere naturæ,
partus immaturos, seu ut exactius dicam, nondum partus: uirgines mise
rabiliter distractas, ac turpius uerberatas. pudet enim me coram uiris &
mulieribus modum referre, ac sermone turpitudinis secreta detegere, quem
admodum tum fuêre detectæ. pudet referre, quòd quædam ob spectacu
li turpitudinem se in puteum, qui in templo erat deiecerint: aliæ autem ex
superioribus se præcipitauerint, nonnullæ uerò iacentibus accumulatæ
fuerint, cædes super cædes, cadauera super cadaueribus sacrosancta con
taminatis conculcata pedibus, altaria figuris & cantibus. Et ut audio (quur
hoc audax lingua profert?) saltationes super illis, & ecclesiæ resonantias cre
pitaculis uiolatas, linguas blasphemas super sacris thronis concionantes.
Mysteria in comœdias conuersa, psalmodias tacentes, & pro illis ululatus
excitatos, sanguinis riuos, lachrymarum fontes, sacerdotes ductos, mo
nachos dilaceratos, totam discursionis imaginem, qua olim Assyrij per
sanctam discurrerunt Hierusalem, quam nec sermo digne explicare, nec au
ditus percipere posset, sed sola Hieremiæ anima, & uox, ut deceret, deplora
re ualeret, qui & lachrymarum fontes expetit, & ex muris super talibus la
mentans afflictionibus protestatur, cantuq; luctum ciet, quod Sion festiui
tates suas nequaquam celebrat. Proinde quemadmodum hæc acta sunt, or
tus nouit, deplorauitq; occasus. uere enim symbola fuere uecordiæ. Sacer
dos expulsus triumphum egit. quo pacto? ante Romanorum ecclesiam ue
stem sanguinolentam pro mortuis exposuit, ibiq; per silentij accusationem
uniuersis lachrymas excussit, ut calamitatem ob oculos poneret, & in affli
ctionibus adiutorem inueniret. te igitur tanquam illius susceptorem cogno
scimus. quandoquidem id quod excellit, præcipuè ob imbecillitatis calami
tatê flecti solet, & propter benignitatê ultrò assistit oppresso. hanc uerò lau
dem ex alijs pijs nullus tulit. tu autê tanto plus cômotus es, quanto sermone
eras perfectior, et zelo feruêtior, ac ideò pro sermone decertabas. pugnabas
& pro pietate, necnô alijs multis, quibus tu & faciendo & dicêdo pro bono
côtendebas, docens, admonens, impugnans, reprehendens, côminans, cô
fundens indoctos, principes priuata publica omni têpore & loco. Tandem
impij potestatis insania dilaceratus es. O calamitas generosa. Proh sacra tua
uulnera, probũ corpus flagellis cęsum est: sed non secus pertulit, ac si aliũ spe
ctaret patientem. uinculis ligatũ est id quod cerni potest, sed nô destructum
mentis generosum. uiolentiã in conspectu omniũ notasti infamia, tacensq;
factus es tolerantię doctor. Cęterũ quid factũ est, postq; lingua loqui desiit?
è patria pelleris in exilium, qui nullam domũ sciebas, etiam alienam, ut mihi
uidetur, quo alij tua instruerentur pietate. Oasios q; desertũ inhumanum fa
ctum est tibi refugium. quod deinde propter te solum fuit sacratissimũ. Pro
inde & nos exilij tui participes facias, postq; te nobis reddidisti, exhibeasq;
nobis theatrum reuersionis. quos nam ibi philosophari docuisti? quos nam
ab impijs purgasti opinionibus? quos nam ad pietatê reduxisti? nam & ibi
mihi docêdi locũ uidere uideor, festiuitatem illam & panegyrim circa te ce
lebratam. Sed & illud nobis referto, habebas ne in corporis reliquijs conso
lationem aliquam? aut solũ in paupertate philosophabaris? habebas ne cer

taminis

taminis socios quosdam, aut illis carens sustinebas? Desiderabas ne sorores
tuas puritatis & castitatis tuę socias, aut etiã consuetudine harum sublimior
eras? Flexit ne te senis matris desolatio? aut ualde cõfidebas quòd illi tanquã
rem ad securitatem maximã relinqueres pietatem? Cæterùm postq; ad nos
reuertendo, bene egisti, teq; desiderantem desideratis iterũ reddidit ille qui
glorificat eos qui ipsum glorificant, amatq; amãtes, qui timentibus eum uo
luntatem infundit, & mortuis resurrectionem inspirat: qui Lazarũ iam qua
triduo sepultum, te uerò post annos quatuor expulsum, prętęr spem uiuifica
uit et reduxit, ossaq; ossibus, ac harmoniam ad harmoniam coniunxit, uisio
nem Ezechielis inter prophetas admirandi & sublimissimi: rursus eandem
mihi habeas operationem & audaciam, ne uidearis propter passiones deter
ritus esse, uel ob timiditatem perdere philosophiam. confunde mihi, quem
admodum prius gentilium infelicitatem, nec nõ deorum eorum multitudi
nem, omni diuinitate carentẽ, ueteresq; et nouos deos, ac turpes illorum fa
bulas, sacrificiaq; etiam his turpiora, dum cœno cœnum purgant, quemad
modum à quodam ex ipsis dicere audiui. dico autem corpora corporibus, ir
rationabilibus sua, & figmẽta uenusta, mendaciaq; his turpiora. quibus qui
dem si diuinitatem definiunt, infelicem illam esse ostendunt. si autem osten
dunt, fatuitatis redarguunt. ni enim res ita haberet, discerent profectò quis
esset sermo, & quale nã circa hæc turpitudinis mysteriũ. oportet enim rem
turpem, nec emphasim habere bonorum. Si autem aliud quid ultra hęc esse
dicunt, quomodo, aut quibus sermonibus, uel Theologis id persuadebunt?
Præterea & hęreseum confunde insolentiam, tantoq; feruentius, quãto gra
uiora es perpessus. Generosius enim est ex passionibus philosophicum, nõ
secus periculis, quàm ferrum candens aqua frigida solidatũ. Definito & no
stram pietatem, docens unum esse Deũ ingenitum patrem, unum autem ge
nitum esse Dominum filiũ. Deum quidem quum secundum seipsum dici
tur appellatum, Dominum autem cum patre uocatum: hoc quidẽ propter
naturam, illud autem propter monarchiam. Vnum autem spiritum san
ctum, qui ex patre procedit, aut progreditur. Deum illis, qui intellectu intel
ligunt adiacentia. ab impijs autem impugnatum, quibusdam prętęr illos co
gnitum, spiritalioribus autem & dictum. non quòd pater principio subda
tur, ne primo quid prius introducamus, ex quo & esse primum subuertitur:
neq; sine principio filium & spiritum sanctum, quo nõ illud quod patris est,
proprium distrahamus, non sine principio, & sine principio. quo pacto? ad
mirabile enim. non sine principio, causa quidẽ, ex Deo enim etiã si nõ post
ipsum, quemadmodũ ex sole lumen: sine principio autẽ, tempore. non enim
tempori subiacent, ne fluxũ firmius sit stabilibus, & existẽtibus quæ existẽ
tia carent. neq; principatus tres, ne gentilitatem sapiat deorum multitudo.
neq; unicum (id enim est Iudaicum) angustum quẽdam inuidũ et impossi
bilem. aut quod diuinitas in seipsam resoluat, quod nõnullis placuit, qui ex
patre filium produxerunt, ita, ut rursus in seipsum resolueretur. aut quòd na
turæ confundãtur, & diuinitas alienetur. quod præsentibus placet sapienti
bus, ita, ut timendum sit, ne pater & filius inter se depugnent, aut nequaquã
plus ualeant quàm creaturæ. neq; ingenitum filiũ. unus enim est pater. neq;
filium spiritum. unus enim est unigenitus, quo diuinitates illæ habeant uni
tatem: hic quidem filiationis, iste autem processionis, et nequaquam filiatio
nis. Patrem uerè patrem, & longè patribus nostris ueriorem. quoniã singu
lariter. siquidem proprio quodãmodo est, & non sicut corpora. & solus, nõ
enim cũ coniugio. & solius, unigeniti enim. & solũ, nõ enim filio prior erat.
& totus pater & totius, nostrum enim incertum est. & ab initio, nõ enim po
stea. Filium autem uerè filium, quoniam & solus, & solius, & singulariter, et
solum: non enim & pater est, & totus filius, & totius, et ab initio. nunquã fi
lius esse incipiens. deitas enim nequaquã est ex pœnitẽtia, neq; ex processio
ne ut aliquãdo desinat. Esse illud quidem patri, idem illud esse filio. spiritum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſanctum uerè ſanctum. non enim & aliud tale eſt, nec ita, neq; ſanctificatio ex additione, ſed ſanctitas. nō magis aut minus. nequaquam temporaliter, incipientem aut deſinētem. ſi quidem commune eſt patri & filio, & ſpiritui ſancto natos nō eſſe, necnon communis diuinitas. filio autem & ſpiritui ſancto illud ex patre. ſiquidem proprium patris eſt, quod generatus nō ſit, filij autem generatio, at ſpiritus ſancti emiſsio. Quod ſi modum quęris, quur oc cuparis in ijs qui ſe ſolum mutuò cognoſcunt, & inuicē cognoſcuntur, ac in uicem teſtimoniū perhibent? fias nobis prius, qui illic poſtea ſplendebimus tale quid, ſicut prædictum eſt, aut talis: & tum cognoſces tantum, quantum mutuo cognoſcitur. nūc autem ſolum ſcire doce, unitatem in trinitate, et tri nitatem in unitate adorandam eſſe, mirabiliter ſe habentem, tam in diuiſione quàm in unione. ne timeas affectiones, ſi generationem fatearis. ego tibi huius rei ſponſor ero, quod diuinè, ſed non humanè. ſiquidem nequaquam humanum eſt, à ſeipſo conſiſtere. timeatur potius tempus, & creatura. non enim Deus eſt, ſi generatus ſit. caue ne dū innouādo Deo patrocinaris, Deū tollas, ſeruo æquale faciens, quod Deo eſt æquale, tu qui ſeruitutis libertatem, rectè confiteris dominationem. ne timeas anteceſsionem: nō enim neceſsitatem habet Deus, ſiue præponaſ, ſiue nō præponatur, qui in omnibus diues exiſtit. Timeatur præterea alienatio, & pœna talibus imminens Theologis, præcipuè illis qui ſpiritum blaſphemāt ſanctum. monarchiā nequaquam malè mulctes, ita ut illam uel contrahas, uel diſſeces. neq; trinæ deitatis crimen uerecundaris, quandiu alius dualem uerecundatur deitatem, ſiue deitatem cōtrahit, ſeu indigentem facit, aut cogitationibus ſuis penitus ſubmergit. tibi uerò permaneat diuinitas, etiamſi rationis imbecillitas deficiat. ſiquidem melius eſt rationem cū ſpiritus laborare deductione, quàm ſocordiæ indulgendo, manifeſtè impium eſſe. Deſpice mihi inſtantias & oppoſitiones, ac pietatem illam nouam, ſapientiamq; humilia loquentiū, & minoris æſtima quàm aranearum telam, quæ muſcas quidē retinet, à ueſpis uerò dirumpitur, nedum digitis aut alio quodam corporis membro robuſtiori. unum ſolum timeri doce, fidem ſophiſmatis includere: nequaquā enim graue eſt, ſermonibus ſuperari. ſiquidem nō omnium eſt ſermo, ſed longè grauius eſt, diuinitatem offendere. ſpes enim pertinet ad omnes. uerū ſcio quod tu hæc promptius & perfectius tecum philoſophaberis. hoc mihi tua ſpondent uulnera, ac corpus tuum quod pro pietate paſſum eſt. nos quoq; quantum poſsibile eſt, unà tecum philoſophabimur. Tu autem quū pulchra peregrinatione peregrinatus fueris, trinitatis mihi memor eſto, in tabernaculis habitantis, ſi Deus ſaltem in manufactis habitat. & parui huius ueris, nequaquā ex paruis pietatis ſeminibus. licet adhuc parui, & pauperis, ac paulatim collecti. facti enim ſumus tanquam ſtipulas colligētes in meſse. ſiquidē prophetæ illud hoc tempore proferre decet, & tanquam racemuli in uindemia, quum non ſuperſint racemi. Cernis quanta ſit cōgregatio? ac ideo adnitere, ut areā nobis ditiorem, torcularq; reddas abundantius. Quin & tu noſtram enarra uocationem, peregrinationemq; incredibilem, quam nequaquā tanquam unà diffluentes delicijs, ſed unà patiētes ſuſtinuimus, quo grauiū participes facti, gloriæ etiam fiamus participes. habes populum hunc in orationibus adiutorem, gregem numero perpuſillum, at non puſillū pietate. cuius paucitatem magis ueneror, quàm multitudinem aliorum. hæc dicit ſpiritus ſanctus, cum hoc & ignis deſcendet, & feras demulcebis, & potentes manſuefacies. ſic in exilium pelli, ſic iterum remitti, & ad nos redire oportebat, ditiſsime diuitem, iterum coronatum, quo nobiſcum decantaret epinicium, nunc & poſtea, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui ſit gloria in ſecula, Amen.

Diui

DIVI GREGORII NAZIANZENI ORATIO
ad eos qui in claſſe ex Aegypto aduenerant: Bilibaldo Pircheimero interprete.

AD eos qui ab Aegypto ſunt loquar. iuſtum enim eſt, poſtquā adeò alacriter conuenerunt, zelo uincente inuidiam. ab illa Aegypto quam fluuius è terra exundans ditat, & ſuo tempore irrigat, ut & ego parumper eos imiter, qui in talibus facundiam ſuam oſtentant. ditauit & illam antea Chriſtus meus, in Aegyptum fugatus, nunc autem ab Aegypto regreſſus. tum quidem ob Herodis infanticidium, nunc autem propter curam parentum. Chriſtus nouus erat cibus eorum qui bene eſuriunt, aut maior cibi largitio, quàm quæ explicari aut credi poteſt. panis è cœlo deſcendens, ac uitam tribuens mundo, quæ corrumpi aut diſſolui nequit, de qua & nunc quoque ſpiritum dicentem audire uideor, Ex Aegypto filium meum uocaui. à uobis enim ſermo in omnes reſonauit homines, ſanè creditus & confeſſus. uos'que præ alijs cunctis fructum fertis optimum, præcipuè qui nunc rectè creditis, quantum ego cognoſco, qui talis cibi non ſolum ſum amator, ſed & ſuppeditator: & non publicus ſolum, uerum iam etiam extra patriæ terminos cōſtitutus. uos enim populos ac ciuitates alitis corporaliter, quantum uos impellit humanitas: alitis & ſpiritaliter, non populum aliquem, aut ciuitatem hanc, uel illam, paruis limitibus circumſcriptam, tametſi altum ſpirent, ſed paulo minus orbem uniuerſum, ſubuenitis' que fami non pane ſolo, ſiti uerò aqua, quæ eſurire nequaquam magnum eſt, & non eſurire facile. ſed famem ſedatis auditione uerbi Dominici, quam pati miſerrimum eſt, nunc uerò ſanare laborioſiſsimum, quoniam ſuperabūdauit iniquitas, paucosq; inuenio, qui illam rectè curent. talis erat Ioſeph ueſter frumenti diſtributor, immo & noſter, qui & per prudentiam ſummam famem præuidit ſuperuenturam, ſermonibusq; curauit diſpenſatiuis, bobus tam pulchris, ac pinguibus, quàm macris & famelicis remedium afferens. Et Ioſeph utrum uis accipe, ſiue immortalitatis & amatorem, et creatorē & cognomine eundem: ſiue eum qui illius eſt in cathedra & caniciei ſucceſſor, nouum illū Petrum, non minus nobis uirtute quàm nomine clarum. à quibus medium exciſum eſt & contritū, tametſi parumper adhuc & debiliter palpitet, tanquā ſerpentis cauda detruncata. ex quibus ille in ſenectute bona uitam finiuit, poſtquam multa certamina exantlauit, ab alto (rectè noui) res inſpiciens noſtras, manumq; porrigens ijs qui laborant pro bono: & tanto plus, quanto magis à uinculis eſt liberatus. hic autem ad eandem diſſolutionem uel reſolutionem feſtinat, ad eademq; certamina agitur, iamq; ſupernis appropinquat, ac ideo adhuc in carne uerſatur, quo nouiſsimis ſermone opem ferre poſsit, uiamq; ſibi cum uiatico præparet largiori. talia uos habetis magnorum & doctorum, & ueritatis propugnatorum, alimenta ac propugnacula, quibus non tempus, non poteſtas, non ſermo, non inuidia, non timor, non accuſator, non calumniator, non is qui palàm oppugnat, non qui clàm inſidiatur, non opinio noſtra, non aliena, non aurū, tyrannus occultus, qui nūc ut plurimum res peruertit humanas, ac eis illudit, non obſequia, non cauponatio, non exilia longa, & numeranda: bona enim eorum publicari nequierunt, ipſiq; propter magnas diuitias, inopiam nempe, nequaquam comprehendi potuerunt: non aliud quicquā ex omnibus rebus uel preſentibus, ſeu futuris, perſuadere ualuit, ut improbi ac trinitatis fierēt proditores, offendentq; diuinitatem. ſed potius è diuerſo, periculis ſunt roborati, & ad pietatem facti feruentiores. nam ut talia paterentur, amori tribuerunt Chriſti, qui & magnanimis illis, tanquam arrabon factus eſt ex certaminibus. & hæc Aegypte præſentia tua ſunt miracula, ac quæ de te reſeruntur. Tu uerò mihi hircos illos receniſe Mendeſios, Apimq; Memphiticum, uitulum bene paſtum

Athanaſius.

Petrus epiſcopus Alexandrinus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pastum & pinguem, necnon Isidis mystas, ac Osiridis dilaniationes. & uenerandum Apim tuũ, lignum cum fabula & tempore adorandũ, stultitiamq; adorantium materiam, tanquam incognitam ac cœlestem, materiam tamẽ, etiamsi mendacio astipulari uelit: hisq; turpiora etiam, bestiarum nempe & reptilium quorundam multifaria figmenta, super quæ cuncta elatus est Christus, Christiq; præcones. alij aliter, unusquisq; uerò iuxta tempus suum inclaruit, inter quos et nũc quoq; enumerati fuere patres, quorum fama magis hodie cognita es admiranda, quàm omnes alij relationibus omniũ tam uetustis quàm nouis. ac ideo te amplector ac saluto, ô populeoptime, Christi amator præcipue, ad pietatemq; feruentissime, ac te ducentibus digne. nihil enim maius hoc, quod dicam habeo, neq; cum quo lautius uos hospitio accipiam. suscipiam autem uos lingua parumper, multum autem animi motibus, populeus. meum enim uoco, qui mecum sentit ac sapit, quiq; ab eisdem patribus sit institutus, ac eiusdem trinitatis adorator. Populeus, meus enim, etiamsi inuidis haud ita uideatur. & ut plus affligãtur, qui talia patiuntur, ecce manus tibi do cõmunionis, tot testibus tã uisibilibus quàm inuisibilibus interuenientibus, omnemq; calumniam noua depono bonitate. Populeus, meus enim, tametsi minimus ego id quod maximũ est mihi uendico. talis enim spiritus est gratia, eiusdẽ honoris eos censet, qui eiusdem sunt opinionis. Populeus, meus enim, etiamsi multum hinc distes, quoniam diuinè colligati sumus, ac alio modo quàm crassitudine. corporalia enim loco coniunguntur, animæ uerò spiritu cõglutinantur. Populequi prius pro Christo pati studebas, nunc uerò si mihi parueris, nequaquam inimicis malè feceris: sed satis magnum tibi erit lucrum, quod faciendi potestatem habeas, censeasq; Christo latriam offerre, quemadmodum tunc constantiam, ita tempore præsenti modestiam. Populein quem procliuus est Dominus, ut bene faciat, quemadmodũ ut male afficiat aduersarios. Populeqũ Dominus sibi elegit, ex omnibus quos uocauit. Populeomini manibus depicte, cui, tu uolũtas mea es, ait Dominus, & portæ tuæ insculptæ. cum reliquis. Populeuerùm admirari nolite, si ob insatiabilitatem sæpius illud idem repeto, siquidem assidua uestra oblectior appellatione, quemadmodum ij qui spectaculis quibusdam uel auditionibus satiari nequeunt. Sed ó Dei populeus, & noster, pulchra quidem fuit festiuitas pridiana, quam in mari celebrastis, & quasi oculorum gratia quædam, quum pelagus arboribus instratum esset, & manufacta nube absconsum, nauiumq; pulchritudo & uelocitas, tanquam ad pompam adornaretur, & uentus secundus in puppes incideret, ac si satellitis munere fungeretur, ac de industria ciuitati ciuitatem præmitteret marinam. uerùm longè pulchrior hæc est quam nunc uidemus ac magnificentior. non enim multis offerentes uos commiscetis, nec multitudine pietatem metimini, nec magis sustinuistis populus fieri seditiosus, quàm populus Dei uerbo purgatus. Sed quæ ad Cæsarem pertinuerunt, Cæsari dedistis: quæ uero Dei, obtulistis Deo: huic quidem uectigal, huic uerò timorem: populumq; uestris alentes, ad nos uenitis alendi. nam & nos frumẽtum diuidimus, forsitan distributione uestra nequaquam deterius. adestote igitur, ac panem meum comedite, ac uinum bibite quod miscui uobis. aduoco uos cum sapientia ad mensam meam. siquidem animi uestri laudo gratitudinem, et ad promptitudinem uestram accurro. quoniam ad nos tanquam portum singularem confugistis, & ad similes uobis accurristis, fideiq; cognationem honorastis, ac inter absurda esse reputastis, quod conuiciatores rerum supernarũ, unà sentire & inter se cõcordare possint, et putare quod per unumquenq; marcidum, rectè disponi ualeat cõcordatio communitatis, non secus ac funium nexibus complicata. uos uerò nihil intelligere, neq; unanimiter colligari posse, quos tamen magis conueniens est illis longè præstare, quum diuinitatem connectemus. proinde ne frustra ad nos accurrisse uideri possitis, nequaquam tanquam inter peregrina uel aliena,

uel alsena, sed uestra directi, et rectè à spiritu deducti, breuiter uobis de Deo philosophabimur, ac uestra cognoscetis, quemadmodum ij qui armoriũ insignibus suæ partis homines cognoscunt. duas differentias in existentibus cognosco supernas, dominationẽ, & seruitutem: non illas quas tyrannis apud nos discidit, seu inopia seiunxit, sed quas natura separauit, si ita uocare lubet: nam primum super naturã est. ex his igitur hæc creatrix est, & principalis ac immobilis, illa autẽ creata, subiecta & mobilis. et ut succinctius dicam, hæc est supra tempus, illa uerò sub tempore. uocatur autem illa Deus, ac in tribus maximis consistit, causa, opifice, & perficiente, Patre inquam, filio ac spiritu sancto. quæ quidem non ita inter se sunt diuersa, ut natura incidi: nec ita coangustata, ut una circumscribi possint persona: hoc enim Arianæ est insaniæ, illud autem impietatis Sabellianæ. uerùm singulariora sunt quàm ea quæ omnino diuidi possunt: abundantiora autem, quàm quæ perfectè sunt unita. hæc autem & nobiscum est, uocatur que creatio. licet alia super aliam attollatur, secundum analogiã approximationis ad Deum. hæc quũ ita se habeant, ij quorum cor est ad Dominum, nobiscũ accedant, unicamq; deitatem in tribus adoremus: nihil humilitatis nomine, inaccessibili gloriæ afferentes, sed unius Dei sublimitates, in tribus semper in gutture nostro gerentes. cuius enim naturæ magnitudo, propriè ob inexpertũ & indefinitum exprimi nequit, quomodo illi humilitatẽ ingereremus? Quicunq; uerò aliter sentit de Deo, ac ideo unicam & super omnia existentem essentiã in naturæ secat inæqualitatem, mirũ si non romphęa pœnas luat, parsq; illius cum infidelibus statuatur, ac malæ opinionis malũ fructum, & nunc & postea decerpat. De patre enim quid dicere oportet? cuius magnitudo, ab omnibus qui naturales adepti sunt cogitationes, uidetur concessa. tametsi ille primas ignominiæ partes tulerit, quum primus à ueteribus innouatoribus in bonũ diuisus sit, & fabricatorem. De filio uerò & spiritu sancto consideremus, quàm simpliciter & breuiter disseremus, si quis est qui de his dicere possit, quòd mutabiles sint & alieni, siue tẽpore uel loco, seu potentia uel operatione præscripta, aut non naturaliter boni, seu non à semetipsis mobiles, uel sui arbitrij, siue non operatores, nec decantandi, uel timendi: ostẽdat hoc, & nos amabimus, conseruorũ uenustate glorificati, etiam si Deum plectamus. si uerò omnia quæ pater habet, filij sunt, excepta causa: ac omnia quæ filius, spiritus sunt, excepta filiatione, & ijs quæ corporaliter de ipso dicuntur, propter meum hominem, meamq; salutem; ut id quod meum erat, acciperet: quod uerò suum, per nouam tribueret commixtionem: uel tardè tandẽ uos sophistæ delirare cessate, & à uerbis nouis abstinete. & quur moriemini domus Israel, ut ex scriptura uos deplangam? Quantum ego sermonis ueneror appellationes, quum tantæ sint, tam sublimes & magnæ, quas & dæmones formidant: tantum etiam ueneror spiritus honorem æqualem, timeoq; que minas illis præscriptas, qui eum blasphemant. at blasphemia nequaquam est Theologia, sed à diuinitate se abalienare. uerùm hic obseruandum, quod blasphematũ, Dominus erat: quod autem ulciscebatur, spiritus sanctus, tanquam Dominus. non fero ut cum illuminatione sim absq; lumine, adulterem que in re aliqua ex tribus his quicquam, in quæ sum baptizatus, & cum quibus sepultus sum in aqua, non in regenerationẽ, sed ad mortificationem initiatus. audeo quid proloqui, ô trinitas parce arrogantię: nã de anima periculum imminet. Imago sum & ipse Dei, gloriæ supernæ, etiam si in infernis agam. non mihi persuadetur, ut ab eo saluer, cui honore sum æqualis. si spiritus sanctus non est Deus, deificetur primò, & ita me deificabit, id quod mihi honore est æquale. nunc autem quę nam est deceptio gratiæ tanquam in Deum credere, obiter tamen impium euadere: alia confiteri, et alia docere. quales hi sunt sermonis nexus, et deceptiones, qui per alias interrogationes et confessiones in aliud ferunt? uę meo splendori, si post ablutionem inquinor, si splendidiores uideo eos qui nondum sunt purgati, si

mala

Universidad de Deusto
Biblioteca

mala baptizatoris opinione ludor, si spiritum quæro meliorem, & non inue nio. da mihi balneum secundum, & de primo malè sentias. quur mihi inuides initiationem regenerationis? quur me quum templum sim spiritus, tanquam Dei habitaculũ facis creaturæ? Quur hoc ex meis honoras, illud autem ignominia afficis? malè iudicãs diuinitati, quo me priues gratia, seu potius meipsum gratiæ subducas. aut totum honora Theologe uane, aut totum inhonora. ut si etiam impiè agas, te ipsum tamen sequaris, nõ iudicans inæqualiter id, quod natura sua eiusdem est honoris. summa autem sermonis, cum Cherubin glorifica, qui tres sanctitates in unam contrahunt dominationem. tantumq; primam exemplificant essentiam, quantum laboris cu pidis aperiunt alas. Cum Dauid illuminare, ad lumen dicentem, In lumine tuo uidebimus lumen. quale? tanquam in spiritu filium. quo quid genitum fuit lucidius? Cũ Ioanne tonituri filio, tonitruũ moue, nihil humile de Deo resona, neq; terrestre, sed sublime & altum, illud, In principio erat, & apud Deum erat. & Deũ uerbum cognosce, et Deũ uerum ex patre uero. sed non cõseruum bonum, filij appellatione sola honoratum: cõsolatoremq; alium, alium scilicet quàm loquentem. Dei autẽ uerbum, & quum legis, Ego & pater unum sumus, cõnexionem essentię speculare. Quum autem ad eum perueniemus, ac mansionem apud ipsum habebimus, subsistentiarum diuisionem considerabimus. Quum autem patris, & filij, & spiritus sancti nomen, tres illæ proprietates cum Luca tibi inspiratę fuerint, cum Apostolorũ actibus cõuersare. Cur cum Anania & Saphira, nouis ordinaris sophistis? si saltem nouum est rerum propriarum furtum. subtrahe autem non argentum, aut aliquid aliud momenti parui, quemadmodum linguam auream uel tenuem, aut didrachmam quemadmodum olim miles insatiabilis. sed deitatem ipsam subripito, non hominem mentiens, sed quemadmodum audiuisti Deum. Venerare prẽterea potestatem ob reuerentiam spiritus, qui super quos & quãdo uult spirat. cum ijs qui cum Cornelio sunt, ante baptisma uersare, cum alijs uerò post baptisma, per apostolos. quo utrinq; , tam de ijs ex quibus procedit, heriliter, & non seruiliter, et à quibus queritur ad imitationem, testimonium de spiritus diuinitate præbere possis. Cum Paulo theologum te exhibe, qui in cœlum raptus est tertium, qui nonnunquam tres enumerat subsistentias, sed hoc indifferenter, ac non seruato ordine: qui prænumerat, qui unum numerat, qui subnumerat, ut in aliquo honorem naturę ostendat æqualem. nonnunquam autem trium meminit, aliquando quorundam, aut cuiusdam, quo omnino subsequeretur is qui erat omissus. sed & ali quando operationem Dei tribuit spiritui, tanquam nihil differat. quandoq; pro spiritu Christũ inducit, & aliquando diuidit substãtias: Vnus Deus, inquiẽs, ex quo omnia, & nos in ipsum: & unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. quum autem unam cõtrahit deitatem, quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipsum omnia: scilicet spiritus sancti, quemadmodum multis in scripturæ ostẽditur locis. ipsi sit gloria in secula, Amen.

BEATI GREGORII NAZIANZENI THEOlogi ad Arianos, & de seipso Oratio: Bilibaldo Pircheimero interprete.

VBi tandem sunt qui nobis paupertatem exprobrabant, diuitiasq; iactitabant? qui multitudine ecclesiã definiebant, ac pusillum ouile contemnebant? qui diuinitatẽ mensurabant, ac populum concitabant? qui harenam honorabant, & luminaria afficiebant iniuria? qui uiles colligebant lapillos, margaritas uerò contemnebant? ignorant enim, quòd non tantum harenæ numerus stellas exuperat, gemmasq; splendentes lapilli, quantum hæc illis purio ra sunt ac honorabiliora. rursus indignaris? rursus armaris? rursus iniuria est fides noua, Parumper contine minas ut loquar, nec afficiamus injuria, sed

refellamus. non minemur, sed exprobremus: nõ percutiamus, sed curemus. sed & hæc tibi iniuria uidetur. Proh superbia, hic tu seruũ facis, quod honore est æquale. sin minus, suscipe loquendi libertatem, & frater opulentior cor ripiat fratrem. Vis ne ut ea proferam, quæ olim Deus contra Israel, dum exasperatus esset & indignaretur? Populę meus, quid feci tibi? aut in quo te affeci iniuria? aut in quo te conturbaui? Verũ potius contra te iniuriantem sermo erit. in uanum enim tẽpus inter nos terimus, et quod unanime est, aliena gloria dissoluimus. parũ deest, quin inter nos inhumaniores facti simus et ferociores, q; barbari illi, qui nunc nos oppugnãt, quos trinitas dissoluta copulauit: excepto quòd hospites nequaq; percutimus hospites, neq; alterius linguæ, eos qui sunt alterius linguæ. quæ res uel parua calamitatis est consolatio. Verũ inter nos, tanq; eiusdem domus, ferimus & agimus: aut si mauis, eiusdem corporis mẽbra absumimus, & absumitur. ac nondum hoc molestũ est, licet tale existat, sed quia additionẽ, ablationẽ esse censemus. Postquam igitur ita habemus, et secundum tempora credimus, agè cõferamus inuicem tempora. tu regem tuũ, & ego meos. Tu Achab tuum, ego Iosiam. enarra mihi tuam mansuetudinẽ, & ego tibi meam referã audaciã, seu potius ferocitatem tuã multę & linguę & libri recensebũt. quos, ut mihi uidet futurũ, ostendet tempus, rerũ statua immortalis. Ego uerò & meã enarrabo. quem populum contra te induxi, ferocia ruentẽ? quos milites instruxi? quem Imperatorem ira flagrantẽ & præsurentibus ferociorem? & hunc nec Christianũ, sed peculiarem religionẽ, & contra nos impietatem suis adducentem dæmonibus. quos? nam orantes & maius ad Deum tollẽtes obsedi, quos psalmos turbarum strepitu interturbaui? quorum mysticum sanguinem, cæso miscui sanguini? quorũ fletus luctu cessare feci, tragœdias spiritales perditionibus, ac lachrymis lachrymas mouens compunctionis? ex quãnam orationis domo sepulchrum feci? Quæ? nam ministerij uasa, ac multis ad tangendum prohibita, manibus iniustorũ exposui? uel Nabazardan principi cocorũ, uel Balthasar malè in sanctis delicatè agenti, ac pœnam arrogãtiæ dignam pendenti. altaria dilecta, quẽadmodũ diuina inquit scriptura, nunc autem impiè defœdata. qualis autẽ adolescẽtulus uester est, qui per nos petulanter saltauit, & turpibus se inflexit motibus: seu potius, per quem talem ego magnum ac diuinum desaltaui mysterium? Cathedra ueneranda, uirorumq; uenerabilium statio & requies, ac multos pios exhibens sacerdotes, qui in supernis diuina peragunt mysteria. posteaquam autem super te ascendit concionator gentilis, ac lingua praua, res infamans Christianorum: te autem uirginũ pudor & castitas, quæ nec uirorum modestorum aspectus toleras, quis è nobis pudefecit, & iniuria affecit? usq; ad ea quæ cerni non debent, & impiorũ ui sui exposuit, spectaculum miserandum, & Sodomitico igne dignum? obmitto enim mortes dicere, pudicitia læsa tolerabiliores. quas? nã feras in sanctorum misimus corpora? tanquam naturam publicantes humanam, unum sorum accusantes, quòd non impietati accederemus, neq; cõmunione polluelum accusantes, quòd non impietati accederemus, neq; cõmunione pollueremur, quam instar colubrorum fugimus ueneni, non corpus solum offendentem, sed profunda etiam denigrantem. Quibus obiectũ fuit quod mortuos sepelirent, quos & ferę discerpserant? & quale crimen hoc, alio theatro & alijs feris dignum? Quorum episcoporum seniles carnes unguibus discerpsimus cruentis, præsentibus fidelibus, qui nullam opem ferre poterãt, præterquam lachrymas fundere, ut cum Christo suspenderentur, passionem superarent, ac precioso sanguine populum aspergerent. & tandem ad mortem deductæ, cum Christo sepultæ sunt & conglorificatæ, qui mundum per uictimas tales & sacrificia superauit. Quos? nam presbyteros contrariæ naturę elementa. aqua & ignis diuiserunt? flammam attollentes extraneam super mare, qua nauis in quam fuere intrusi pariter est combusta. quinimo ut plurima ex nostris obmittam malis, ipsi quoque principes inhumanitatẽ talem abhorruerũt, tametsi ob gratiam talia concessissent. nam licet cupiditati mo rem

Valentem.

Iulianum.

Gesta Arianorũ cõtra fideles.

Heliodorus. Theodorus.

Valens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anastasij manus

rem gessissent. odio tamen habuerunt institutum. siquidem hoc erat temporis, istud uerò considerationis: & hoc quidem iniquitatis regis, illud autem conscientiæ legum, quibus indicare oportebat. Seu ut antiquiora dicamus, & ea quidem eiusdem sodalitij: quas nam manus abscidimus, aut mortuorum uel uiuentium sanctorum esse sumus mentiti, ut fidem per experientiam impugnem. Quorum exilia tanquam beneficia enumerauí? & nec philosophorum sacrorum ueneratus sum congregationes sacras. Vnde supplicatores quærebantur? sed potius è cõuerso, quos nam feci martyres qui pro honesto periclitabantur? Quibus carne ferè & sanguine carentibus, meretrices introduxi, sermonem de pudicitia accusans? Quémnam piorum è patria expuli, aut in uirorum iniustorum manus tradidi, ut tanquam bestiæ in obscuris coercerentur domibus, ac inter se separarentur? siquidem hoc tragœdiæ est grauissimum, fame & siti macerati, cibumq; sub mensura capientes, & hac tenuissima, quum interim neq; dolentes uidere sinerentur. Et quí nam erant illi? nempe quibus nec mundus dignus erat. Sic uos fidem honoratis, sic hospitio suscipitis. sed plurima horum uos ignorare simulatis. & admodum rectè, propter multitudinem eorum quæ petulanter egistis, & in committendo delicias. at qui patiuntur, magis recordantur. Et quid plus dicam? Sed & quínam in tempore facti sunt uiolentiores? non secus ac sues, qui se circa haram urgent. quæro mihi hesternam uestram uictimam, senem illum & Abrahamicum patrem, quem ab exilio reuertentem lapidibus excepistis, medio die, media urbe. nos uerò cædes, si non molestum est dicere, prohibuimus periclitantes etiam. quomodo in his tibi placabilis ero, dicit alicubi in scriptura Deus? quid horum laudabo magis? ob quæ nam uos honorabo? Verùm postquam tua talia sunt, ac ita se habent, dic mihi & meas iniustitias, quo malus esse desinam, uel erubescam: ut quemadmodum ego potissimum opto, nihil peccem: sin minus, ut ab iniustitijs meis reducar. secunda hęc pars est rectè sapientium. sum enim accusator mei ipsius. secundum iustum, in cõfessione sua, gaudeóque ab alio curari. sed patria inquiunt tibi est ciuitas, & ager aridus, ac ingratus, paucisq; ad habitandum sufficiens. aquí optime potius ob ea malè sum affectus, quàm quòd malè fecerim. etiam si sit molestum. & siquidem inuitus, erubesco tam infortunatè agens, sic enim dicatur. si uerò uolens, philosophor. quid nam ex his reprehendendum? nisi quis delphino exprobrat, quòd non in terra uersatur, bouiq; quòd non sit marinus, & murenæ quòd non in terra pariter uiuat & aqua. nobis uerò, aiunt, obuenere & theatra, & regiæ, & ea quæ pulcherrima sunt & maxima. & incredibile hoc opus, unda nempe aeria, sub terra fluens, & statua illa tam splendida & ueneranda, & forum plenum, & populus copiosus, & uirorum nobilium consessus laudabilis. atqui cur non addis, & situs opportunitatem, & terram, & mare, tanquam certantes, cuius potius ciuitas esset, & quod nam ex illis, ob commoditatem suam sedem regiam suscipere dignum esset. Itaque in eo uos iniuria afficimus, quòd uos magni & plusquam splendidi, nos uerò parui, & à paruis ortum habentes. atqui & multi alij in hoc uos afficiunt iniuria: imò potius omnes, super quos excellitis. Sanè & hoc uos addere decet, quòd nec ciuitatem ampliamus, nec muris circundamus, neque certaminibus gloriamur equestribus, non stadijs, non uenationibus, & cæteris his similibus: non balneis deliciosis, & splẽdidis, marmoribusq; exornatis, & naturam fermè mutantibus. mare autem nondũ uobis abstulimus, nec horas corrupimus, quemadmodũ tu fecisti nouus scilicet opifex, quo suauissimè pariter & tutissimè uiuere mus. adde si lubet & alias accusationes, qui dicis, Meum est argentum, ac meum est aurum, Dei nempe uoce utens. Nos neq; diuitijs gloriamur, nec rei fluxæ quid addere, lege nostra admonemur. non redditus numerosos, tam annuos quàm menstruos. non mensæ sumptuositate pręstare cupimus, ac delicijs uestris insensati. nihil enim laudamus quod gutturi est acceptum, sed quod abiectum est pariter & uile. Viuimusq; adeò simpliciter ac frugaliter, ut parumper à brutis distemus. quæ & ipsa uasorum apparatu ac omni carent lautitia. sed cur non uestitus quoque mei accusas? nec non uultus habitum, nequaquam decorum? quandoquidem & his quosdam admodum humiles, efferri uideo. sed omisso capite, cur nõ ea nobis obijcis quæ pueri Helisæo? reliqua enim subticebo. imperitiam autem haud quaquam accusas? nec quòd tibi asperè ac erudite loqui uideor. uerùm quo nam in loco statuis? haud esse loquacem, nec urbane risum elicientem, præsentibusq; gratificari, neq; multa concionari, seu proloqui, aut etiam obloqui, quæ temerè incidunt, aut in buccam ueniũt, ita ut sermo plenus sit molestia. non nouam Hierusalem, Zeuxippum nempe uisitantem, neq; domum è domo permutantem, adulantem, & uentri indulgentẽ: sed ut plurimum domí manentem, mœstum & afflictum, ac cum memetipso exactissimo factorum meorum scrutatore congredientem, & me culpa dignum propter delicta censentem. & quomodo hæc nobis permittis, & non etiam reprehendis? quàm suauis es & humanus? Ego autem ita uenustè & philosophicè sentio, ut unum solum cœlum, & hoc omnibus commune esse credam: communem & solis ac lunæ circuitum, communem & astrorum ordinem & positionem, communem & diei ac noctis æqualitatem & commoditatem: insuper & temporis cernens uicissitudines, pluuias, et fructus, necnon uirtutes aeris uiuificatiui: preterea flumina, cunctis pariter fluere: communes diuitias & abundantias, unicam & eandem esse terram matrem & sepulchrum, ex qua orti sumus, & in quam dissoluemur, quum alius nil alio plus habeat: sed & præter hæc communem sermonem, legem, prophetas, Christi passionem ipsam, per quam sumus reformati: non quòd ille plus, alius minus. sed omnes eiusdem Adami participes, & ab angue decepti simus, peccatoq; & morti obnoxij, ac per cœlestem Adamum iterum saluati, & ad uitæ lignum per ligni ignominiam reducti, unde excidimus. Proinde & Samuelis Ramathaim magni patris parua mihi imposuit patria, quæ prophetam nequaquam ignominia affecit. nec propter seipsam magis quàm illum facta est honorabilis. ex qua is haudquaquam prohibitus est Deo tradi prius etiam quàm natus esset, & uaticinando cernere futura. nec hoc solum, sed & reges ungere, & sacerdotes, ac eos iudicare qui ex splendidissimis orti erant ciuitatibus. Sed & de Saule audiui, quod quum patris asinos quæreret, regnum inuenit. quin & Dauid ipse ex pascuis ouium, in regem & iudicem est sublatus. Quid autem Amos, nónne caprarius erat, & mora colligebat? prophetiæ tamen fidem faciebat. Sed cur Ioseph præterirem? qui & seruus factus est, & frumenti distributor in Aegypto, & pater multorum millium, qui Abrahamo fuere promissi. Abraham autem, ut quid maius dicam? nónne erat exul? Moses uerò, nónne primò fuit expositus? inde legislator, & imperator eorum qui ad terram promissionis fuere deducti, de quibus magna dicuntur & admiranda. decepit me & Carmelus Heliæ, ac currus ignis, illum suscipiens. palliumq; ab Heliseo exceptum, maioris uirtutis quàm Serum fila, & uestimenta auro intertexta. Imposuit & mihi eremus Ioannis, quæ maximum inter natos mulierum habuit, cum cibo illo, zona & uestitu. Sed & supra hæc aliquid audebo: Deum rusticitatis meæ patronum inueni, cum Bethleem constituar, cum præsepio inhonorabor, per quæ tu Deum incum Bethleem constituar, cum præsepio inhonorabor, per quæ tu Deum incognomínia afficis. quid mirum? si ob eam causam præconem quoq; eius congnomínia afficis. quid mirum? si ob eam causam præconem quoq; eius contemnis. his addam piscatores, & mendicos euangelizantes. desine igitur citemnis. his addam piscatores, & mendicos euangelizantes. desine igitur ciuitatum gloriari excellẽtia, uenerare contemptum, & ignominia affectum, peregrinum illum. nondum dico qui aurum generat in harena, & lapides splendentes inter petras: quibus si contulero quæ in ciuitatibus sunt uilia, forsan haud bene dicendi audacia uti possem. Sed dicet forsitan quispiã valde cõstringens & carnis amator: Præco iste noster peregrinus est & exul. atqui apostoli nónne multarum gentium & ciuitatum, inter quas diuisi erant,

S. Eustathius.

S. Paulus cum socijs à Macedonianis interfectus.

Obijciebatur Gregorio patriæ humilitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

peregrini erant? quo undiq; Euãgelij curreret uerbum, ac nihil sine triplicis splẽdoris lumine esset, & ueritate minus illustratum, ijsq; qui in tenebris & umbra mortis sedebant, nox solueretur ignorantiæ, ut nos in gentes, ipsi autem in circumcisionem, Paulum dicentem audiuisti, Sit Petri Iudæa, Pauli gentium uniuersitas, Lucas ad Achaiam mittatur, Andreas ad Epirũ, Ioannes in Ephesum, Thomas in Indiam, Marcus in Italiam. & quid de alijs omnibus dicam? ut non singulatim cuncta recenseam, inter quos fuere peregrinati. Illis igitur exprobrato, uel mihi ignoscito, aut ostende ubi inter prædicandum ueritatis uerbum offenderim. Proinde postquam parum decenter de his disserui, age decentius philosophabor. heus uos, omnibus sublimitus una patria est Hierusalem superna, cui cõuersationem nostram reseruamus, omnibus genus idem: si considerare uolueris inferna, terra est: si superna, inspiratio quam accepimus, & seruare iussi sumus, & cum qua me ante tribunal parere oportet, ac rationem superne reddere nobilitatis, & imaginis. Vnusquisq; igitur nobilis est, qui illud quod ex uirtute est, & ad archetypũ inclinat, consequutus est & custodit. Ignobilis uerò omnis, qui malitia confundit, & formam aliam, anguis nempe, inuocat. Infernæ uerò patriæ, & genera hæc uitæ nostræ temporalis & umbræ, nil nisi ludus sunt: siquidem uniuscuiusq; patria erat quam occupauerat, uel per tyrãnidem, uel ob calamitatem aliquam, cuius omnes peregrini & incolæ sumus, etiam si multum nominibus ludamus. nam genere sunt nobiles, qui olim fuere diuites, aut nunc sunt inflati. Ignobiles autem, qui ex inopibus nati sunt patribus, aut ob calamitatem, aut potius manuetudinem. quomodo igitur olim opulenti esse potuissent, quum diuitiæ incepere? aut calamitosi, ubi aduersitates cessauere? & his quidem nihil datur, illis uerò nil adijcitur. & ita ego de his sentio, & propterea relinquo te sepulchris superbire & fabulis. ego uerò quantum possibile est conabor, ut me ab omni purgem deceptione, quo nobilitatem custodiam seu reuocem. Sic itaque & propter hæc restiti uobis, licet paruus sim, & è patria natus ignobili, & hoc nequaquam uolens, seu sponte, instar multorum, qui nũc se uiolenter ecclesiasticæ immiscent præfecturæ: sed uocatus & coactus, sequens spiritum & timorem, seu ut diutius hic decertarem inaniter, & neminem ab errore suo liberarem. Verùm qui sterilitatem meæ exoptant animæ, intelligent num mendax sit sermo, nec'ne. postquam autem ueni, & forsitan non cum potestate mala, ut parumper glorier in stultitia mea, quem insatiabilem sum imitatus? quid tempori tribui? licet talia haberem exempla, sine quibus non malum esse difficile est, & rarum. ob quas ecclesias uobiscum decertauimus? ob quas pecunias? licet in ambobus ultra necessitatem abundetis, aut potius indigi sitis. quibus' nam literis regijs contemptim inuidimus? quos potentes sectæ uestræ coluimus? quorum audaciam imitati fuimus? quæ uerò contra me facta sunt, ne hoc eis Domine in peccatum statuas, tunc quoq; dixi: memineram enim in tempore Stephani uerborum. sed & nunc oro. conuicijs impetiti, benedicimus: persequutionem sustinentes, toleramus: blasphemijs lacessiti, consolationem accipimus. Si autem ideo iniustè ago, quia hæc tanquam tyrannidem fero, gratiam mihi huius facite iniustitiæ. nam & aliorum tuli tyrannidem: & Deo sint gratiæ, quòd mansuetudinem illam tanquam iniustitiam effugerim. ita enim cogito, longè altioribus quàm humanis utens considerationibus. quota pars est hæc sputorum & colaphorum Christi, pro quo, & per quem hæc sunt pericula? quę omnia nec unicæ spineæ coronæ, quæ uictori nostro coronam abstulit conferenda puto. per quam & disco uitæ asperitate coronari. non unico calamo, propter quod maligni dæmonis cessauit potestas, nõ unico felli, non unico aceto, per quod ab amaro sanati fuimus gustu, non unicæ in passione mansuetudini. Proinde osculo quoq; traditus reprehẽdit qui dem, sed nõ corripuit. & licet tam subitò captus exprobrat, attamen sequit. indignatur quidẽ, quod Malcho fuerit abscissa auricula, sed restituit. si quis in

in sindone fugit, illum rursus tegit. Quod si ignem imprecatus fueris Sodomiticum contra ducentes, non exaudit. Si latronem adeptus fuerit in cruce suspensum, propter bonitatem suam in paradisum introducit. Omnia igitur humani illius humanitatis sunt plena. ac ideo nos decet, ut tanquam ueri discipuli Christi ambulemus. turpe enim esset, quũ Deus propter nos sit mortuus, si æqualibus nostris nequaquam parceremus. hæc animo perpendebam, & perpendo. & considerate nũ rectè: quæ & sæpius antea uobiscum sum philosophatus. habeant illi ædes, nos illum qui in ædibus est. habeant templa, nos Deum. & ut templum uiuum fiamus Dei uiui, sacrificia animata, holocausta rationabilia, uictimæ perfectæ Dei, propter trinitatis adorationem. habeant illi populos, nos angelos: illi audaciam, nos fidem: illi minas, nos precationes: illi uerbera, nos tolerantiam: illi aurum & argentum, nos uerbum purum. finxisti tibijpsi duplicitatem & trinitatem, agnosce uerba scripturæ, domum perflatilem, interstinctam pro feris. uerùm non sunt hæc fide mea altiora, necnon cœlestibus ad quæ tendo. Paruum mihi est ouile, sed non super præcipitio. Caula est mihi angusta, sed lupis inaccessibilis. insuper nec latrones recipimus, neq; fures, nec alieni ingredi possunt. Videbo hanc, certò scias latissimam, ac multos qui nunc lupi sunt, inter oues numerari, forsan inter pastores etiam. hoc mihi annunciat pastor ille bonus, propter quem animam posui pro ouibus, non timeo gregi huic paruo, nam rectè sentit, cognosco enim meos, & à meis cognoscor. talia sunt quæ Deum cognoscunt, & à Deo cognoscuntur. Oues meæ uocem meam audiunt, quam è diuinis audiui uerbis, quam à sanctis didici patribus, quam & pariter omni docui æuo, etiam quum tempora nequaquam se his cõformarent. sed nec docere cessabo, ea cum quib. natus sum, et cum quibus sum abiturus. has cum numine uoco, non sunt enim sine nomine, quemadmodum nec stellæ sine numero, & appellatione, & sequuntur me. enutrio enim eas super aquam quietis. Sequentur & unumquemq; pastorẽ talem. nónne uidetis quàm libenter illi uocem meam audiunt? Alienum autem non ita audient, sed ab eo fugient. quoniam iam cognitionis habitum sunt adepti, uocis domesticæ & alienę. Fugient Valentinum, qui unum dissecat in duo, nõ alium boni conditorem credentes, & abyssum, & silentium, & mysticum æuum: omnia abysso & silentio digna. Fugient Marcionis deum, ex elementis & numeris confictum: Montani malum, & muliebrem spiritũ: Manì materiam cum tenebris: Nauati superbiam, & in uerbis puritatem: Sabellij dissolutionem & confusionem, ac talem, ut ita dicam, coadunationem, ut tria in unum contrahat, non tamen in tribus unum definiri cõcedat: Arij & sequacium eius naturarũ alienationem, nouumq; Iudaismum, solummodo ingenito deitatem ascribentium: Photini infernum Christum, & qui à Maria incepit, mei autem adorant patrem, & filium, & spiritum sanctũ, Deum patrem, Deum filium, Deum, si non exacerbo, spiritum sanctum. Vnam naturam in tribus proprietatibus, liberis, perfectis, per seipsas subsistentibus, numero diuisibilibus, deitate indiuisis. has mihi concede uoces omnes, qui hodie minitaris. aliorum autẽ curam gerat, qui uolet. nequaquam pater filio inuidet, nec filius spiritui sancto. sed offendit quum dico, si creatura, nequaq; Deus est, quod est creatum. nec ego permitto, ut inuideatur illi quod est perfectum. unus Dominus, una fides, unum baptisma. si hoc abrogo, apud quod' nam erit secundum? quid dicitis submergẽtes? uel rursus immergentes, esi' ne possibile quenquam esse spiritalem, sine spiritu? igitur ad spiritum usq; æqualiter honora spiritum. uenerare autem tu, qui in creaturam et conseruum es baptizatus. nonne ita res se habet? multa dicis, nõ te negabo pater initio carens, nõ te negabo unigenitum uerbum, non te negabo spiritus sancte. scio quid sim confessus, cum quo sim constitutus, à quo sim separatus, nequaquam mihi necesse est, ut fidei docear uoces, & discam infidelis esse, asserere ueritatem, & mendacio adhærere, tanquam purificandus a-

Universidad de Deusto
Biblioteca

qua submergi, attamen emergere sordidior, tāquam cœlo correptus baptizari, & in aqua mortificari: eorum instar qui dolore obeunt in partu, & regenerationem accipere cum qua mors concurrit. Quur me pariter beatum facis, & miserum? nouiter illuminatum, & absq; lumine? diuinum, ac Dei expertem? quo & in resurrectionis spe naufragium faciam. breuis sermo, es ne memor confessionis, cum qua es baptizatus? In patrē, rectè, præterquam quod adhuc est Iudaicum? in filium, rectè, hoc iam non amplius est Iudaicū, attamen nondum perfectū: in spiritum sanctum, plus quàm rectè: simpliciter igitur hæc. sed est ne nomē horū commune? ita cōmune. & quod? nam? Dei scilicet. In hoc commune nomē crede, feliciter age & regna, & hinc ad futuram perges beatitudinem, quæ est, sicut mihi uidetur, exactior horum deprehēsio, ad quam & nos peruenìemus, in ipso Christo Domino nostro, cui sit gloria in secula, Amen.

DIVI GREGORII NAZIANZENI ORATIO DE SE ipso, ad eos qui illum cathedram Constantinopolitanam concupiscere diuulgabant: Bilibaldo Pircheimero interprete.

ADmiror quid nam sit, quod à meis perpessi sitis sermonibus, & quam ob causam tam uehementer uocē accusetis nostram, abiectam, exilem, & quę forsitan nil habeat iucunditatis? siquidem illud idē uobis propter nos accidisse uidetur, quod ferro ob lapidem magnetem, ut à me & inter uos quoq; pendeatis, ac unum sentiamus, Deiq; simus omnes, ex quo sunt omnia. Proh catenam admirandam, quam spiritus nectit sanctus, uinculis indissolubilibus compaginatam. Proinde huius rei causam nondū noui, quū mihi ipsi conscius sim, me alijs haud esse sapientiorem, nisi illud quis sapiētiam meā existimare uelit, quòd sciam me nequaquam esse sapientem, neq; uerę ac principali sapientiæ uel parumper appropinquare. quod quidem præcipue ij qui nunc sapientes esse uidentur, de seipsis censere deberēt, quum admodum facile sit seipsum decipere, & credere se aliquem esse, quum nihil sit penitus, sed solum ab inani gloria inflatus. neq; enim primus sum, qui uobis orthodoxum sermonem prædicaui, quem uos præcipuè estis amplexi: sed aliorum sequutus sum uestigia, & hos uestros. decet enim ut ueritatem loquamur, si saltem uos Alexandri celebris illius discipuli estis, magni trinitatis pugilis ac præconis, & qui tam opere quàm sermone impietatem exterminauit. memores enim estis uocis illius apostolicæ, quæ impietatis principem confudit, *Arius.* in locis spurcitia linguę dignis, quo iniuria iniuriam ulciscereturr, & iusta morte infamaret mors animarum iniusta. nequaquaquam igitur uobis alienum fontem elicuimus, quemadmodum illum quem Moses in locis aridis ostendit ijs qui ex Aegypto persequutionem sustinebant, sed absconsum et conclusum, per magni Isaac pueros reclusimus, non solum fontem aquæ uiuæ fodientes, sed à Philisteis obstructum repurgantes. Cęterùm nequaquam sum ex numero inflatorum & eloquentiorum, neq; adulando beneuolentiam suffurari possum. sicuti uideo multos, qui nunc se sacerdotali principatu dignos esse profitentur, qui simplicem & rudem pietatem nostram arte condidere, & nouam politicæ formam, à foro in sancta, ac à theatris ad sacrorum disciplinam transtulerunt, multis haud inspiciendam: ut duæ essent scenæ, si libere dicere oportet, quæ tantum inter se distarent, ut hanc omnes norint, illam uerò quidam: & hæc sit ridicula, at ista uenerāda: quodq; hæc theatrica, illa uerò spiritalis. uos testes estis, & Deus, diuinus inquit Apostolus, quod nequaquam nos hinc partem accipimus, sed tanquam rudes ferè, & agrestes, necnon assentatores, & illiberales criminamur: quum nimium uobis resistimus: nonnunqam uerò asperiores uidemur, quum non secūdum rationem uestram sentimus, & hoc pridiana contra nos facta ostendit innouatio, quum uos ò populę zelo & ira feruens, clamantes

clamantes nos & dolentes super thronum hunc statuistis. quem utrū tyrannicum dicere oporteat, seu potius sacratissimum, ignoro. cōstituistis igitur, cupiditate leges trāsgressi: ubi adeò feruētioribus quibusdam indignati fuimus, ut resilierint, amoremq; erga nos in inimicitias conuerterunt. nō enim plus considerabamus quarum rerum gratia gratificemur, quàm ob quas prodesse ualeamus. Quæ igitur causa est, ut tam nos, quàm sermones nostri desiderent? uos igitur illā ostendite & adducite, ac affectus uestros ipsi cognoscite, aut inter nos publicate, & tanq; alijs nobis præceptoribus utamini. nostrum scio magni facietis sermonē, si saltem quietè illū suscipere uolueritis. quur igitur non auditis & consideratis? ego enim talium non malus sum cōiectator. uidemini mihi quia ipsi nos uocastis, domestico subuenire iudicio, ac ideo uestram fouere uenationē. Natura enim ipsa ad omne quod ei domesticum est, benignè se habet, siue res sit quę possidetur, siue germen, siue sermo. & propter beneuolentiam libenter propriæ suæ subditur tutelæ. Secundò autē nihil adeò ueneramini, sicut quod ab impudentia & uiolētia sumus alieni, necnon à theatrico & panegyrico: sed & cedere, & modesti esse scimus, ac tanq; in communi communitatis expertes, & solitarij simus. ac ut succinctius aliquid philosophicum dicam, nequaquā artificiosè, seu politicè à nobis adinuentum, sed simpliciter & spiritaliter honoratum. non enim ut quęramur abscondimur, neq; ut digniores uideamur, tanquam ij qui respulchras parumper ostendūt, mox subtrahunt, quo præsidentias fugiēdo, & honores tales contemnendo, ostendamus quietis nos amore teneri. Tertiò quia uidetis qualia patiamur, quum externè impugnemur, internè uerò insidijs appetamur. quoniam, secundum Danielem, egressa est iniquitas ex senioribus, qui uidebantur iudicare Israel. ac ideo indignamini, molestè fertis, nec habetis quomodo uindicetis eum, qui tyrannide est oppressus, solumq; pro omnibus assertis cōmiserationem. cōmiseratio igitur pudori cōmixta, amor est factus, & hoc honoris mei est mysterium. Postquam autem sermones fuere id ob quod est pugnatum, & superuacua, & inuida lingua, quam in externis instructam sermonibus diuinis nobilitauimus, & amarā ac ad potum inutilē aquam, uitæ ligno edulcorauimus, perpessi estis passionem quandam satis liberam, hoc amare propter quod oppugnamur. Quur enim non deliram amplectimur doctrinam? quur non aridam & deorsum uergentem? quur quū multos hac gaudere uideamus, non philosophamur peregrina & aliena, ac contra linguas cōtrarias cōsistimus? decens est, ut audaciæ subueniant considerationes, fidesq; nominetur irrationalitas. quam quidem dilexi & ipse, bene scitis, piscator existens. hoc enim promptū est multis in excusationem imperitiæ. Vtinam perijsset ex hominibus inuidia, consumptio eorū qui illa detinentur, patientium uenenum. uerùm ex omnibus passio hæc iniustissima pariter est & iustissima: cùm quia omnes perturbat bonos, tum quia consumit obnoxios. Sanè ijs qui nos primùm laudarunt, nequaq; maledicam. non enim sciuerunt finem laudis, quam forsitā pro conuicijs addiderunt, quo inuidiam compescerent. hæc enim & luciferū obscurauit, qui propter elationē cecidit: haud enim ferre poterat, quòd diuinus esset, nisi etiā Deus censeretur. Inuidia Adamum è paradiso eiecit, à uoluptate & muliere deceptū. persuasum enim illi erat, quod Deus esset futurus. Inuidebat igitur, quod eo usq; à cognitionis ligno esset prohibitus: Inuidia Caim fratricidam fecit, quoniam sacrificium sanctius non attulisset. Inuidia mundum immundum aqua cooperuit, & Sodomitas igne obruit. Inuidia Datham & Abiram instigauit, quum aduersus Mosen insanirent. Mariam lepra percussit, quoniam tantummodo contra fratrem obmurmurasset. Inuidia prophetarum sanguine terram infecit, & sapientissimum Salomonem mulieribus obnoxium reddidit. Inuidia Iudam ad proditionem induxit, qui ob paruum argentum perpetrauit, quod strangulatione dignum esset. Inuidia Herodem puerorum fecit homicidam, & Pilatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi interfectorem. Inuidia populum Israeliticum, eo peccato contamina
Iudaeum. uit & maculauit, ut ne nunc quidem ab illo respiret. Inuidia apostatam tyran
num contra nos excitauit, cuius adhuc relicti sunt carbones, licet flammam
Maximum. euaserimus. Inuidia pulchrum ecclesiæ corpus dissecuit, ac in diuersa & con
traria studia diuisit. Inuidia nobis Hieroboam reduxit, seruũ peccati, & lin
guæ uinculum iniecit. non enim ferte potest, ut trinitas splendeat, & tota di
uinitate reluceat, ac uenerandos uobis faciat peculiares eius præcones. Sed
uobis nugari uidemur, tali utentes similitudine: attamen uix liber totus de
siderio nostro sufficeret, etiam si scriptor sermo, ualde rectè, ac iuxta deside
rium nostrum causas conscriberet. & de his quidem ita sentio. Postquam au
tem cerno quosdam ob iniurias indignari, & calamitatem suam, nostram du
cere ignominiã: age, & de ista breuiter philosophemur. Ego igitur si huma
num quid & paruũ cognosco, uel cathedræ huius curam gessi, siue à prin
cipio astiti uobis cum canicie hac, & imbecillibus his tam tempore quàm e
gritudine membris, aut hanc nunc fero ignominiam, erubescerem profectò
coram cœlo & terra, quæ antiquis consueuere testimonium præbere. Erube
scerem coram cathedra hac, ac sancto hoc consessu, sanctoq; & nuper insti
tuto populo, contra quem tanta malarum potestatum acies est instructa,
quo prius dispergeretur quàm congregaretur, & antequam generaretur oc
cideretur, secundum Christum iam formatus. erubescerem coram meis stu
diis & laboribus, necnon ueste hac detrita, ac solitudine, reuersioneque,
postquam unà uiuimus, ac uita hac mea omni carente apparatu, mensa-
De Maxi- que tenui paulo minus uolatilibus lautiori. proinde quidam etiam de no-
mo loquitur. bis disseminarunt, quòd mulieres alienas concupiuimus, quum nec pro-
Gregorius priam habere uoluerimus. utinam nec & Gabaonitæ nostri plures habe-
uxore caru- rent: quos, quemadmodum noui, nec ad ligna incidenda, uel aquam baiu-
it. landam, spiritus susciperet sanctus, quandiu ad sacra accedunt, cum talibus
& uitæ & sermonis stigmatis. Si autem cum sermonibus patrocinantes ue-
nimus, uiduæq;, & huc usque sine uiro ecclesiæ, pro uiribus astitimus, quasi
procuratores curam illius gerentes, & alium sponsum qui dignus pulchritu-
Constanti- dine eius uidetur adducentes, ac plures uirtutis dotes regiæ intulimus urbi,
nopoli. nunquid nostra laudanda est dexteritas, aut potius reprehendenda suspi-
cio, quòd aliorum animi iudicamur passionibus? Proinde uir bone, si naui
tempestatibus iactatæ manum porrigeremus, aut ciuitati obsessæ, aut do-
mui igne succensæ turmatim uasis & instrumentis succurreremus restincto
rijs, planè nos submersores uocares, aut ciuitatis uel urbis amatores, & non
potius præfectos & curatores. sed ais, non ita multis egisse uideris. uerùm
quid mea refert, si plures, immo omnes opinione potius quàm ueritate du-
cantur? siquidem hoc in controuersia uersatur, num iustè egerimus, uel ec-
clesiam miserandam aut beatam reddiderimus. uideri uerò illud tuum, ni-
hil ad nos, non secus ac somnia aliena. non ita, inquis, homo multis uide-
ris. numquid terra uertiginem patientibus stare uidetur? & ebrijs, sobrij esse
putantur, qui sunt sobrij? & non potius cum capite ambulare, aut inuerti?
mel autem, nunquid amarum est, etiam si ægrotantibus quibusdam, ac
malè affectis ita uideatur? nõ igitur in his res se ita habet, quemadmodum
uidetur patientibus. Ostende igitur eos, qui sanè sentiunt ita affectos esse,
túmque nos admone, ut manus demus. aut cognosce, quòd non illi quibus
persuadetur, sed qui in eadem permanent sententia sint meliores. at non
ita inquiunt, uideris multis. at Deo ita. & si nõ uideor, notum est illi, qui o-
mnia cognoscit, prius etiam quàm facta fuerint, qui singulatim corda no-
stra fecit, qui cuncta opera nostra intelligit, motus & cogitationes, cum qui
bus etiam comparebimus, nihil ipsum ex rebus latet existentibus, nec la-
tére potest, qui aliter nostra uidet quàm uident homines. homo enim fa-
ciem, at Deus cor intuetur. scripturæ tenorem audiuisti. crede igitur: quo-
niam maior illi cura est habenda, quàm rebus alijs, simul cunctis ab ijs qui

mentis

mentis compotes existunt. proinde si consilio duorum hominum in re ea-
dem utereris, unius prudentis, alterius uerò imperiti, non ne desipere uide
reris, si omisso prudentiori, imperitioris consilium sequereris? Nec Robo-
am laudatur, quòd reiecto seniorum consilio, iunioribus paruit. tu uerò,
quum ea quæ Dei sunt, ac hominum expendis, quæ hominum sunt, diuinis
præponis. at quur tu non mihi obtemperas, & rectius sentis? sed ob tuas,
aiunt, iniurias erubescimus. at ego propter uos, qui erubescitis. si enim iu-
stè hæc nobis accidunt, potius nobis est erubescendum, quàm propter nos
uobis. non quia magis dehonestamur, quàm quòd ignominia simus digni.
si uerò crimen iniustè nobis à calumniatoribus obijcitur, cõtra illos potius
quàm nos indignari oportet. illi enim si malè sunt affecti, uituperandi sunt:
si autem me malum censes, optimum esse suspicator. Quid enim facere
oportebat? num plus malum esse, ut tibi magis placerem? nequaquam hoc
mihi cõsulito. etenim si me rectè agentem, errare suspicaris, minimè tui cau-
sa rectè agere intermittam. non magis enim tibi, quàm mihi ipsi uiuo, in
omnibus que ratione pro consultore utor, & Dei iustificationibus à qui-
bus sum mancipatus, nemine reprehendente. & ut multorum obmittam
condemnationem, solum iudicium internum, & quod in nobis ipsis est, ef-
fugere nequimus. ad quod solum respiciendũ, et recta uia est incedendum:
cẽsere uerò illud quum erit suscipiemus, ut humanum quid dicam. si autem
ex aduerso ceciderit, ualere sinemus. & nihil ab esse propter censere aufere
mus. & sic se res habet, si quis id quod bonum est, alicuius rei gratia exercet,
non tamen planè uirtutis gratia, ad bonum tamen illud aliquando perue-
nit, id que assequitur. quemadmodum is qui lucri causa nauigat, eò perue
nit quò tendit, etiam si non lucretur. qui enim bonum propter seipsum ho-
norat & fouet, quoniam rem amat stabilem, firmam etiam circa illud habet
animi propensionem, ita ut diuini quid patiatur, & Dei illud dicere possit:
Ego ille idem sum, nec immutor. nequaquã igitur transmutabitur, nec trans
ponetur, neq; unà cum temporibus ac rebus concider, alius ex alio factus,
ac multos assumens colores, quemadmodum polypi à petris, quibus adhæ
rent. manet igitur ille idem solidus in dissolubilibus, & inuertibilis in uerti-
bilibus: petra, ut arbitror, contra uentorum impetum & undarum, quæ non
concutitur, neque absumitur ab ijs quæ illam oppugnant. Et de his tantum
sit dictum. nequaquam enim mihi uacat, ut contra linguas decertem. forsi-
tan & hæc plura sunt quàm decet. Nunc uerò ad uos grex meus, sermo diri-
gitur. uos mihi facti estis, inquit Paulus, gloria & gaudium, & exultationis
corona. uos respõsio mea estis erga eos qui me discutiunt, ut illis tanquam
in architectura, aut pictura rationem exigentibus, sufficiat ut uos fabricam
& picturam meam ostendam, sicq; à molestijs liberer. opus enim, inquiunt,
sermone est fortius. ita & ego uos ostendens conuicia supero. sed quomodo
supero? primùm quidem, si confessionem in patrem & filium, & spiritum
sanctum immutabilem & firmam custodieritis, nihil addentes, & nihil sub-
trahentes, neque aliquid ab una deitate diminuentes. imminutio enim uni
us, imminutio est totius. eos uerò qui aliud quid sapiunt, aut dicunt, aut na-
turarum mensuris, illud quod unum est dissoluunt, aut diuidunt, tanquam
bestem ecclesiæ, & ueritatis uenenum auersemini: non quòd illos odio ha-
peatis, sed ut casus eorum uos misereat. Secundò autem, si in rebus geren-
dis ueræ rationis sectatores uos exhibeatis, quo in uirtute sitis ambidextri,
& non ab altera parte destituamini. uos reges purpuram ueneremini. siqui-
dem legislatoribus etiam uerbum, legem feret. cognoscite quantum id sit
quod uobis est concreditum. & quid magnum de uobis mysterium, mun-
dus uniuersus uobis subditus, paruo diademati & breui pãniculo innitens.
Superna solius Dei sunt, inferna autẽ & uestra. ut Dei euadatis, in uestra si-
tum est potestate (ut quid audaculum dicam.) Cor regis in manu Dei esse,
& dicitur & creditur. ibi sit potentia uestra, & non in auro & phalangis.

Vos

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vos qui circa regiam uersamini & thronos, nolite potestate nimium attolli, nolite immortaliter sentire de his quæ immortalia non sunt. fideles manete dominis uestris, Deo autem prius, per quem & his quoq; creditis & traditi estis. Qui generis nobilitatem iactitatis, moribus nobiles uos ostendatis. aut uobis molestū aliquid dicam. nobilium autem genus, uerè nobilissimum esset magis quàm uestrum, si non & libri ignobiles uobis describerēt. Vos sapientes & philosophi, uenerandiq; barba ac ueste trita, uos sophistæ & grammatistę, & qui publicos plausus uenari soletis, haud scio quo pacto sapientes uocari potestis, quum nec primam causam habeatis. uos qui de diuitijs illud dicere auditis, Diuitię quum affluūt, nolite illis cor apponere: sci tote, quod rei cōfidatis instabili: exonerate aliquid à naue, quo nauigetis leuius. si tibi aduersi quid accidet, in illum trāsfer, cui tua concredis. Vos qui diffluitis delicijs, auferte aliquid carni, ac date spiritui. propè est pauper, ęgritudini succurre. in hunc proijcito aliquid quod tibi supereſt. non'ne & tu ęgrotas, quū digerere nequeas, & ita bibas, & crapuleris, & aqua inflatus fis intercuti, & satietatē satietate degraues. infirmitatibus igitur inuolutus, nō negligе hic Lazarum tuum, ne ex te faciat diuitem illic. Vos ciuitas magna, primi cum primis confestim, aut neq; in hoc morem geratis, exhibeatis uos mihi primos, non prauitate, sed uirtute: non dissolutos, sed rectè institutos. siquidem turpe est ciuitatibus dominari, uoluptatibus uerò superari: aut in alijs modestè agere, sed circa cursus equorum, & theatra, & stadia, & uenationes adeò insanire, tanquā talia uitam faciant: & ciuitatem ita ludis deditam esse, quæ prima sit inter ciuitates, quam & alijs exemplar esse totius boni conuenientissimum foret. hęc igitur contemnite, & Dei ciuitas eritis, manibus Domini depingemini, & assistetis nobiscum coram magno ciuitatis præfecto, splendidi splendidè. postea hoc uobis annunciabo, in ipso Christo Domino nostro: cui sit gloria, honor, potentia in secula, Amen.

Constantinopolis.

ORATIO DIVI GREGORII NAZIANZENI,

quum post ea quæ contra Maximum gesta fuerant reuerteretur ex agro: Bilibaldo Pircheimero interprete.

DEsiderabam uos ô filij, pariq; mensura desiderabar. credo etenim, si sermoni fidem adhibere oportet, næ per gloriationem uestram, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro. hanc enim iuramenti formulam, sanctus mihi fecit spiritus, quo erga uos mouemur, ut præparemus Domino populum supersubstantialem. Sanè fidem quanta sit cōsiderate. quod enim ad me pertinet, credo: quod uerò ad uos, dilato. nec mirum. quorum enim communis est spiritus, cōmunis est & affectus. quibus autē pati est æquale, illis etiā credere est æquale. nā qui nihil passus est, nec alij credere potest. qui autē patitur, ad assentiendū est prōptior, testis uisibilis, affectus inuisibilis: figurę alienæ, speculū peculiare. quapropter nequaq; à uobis longius discedere uolui, tametsi satis molestè & ægre ferrem, non solum quæ in ciuitatibus accidunt, ueluti timores, tumultus, fora, theatra, gulam, iniurias, impellentia & impulsa, offendentia & offensa, lugentes, gaudentes, nubentes, sepelientes, laudātes, blasphemantes, materiæ malicias, mundi concussiones, cum immutationibus undique uolubilibus, tanquam in euripo & flatibus: sed & magis iam ueneranda hæc, & honorabiliora: de ijs dico, quæ circa gradū hunc & sacram fiunt mensam, ubi nos dominari uidemur, & appropinquare Deo: timeo autem ne malè appropinquemus, & tanquam stipula igni, ignem nequaquam ferentes. uerùm enimuerò ad uos sum reuersus, ui quidem distractus, sponte uerò regressus, id'que promptissimè, ac pedibus spontaneis. quum ratio spiritus ita nos deduceret, & tanquam fluctus quidam in pronum nos impelleret. Sanè dies unus tota uita est hominis, ijs qui desiderio laborant. nam Iacob illud aliter mihi habere uidetur, qui annis quatuordecim,

cim, Laban Syro pro duabus seruiuit uirginibus, nec laborem sensit. erant enim illi, inquit, dies cuncti sicut dies unus, quia diligebat eas: forsitan quia in oculis erat id quod desiderabatur, etiamsi dilatio triste quid haberet. adeò id quod ad fruendum est expositum, imminuit desiderium. quemadmodum quidam ante nos dixit. Ego igitur quum apud uos agerem, minimè sentiebam affectum: quum uerò separatus essem, desiderium cognoui, tyrannum illum dulcem. nec nouum quid. si enim bubulcus adeò conqueritur, quum uitulus ab armento aberrauit: & pastor, quum ouis gregem dereliqui: aut auicula fœtum suum desiderat, quem nuper reliquerat: ut fistulas sumat, & in speculam quandam ascendat, ac tristitiæ inflet calamos, reuocet' que aberrantia tanquam rationabilia: & si exaudiunt, plus gaudet, quàm ob alia cuncta simul quorū curam non gerebat: auicula uerò cum stridore ad nidum aduolat, ac in stridentes incidit pullos, alisq; confouet: quanto maiori curæ, oues rationales idoneo pastori esse debent: præcipuè quum aliqualiter pro illis fuerit periclitatus. nam & id amori aliquid addit. ac ideo graues istos lupos timeo, ne tenebras obseruantes, gregem nostrum diripiant, sermonibus direptricijs & uiolentis. temporis enim opportunitatē quærunt, quoniam in aperto uires nullas habent. Timeo & latrones ac fures, ne atriū transcendāt, uel per impudentiam compilent, uel per deceptionem furentur, ut iugulent, occidant, ac perdant, rapientes rapinas, deuorantes animas, quemadmodum ex prophetis quidam inquit: Timeo & posticā, ne aliquis ex ijs qui heri ac pridie à nobis stabant, illam apertam inueniat, sicq; perinde ac domesticus ingrediatur, tanquam alienus uerò insidietur. multæ enim ac uariæ sunt insidiæ illius, qui hæc operatē: nec aliquis talis est architectus, ac tam uersipellis, quemadmodū sophista malitiæ, aduersarius ille. Timeo quoq;, quod canes iam uiolenter pastores esse contendant. quod mirum quidem est, quum nil habeant pastoralis præterquam ut comā præscindāt, quam malè produxerant. qui neq; canes permanent, nec pastores fiūt, excepto quòd dilaniant, discerpunt, ac laborem dissoluunt alienū. quoniā longè facilius est destruere, quàm conseruare. & homo quidem, inquit Iob, nascitur labore. fabricatur & nauis labore. per laborem etiam domus construitur. occidere uerò, uel dissoluere, aut incendere, unicuiq; est perfacile. Quapropter ne nunc quidem admodum gloriētur, qui canes in gregem instigare contendunt, qui nec unicam ouem ostendere possent quam congressent, uel saluassent. non enim benefacere didicerūt, qui scelera perpetrāt. si autem gregem perturbant, hoc & tempestas modica, hoc & morbus paruus, hoc & bestia unica subitò inuadens, facere potest. Desinant igitur qui ob propriam gloriantur ignominiā, ab improbitateq;, si saltem possunt, desinant: procidant, adorent, ac plorent coram Domino, qui fecit illos, & gregi se coniungant, qui non omnino immedicabiles existunt. hæc timidus ego & abstinens suadeo pastor, ac ob securitatem hanc non secus ac socordiam accusor. non enim sum ex pastoribus illis, qui lac deuorant, et uellеribus amiciūtur, & quod pingue est mactant, & laboris occidunt assiduitate, aut uendunt, ac dicunt: Benedictus Dominus, ditati sumus, quū se ipsos & nequaquam agnos pascant. si propheticæ uocis memor es, per quam illi pastores malos expellunt. sed illorum magis memor sis, qui cum Paulo dicere possunt, Quis languet, & ego non langueo? Quis scandalizatur, & ego nō cura ardeo? non quęro uestra, sed uos. Conflagraui cū æstuante in die, & cū frigescente in nocte alsi: uox est pastoris patriarchæ, licet nequaquam ouium insigniorum, & futuri torcularis curam gereret. Ita igitur & propter hęc acita se habentia uobis restiti. Postquam autem restiti, age rationem reddamus de ijs, quæ interim emendauimus. Quoniam bonum est nos censere, non ob uerba solum & opera, sed & omnis temporis & horæ ipsius minimæ ac breuissimæ momenta rationē nobis reddendam esse. Sanè uos mihi operationem uestram iactatis, ac ego in medium ponam, quæ cum memet

ipso

Universidad de Deusto
Biblioteca

pso meditans philosophatus sum, quam'nam contemplationem ex sublimioribus illis, aut à me acceptam obseruastis, aut à uobis ipsis attulistis, siue in theologia, siue in alijs doctrinis, qualia ego multa & sæpius uobis exhibui? siquidem non solum mutuum quæro, sed & usuram: non talentum solum, sed & lucrum, ne quis abscondat & infodiat id quod ei creditum est, & defraudet id quod ei mutuo datum est, tanquam paruum, quum interim aliena appetatis. Quam igitur operationem laudabilem, aut non siniſtrè sapientem fructuose attulistis, quo lux uestra coram hominibus luceret, & ex fructu arbor ostēderetur, & per discipulos magister cognosceretur. Sed dicet aliquis, qui uestra spectat: nam multi sunt, quidam ex bona uolūtate, alij autem ob curiositatem: quod Deus est in uobis, non solum prædicatus sed & adoratus. Quemadmodum enim nullum opus sine fide est approbatum, quoniam multi, gloriæ gratia, illi quod honestum est dant operam, aut etiam instinctu nature aliquid boni agunt: ita & fides sine operibus est mortua. ne quis uos decipiat inanibus uerbis, ex ijs qui promptè omnia concedunt propter unum nempe, ut impiè agatur in dogmatis, & mali operis mala persoluatur merces. Ostendite igitur ex operibus fidem, religionis uestræ fertilitatem, num in uanum laborauerimus? num manipuli uestri uim habeant ad faciendum farinam? & digni sint, ut reponantur, quo promptius uos excolamus? quis' nam fructum faciat centenarium, quis sexagenarium, quis demum uel tricenarium, at rursus num quis ex tricenario ad sexagenarium excrescat? siquidem ordinem hunc in Euangelijs habemus, qui in centenarium desinat, ut progrediens sicut Isaac, magnus fiat, procedens à uirtute in uirtutem, cantilenas decantans ascensionum, ascensionemq; in corde reponat. Sanè fructum quæro superabundantem ad rationem uestram. uestrum enim non meum est lucrum: immo & nostrum, quia uestrum, quum utilitas à uobis in nos redundet, tanquam in reuerberatione radiorum. Nunquid pauperes alitis? num peregrinos suscipitis? num sanctorum pedes lauatis? num delicioſe fluxo uiuitis uentri? detur enim. Num secūdum mandatum delicioſe agitis? quibus delicijs nil est melius, neq; stabilius ijs qui delicioſe agere uolunt. num quempiam ministrantium altari, & qui honestè pauper est (permittite enim mihi hoc dicere) pro uiribus alitis? quo illi indesinēter magis altari deseruiant, & uestra accipientes, sua repensent. quàm turpe est nos hæc expetere, & uos nequaquā exhibere. hæc non ideo admonui, quo tales erga me fiatis. melius est enim mihi mori, quàm gloriationem meam exinaniri: & ut Euangelium quod hic fructificaui, sine remuneratione perdam. siquidem Euangelizare necesse est, contentio uerò inutilis. sed ut uos discatis Christo benefacere, quum minimo alicui benefeceritis. quemadmodum enim omnia, sicut ego, excepto peccato, pro me factus est Christus: ita & minima quoq; mea in seipsum suscipit, quum domum impartiris, quum uestem, quum captiuum uisitas, quum ægrotantem inuisis. utilissimum etiam, quum potu frigido, solum refrigeras linguam sitientem. quemadmodum decuisset Lazari pauperis, à diuite qui in flamma laborabat, et presentibus delicijs præmium sumebat, quod Lazari inopiam & exulceratiorationem neglexisset, ut in alio seculo Lazari ope indigeret, & uoti compos non fieret. Quæ igitur à uobis exigimus, hæc sunt: quæ si feceritis, scio quòd non erubescitis, neque à nobis rationem postulabitis, neque in nouissimo die in qua cuncta nostra congregabuntur, secundum ut dictum est, Et ego ueniam, ut cogitationes & opera uestra congregem. &, Ecce homo, & opus ipsius, & præmium eius cum eo. Et hæc sunt nostra, quæ uobis à solitudine offero. Postquam & Helias suauiter philosophatus est Carmelo, & Ioannes eremo, & Iesus ipse, opera quidem turbis, preces autem ocio & solitudini. qui plurima mei causa lege sanciuit, ut arbitror, quia oportebat aliqualiter quiescere, & sincerè communicare Deo, ac mentem parumper reducere ab erroribus. ipse enim nequaquam indigebat secessione: nihil enim

enim in se habebat quod emendaret, quum Deus esset, & omnia impleret: sed ut nos discceremus, & operationis tempus, & negocia sublimiora. Quæ sunt igitur solitudinis? Vellem enim tanquam bonus mercator, & ubiq; lucri cupidus, & hic quoq; uobis mercis aliquid afferre. Deambulabam ociosus in litore, inclinate iam die. cōsueui enim semper curas talibus dissoluere remissionibus. Nam nec arcus sufferre potest, ut assiduè intendatur, sed indiget ut parumper quandoq; laxetur, si rursus usui esse debeat, & nequaq; inutilis sagittario in tempore necessitatis. deambulabā igitur, & pedes me ferebant, aspectus uerò ad mare dirigebatur. erat autem spectaculum illud nequaquam iucundum, licet aliàs sit gratissimum, quum trāquillum est & purpurascit, leuiterq; ac placidè litoribus alludit. Sed quid hoc erat? dicam enim lubens uerbis scripturæ. uento magno flante, insurgebat mare & fluctuabat. undæ autem quemadmodū in similibus fieri solet, partim à lōgè in tumescebant, ac paulatim attollebantur, inde confractæ litoribus illidebantur. aliæ autem proximis impactæ scopulis, ac repulsæ, in spumam' que uersæ, leuitate sua in altum iactabātur. tum conchæ, & phucus marinus, necnon ex ostreis leuissima quæq; nunc expellebant, & eijciebantur: nunc uerò rursus resorbebantur, quum unda rediret. at quædam immobilia erant & firma, nihilq; perpetiebantur, nec perturbabantur, præterquam quod undis tundebantur. hinc ego ad philosophiæ utilitatem aliquid desumpsi, & quē admodum cuncta mecum expendere soleo, ac præcipuè quum mihi à negocijs contingit ocium, ita & tum mihi euenit. siquidem non inane fuit spectaculum illud, sed uisio ista facta est mihi institutio. Nónne igitur dicebā, Mare uita nostra est: humana enim multū salsi ac instabilitatis habent. uenti autem sunt tentationes incidentes, & quæ inexpectatè eueniunt. quod mihi & admirandus ille Dauid cognouisse uidetur, dum ait: Salua me Domine, quoniam ingressæ sunt aquæ usque ad animam meam. & libera me à profundo aquarum. & perueni ad imum maris, ac tempestas me submersit. ex ijs autem quæ tentabantur, quædam mihi ostrearum demortuarum testæ leuissimæ uidebantur, quæ flatu hinc inde iactarentur. & nil omnino tentationibus resistebant. non enim in seipsis robur habebant, & grauitatem consilij sapientis, quibus aduersitatibus resistere possent incidentibus. quidam autem uidebātur petra, petra illa digni, supra quam firmati sumus, & cui seruimus: quicunque sapienti usi ratione, & multorum exuperantes humilitatem omnia tolerant, constanter & inconcusse, derident que eos, uel miserentur eorum qui concutiuntur: hoc quidem propter sapientiam, illud autem propter humanitatem. ipsi autem inter turpia ponunt, absentia mala contemnere, seu potius non timenda esse, præsentia uerò inculpare. & quæ' nam ex his? transitoria nempe, non secus ac stabilia. & extra tempus philosophari, at in necessitatibus omni carere prudentia. Quemadmodum si quis se optimum censeat athletam, quum tamen nunquam in stadium descenderit: aut gubernatorem eximium, qui in tranquillitate multum de arte gloriatur, in tempestate autē gubernacula relinquit. Cæterùm postquam semel in hos incidi sermones, ad aliam quoq; deueni similitudinem, admodum rebus præsentibus conuenientem. forsitan me senem & fabulæ narratorem existimatis, licet illam uobis explanauerim: sed parcendū mihi puto, quum sciam scripturam sæpius ad demonstrationem manifestiorem talibus uti. Arbor quædam est fabulosa, quæ excisa magis germinat, & contra ferrum decertat. & si quid mirabilius in re mirabiliori dicere oportet, morte uiuit, & abscisa pullulat, necnon consumpta augetur. hæc referunt fabulæ, & arbusti illius natura talis est. mihi autem manifestè uidetur, tale quid philosophum esse, qui per afflictiones claresçit, & ex grauibus materiam facit uirtutis, ac in aduersis gloriatur, nec dextris iustitiæ armis extollitur, nec siniſtris deprimitur: sed semper ille idem, licet non eisdem permanet, tanquam aurum in fornace igne examinatum. Proinde ita considere

Universidad de Deusto
Biblioteca

remus: si quis generosus est, sanguinis etiam nobilitatem ostendit, quo dupliciter nobilis appareat, & natalibus, & uirtutib. si uerò ignobilis secundū stemmata, & lutum hoc ex quo facti sumus, si saltem lutum multum differt à luto: splendidam opponit actionem, & quam unusquisq; sibi ipsi uel ad melius, uel deterius fingit. Aliam uerò nobilitatem quæ statuis insculpitur, aut per generationem seritur, tāquam adulterinā aut precij nullius paruipēdit. Triplex enim genus est. primū quod ex supernis hausimus, quo omnes æqualiter nobiles sumus. quoniā secundū imaginem Dei sumus facti. aliud genus à carne exordiū sumit, quāuis haud sciam, nū quis eo nobilis esse possit, quum sit corruptioni subiectum. tertium genus est, quod à prauitate, aut uirtute initium sumit, de quo plus aut minus participamus, secūdum quod, ut arbitror, plus imaginem puram custodimus, aut corrumpimus. Hanc nobilitatem unusquisq; uerè sapiens, & philosophus amabit. Quartum uerò genus, quod per literas fit & edicta, tum precio dignum censebo, quum & pulchritudinem, quæ in coloribus est, suscipiam. Simiamq; uenerabor, quū leo esse iubebitur. Sanè si quis iuuenis est, animi affectibus uiriliter resistat, & in hoc sua fruatur iuuentute, ne quid iuuenile patiatur, sed senilem prudentiam in uigente ostendat corpore. & plus uictoria gaudebit, quàm si in Olympiaco coronaretur certamine. in communi enim orbis theatro uincet uictoria innocenti. Porrò si quis in seniū uergit, nequaquam tamen anima senescat, suscipiat dissolutionem, tanquam præscriptum, necessariæ libertatis diem. Placidè ad reliqua pergat, ubi nemo amplius intempestiuus est, uel senex, sed omnes spiritali ætate perfecti. Quod si pulchritudinē quis nactus est, pulchritudini pulchritudinem addat, animæ nempe corporis. quod si flos pertransijt inoffense, uergit ad seipsum, neque nouit an sit uisus turpis aspectu, pulcher uerò recessu, non secus ac rosa odora in calice suo recondita, redolet etiam si non amplius floreat. Siquidem uera pulchritudo apud filios hominum, nullo unquam tempore ab extra se spectandam præbet, uerùm obtutū ad internū flectit hominem. Quod si quis bona est ualetudine, sanitate ad optima utatur: admoneat uerbis, redarguat, fiducialiter agat, uigilet, humidormitet, iciunet, materiā extenuet, terrestria & cœlestia speculetur, omni studio mortem meditetur. Si uerò aliquis ęgrotat, pugnet: quod si succūbit, uincat, & assequatur ne amplius pugnet. Si uerò diues est aliquis, à diuitijs philosophari incipiat, distribuat indigentibus de ijs quæ possidet tanquam aliorum dispensator: quo illis ob distributionem bene eueniat: ipse uerò ad Deum subleuetur, nihil præter crucem & corpus possidens. Quod si pauper est, in Deo sit diues, & ut diuites rideat, quod semper acquirunt, semper tamen egent: ideo nempe, quòd plus indigent, ac ita bibunt ut plus sitiant. Esurit quis, cum uolatilibus pascatur, qui uitam sine semine & aratro agunt. cum Helia apud mulierem uiuet Sareptanam, ubi uasculum olei non deficiet, nec hydria farinæ minuetur, sed hoc semper fluet, hæc autem coletur abundātius, quo uidua honoretur hospitalis, nutriátque nutrientē. Sitit aliquis, fontes habet & flumina, potū haud inebriātem, nec qui mēsuratur, etiam si cuncta ob ariditatē deficiant. Porrò si quis alget, hoc & Paulo accidit. sed quousq;? est aliquid & petræ indumentum. de qua re tibi Iob fidem faciat, dum ait: Quia amictum non habebant, petra amicie bātur. quin & perfectiora mihi considera. maledicitur alicui, in hoc uincat, ne ipse remaledicat: persequutionem patitur, toleret: blasphemia impetitus, deprecetur: calumniā sustinet, oret: in dextra gena percussus, sinistram præbeat. quod si tertia supereſſet, & illa offerri deberet, quo magis percutientem longanimem esse doceat, opere instruens quod sermone est impossibile. Exprobrabit quis? hoc & Christo accidit. honoretur ergo ignominię cōmunicatione, etiam si audit quod Samaritanus sit, etiam si dęmone obsessus dicatur, omnia cum Deo suscipiantur. siquidē multa adhuc desunt, etiam si multa patiatur. acetū, fel, corona spinea, sceptrum ex calamo, chlamys coccinea,

nea, crux, claui, latrones unà cruci affixi, prætereuntiū illusio: Deum enim plus habere oportet, in eo q̄d plus fert ignominiæ. nihil philosophia est inexpugnabilius, nihil quod minus lędi queat: omnia prius cedūt q̄; philosophus. Onager est in deserto, ait Iob, ociosus & liber, ciuitatis irridens multitudinē, exactoris tributi inculpationē nequaquā audiens. Monoceros est animal liberū, si uoluerit tibi seruiet, siue eum ad prędepe alligaueris, seu sub iugū miseris. Quod si ab omnibus quę in terra sunt excludatur, adaptat sibi alas, aquilæ instar, & conuertit se ad domum illius qui fecit eum, & ad Deū aspirat. Dicā & summatim quid. Duo sunt insuperabilia, Deus, & angelus: tertium uerò philosophus, immaterialis in materia, in corpore incircunscriptus, in terra cœlestis, in passionibus passionū expers. in omnibus cedit, prętereq; prudentia: uincit uincentes, & eos qui se uincere putant. Proinde postquàm sermo noster philosophum descripsit, inde initium sumens, unde dicebā, Age, & nos ab his nostra expendamus: nam & ego spiritū Dei habere uideor, & si alicui horum uulnerabilis & comprehensibilis esse cēseor: ut si ij qui nos odio habent, & oppugnant, inueniant succumbentē: conatui tamen, & si non professioni ignoscant: si uerò meliorem pugnātibus & sublimiorem, aut prauitatē abijciāt, aut uiam magis nouam maliciæ excogitent, præsentemq; hanc contemnant: & nequaquā præter prauitatem & stultitiam etiam criminentur, tanquam in uanum peruerse agentes: & neq; in hoc cui maximè student offendere scientes: quid enim obmitterēt, quos omnia audere uidemus, in quo homo hominē offendere posset? Imperitū uocant: at ego unam sapientiā esse scio, timere Deū: siquidem, initium sapientiæ, timor Domini est. & finis uerbi, totum audi, Deum time. Hæc Salomon sapientissimus. Ostendant igitur me absq; timore esse, & uincant. Aliam autem sapiētiam partim negligere, partim uerò adipisci opto. sed & spero, spiritui confidens. Sed paupertatem, diuitias meas, mihi exprobrant. Sed utinam & pannos hos attritos exuere possem, quo nudus uitę huius spinas effugerem. Vtinā & citò fragile hoc corporis deponā indumentum, quo accipiam leuius. Patria extorrem uocant, quàm abiectè de nobis sentiūt. Vere iniurij & osores hospitum, siquidem, heus uos. patria mihi est circunscripta, omnis patria, & nulla: tu autē nónne peregrinus es & aduena? nequaquam tuam laudo habitationē, si ita sentis: timendum enim ne uera excidas patria, ad quam nostræ ciuilitatis spem reponere oportet. Senectutem aūt & malā ualetudinem nobis exprobrare noli: non totū hoc materię est, & naturæ. Nam, ut aliquid ex meis noscas secretis, est adhuc aliquid quod cogitatio expendit, ut parumper etiam glorier, neq; tu tam obesus, & carniuorus suaue es spectaculum: utinam & te quoq; canicies commendaret, & pallor, quo prudēs esse credereris & philosophus. Et quid plus? A' thronis quibusdam deturbant: sed ab illis, ad quos libenter uel nunc, uel prius ascendi: beatos autem censeo eos qui ascenderunt: tu autem mihi illos suaues facis, cū tu tam indignè ascendis. nónne pridiè in ijs quæ acciderunt, meā uobis opinionem ostendi? aut illa erāt deliciæ, & desiderij experimentū? artifices dolosi, omnia sua de alijs propria suspicantur & dicunt. quid autem contritio? quid execrationes? quas publice aduersus nos ipsos fecimus? quid autem lachrymæ? & ut nobis fieremus miserabiles. sed & paulo minus odiosi, ppter concertationes. præsidentia nos priuant, q̄; olim prudens quis mirabatur: nunc autem, quemadmodum mihi uidetur, fugere præcipui est intellectus, propter eam enim cuncta nostra agitatis & perturbatis, propter eam fures orbis in suspicione sunt & bello quodam stolido, & quod nec nomen habet. propter eam periculum nobis imminet, ne inter homines connumeremur, quamuis à Deo simus creati, & magnum & commune nomē amittamus: ita ut satius foret, ne præsidentia unquam fuisset, nec loci prędeminētia, nomen'que tyrannicum, & à uirtute sola cognosceremur. Nunc uerò dextrum illud, & sinistrum, & medium, & sublimius, & humilius, & præcessio

Universidad de Deusto
Biblioteca

uel ſimulatio, nónne multā fecit cōtritionem inaniter, ac multos in foueam impulit, & in ſiniſtram hœdorum manum abduxit? non ex inferioribus ſolum, ſed etiam ex paſtoribus, qui cum doctores eſſent in Iſrael, hæc ignorarunt? Ab altaribus nos excludunt. ſed ego aliud noui altare, cuius typum gerunt, quæ nunc uidentur. ſuper quo nec aſcia, nec manus aſcendit, neq; quod ferrum audiuit, neq; aliquid arte fabricatum aut uarium. Sed totum opus mentis eſt, & contemplationis aſcenſus. Illi aſtabo. ibi offeram acceptabilia, & hoſtiam, & oblationes, & holocauſtomata, longè meliora q̄ quæ nunc offeruntur, quantum ueritas melior eſt quàm umbra: de quo & Dauid ille magnus mihi philoſophari uidetur, dum ait, Et introibo ad altare Dei: qui ſpiritalem meam lætificat iuuentutem. ab hoc altari nec omnis mihi inſidians auellet. Sed à ciuitate depellent. uerùm non ab ea quæ in ſupernis eſt. Verùm hoc agant qui nos oderunt, & aſsiduè oppugnāt, donec autem non poſſunt, aquæ nos aſpergant guttis, ſeu aura uerberent, aut in ſomnijs ludant: ita ego illorum uidebo bellum. Sed pecunijs ſpoliabunt. Verum quibus? ſi meis, alas mihi incident, quas nequaquam habeo. ſi uerò eccleſiæ, hoc utiq; eſt pro quo omne bellum. propter hoc & fur loculorum indignatur, & Deum potentiſſimum triginta prodit argēteis. tanto precio nequaquam proditus, ſed proditor dignus erat. Verùm domus occludent, alimenta abſcindent, amicos abalienabant. admodum enim multos ut cernis degrauauimus. qui ultro etiā accerſunt. non enim ingrati erimus. quod ſi etiam degrauamus, parcendum eſt magis quàm addendum. huius rei cauſa eſt, domus quædam pia & Deo chara nos pauit, qualis Heliſæum Sunamitidis. cognatorum corpus eſt, cognatorum ſpiritus, omnia liberaliter. à quibus & populus iſte inſtituitur, ſuffurans adhuc pietatem perſequutam, non ſine timore & periculo. rependat ei Deus in die retributionis. Delicias autem ſi ſequimur, delicias è nobis capiant, qui nos perſequūtur. non enim aliud quid maius mihi imprecabor. Amici autem nil mali patientes, rectè ſcio, nos effugient. hoc enim pariter iniuria afficere & unà dolere fecit. Verùm iam pridem aſſueti ſumus, ut ab his deſpecti, eorum feramus ſuperbiā. Nam ex amicis meis & proximis aliqui manifeſtè aduerſus me appropinquauerunt: alij autem qui erant humaniſſimi, à longè ſteterunt, & in nocte hac omnes ſcandalum ſunt paſſi: ſed parum aberat, quin & Petrus me abnegaret. & forſitan nec amarè fleret, quo peccatum curaret. ſolus ego audax & confidentiæ plenus, ut uidetur ſolus, bene ſperans in terribilibus: ſolus tolerans & publica præponens, & propria deſpiciens, & ortui & occaſui pugnando cognitus. Proh deſperatio. ſi cōſiſtent aduerſum me caſtra, non timebit cor meum: ſi inſurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo, tātum abeſt ut exiſtimem timendū eſſe aliquid ex præſentibus, ut intermiſſis proprijs, deplorem eos qui me offēdunt olim membra Chriſti, membra mihi honoranda. etiā ſi nunc ſint corrupta, membra huius paſcuæ, quæ amiſi paulominus, quàm collegi. quomodo diſtracta eſtis, & diſtraxiſtis, tanquam iuuencæ è uinculis laxatæ, quomodo altare cōtra altare erigitis? quomodo facti eſtis in deſolationem repentè? quomodo & uos ipſi mortificati eſtis inciſione, nosq; dolere feciſtis? quomodo ſimplicitate paſtorū in gregis diſſolutionem abuſi eſtis? non enim illos ob inexperientiam inculpabo, ſed uos ob prauitatem incuſabo. perditioni tuæ Iſrael quis ſubueniet? quo'nam pharmaco utar conglutinatiuo? quibus alligaturis? quomodo cōiungā diſſidentiā? quibus lachrymis? quib. ſermonibus? quibus orationibus curabo id quod eſt attritum? forſitan hoc modo. Trinitas ſancta, manſueta, & perfecta, ac rectè à nobis copulata ac uenerata. tuum eſt hoc opus, tuaq; emendatio. tu nobis iſtos reſtitue, in tantū diſtantes quod ſeparationē unitatem eſſe doceāt. & nobis ob labores hos retribue cœleſtia, & ſeditione carentia. ſed & quod præcipuū eſt & maximū, ut te perfectiorē & puriorem

puriorem deprehendant. Quomodo tu ipſa & unitas eſſe noſceris, & trinitas inueniris, quomodo ingenitū, & genitum, & procedens, una ſit natura, tres proprietates, unus Deus, ſuper omnes, & per omnes, & in omnib. neq; præponendus, neq; poſtponēdus, nec diminuendus, neq; inciſus: hoc quidē nuper deprehenſus, hoc uerò inquiſitus, forſitan aliquando quantus exiſtas deprehenderis, ab ijs qui te hic bene quærunt, per uitam & contemplationem, tibi ſit omnis gloria, honor, & poteſtas in ſecula, Amen.

ORATIO BEATI GREGORII NAZIANZENI

habita in præſentia epiſcoporum centum quinquaginta: Bilibaldo Pircheimero interprete.

QVomodo uobis paſtores chari, & compaſtores, quorum pedes frugiferi ſunt, & qui annūciatis pacem, & bona cum quibus adueniſtis, res placent noſtræ? opportunè autē hoc tempore ueniſtis, non ut oues errantes reducatis. ſed ut paſtorem peregrinū conſideretis, quemadmodū ſe habeat peregrinatio noſtra & quis nam illius fructus, ſeu potius ſpiritus qui in nobis eſt, cui ſemper cōmunicatis, & nunc cōmunicamus, nihil proprij habere deſiderantes, nec fortè habentes. igitur inter uos ipſos perpendatis, & diſcatis, cenſoreſq; ſitis rerum noſtrarū meliores, num oporteat, ut quemadmodū, quum in administratione rei militaris, ſeu præfectura populari, aut diſpenſatione domeſtica pecuniarum exigitur ratio, ita nos quoq; publicè illam reddere, ob ea propter quæ accuſamur. haud enim uerecundamur, ſi iudicati fuerimus, quoniā pro parte etiā iudicamus, & ambo hæc cum eadem dilectione, quæ lex uetuſta eſt. Nam & Paulus non ideo Euangeliū apoſtolis communicauit, ut contenderetur, cum contentio ab omni ſpiritu bono ſit remota, ſed ut firmaretur id quod emendatum erat, aut emendaretur quod emendatione indigebat. ſaltem tale quid erat in ijs quæ ab eo dicebantur uel fiebant, quē admodum ipſe oſtendit, de ſeipſo ſcribens. Quoniam & ſpiritus prophetarum prophetis ſubijcit, ſecundum diſciplinam ſpiritus, qui cuncta bene diſpenſat & diuidit. Si hæc autem illius, & quorundam ſunt propria, ego uerò publicè & omnibus rationem reddo, mirari nolite. potius enim utilitatē ex argumentorum libertate capere uolo, quemadmodū & ille, quàm ut uidear deficere, in eo quod decet, ne fortè in uanum curro, aut curram. nec aliter me excuſabo, quàm quod ſermonem per ſpecies diuidam. Quæ igitur excuſatio mea eſt? ſi falſa, reprehendite: ſi uera, teſtimonium præbete his de quibus eſt ſermo. Vos enim mihi & defenſio, & teſtes, & gloriationis eſtis corona, ut & ego quid ex Apoſtoli dictis iuueniliter uſurpare audeā. Ouile hoc aliquando paruum fuit & imperfectum, quantum pertinebat ad uilibilia. ſed nec ouile erat, uerùm parui ouilis ueſtigium, & reſiduum, inordinatum, Epiſcopo caſſum, & indefinitum: nec paſcua habens libera, neq; caulam. errabat in montibus & ſpeluncis, ac cauernis terræ, cum aliud aliter eſſet diſperſum & ſegregatum, ſicut unicuiq; contingebat, tectum, aut paſtū, propriam' ue ſuffurās ſalutem. quemadmodum ouile illud quod leones expellunt, aut tempeſtas diſſoluit, aut tenebræ diſijciunt. quemadmodum deplorant prophetæ, dum calamitates tales populo æquipararant Iſraelitico, quum traderetur gentibus. Deplorauimus & nos ea quæ luctu digna duximus, cum expelleremur, & abijciebamur ad omnem montem & collem, ſicut paſtor errans in eremo. & hyems quædam mala eccleſiam detinebat, ac feræ potentes graſſabantur, quæ ne nunc quidem poſt tranquillitatem redditam nobis parcunt, ſed ſine pudore, tempore etiam ſunt uiolentiores. ac triſtis quædam caligo omnia occupauerat, & obtexerat, multum nona Aegyptiaca plaga grauior: de caligine loquor quæ tangi poterat, propter quā parū aberat, quin inter nos nec cernere potuiſſemus, & ut aliquid maiori cō paſsione dignum dicam, tanquam patri nos tradenti conſilus: Abraham non cognouit nos, & Iſrael non cognouit nos. Sed tu pater noſter es, & ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

te aſpicimus, præter te alium non cognoſcimus, nomen tuum nominamus, propter illud excuſabo. Sed & iudicia loquar ad te, inquit Hieremias, facti ſumus tanquam ab initio, quum non coercebas nos, & latebat nos teſtamentum tuum ſanctum, & abſtuliſti à nobis miſericordiam tuam. propterea facti ſumus opprobrium dilecto tuo, nos trinitatis adoratores, perfectæ deitatis profugi perfecti, & qui nihil ſuper nos acceptum nobis ferre audemus. neq; tantum ſicut impiè & Deo pugnantes, attolli linguis, ut dominationem faciamus cõſeruam. ſed traditi ſumus propter alia peccata noſtra, & quia nequaquam dignè ad mandata tua conuerſi ſumus: quia poſt malas noſtras ambulauimus cogitationes. propter quid enim aliud traditi eſſemus, uiris iniquiſſimis & peſſimis, ultra omnes qui habitant orbem terrarum? Ex quibus, primus Nabuchodonoſor nos oppreſſit, qui cum Chriſto contra Chriſtum inſaniuit, & propterea Chriſtum odio habuit, quoniã per ipſum ſaluatus fuerat, & pro ſacris libris impia ſuſcepit ſacrificia. comediſſet me, diuiſiſſet me, abſcondiſſet me caligo tenuis, ne & flens quoq; à ſcriptura diſcedam, niſi Dominus ſuecurriſſet mihi, & ipſum iuſtè manibus dediſſet iniuſtorum, ad Perſasq; ablegaſſet. qualia Dei ſunt iudicia? & ſuper ſanguinem iniuſtum, ſanguis effuſus eſt iuſtè, quum hic ſolum non amplius ultio cunctaretur diuina. parum enim abfuit, quin anima mea in inferno habitaret. Cęterùm nec ſecundus illo humanior fuit, ſi non grauior etiam. & tanto magis, quia Chriſti præ ſe nomen ferens, Chriſtum mentiebatur, erátque Chriſtianis opprobrium: quibus & facere impium erat, & pati inglorioſum: quoniam in re nulla iniuriam pati uidebantur. neque magnificum martyrij nomen adipiſci poterant, ſed & hic ſuffurabatur ueritatem, quod Chriſtiani paterentur, & tamen ſicut impij corriperentur. Heu in quantis malis uerſati ſumus, quoniam ignis deuorauit ſpecioſa orbis. reliqua depaſta eſt locuſta, & reliquias locuſtę deuorauit erugo. inde & bruchus, ac inde neſcio quid præter hęc, ſemper aliud ſuper aliud pullulans malum. quis temporis illius ærumnas cunctas, & quæ tunc nos comprehenderunt enumerare poſſet? ſiue id exactionem uocare oportet, ſiue probationem, ſiue examinationem, excepto eo quod tranſiuimus per ignẽ et aquam, & peruenimus ad requiem, bona eius uoluntate qui nos ſaluauit. Sed ut redeam unde me impetus abſtulerat, ruſculum hoc aliquando paruulum erat & pauperculum, & nondum pietatis ſeminibus & doctrinis excultum. ſicut Deus totum hunc mũdum excoluit. ſed nec pauperis alicuius erat egeni, uel medioeris, ut uidetur. imò nec colebatur totum. nec horrea uel aliud tale habebat nec falce dignum, nec cumulo: neque manipulos paruos, ſed immaturos. & qualia ſunt reiectamẽta, quæ nec manum implent metentis, nec quæ prętereuntium prouocarent benedictionem. Nunc uerò tale nobis rus eſt, talis & meſsis. magnum quidem, & ſegete egregium, pingue quoq; contẽplatori occultorum, & tali agricola dignum, multa animarum armans milia: rectè uerbo excultum, nõ tamen multis cognitum, nec ſubitò in unum congregatum, ſed paulatim collectum, ſicut calamus tempore meſsis: & ſicut racemus in uindemia, cum non ſupereſt uua. ſed & hæc mihi addenda uidentur, admodum que opportunè. tanquam ſpeculatorem in eremo inueni Iſrael. & ſicut acinum unum, aut alterum maturum, in racemo immaturo: benedictionem quidem Domini cuſtoditam, & primitias cõſecratas, excepto adhuc pauco & raro, & quod nequaquam implet os comedentis, & ſicut ſignum ſuper colle, & ſicut nauis malum ſuper mõte, ſeu aliud quid ſingulare, & quod non à multis eſt contemplabile. & hæc prioris ſuere paupertatis & triſtitiæ. Poſtquam autem Deus depauperans & ditans, mortificans & uiuificans, qui facit omnia, & prępărat ſolum uoluntate, qui facit ex nocte diem, ex hyeme uer, ex tempeſtate tranquillitatem, ex terræ ſiccitate humiditatem: & hoc ſępius ob unius iuſti preces, qui multam etiam patitur perſequutionẽ. Qui manſuetos tollit in altum, peccatores autem ad terram uſq;

Inliciens

Valens

uſq; humiliat: illud ad ſeipſum dixit: Videns uidi afflictionem Iſrael, & non addent ultrà, ut luto & lateribus illũ affligant. & dicens cõſiderauit, & conſiderans ſaluauit, & eduxit populum ſuum in manu forti, & brachio excelſo. In manu Moſis & Aaron dilectorum ſuorum. quid fit? & quæ miracula perpetrantur? ea nempe quæ libri referunt, & memoria conſeruat. nam ultra illa in uia facta, & ſtrepitum magnum, ſuccinctius quid dicam. Ioſeph ſolus in Aegyptum eſt delatus. & paulo poſt ſexaginta myriades ex Aegypto ſunt reuerſæ. quid hac re mirabilius? ſeu maius diuinę magnitudinis teſtimonium, quàm ex rebus fermè impoſsibilibus facere poſsibilia? & ut terra promiſsionis hæreditate poſſideretur, propter unum qui odio habitus fuerat. qui enim uenditus erat genti alienę, in gentem excreſcit magnã, & parua illa propago uinea fit ſpecioſa: & tanta, ut flumina tranſcendat, et extẽdatur uſq; ad mare, ex terminis dilatata in terminos, cuius gloria montiũ cõtegit excelſa, attolliturq; ſupra cedros. & hæc ſunt miracula Dei. ſed ut montes & cedros omittamus, talis olim erat grex iſte: nũc uerò ita obediens & dilatatus. & licet olim non eſſet populus, in talem tamen paulatim auctus eſt numerum: prophetizo autem quod plus augebitur. hoc enim mihi ſanctus ſpõdet ſpiritus, ſi quid in me eſt propheticum, et ego futura cerno: ſed & ob prȩcedentia confido. & tanquam uerbi collactaneus, futura intellectu deprehendo. longè magis enim mirandum eſt, quod ex tam paruo numero, adeò aucta ſit, quàm quod nunc in ſummum ueniat ſplendorem. Ex quo enim cœpit congregari, ab eo qui uiuificat mortuos, oſſaq; ad oſſa conſuncta ſunt, & harmonia ad harmoniam, & aridis datus eſt ſpiritus uitæ, & renaſcentiæ, rectè ſcio quod uniuerſa impleri oportet reſurrectio. ne extollantur in ſemetipſis. irritatores, & umbram amplectentes, aut è ſomno ſuſcitati, ſeu auras ſpirantes, uel nauis ueſtigia per undas aliquid habere putent. Vlulauit pinus, quoniam cecidit cedrus: aliorũ erudiantur malis, et diſcant, quod non in finem uſq; opprimetur pauper. neq; deitas detruncata & diuiſa ſuſtinebit: ne in exceſſu, quemadmodum Abacuc inquit, detruncentur capita potentum. noſtis id quod imperat, & cui imperatur: ac quomodo potiſsimum deitas iniuria afficiatur, difracta, conditurąq; pari deitatis degrauetur honore. Videor & mihi hanc uocẽ audire ab eo qui in unum colligit diſperſos, & ſuſcipit oppreſſos. dilatabo adhuc terminos tuos, ac illos extendam in dexteram & ſiniſtram, ac caulam tuam, inquit, firmabo. ego te tradidi, & ego tibi ſuccurram. In ira parumper te percuſsi, et in miſericordia æterna, glorificabo te. Maior menſura eſt clementiæ quàm menſura emendationis, illa propter malitiam, hæc uerò propter trinitatem adoratam: illa propter purgationem, iſta autem propter meam gloriam. qui glorificio glorificantes, & ad æmulationem prouoco æmulantes. Ecce hæc à me ſunt obſignata, & hęc eſt retributionis lex indiſſolubilis. tu uerò mihi recenſe parietes, & incruſtationes, & calculum ornatum, & curſus longos, & recurſus, & auro ſplende, & circumſplende. hunc quidem ut aquam ſeminaſti, illud autem ut arenam collegiſti, ignorans quòd melior eſt manifeſta fides, quàm impietas multiplex, & plures ſunt Deo tres collecti in nomine Domini, quàm multi negantes diuinitatem: ſi ſaltem unum Abraham, omnimini, quàm multi negantes diuinitatem: ſi ſaltem unum Abraham, omnibus præponere uolueris Chananæis, & unum Lot omnibus Sodomitis, & Madianitis Moyſen peregrinum & exulẽ. quid autem trecẽti illi, qui cum Gedeone deprehenſi fuere? nónne milibus multis qui reuerſi ſunt præferendi erunt? quid uernaculi Abraham, qui paulo plures illis erant? multos tamen reges, & exercitum tam copioſum perſequuti ſunt, & in fugam uerterunt, licet numero eſſent pauci. Illud autẽ quomodo noſtis? quod ſi fiet numerus filiorum Iſrael tãquam harena maris, reliquiũ ſaluabitur. quid autem hoc? Reſeruaui mihi ſeptem milia uirorum, qui non incuruauerunt genua ſua coram Baal. nónne ita ſe res habet? non ne nequaquam in plurimis

Universidad de Deusto
Biblioteca

clarescit Deus. Tu mihi numeras myriades, Deus autem saluandos. & tu quidem immensitatem terræ, ego autem uasa electionis. nihil enim Deo tam magnificum, sicut sermo depuratus, & anima perfecta in doctrinis ueritatis. Quid enim dignum est factori omnium? & apud quem omnia, & in quem omnia? dare aliquid & offerre Deo, nequaquam unius manus opus est, aut substantię. sed nec si quis uniuersam opulentiam humanam aut copiam in unum conferret, illum honorare posset. Nónne cœlum & terram ego impleo? dicit Dominus. & qualem domum mihi ædificabis? aut quis mihi locus erit ad requiem? Proinde postquàm necesse est à dignitate aberrare: quod secundum est, à uobis pietatem peto, diuitias mihi communes & condignas: quibus fortè ualde diuitem superat, admodum pauper, si est magnanimus. siquidem contentio talis professionis est, & nequaquam abundantiæ. Hæc enim, ut sciatis, è manu uestra accipiam. aulam meam conculcare, ne addatis. sed calcabunt eam pedes mansuetorum, cognoscentium me, & uerbum meum unigenitum, & spiritum sanctum, sanè, & legitimè, donec hæreditate acceperint montem meum sanctum, ad tempus arca apud alienigenas. nunc autem parumper delicioſi sitis in alienis, & fruimini uoluntate. quia quemadmodum me reijcere deliberatis, ita & ego abijciam uos, ait Dominus dominator omnium. hæc mihi uisus sum à Domino audire dicente, & scire faciente: & ultra hæc etiam, Deum, ad populum clamantem, qui ex pauco factus est iam multus, & satis ex dispersо collectus, ac forsitan ob misericordiam non amplius inuidiæ obnoxius. transite per portas meas, & dilatemini, ne semper laboretis habitantes in tentorijs, nec super uos affligentes gaudeant. ad angelos uerò præsidentes ait: credo enim alios alijs præesse ecclesijs, quemadmodum me Ioannes in Apocalypsi docet: Viam facite populo meo, & lapides è uia proijciatis, quo nihil sit populo impedimento, neq; offendiculo in itinere & introitu diuino, nunc quidem ad manufactã, paulo pòst uerò ad Hierusalẽ supernam, & sancta sanctorum, quæ ibi sunt, & quę finem tãdem esse scio ærumnarũ præsentium & anxietatum, ijs qui bene incedunt. Inter quos & uos estis uocati sancti, populus acceptus, sacerdotium regale, funiculus Domini fortissimus. à stilla fluuius totus, à scintilla lampas cœlestis, ex grano sylua arborum, super quibus requiescunt uolatilia. Tale donum uobis offerimus pastores chari, tales adducimus, talibus nostros excipimus amicos, & hospites, & comperegrinos. nihil his pulchrius aut splẽdidius, uobis offerre possumus, etiam si ea quæramus quæ maxima habemus, quo sciatis nos peregrinos esse, sed non indigentes: uerùm pauperes, multis autem ditantes. hæc si parua sunt & momenti nullius, audire uolo quę nam sint maiora, & pretiosiora. Si enim ciuitatem, orbis oculum, terra et mari fortissimam, et quasi ortus et occasus uinculum indesinens: in quam undiq; summa concurrunt, & unde incipitur tanquam ex emporio quodam fidei communi: si hanc inquam, sæpe firmatis & stabilitis sermonibus, hominum non magnorũ, tot præcipuè linguis perturbatam, & ita ubiq; facitis, otium alibi magnum & studio dignum est agendum. Si autem id facitis sermonibus hominum laudatorum, date aliquid & nobis, ut pro his contendamus, & ipsi partem aliquam uisibilibus his inferamus. extolle oculos per gyrũ & uide, omnis qui meorum sermonum es scrutator: uide coronam gloriæ connexam, pro mercenarijs Ephrem, & corona iniuriæ. Vide consessum presbyterorum, canicie & prudentia ornatum: diaconũm modestiam, non longè ab eodem remotam spiritu: lectorum decorem, populi discendi ardorem, quantaq; tam in uiris quàm in mulieribus uirtutis sit æqualitas, quantum rursus sapientiæ in uiris, quantum in simplicioribus, qui omnes sapiunt diuina: quãtum in imperantibus, quantum in obedientibus, qui hinc omnes bene incipiunt: quantum in militibus, quantum in nobilibus, quantum in sermonibus, & circa sermo-

num. 50. d.
ay 57. c.

ea sermones, omnibus Dei militibus, qui in alijs mãsueti sunt, sed pugnaces pro spiritu: omnibus qui supernum uenerantur senatum: ad hanc manum adducpeditatum, spiritum nempe uiuificantem. omnibus ratione præditis, tanquam ueris uerbi existentis cultoribus: mulierum quoq; quæ sub iugo magis Deo quàm carni sunt colligatæ: mulierum quæ sine iugo sunt & liberæ. omne quod deputatum est Deo, quicquid ex iuuenibus constat, quicquid ex senibus, quibus hoc quidem rectè procedit in senectute, hoc autem manere cogitur immortale, pe renouatũ meliori: ad hanc coronam de qua loquor nectendam, non secundum Dominũ loquor, nihilominus tamen loquar, & ego adiumento ero plectentibus. hoc enim & aliqualiter meorũ sermonum opus existit, non eorũ quos proiecimus, sed quos dileximus, neq; mereticium, quemadmodum quidam dixit, qui nos diffamauit, tam sermone quàm opere scortator: sed ualde modestorũ. ex his enim quidam & mei spiritus germen sunt & fructus. quemadmodũ generosus nouit spiritus, eos qui corporibus renunciarunt. Quin etiam testimoniũ sat scio, mihi præbebunt, omnes ex uobis grati, postq; omnes excoluimus. & merces mihi sufficiens est confessio sola. nil aliud enim quærimus, nec quæsiuimus. Virtus enim preciũ haud curat. sed solũ ad id quod honestũ est respicit, quo permaneat uirtus. Vultis et addemus aliquid iuuenilius? cernite linguas cõtrarias, mansuefactas, & qui contra diuinitatem pugnabant quiescentes. & hoc est spiritus, & hoc nostræ est agriculturæ. nõ enim indoctè docemus. neq; iniurijs decerramus, quemadmodum accidit multis, qui sermone pugnant contra loquentes, paruitatemq; intellectus, iniurijs quandoq; detegũt. illi enim sermones, quemadmodum & sepiæ atramentũ, contra seipsos expuũt, quò effugiant uenantes, aut latitent indagantes. Sed ostendimus quemadmodũ in pugna pro Christo sit decertandum, pacificum illum & mansuetũ, & qui imbecillitates nostras portauit. neq; quiescimus iuxta sermonem ueritatis, obmittentes aliquid de mansuetudine propter gloriam. bonum enim haud malè uenamur, quum uerò legitimè pugnauimus, quiescimus, & intra leges nostras & regulas spiritus nos continemus. Et de his quidem ita sentio, & cunctis animarum dispensatoribus ac sermonis quæstoribus legem fero, ne rebus exasperentur duris, nec extollantur secũdis: sed ratione utantur in sermonibus, & neutram supergrediantur mensuram. sed oportet forsitan desiderantibus uobis fidei etiam ipsius sermonem ostendere, si saltem aliquem habemus. Ego enim memoriæ sanctificabor assiduitate, quum populus hic utilitatem capit, talibus præ cunctis alijs gaudens sermonibus. Vnde uos cognoscere poteritis, utrum non frustra odio habeamur, ob manifestationem ueritatis, dum cum quibusdam decertamus, alios uerò præuenimus. quemadmodum enim in submersione aquarum, quædam penitus in profundo celantur, quędam uerò impulsa ebulliunt, auditui; ejectionem promittunt, differunt tamen: quædam uerò resorbentur: ita ij, qui de Deo philosophantur, ne dicam qui penitus sunt ingrati. hi enim omnino occultam & latentem in se habẽt pietatem. alij autem parturiunt. qui quidem id quod impium est, fugiunt: quod autem pium est, nequaquam libere profitentur. siue quod domestica quadam dispensatione utantur in sermonibus, siue quia ob timiditatem illac fugiant: & mente quidem rectè ualent, ut aiunt, populum autem nequaquam sanant, tanquam suam & non aliorum administrent præsidentiã. quidam autem publicãt thesaurum. dum nequaquam dolorem in pietatis tolerant partu, neq; ut soli saluentur salutẽ putant, si nõ & alijs quod bonum est impartiuntur. Cum ijs ego censeri opto, aut illi mecum, quo pulchram audeamus audaciam, nempe ut pietatem cõfiteamur. Vnus igitur & breuis tenor nostri est sermonis, et tanquam inscriptio omnibus nota. Populus hic legitimus trinitatis adorator existit: ita, ut potius à uita hac diuelli uellet, quàm aliquid ex trib. diuellere à deitate. Vnanimis eius de mferuoris, pari ratione, tam inter se, quàm erga nos, & trinitatẽ affectus.

Verùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

Verùm ut hęc singulatim ac breuiter percurrã, sine principio et principium & quod cũ principio est. Vnus Deus. neq; illius quod principio caret, sine principio natura, ingenitũ est. neq; una est natura, quoniã non hoc est, sed quia hoc existentis positio, non illius quod non existit sublatio. neq; principium, quia principiũ illius, quod principio caret esse prohibetur. non enim natura ipsi principium est, quemadmodum nec illi quod sine principio est, nam circa naturam hæc sunt. at hęc non natura & quod cum eo quod est sine principio & principij nil aliud quoddã quàm illa. Nomẽ autẽ quod principio caret, Pater. principio autẽ filius. hoc autẽ quod cum principio, spiritus sanctus. natura autẽ tribus una, deitas. Vnitas autẽ Pater, ex quo & ad quem reliqua reducuntur, non ut coniungantur, sed ut contineantur, neq; tempore, neq; uoluntate, neq; potẽtia segregata. hæc enim multa inter nos suscitarunt dissidia, quũ unusquisq; cum seipso, & alio contendit: quibus autem simplex est natura, & esse illud, illis etiam unitas est dominus. Verùm contentiosas sermonis appellationes, & quæ alteri etiam parti adaptari possunt, necnon concertationes ualere sinamus, ne in uno contraria, Sabellij errorem sequamur, & cõtractione mala diuisionem soluamus. neq; in tribus Arium contra unum imitemur, & diuisione mala unum subuertamus. non enim ob malũ malè gloriari oportet, id quod quæritur, sed à bono non aberrare. proh quàm sunt hæc maligni ludus, qui malè res nostras expẽdit. Nos autem per mediã & regiam incedimus uiam, in qua id quod uirtutis est consistit, quemadmodũ uidetur ijs qui in his sunt potentes. Credimus in Patrẽ & filium, & spritum sanctum, consubstantiales, & unius gloriæ. in quibus & baptisma perfectionem habet, tam in nominibus, quàm rebus. nosti qui initiaris. negas illum cui diuinitatem adimis, et cõfiteris deitatis defectum, & sic conuenimus. Vnum siquidem substantia cognoscitis, & indiuisibilis mansuetudinis: tria autem subsistentijs, siue personis, quibus placet. non enim de his turpiter digladiamur, tanquam impietas nobis in nominibus, et nequaquam lateat in rebus. Quid enim dicitis, qui tres infertis subsistẽtias, non tamen tres suscipitis essentias? hoc dicite. scio ita deprehensi ualde clamabitis. Vnam enim & eandem trium illorum docetis. quid autem qui personas, non unum, tanquam compositum confingitis? & personarum trium uel humana etiam forma totum. apage. & uos reclamabitis, neq; enim persona ulla Dei est, qui sic habet. quid igitur uobis uolunt subsistẽtiæ, aut personæ? addam enim. tria esse ea quæ sunt diuisa, non naturis, sed proprietatibus. admodum rectè. quomodo igitur quidam conuenient unum potius et illud idem dicere, quàm sic habere, si in syllabis dissiderent. cernitis ne qualis ego sim uobis conciliator, à litera uos reducens ad mentem, quemadmodum ueterem, ita etiam nouam? Sed iterum ad eundem reuertendum est mihi sermonem. Hoc igitur ingenitum est, illud uerò genitum, at istud procedens. dicatur, & intelligatur, si nomina fingere lubet. non enim timemus ne aliquando incorporalia corporaliter intelligatis, quemadmodũ uidetur calumniatoribus deitatis. Conditura autem Dei quidem dicatur, magnum enim nobis & hoc, Deus autem minimè. aut tunc suscipiam cõdituram esse Deum, quãdo & ego fiam propriè Deus. sic enim se res habet. si enim Deus nequaquam conditura est. apud nos enim cõditura eorũ est, qui nequaquã Dei sunt. si autem cõditura, non Deus, tẽporaliter enim incepit. qui autem initium habuit, erat cum non erat. neq; senius quod non erat. hoc non propriè erat. quod autẽ non propriè erat, quomodo esset Deus? non igitur conditura ex tribus, neq; unum, aut aliquid hoc deterius per me factũ est, quasi non solum cõditura sit, sed nostra etiam uilior. si enim ego in gloriam Dei, hoc autem propter me, temon propter plaustrum, & clausura propter ianuam. Vinco causa. quantum creaturis Deus est excelsior, tantum id quod per Deum me sustinet, illo quod per me est factum, inhonorabilius est. Sanè Moabitis quidem & Ammonitis ad ecclesiam Dei ingredi non licet.

sermonibus

sermonibus nempe dialecticis & maleficis, qui nimis anxiè generationem Dei scrutantur, & processum ineffabilem, audacterq; cõtra diuinitatem insurgunt: quasi illi soli attingere possint, ad ea quæ supra rationem sunt: aut nihil sint cuncta, quia ipsi comprehendere nequeunt. Nos uerò scripturas sequimur diuinas, & impedimenta soluimus imminentia. Salutis curam gerimus, & omnia prius audemus, quàm innouare quippiã de Deo. testimonia autem alijs relinquemus, quum iam antè sæpe ac multum de hac re fumus loquuti: & nobis non frustra. Sed et ualde mihi turpe esset, nunc fidem colligere eorum qui olim crediderunt. siquidem nequaquam ordo est bonus, docere prius, & deinde discere: non solum diuina, et quæ magnitudine sua sunt talia, sed neq; aliud quid ex paruis & parum dignis: ex scripturisq; soluere contrarietates, & explicare, cum tempus non sit. illæ enim diligentiam exigunt maiorem, quàm propositum præsentis requirit impetus. Sermo igitur noster, ut summatim dicam, talis est. & hæc percurri, non ut contra diuinitatis certarem impugnatores. Iam sępius enim decertauimus, licet mediocriter. Sed ut uobis ostenderem characterem meorum dogmatum, sin nimis uestrorum, ego concertator, & contra ipsos, & pro eisdem consistens. Et hæc uobis uiri meæ administrationis est expurgatio: quod si laudabiliter habeo, Deo gratias, & uobis qui iussistis: si uerò spe inferius, & ita gratias: scio enim quòd non omnino sim reprehensibilis: nec uobis dicentibus diffido. Num in re aliqua populum hunc circumuenimus? num in quibusdam nobis ipsis profuimus? quo uitio multos laborare uideo. Num in aliquo ecclesiam offendimus? alijs forsitan qui uos causam deliquisse putant, nostrum opposuimus sermonem. Vos autem in re nulla, quemadmodum mihi conscius sum læsi: non bouem à uobis accepi, inquit, Samuel ad Israel, cum super rege disceptaret, non animas uestras donis redemi, testis est mihi Dominus in uobis: ita & de ijs quæ plus sunt dico, ne singula enumerem, sed purum & incorruptum conseruaui sacerdotium. Si autem potentiam amaui, uel cathedrarum eminentiam, aut regum calcare aulas: nil splendidi mihi restet, aut quod possideo abijciam. Quid igitur est quod dico? Non enim ego uirtutis operator sum absque mercede, neque eo uirtutis perueni: date mihi laborum mercedem: sed quam nam? quam non facile acciperent quidam, qui omnia facile faciunt: sed quam mihi quærere tutum est: liberate nos à longis laboribus. Veneramini canitiem hanc: honorate peregrinitatem. Alium adducite, qui plus quàm nos sit decoratus: qui puras habeat manus: qui uoce non imprudens existat: qui sufficiens sit, ut omnia uobis gratificetur, & curas discernere noscat ecclesiasticas: quoniam nunc maximè tempus est, ut id fiat. Videtis enim quomodo se corpus hoc habeat nostrum, & tempore, & infirmitate, & labore consumptum. Quid opus est uobis sene timido & inutili uiro? & qui per singulos dies, ut ita dicam, moritur, non corpore solum, sed & curis: ita ut uix hæc proloqui queat. fidem habete uoci doctoris: nunquã enim non habuistis. modestè laboraui accusatus: laboraui & contra sermonem & inuidiam, cum hostibus pariter decertans & nostris. Hi enim pectora nostra percutiunt, & minus efficiunt: quod enim palàm hostile est, facile custoditur. isti autem tergum obseruant, & ualde sunt molesti: quod enim suspicione caret, fraudi est opportunius. Sanè si gubernator quispiam esset & ualde peritus, inde multum circa nos & nauẽ maris ferueret unda, multusq; unà nauigantiũ esset tumultus, cum alij reluctarentur alijs, & tam inter se quam cum undis decertarent, quomodo resistere posset apud gubernaculum recumbens, ita ut & contra undas, & unà nauigantes decertaret, & sine perfidens, ita ut & contra undas, & unà nauigantes decertaret, & sine periculo nauem ex duplici saluaret tempestate: quibus enim omnibus unà laborantibus, difficilis erat salutis adeptio, quomodo possibile erat ne submergerentur, si inter se decertassent? & quid alia dicere attinet? Cæterùm quomodo hoc bellum sedabo sacrum? dicatur enim aliquid & de pugna

sacra,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſacra tanquam Barbarica: quomodo colligabo, & in unum reducã eos quí è diuerſo ſedent, & contrario paſcunt modo? populumq; his cooperatorem patiter & aduerſarium? non ſecus ac in hiatibus terræmotus, ea quæ ſunt uicina & coniũcta: aut in morbis peſtilentialibus, ubi miniſtri & domeſtici ſe gregantur, quoniam morbus facile inficit. non ſolum autem hoc, ſed & orbis fines, unà cum ſeditioſis patiuntur: ita, ut in partes diuidatur contrarias, oriens & occidens, & periculum immineat, ne quemadmodum in opinionibus, ſic etiam in limitibus fiat diuiſio. quãdiu durabit hoc, meus & tuus, uetus & nouus, rationabilior uel ſpiritalior, generoſior uel ingeneroſior, quis multitudine ſit ditior uel pauperior. pudet me honoris, ſi ab alijs nomen ſortior, quũ ſim à Chriſto ſaluatus. non tolero curſus ueſtros equeſtres, & theatra, necnon hinc inde uergentem inſaniam. in expenſis & ſtudijs unà iungamur, diſiungamur, contrà fremamus, paulo minus quin & aerem uerberemus, quemadmodum illi, & puluerem ſpargamus in cœlum, tanquam mente capti. ſub perſonis enim alienis contentiones explemus proprias, maliq; euadimus litis arbitri, & iudices rerũ ingrati. hodie unà conſidemus, & gloriæ ſumus eiſdem, ſi ſaltem ita ferunt nos ducentes: cras in ſedibus contrarij, & opinionis diuerſæ, ſi in contrarium flauerit ſpiritus. ſed & cum inimicitijs & amicitijs nomina etiam imponuntur: & quod eſt moleſtiſsimum, non pudet nos, quum contrarijs utimur auditoribus, neq; illos firmos habemus, quum aliàs alios nobis faciat contentio Euripporum enim inſtar, aut reciprocationum immutamur marinarum, ac tanquam pueri in medio ludimus, & illudimur ſoro: nam ualde turpe eſt, & nequaquam noſtrũ, ut exercitia relinqueremus domeſtica, & cum alijs ſentiremus. quemadmodum enim ætatem maturam nequaquam puerorum decent ludi, ita non oportet, quum alij ferunt & feruntur, ut tu melius quàm multi cogno ſcas. at ego potius eligerem unus eſſe ex illis, quod & ſum, cum libertate ſecreta. Cæterùm erga alios taliter afficior, non confero multa cum multis, ne que per eandem uiam ire ſuſtineo, temerarius forſitan & imperitius, attamẽ ita afficior, triſtitia aliorum me oblectat, & aliorum oblector triſtitia: ita, ut nec admodum mirarer, ſi ligarer tanquam inutilis, & delirare uiderer multis: quod cuidam qui apud gentiles philoſophatus eſſe dicitur, accidiſſe uidetur, quia ſapiẽtiam tanquam inſaniam accuſaſſet. omnia enim deridebat, quæ riſu digna uidiſſet, etiam ſi multi illis ſtuderent, etiam ſi mero plenus eſſe uideretur: quemadmodum & Chriſti euenit diſcipulis, cum loquerentur linguis, ignorantes quòd uirtus eſſet ſpiritus, & nequaquam mentis exceſſus. Sanè noſtra conſiderate crimina. tot ſunt anni, inquiunt, ex quo eccleſiam cum tẽporis potentia, & prędominantis ducis impetu, nunquid opus illud magni eſt momẽti? Verùm quãtę nobis imitationes factæ ſunt? quot manifeſti obuenere calumniatores? quid moleſti non ſumus perpeſſi? nónne iniurias? non'ne minas, no'ne fugas, nónne pecuniarum raptus? nónne bonorum publicationes? non'ne presbyterorum incendia marina? nónne naues inquinatas ſanctorũ ſanguine? & pro nauibus factas ſepulchra? non'ne presbyterorum, epiſcoporum, ſeu ut exactius dicam, patriarcharũ iugulationes publicas? non'ne omnem locum inacceſſum eſſe pijs ſolum? nónne moleſtias cunctas? quas quis enarrare poſſet? pro quibus quid retribuimus facientibus? poſtquam nobis faciendi data eſt poteſtas. beneficia retribuimus, & eos qui nos iniuria affecere docuimus. Obmitto alia, ſed noſtra, ut non dicam tua. nónne perſequutionem pertulimus? nónne iniuria ſumus affecti? nónne ab eccleſijs ſumus expulſi? nónne populum ſuſtinuimus inſanientem? Præfectos iniuriantes? Reges cum mandatis iniuſtè opprimentes? & quid poſtea accidit? fortiores facti ſumus, & diffugerunt perſequutores. ſatis enim mihi uindicta eſt illa, contra eos qui nos affecere iniuria, ut poteſtatem habeam faciendi ſimilia. ſed illis non ita uidetur. admodum enim perfecti ſunt & iuſti circa retributionem. ac ideo ea exigunt, quæ tempo-

temporis ſunt huius. Quis'nam præſes, inquiunt, plectitur? qui'nam populus corripitur? qui populi incenſores? at ſecuritatem nobis ipſis & in futurum gratificauimus. forſitan & hæc nobis obprobrabunt? nam & menſę exprobrauerunt lauticias, necnon habitum uenerabilem, præceſsiones uerò, & uenuſtum illud erga obuiantes. ignorabã enim, quod nobis cõtra conſules & præfectos certamen eſſet, & ex militibus clariores, qui nõ habent quo nam proijciant ſua. & oportet nobis uentrem conſtringere, mendicis delicatis, ne ſuperfluè abutamur neceſſarijs, & ea quoq; quæ offerũtur diminuere, Equis uerò portari delicatis, & ſplendidis circumferri curribus, cum pompa & plauſu deduci, & omnes nobis tanq; beſtijs cedere, & locũ dare, aut à longè etiam timere ſuperuenientes, Si hæc moleſta fuere, dimittatis. hanc mihi condonate iniuſtitiam. alium præponatis qui placeat multis. mihi autem ſolitudinem & ruſticitatẽ, & Deum ipſum relinquite, cui ſoli et per frugalitatẽ placebimus. Sed graue erit, ſi priuabimur ſermonibus, et colloquijs, & panegyricis, & domibus, & amicis, & honorib. & pulchritudine ciuitatis, & magnitudine, quæ undiq; reſplendẽt, & fulgore perſtringunt ad ſe aſpicientes. ſed nõ abintro oblectãt, neq; tantũ, quantũ perturbor & polluor à perturbationibus, quæ aſsiduè interueniunt, & tumultu. nec accerſiri potero ad tam multos. non enim ſacerdotes quærunt, ſed rhetores: neq; animarũ diſpenſatores, ſed pecuniarum cuſtodes. neq; ſacerdotes puros, ſed adiutores fortes. reſpondeo aliquid pro ipſis. ita nos ipſos docuimus, qui omnibus facti ſumus omnia. Vtrum ut omnes ſaluemus, aut perdamus, ignoro. quid dicitis, perſuademus'ne uobis ſermonibus his? & uicimus. aut neceſſe nobis eſt, ut ſermone utamur ualidiori ad perſuadendũ? ita per trinitatẽ ipſam, cuius legatione fungimur, & uos fungimini, ad ſpem noſtrã cõmunẽ & populi huius coadunationem. date mihi gratiã hanc. me iuxta uotum meum dimittite. dimiſsio, certaminis mihi fiat liberatio. date mihi literas dimiſſorias, quẽadmodum imperatores militibus, & ſi uultis, cum teſtimonij dexteritate, ut honoris etiam præmium habeam: ſin minus, quemadmodum uultis. nequaquam circa illud laborabo, poſtquam Deus nouit quemadmodum ſe habeant noſtra. ſed quẽ pro me inducemus? prouidebit ſibi ipſi Dominus de paſtore qui præſit, quemadmodum ouem uidebit fructificantem. hoc unum opto, ſit aliquis cui inuideatur, & non cuius miſericordia quis ducatur, non qui in omnibus gratificetur, ſed qui in quibuſdam, melioris gratia reſiſtere ſciat. hoc enim in ſeculo iſto ſuauiſsimum eſt, in futuro autem utiliſsimum. Vos igitur de dimiſſorijs cogitate literis, & ego uobis eccleſiæ reddam ordinationem. Vale tu Anaſtaſia, mihi pietatis cognomine inſignita. tu enim ſermonem nobis excitaſti, etiam cum adhuc communis uictoriæ locus contemneretur. Noua Selom, in qua primum tabernacula firmauimus, cũ qua draginta annis in eremo oberraſſemus. tuq; magnum hoc templum & celebre, noua hæreditas, quod nunc uti magnum eſſes à ſermone accepiſti. quæ enim antea lebus eras, ex illa Hieruſalem fecimus. Valete & uos qui poſt illud rectis uocationibus, alius alia ciuitatis pars eſſe cenſemini, tanquã uinculis colligati, & qui propè habitatis, quos poſt imbecillitatẽ hanc nõ nos, ſed gratia nobiſcum impleuit, rebus non ſperatis. Valete Apoſtoli incolæ optimi, qui mei certaminis fuiſtis doctores. quamuis enim uos non ſæpius celebrauerim, at forſitan Pauli ueſtri Satanam, ut me colaphiſet in corpore ad communem circumtuli utilitatem. propter quem & nunc à uobis diſcedo. Vale mihi ó cathedra, ſublimitas inuidiæ & periculo obnoxia. Archipresbyterorum conſeſſus, ac ſacerdotum, ueneratione & tempore honorandus. quantum aliud quod circa ſacrã menſam Deo miniſtrat, ac Deo approximanti appropinquat. Valete Nazaræorum chori, pſalmorũ cantus reſonantes, totius noctis ſtationes, uirginum puritas, mulierũ decor, uiduarum & orphanorum turba, pauperum oculi ad Deum & nos reſpiciẽtes. Valete domus hoſpitales, & Chriſti amatores, ac meæ imbecillitatis ſuſceptores.

Templum reſtauratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Valete meorum ſermonum amatores, & curſores, & concurſores, necnon calumniatores, manifeſti & occulti. Valete cancelli ipſi, qui ob ſermonum meorum auditum uehemẽter urgebamini. Valete imperator & imperatrix, & quicquid in regia miniſtrat & domeſticum eſt. num imperatori fidum ignoro, Deo autem ut plurimum infidum. manibus plaudite, iubilate. Rhetorem ueſtrum in altum tollite, mala uobis lingua moueatur, & loquela. nũquid aliquando tacebitis? pugnabitis enim per manus etiam nigri. nam quod imminet, tacebitur. Vale, ô ciuitas magna & Chriſti amatrix. teſtimonium enim præbebo ueritati, etiamſi æmulatio nequaquam ſit ſecundum cognitionem. meliores nos fecit ſeparatio. accedite ad ueritatem. immutamini uel tardè. honorate Deum plus quàm eſtis conſueti. ſiquidem emendatio nequaquam turpitudinem habet, ſed mali conſeruatio perditionem. Vale ortus & occaſus, pro quibus & cum quibus pugnauimus, teſtes eſtis, quod pacem uobis reddidi, etiamſi pauci meam imitabuntur ceſsionem. haud enim Deum amittunt, qui throno cedunt, ſed ſupernam habebunt cathedram, quæ ſublimior eſt & ſecurior. Super omnia uerò & præ omnibus clamabo, ualete angeli huius eccleſiæ, ac mei aduentus & diſceſſus præfecti, ſi ſaltem in manu Dei noſtra ſunt. Vale mihi ô trinitas, meditatio mea & ornamentum. hiſq; ſalua maneas, pariter & eos ſalua, populum hunc meum: meus enim, etiamſi fruſtra diſpẽſamus: mihiq; ſemper exaltata & aucta nũcieris, tam uerbo q; politia. Filioli ſeruate mihi depoſitum, memores eſto te lapidationis. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit cum omnibus uobis.

DIVI GREGORII NAZIANZENI IN ELE-ctionem Doarenſium Homilia, Eulalio exhibita Epiſcopo, Bilibaldo Pircheimero interprete.

FRatres, ſermonem noſtrũ ſuſcipite, licet minimus ſit, licet multum deſtituatur dignitate, Deus tamen Dominus miſericordiam iudicio ponderare nouit iuſto. ſuſcipit enim plantationem Pauli, tanq; Pauli, necnon Apollo rigationem, & uiduæ aſſes duos, humilitatẽq; publicani ac confeſsionẽ Manaſſe. ſuſcipite ſermonem nuper conditum, ob paſtorem nuper creatũ. ſuſcipite uocẽ gratiarum actiuam, ob miracula uiſibilia. nos enim parui ſumus, & minimi inter filios Iſrael, uerũ nil prohibet, quin parui quoq; abũdè gratias agãt. laudẽ igitur perfectiorẽ Deo reddãt perfectiores omnes. nos uerò iuxta uires noſtras hodie illã afferemus. Quur igitur nõ canitis Domino canticũ nouum? quoniã mirabilia fecit. inſaniebamus, pugnabamus, expellebamur, iam gratia quædã aderãt, alia uerò ſperabãtur. uerũ quis tempeſtatẽ mutauit in trãquillitatem? quis cõtriuit arma, rompheã, ac bellũ? quis expulſos nos & deſolatos ſuſcepit? non ne tu Deus hæc es operatus? Dominus fortis et potẽs, Dominus potẽs in prelio. hic mare diuiſit, hic populũ exulẽ pauit in eremo, hic petrã fonte humectauit, hic Amalec myſtica & abſcondita manuũ figura debellauit. hoc enim ſacerdotis manus in mõte leuatæ, & in orationẽ figuratæ efficere poterãt, quod nec multitudo poſſet infinita. hic muros ſine pugna & bello ſubuertit. & ut nouiſsima dicam, hic Goliath ſuſtulit, cõtra magnum Dauid audentem, elatum illum & ſuperbum, ac ſobolem gigantum. & ideo unanimiter dicamus, Benedictus Dominus, qui nõ dedit nos in uenationem dentibus eorum. anima enim noſtra torrentẽ pertranſiuit, & tanquam paſſerculum nos liberauit à laqueo uenantium. lubilate animæ cũctę uehementer, Deiq; dona annunciate ingentia. non uenimus mittere machæam, ſed pacẽ: non uenimus ad ignominiã paſtoris magni, qui in ſplendida hac præſidet ciuitate. honorabilẽ ſcimus, caput cognoſcimus, ſanctum uocamus, iniuria etiam affecti. ſolum filiorũ ſis amator, ac uniuerſæ prouidentiam gere eccleſiæ. ſacerdotum numerũ auximus, non minuimus, hęreticorum ſubuerſionem, & nõ orthodoxorũ diminutionẽ curauimus? quid ais

ais ſili Dathan & Abiran, duxq; immodeſte? qui contra Moſen auſus es, & manibus nos contrectaſti, quemadmodum illi linguis, ſeruum magnũ. nunquid exhorreſcis? nunquid conuerteris? nunquid quum hæc conſideras, caro tibi in terra rubeſcit? interim manus has ad Deum extendis, interim dona adducis, interim pro populo oras. timeo ne Dei romphęa aliquando te deorſum deijciat, et non quieſcat. non paſtori tuo magnopere gratificabor, ſed tu magnopere te ipſum læſiſti, quoniam te alienum à gratia Dei te reddidiſti. Nunc uerò paſtorum optime, & abſolutiſsime, huc mihi adeſto, ac populum tuum nobiſcum, & ante nos ſuſcipe, quem ſpiritus ſanctus tibi commiſit, quem adducunt angeli, cui uita & mors fidẽ faciũt. ſi aũt thronũ per tentationes & impedimẽta es cõſequutus, mirari nolito. nihil magnũ, eſt reprobũ, nihil inexploratũ. ſequit enim, ſcriptura ait, humiles, id q̃d rarũ eſt, ſublimes aũt quod difficiliter retineri poteſt. audiuiſti quid dictũ ſit, quod per tribulationes multas in regnũ cœlorũ nos intrare oportet. dic & tu, pertrãſiuimus ignẽ & aquã, & eduxiſti nos in refrigeriũ. proh miraculi. in ueſpere durabit fletus, mane uerò exultatio erit. permitte ut nugẽtur bellantes, & oſcitent, in uanumq; canum inſtar latrẽt, nos uerò à bello abſtinebimus. Docè adorare Deum patrem, Deum filium, Deum ſpiritum ſanctum, in ſubſtantijs tribus, in gloria una, & ſplendore uno. quod perierat querito, debile cõfortato, forte cuſtodito. talem in ſpiritalibus à te beneficẽtiam petimus, qui eam quam in mundanis habes cognoſcimus. cęterùm armaturam perfectiorem à maioribus accipe imperatoribus, per quam maligni iacula ignita extinguere ualeas, & adducere Domino populũ acceptũ, gentẽ ſanctam, ſacerdotium regium, in Chriſto Domino noſtro, cui ſit gloria in ſecula, Amen.

BEATI GREGORII NAZIANZENI AD VIRGInem Oratio exhortatoria: Bilibaldo Pircheimero interprete.

VIrgo ſponſa Chriſti, ſponſum tuum ſemper glorifica, teipſam tam ſermone quàm ſapientia puram conſerua, quo ſplendida uiuas, cum ſplendido, in ſecula. ſiquidem coniugium hoc longè præſtantius eſt quàm corruptibile. Virtutes intellectuales, in corpore adhuc conſtituta, imitare, ſuper terra, ad angelicam accede conuerſationem. hic uincula ſunt, & diſſolutio, corporaq; ex corporibus. in ſupernis autem tantummodo unitas, quæ nunquã diſſoluitur. quã gerunt primores, radij trinitatis puriſsimæ, ſpiritus & ignis miniſtri manda torum Dei. materia uerò corporalis commixtionem adinuenit, natura ſemper fluida. hanc Deus certis diſcreuit limitibus, lege nuptias ſanciens. tu uerò quum materiæ opus effugeris, ſupernisq; ſis coaptata, quemadmodum mens copulatur menti, per harmoniam diuinam, contra carnem pugna, ſuppetiasq; ferto imagini, Dei enim ſpiraculum es, deteriori colligata, quo ex certamine ac uictoria coronam accipias, ac terram in ſupernis, rectè ſubiectam ſpiritui, ſtatuas. Proinde laudabiles ſunt & nuptiæ, præ nuptijs tamen puritas. nuptiæ indicium ſunt perturbationis, caſtitas uerò ſplendoris. nuptiæ parentes ſanctorum, puritas autem ſacrificium. hãc etiã tẽporibus honorarũt opportunis, Adam in paradiſo, Moyſes legẽ adducens, Zacharias pater præcurſoris. nuptiæ & uirginitas, radix ſunt ſponſæ Dei. interim tamẽ carnis & uredinis ſeruitus. olim quũ lex erat & umbra, ceremoniæq; temporariæ, tum primatũ habebãt nuptiæ, tanq; adhuc infantes. poſtq; uerò emigrauit litera, ſubinductusq; eſt ſpiritus, et Chriſtus, quũ proceſsiſſet ex uirgine in carne paſſus eſt: tunc effulſit caſtimonia, diuidens mundum. illac cum Chriſto aſcendentem trãſire oportet. Rectè incedis uirgo, in montibus ſalueris, ad Sodomam ne reſpexeris, ne in ſalis ſtatuam obdureris. Non nimium te carnis perterreat natura, nec tamen nimium tibi confidas, ne aliquando deficias. ſcintilla accendit calamum, aqua uerò flammam extinguit. remedia uirginitatis puræ, habes quàm plurima. Dei te timor ſolidet. ieiu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nium te attenuet: uigiliæ temporariæ, lachrymæ, strati duricies, amor totus ad Deum ritè ordinatus. & qui omne desiderium à supernis alienũ, sopiat, qui cadit, erigatur: qui naufragium fecit, misericordiam assequatur. tu uerò rectè nauigabis, si spei uelum suspenderis. non rerum earum quæ deorsum trahunt, sed quæ in supernis statuunt. pauci sunt pennati, plurimi uerò malè currunt. cecidit lucifer, sed cœlum est angelorum. Iudas erat proditor, at undecim luminaria. solum totam te ipsam uirgo puram conseruato, ne Christi tunicam contamines immaculatam: oculus tibi sit modestus: lingua autem uirgineſcat: mens uerò nequaquam sit impudica: non risus: nec pes inordinate incedat. Vestem tuam sordidam, ac comam squalidam, plus quàm margaritas, aut ornatum ueneror sericum. pulcher flos est uerecundia, ac ornamentum magnum pallor, capitisq; tegumentum egregium. omnes te decorent uirtutes. alia imaginem, quæ ex Deo est coloribus adulteret. tabula animata, turpis accusatrix est fuci illiniti. tu uerò formam qua præcellis, ut plurimum mortifices. pulcher enim animæ ex Deo ornatæ, est splendor. Virorũ aspectum fuge: et si fas est, castorum quoq;, ne forsitan uulnereris, uel uulneres macula. oculum pro oculo ne reddito, nec sermonem connectito sermoni. non gena genis audaciam tribuat. nil tibi cum gustu ligni execrati, ne te serpens à uitæ ligno ejiciat. Sed & hoc audi uirgo, nequaquam illi qui præest cohabita, quum Christum habeas spõsum, qui ob puritatem tuam zelotypus existit. quur enim cum carnem fugis, ad carnem mihi reuerteris? non omnes splendorem tuum capiunt: nam quemadmodum rosa inter spinas, ita in multis uersaris, & super laqueos graderis malignos. Proinde hic parat thalamos, illa uerò efferat sponsum. alius fiat pater. hic propter orbitatẽ turbetur. quantum malum est dolor partus? sæpius fit abortus. quantus zelus? ne consortem suffuretur amica. quid autem dicam de educatione, & institutione. deinde cõtemni, & acerbas laborum accipere retributiones? Tibi uerò unica sit cura, ut semper ad Deum respicias. edendi necessitatem, in habitaculo humili, parua expleat placenta. hinc enim tentator Christum etiã tentare est ausus, iubens ut esuriens lapides in panes conuerteret. Victus enim gratia nil unquam turpe sustinebis. nam si credideris, nũquam te olei uasculum destituet. Coruus te pascet, quemadmodum Heliam in deserto. Nosti quemadmodum Thecla ex igne & à feris sit erepta: ac Paulus ille magnus esurierit, ac prompte alserit: ut & tu uirgo ad Deum solum respicere disceres, qui tot millia in deserto pascere nouit. pulchritudo marcescit, gloria euanescit. diuitiarum affluentiæ nil fidendum. potentia uerò est paucorum. tu autem postquam uersutias mundi uilis effugisti, ridens ac læta in sancta ingredere sanctorum, ubi cum angelis choream duces indesinentem, locum longè filijs ac filiabus sortita meliorem. Proinde uirgines solum Christo uigilate, lætæq; sponsum lampadibus suscipite. quo unà ingredientes, sponsi pulchritudinem inspicere, & supernis admisceri ualeatis mysterijs. in Christo Iesu Domino nostro, cui sit gloria in æternum.

BEATI GREGORII NAZIANZENI IN *dictum Euangelij oratio, Bilibaldo Pircheimero interprete.*

IEsus, qui piscatores elegit, & ipse piscatur, locumq; ex loco permutat. quam ob rem? non ideo solum, ut plures Dei amatores accessiõe sua lucraretur, sed ut mihi uidetur, quo loca plura sanctificaret. fit Iudæis Iudæus, ut Iudæos lucraretur. ijs uerò qui sub lege erant, tanq; legi subiectus, ut eos qui sub lege erãt redimeret: infirmis tanq; infirmus, ut infirmos saluaret: fit omnia omnibus, ut lucraretur omnes. cur autẽ dico omnia omnibus? quoniam quod Paulus non tulit, ut de eo diceretur, id saluatorem perpessum esse inuenio. non enim Iudæus fit solum, ac nomina quæcunq; absurda sunt & flagitiosa in se excipit, sed

sed quod his omnibus absurdius existit, & peccatum ipsum, & execrationem ipsam. ueruntamen non est, ita tamen audit. quo pacto enim peccatum esset, qui nos à peccato liberat? aut quomodo esset execratio, qui nos à legis execratione redemit? sed ut eousq; humilitatem ostenderet, nosq; ad humilitatem, quæ sublimitatis est hospes, formaret. quemadmodum igitur dicebam, piscator fit, omnibus se adaptat. sagenam explicat. omnia sustinet, ut ex profundo piscem extrahat, hominem nempe in salsis & instabilibus uitæ undis natantem. propterea & nunc, quũ sermones hos consummasset, è Galilea discessit, uenitq; in fines Iudææ, ultra Iordanem. rectè in Galilæa peregrinatur, ut populus qui sedebat in tenebris, uideret lumen magnum. in Iudæam autem transit, ut à litera surgentibus, spiritum sequi persuadeat. & nunc in monte docet, nunc differit in plano. aliquando nauem conscendit, interdum uerò tempestatem increpat. fortè etiam somnum capit, ut somnũ quoque benedicat. fortè etiam laborat, ut laborem sanctificet. fortè etiã lachrymatur, quo lachrymationem laudabilem reddat. de loco in locum pergit, qui à nullo loco comprehẽdi ualet, intemporalis, incorporalis, indeprehensibilis, qui idem & erat, & fit, & supra tempus fuit, sub tempus uenit, & qui inuisibilis erat, uidetur etiam. in principio erat, & apud Deum erat, & Deus erat. tertium erat, numero confirmatum. quod erat exinaniuit, & quod non erat assumpsit, non duo factus, sed unum è duobus fieri sustinens. Vtraq; enim Deus, & assumens, & assumptum. duæ naturæ in unum concurrentes, non filij duo, ne mendacio diffametur commixtio, ille qui talis & qui tãtus erat. Cęterùm quid rursum patior? in humana incidi uerba. qmodo enim id qd simplex est, tantum est? quomodo autẽ id quod sine quantitate, est tale? sed ueniam date sermoni, minuto organo de maximis loquor. Veruntamẽ sermones hos, tanquam à corpore prolatos, & ueritate imbecilliores, tolerabit ille qui maximus est, qui longanimis est. natura illa, quæ specie caret & corpore. si enim carnem suscepit, talem etiam feret sermonem. Et sequutæ sunt eum turbæ multæ, & sanauit eos, ibi ubi multorũ erat solitudo. si in propria mansisset specula, si non ad imbecillitatem hanc descendisset, si id quod erat permanebat, inaccessibilem se seruans & incomprehensibilem, pauci forsitan eum sequuti fuissent, & nescio an pauci etiam, fortasis Moyses solus, & ille tantum, ut uix Dei posteriora cerneret, nubem quidem ingrediens, extra molem corporalem constitutus, aut à sensibus separatus: Dei autem naturam tenuem, corporeq; carentem, aut nescio quomodo quis uocaret, quo pacto uideret, qui corpus erat, & oculis expositus sensibilibus? Verùm postquam propter nos exinanitus est, postquam descendit, exinanitionem autem gloriæ dico, ueluti remissionem seu diminutionem, propter hoc comprehensibilis fit. sed ueniam interim mihi date, quoniam rursum passionem quandam patior humanam. ira & dolore ob meum repleor Christum. sed & uos compatiamini, quando Christum meum ob ea contumelia affici uideo, propter quę potissimum honorari debebat. ideo ne dic mi inglorius, quia propter te est humilis? ideo creatura, quia creaturæ curam gerit? ideo tempori subditur, quia eos qui tempori subsunt uisitat? sed & omnia fert, omnia suscipit. & quid mirum, alapas tulit, sputa excepit, fel propter gustum meum gustauit. fert ut nunc lapidetur, non solum à calumniatoribus, sed à nobis ipsis, qui pij uidemur. nam de incorporeo differere, ac corporeis uti nominibus, fortasis est calumniantium. sed rursus imbecillitati meæ ueniam date. inuiti enim lapidamus. Verùm quum nullum aliud mitius uerbum inter loquendũ occurrit, illo uti fuimus coacti. Verbũ esse audis, & super uerbum inter loquendũ occurrit, illo uti fuimus coacti. Verbũ esse audis, & super uerbum es. super lumen es, & lumen uocaris. Ignis esse audis, quum nequaquam sensibilis existas, sed quia leuem & prauam purgas materiã. Gladius, quia deterius à meliore secas. Ventilabrũ, quia repurgas areã, & quicquid leue est, ac uẽto obnoxium, reijcis: quicquid uerò graue, in horrea reponis. Securis, quia ficum infructuosam detrũcas, postquam diu lõganimis

Universidad de Deusto
Biblioteca

fiisti. quoniã prauitatis radices exscindis. Ianua, propter introductionem. Via, quia rectè illa ambulamus. Ouis, quia uictima. Pontifex, quia offers corpus. Filius, quia patris. rursus irrito linguas, rursus contra Christum insaniunt quidam, seu potius contra me, qui dignus sum factus sermone. Præco sicut Ioannes fio, uox clamantis in deserto, uerè olim deserto & inaquoso, nunc autem & ualde quidem habitato. Cæterùm sicut dicebam, ut ad meum sermonem recurram, propterea sequutæ sunt eum turbæ multæ, quia ad infirmitates nostras conscendit. Inde quid accesserunt, inquit, ad eum pharisæi, tentantes ipsum, & dicentes: Licetne homini ex omni causa uxorem suam dimittere? iterum, pharisæi tentant. iterum qui legem legunt, illam non cognoscunt. iterum qui legis sunt interpretes, alijs indigent doctoribus. & qui de resurrectione tentant, & qui circa perfectionem legales se esse audiunt, & Herodiani de censu, & de potestate alij. sed & de nuptijs rursus quidam, nuptiarum interrogant conditorem intentabilem, qui ex causa prima, uniuersum genus hoc hominum constituit. at ille respondens, dixit eis: Nonne legistis, quod is qui fecit ab initio, masculum & fœminam fecit eos. Sanè quæstiones aliquas soluere, in nonnullis uerò quærentium ora obstruere norat: ut quum rogarent, in qua potestate hæc facis? quoniam admodum imperitè interrogabant. sed & ipse quærebat, nunquid baptisma Ioannis è cœlo esset, uel ex hominibus, & utrinque quærentes interturbabat. & ita nos quoque Christum imitari ualemus. aliquando ora eorum, qui curiosius nobiscum disputant obstruere, ac conuerso quæstionibus ineptioribus, quærentium dissoluere ineptias. nam & nos quoq; in uanis aliquando sumus periti, ut de insipientia glorier. quum autem uidet quæstionem indigere consideratione, tunc quærentes nequaquam responsione prudenti censet indignos. Proinde qui quæstionem hanc quæsiuit, castitatem mihi honorasse uidetur, & responsionem exegisse humanam: castitatem inquam, circa quam multos malè affectos uideo, ac legem eorum inæqualem esse & imparem. Quur enim mulier aliquando plectitur, sed uiro parcitur? & mulier malè mariti thalamo consulens, mœchatur? & hinc amara legum pœna. uir autem ob scortationem, uxori haudquaquam est obnoxius. non suscipio legislationem talem, non laudo consuetudinem. uiri erant qui legem tulere. ac ideo contra mulieres lex hæc est lata. Quin etiam patribus super filios potestatem dederunt: at quod debilius erat, incuratum reliquerunt. Deus uerò non sic, sed lex hæc, Honora patrem & matrem, prima est, ut tibi bene fiat in repromissionibus. & qui maledicit patri aut matri, morte occumbat. similiter & bonum honora, & malum coherce. & benedictio patris, cõfirmat domus filiorum: maledictio autem matris, eradicat fundamenta. | Videte æqualitatem legislationis, unus factor est uiri ac mulieris, una terra uterque, imago una, lex una, mors una, resurrectio una. æqualiter è uiro & muliere nati sumus. unum debitum parentibus debetur à liberis. quomodo igitur tu castitatem exigis, quam tamen nequaquam rependis? quomodo petis, quod non reddis? quomodo in corpore honore æquali, leges fers inæquales? Sanè si deteriora consideras, peccauit mulier: hoc idem & Adam. ambos serpens decepit. nequaquam hoc inuentum est debilius, illud uerò robustius. si uerò consideras meliora, utrosque Christus passionibus saluat. pro uiro caro factus est, & pro muliere etiã. pro uiro mortuus est, sed & mulier morte est saluata. ex semine Dauid nominatur, uirum forsitan honorari censes, sed & ex uirgine nascitur, & hoc pro mulieribus erunt, inquit, in carnem unam. Caro igitur eundem habeat honorem. Proinde Paulus, exemplo legem fert castitatis. qui, & quo'nam modo? mysterium hoc magnum est. Ego autem ad Christum refero & ecclesiam. bonum est mulieri, Christum uenerari per uirum: bonum & uiro, ecclesiam nõ afficere contumelia ob uxorem. uxor, inquit, ut timeat uirũ, nam & Christũ: sed & uir, ut foueat uxorem: Christus enim & ec-

& ecclesiã. Verùm dictis aliquid elaboratius addemus: emulge lac, & butyrum habebis: inquire, & inuenies fortassis quod magis te nutriat. Videtur mihi sermo hic secũdas reijcere nuptias: si enim duo sunt Christi, duo etiam mariti, duæ quoq; uxores. si autem unus est Christus, unum caput ecclesiæ, & caro una: secundæ respuantur. quod si secundas prohibeo, quæ ratio erit tertiarum? primæ legis sunt, secundæ indulgentiæ, tertiæ uerò præuaricationis. & quod ultra hæc, fusile magis, quàm aliud quicquã, multa nequitiæ habens exempla. Sanè lex ob omnem causam diuortium permittit. Christus autem nequaquam ob omnem causam, sed solum à meretrice separari concedit. omnia uerò reliqua boni consulere iubet. & ideo à meretrice, quoniã adulterat genus. alia autem fortiter & sapienter sustinemus, seu potius uos sustinetis, quicunque iugum nuptiale suscepistis. si libellos deprehenderis amatorios, illos subtrahe: si linguam proteruam, moderare: si risum meretricium, mœstam redde: si sumptuosam, et potu immodestam, corripe: si obambulationes intempestiuas, coherce: si oculum sublimem, castiga. non temere uxorem reijcias, aut ab ea separeris. incertũ est quod'nam periclitetur, num id quod depellit, seu depellitur. fons aquæ, ait, tibi sit proprius, & nemo alienus tecum communicet. & pullus gratiarum tuarum, & cerua amicitiæ tuæ tecum conuersetur. tu igitur nunc haudquaquam fluuius fias alienus, neq; alijs magis quàm uxori tuæ placere uelis. quod si alió raperis, cur membrũ tuum ob impudicitiam lege notas? & sic saluator. quid autẽ pharisæi? asper illis sermo uidetur. nam & alia quæ bene se habebãt, tam pharisæis qui tum erant, quàm ijs qui nunc sunt, displicebãt. pharisæũ enim nõ solũ genus, sed & mores faciunt. Ita & Assyrium noui, & Aegyptiũ professione sua, cum talibus constitutum. Quid igitur pharisæi? si ita cum uxore se habet causa, non expedit uxorem ducere. sed nunc hoc discis pharisæe, quod nequaquã expedit uxorem ducere? prius autem nesciebas, quãdo uidebas uiduitates, & orbitates, mortesq; intempestiuas, ac plausus successorem, luctum, & inter nuptias sepulchra, & filiorũ mortes, & liberos prauos, & partus imperfectos, & matre carentes, & uniuersam circa hæc comœdiam seu tragœdiam: utraque enim proprie dixeris. Expedit uxorem ducere, & ego suscipio, honorabiles enim nuptiæ, & cubile impollutũ. expedit autem moderatis, & non insatiabilibus, quicq; carnẽ plus quàm oportet honorare uolunt. quandoquidẽ hoc solum nuptiæ, & coniugiũ, desiderium q; successionis liberorum. Bonæ sunt nuptiæ, quoniã multos Deo offerunt acceptos. quũ autem materiã inflammant, & spinas subijciunt, & tanquã malitiæ uia esse inuenitur, tunc & ego dicam, nequaquam expedit uxorẽ ducere. bonæ sunt nuptiæ, sed nequaquam dicere habeo, quòd uirginitate sint sublimiores. nihil enim magnum quid esset uirginitas, si nõ pulchro pulchrius foret. nolite ægre ferre quæ iugo subditæ estis. oportet Deo magis obedire, quàm hominibus. atramẽ uirgines & nuptæ, inter uos colligemini, unũq; sitis in Domino, ac mutuo uobis ornamẽto: nõ esset cœlebs, nisi & nuptiæ. unde enim in uitã hanc ingressa est uirgo? & nequaquã coniugium pudicũ, nisi uirginẽ fructificaret Deo & uitæ. honora & tu matrem tuam, ex qua genitus es honora et tu eam quæ ex matre est. & matrem. nam licet mater nõ sit, Christi tamen sponsa existit. Pulchritudo manifesta haud celatur, at occulta à Deo cernitur. omnis gloria filiæ regis intrinsecus, fimbria ornata aurea et circũamicta, siue actionibus, siue contemplationibus. quæ igitur sub iugo est, aliqua in parte Christi sit. at uirgo tota Christi. & illa quidem non omnino irretiatur à mundo, hæc autem nullatenus sit mundi. etenim quod pars est coniugatæ, id totum est uirginis. elegisti angelorum consortium, cum innuptis constituta, in carnem ne elabere, non rursus ad materiam feraris, ne materiæ nubas. etiam si aliàs innupta permaneas, oculus scortans, nequaquam uirginitatem custodit. lingua scortans, cum dæmone commiscetur. pedes inordinatè incedentes, morbum arguunt, aut morbo mouentur. sed & cogitatio uirgineſcat. non

Universidad de Deusto
Biblioteca

euagetur,non oberret,ne figuras operum in se ferat malorum. nam & figura pars est scortationis.non idola fingat,animæ exosa. At ille dixit eis, Non omnes capiunt sermonem,sed ij quibus datum est. Videte rei sublimitatem, indeprehensibilem ferè inuenietis.quomodo enim non melius carne est,nõ generare carnem, id quod à carne genitum est ? Quomodo nõ angelicum, carni alligatam,nõ secundum carnem uiuere, sed natura esse sublimioremꝫ caro mancipat mundo, cogitatio uerò ad Deum eleuat: caro degrauat,cogitatio pennas adhibet:caro ligat, sed desiderium dissoluit. tota anima coram Deo statuaris uirgo. hæc enim lex uiris pariter & mulieribus sit lata. & nihil tibi ex alienis placebit bonis,quod quidem accidit multis: non genus, non diuitiæ,non thronus,non magistratus.non pulchritudo quæ in coloris specie & membrorum imaginatur compositione,temporis & morbi ludus. si totam uim amoris in Deum exoneraueris, si non duo concupiueris, fluxum & permanens,uisibile et inuisibile,sed tantum uulnerata es sagitta electa,pulchritudineq; ac magnitudine sponsi, ut ex naturali cantu & carmine dicere possis, dulcedo es & totus desiderium. Cernitis quòd fontes, plumbeis inclusi fistulis,quum ualde ob angustiam urgentur, & in unum feruntꝫ. adeò plerunq; aquę uim exuperant naturalem,ut etiam ad superna prorumpant,quum assidue à sequentibus propelluntur. Ita etiam,si cupiditatem extinxeris,& tota Deo agglutinaberis,in altum eleuaberis, unde nõ decides, unde non separaberis,tota Christi permanseris,donec sponsum tuum uideas Christum.inaccessibilem te seruato,tam sermone quàm opere, uita,cogitatione,& motu.undiq; te malignus tentare satagit,omnia speculatur ubi iaculetur,ubi uulneret,ne quid nudum & plagæ inueniat obnoxium. quanto puriorem uidet,tanto magis inquinare contendit. siquidem splendidæ uestis sordes sunt manifestiores. ne oculus oculum trahat, ne risus risum, ne cõ suetudo noctem,ne nox perditionem. quod enim particulatim subtrahitur, & furto surripitur,insensibile ad præsens damnum habet,sed ad summã malitiæ omnia. Non omnes,inquit,sermonem hunc capiunt, sed ij quibus datum est. quum audis datum esse, nihil hæreticũ patiaris, neue naturas inducas,siue terrestres,seu spiritales, uel medias. Sunt enim quidã adeò malè affecti,ut arbitrentur quosdam omnino naturæ esse perituræ, alios autem saluandæ, nonnullos uerò ita habere, sicut eos liberum arbitrium, uel ad melius,uel ad deterius impellit,aliumq; alio plus minus ue idoneum esse. id & ego accipio,non tamen aptitudinem ad perfectionem sufficere puto. cogitationem uerò esse, quæ illam infestet, ut natura ad opus progrediatur, quemadmodum & lapis pyrites, ferro malleatus ferrum fit. quum uerò audis, Quibus datum est,adde datum quidem ijs: qui uolunt,et qui assentiuntur.etenim quum audis,Nõ est uolentis,nec currentis,sed miserentis Dei: tibi cõsulo ut sermonem hunc acceptes:quoniam enim nonnulli sunt, qui ob iustitiam propriam tam magnificè sentiunt,ut totum sibi ipsis acceptum referant, ac nihil factori & instructori, bonorumq; tribuant largitori. hos sermo hic docet, quod & bonum uelle,diuino indigeat auxilio : seu potius eligere utilia, diuinum quid & clementiæ suæ donum existat. quod enim saluamur,partim è nobis,partim à Deo esse oportet propterea inquit: Non uolentis,hoc est,non solum uolentis,nec currẽtis,sed & Dei miserentis. Deinde quoniam uelle à Deo est,meritò totum acceptum fertur Deo.quantũcunque igitur cucurreris,quantumcunq; certaueris, indigebis eo qui coronam præbet. Nisi Dominus ædificauerit domũ,in uanum laborant qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilant qui custodiunt eam. noui, inquit, quòd nõ leuium est cursus,nec potentium bellum, neque pugnantium uictoria,non feliciter nauigantium portus, sed Dei est uictoriam perficere, ac nauem saluam in portum deducere. nam licet hoc alibi & ad alium dictum sit sensum, necessarium tamen duxi, ut quum mihi in mentem uenisset, prædictis etiam adijceretur, quo uobis de diuitijs meis

meis gratificarer.Proinde rogauit mater filiorum Zebedęi, filiorum amore impulsa, & mensuræ eorum quæ peteret ignara: atamen ob amorem nimium, & beneuolentiam filijs debitam illi fuit parcendum: nil enim matrum exuperat misericordiam, & hoc dico quo matres ex legis uigore honoremus. rogauit igitur mater illorum, ut unus à dextris, alter à sinistris assideret. at quid saluator? prius rogat,num poculũ bibere possent, quod ipse bibiturus erat. quũq; hoc fuisset confessum, saluator suscepit.sciebat enim quod & ipsi eodem forent cõsumendi,seu porius consumi debere. quid ait? poculum quidem bibent,à dextris autẽ et sinistris assidere,non meum,inquit,est dare,sed ijs quibus est datũ.nihil igitur est mens imperatoris? nihil labor? nihil ratio? nihil sapientiæ studiũ? nihil ieiunare? nihil humi dormire? nihil uigilare? nihil fontes lachrymarũ stillare? frustra hęc omnia? sed & Hieremias hæreditario sanctificatur iure, & alij ex matre segregantur. timeo ne absurda surrepat cogitatio, tanquam anima in alio egerit loco, inde corpori huic colligata,& quod ex cõuersatione quæ illic est, quidam prophetiam acceperint,alij uerò qui malè uixerunt condemnentur. Cęterùm quia tale quid credere,admodũ est absurdum,ac minimè ecclesiasticũ, alij in talibus ludant dogmatibus,nobis autem ita ludere tutum non est.sed & ibi quibus datum est adde,ijs qui sunt digni,qui ut tales sint,non solum à patre acceperunt,sed et sibijpsis contulerunt. sunt enim eunuchi, qui ex matris utero eunuchi sunt nati. & reliqua.admodum uirile aliquid uellem, de ijs quibus ualde gloriamini,uos,qui à natura estis eunuchi. fortasis enim castitas inuoluntaria, inexperientiam haud uenit, neq; continentia per probationem est examinata:quod enim à natura bonum, reprobũ est: quod uerò ex professione,laudabile. quæ gratia est igni, quia urit? nam ut urat,ex natura habet. quæ aquæ,quod deorsum fertur? hoc enim à conditore habet. quæ niui ob frigiditatem gratia,aut soli quia splendet? splendet enim,etiam si nolit.gratificare mihi,ut uelis meliora:gratificaberis autem,si caro natus, spiritus has: si carnis mole plumbea depressus, rationis auxilio pennatus euadas. si cœlestis inueniaris,humilis factus:si carni colligatus,super carnem appareas.proinde quum carnalia sapere nequaq; laudabile existat, aliud quid ab eunuchis peto.ne fornicamini circa diuinitatẽ: coniuncti Christo,Christũ ignominia afficere nolite.à spiritu initiati, ne uobis ipsis honore parem spiritũ faciatis. si adhuc hominibus placerẽ, Paulus inquit, Christi seruus nequaquã essem. si creaturæ seruio,minimè Christianus nominabor. etenim quã ob rẽ Christianus uenerabilis habeẽ? non ne ideo,quia Deus est Christus? sin minus, hoc mihi ut homini accidit, amore erga ipsum sum affectus. Quin & Petrũ ueneror,non ideo tamen Petrianus uocor:nec Paulianus, quia Paulum honoro.non sustineo,ut cum à Deo factus sim, ab hominibus nomen sortiar. Itaq; si ideo Christianus uocaris,quia in Deum credis,uoceris,& in nomine aut re permaneas. si autem ideo quia Christum amas,ab ipso cognominaris,nihil plus illi alijs dabis cognominibus,quàm quæ ab exercitio uel operatione imponuntur. Videte eos qui equorum studentcursibus,qui à coloribus nominantur,& partibus quibus operam impendunt.uos enim nomina nostis, etiamsi ego haud dicam. si ita Christianus uocaris, admodum parua est appellatio, etiamsi ualde ob eam plaudas. si autem quia Deum credis, operibus ostẽde quod credas. si Deus creatura est, etiam nunc seruis creaturæ,ultra creatorem. si creatura est spiritus sanctus, frustra baptizatus es. & duabus quidem partibus sanè sentis, seu potius nec illis: at omnino una periclitaris. Crede trinitatem margaritam esse unam, undique similem, & æqualiter splendentem. margarita enim si in aliqua parte deturpatur, tota eius gratia euanescit. ita quum filium ignominia afficis, quo patrem uenereris, nequaquam honorem tuum suscipit, ob filij dehonestationem pater minimè glorificatur.si sapiens filius lætificat patrem,quanto magis filij honor, honor erit patris? quod si hoc quoque suscipis, noli filium glorificare

Universidad de Deusto
Biblioteca

glorificare per ignominiam patris. similiter neque pater ob filij ignominiam glorificatur. si inhonestas spiritum sanctum, non suscipit honorem tuum filius. quamuis enim haud sit ex patre, quemadmodum filius, ex eodem tamen est patre. aut totum honora, aut totum inhonora, quo tibi ipsi morem geras. non suscipio uenerationem tuam ex dimidio. totum te pium esse uolo, sed sicut uolo, ignosce affectui. nam pro ijs etiam qui me odio habent doleo. membrum eras meum, licet nunc abscisum, forsitan & iterum membrum eris, at ideo humaniter loquor: & hæc propter Eunuchos, quo circa deitatem sint modesti. siquidem nō solum peccatum quod per corpus committitur, scortatio & adulterium uocatur: sed quomodocunq; peccaueris, maximè si circa diuinitatem præuaricatus fueris. sed forsitan unde hoc ostendamus, quæris? scortati sunt, ait, in operibus eorum. cernis ne opus scortationis esse uituperium? & adulterati sunt, inquit, in ligno. uides & cerimonias quasdam esse adulterinas? ne igitur adulterium perpetres in anima, quum castus sis corpore: ne ostendas te minus uoluntariè castum in carne, ex quibus nequaquam es castus, in quibus potens es scortari. cur fecistis impietatem uestram? cur omnes ad deterius prolabimini? ut illud reliquum sit, uel eunuchum quempiam, uel impium uocari. Viris aggregemini, uel serò quid uirile sapite. fugite muliebria, ne nominis turpitudini præconij quoque accedat turpitudo. uultis ne ut parumper adhuc sermoni immoremur, uel satis sunt quæ diximus? attamen reliquis honorentur eunuchi. laudabilis enim est sermo. sunt enim Eunuchi inquit, quidam ita ex matris utero Eunuchi geniti, & sunt eunuchi qui castrati sunt ab hominib. & sunt qui castrauerūt se ipsos propter regnū cœlorum. Videt mihi sermo iste admodū à corporibus differre, & per corpora quædā longè sublimiora designare. sermonem enim hunc ad corporales tantummodo detorquere eunuchos, res admodum parua est, & momenti nullius, planeq; sermone indignum existit. ac ideo nos aliquid spiritu dignum cognoscere decet. uidentur igitur homines quidam à natura ad bonum aspirare. natura autem quū dico, nequaquam uoluntatem liberam reijcio, sed utraque pono, & ad bonum aptitudinem, & ex natura ad opus perducentem idoneitatem. quidā enim sunt quos uerbum expurgat, & eorum passiones castrat: illos esse puto qui ab hominibus castrantur, quum instruens sermo deterius à meliore secernit, hoc quidem reijciēs, illud uerò statuens. Veluti illud, Declina à malo, & fac bonum, quod quidem spiritalem castitatem ædificat. & hanc quidem laudo castrationem, ac ualde laudo, eiusq; doctores pariter & discipulos: quoniam hi bene castrent, illi autem pulcherrimè castrētur. Sunt & qui se ipsos castrant ob regnum cœlorum. alijs nulli contigere præceptores, uerùm laudabiles sibijpsis facti sunt magistri. non docuit te mater quod deceret, non docuit te pater, non presbyter, non Episcopus, non alius quispiam, quibus docendi munus est concreditum: at tu rationem quæ in te est excita, scintillamq; honesti per liberam accende uoluntatem. te ipsum castra, te ipsum emascula, radicem excinde maliciæ, instrumenta elimina, tantumq; uirtutis habitum adipiscēris, ut quasi impossibile sit ad deteriora te prolabi: ac ideo castrationem illam laudo, & fortè magis quàm aliam: qui capere potest, capiat. Vtram partem uolueris suscipe, uel magistrum sequere, uel tibi ipsi magister fias. unum solum turpe est, ab animi passionibus non castrari. cæterùm in passionum castratione nihil interest, & qui docet figmentum Dei est, & tu inde es factus. licet magister rapiat gratiam, licet bonum fiat tuum, nihominus bonum est. solummodo affectus nostros castremus, ne radix aliqua amaritudinis suppullulans perturbet: solummodo sequamur imaginem, solummodo ueneremur archetypum. corporales execa affectiones, excide & animales: quanto enim preciosior anima est corpore, tāto honorabilius est purgare animam, quàm corpus. Si autem corporis purgatio laudabilis est, considera mihi quantum animæ sit maior & sublimior. Ar-

anam castraro impietatem. Castrato Sabellij opinionem prauam. ne plus contrahe quàm bene habet, nec malè diuide: nec in unam personam contrahe tria, neque tres naturarum facias diuersitates. laudabile est unum bene cognitum, & tria bene diuisa, quum personarum, at non deitatis fit diuisio. hanc laicis legem statuo. hæc & presbyteris præcipio, simul & ijs quibus imperandi gubernacula sunt concredita. Iuuate uerbum omnes quibus à Deo concessum est, ut iuuare ualeant. magnum est cædes cohercere, adulteria punire, fures refrenare: sed multo maius est, pietatem lege sancire, & sanum sermonem donare. non tantum sermo meus potest, qui pro trinitate depugnat, quantum mandatum? quum ora occludis eorum qui malè habent? quum opem fers oppressis? quum homicidā coherces? quū occidere uetas? non de corporali morte solum loquor, sed & animæ: omne enim peccatū animæ mors est. & hic sermo sistat. reliquū est, ut oremus pro ijs qui conuenerunt. Viri pariter & mulieres, principes et subditi, senes & iuuenes cum uirginibus, uniuersum genus ætatis. omne ferte damnū, siue pecuniarum, siue corporum, solum unum non audeatis, ut diuinitatem mulcte tis. adoro patrem, adoro filium, adoro spiritū sanctū. seu potius adoramus. Ego & ante omnes qui hæc dico. Ego & post omnes, et cū omnibus, in ipso Domino nostro Christo, cui sit gloria & imperium in secula, Amen.

BEATVS GREGORIVS NAZIANZENVS
ad Euagrium de deitate: Bilibaldo Pircheimero interprete.

ADmodū te miror, & ualde ob prudentiā tuam obstupeo, quia contemplationum taliū & quæstionum causa existis, ac nos interrogationibus exactissimis ad dicendi necessitatem & solicitudinē demonstrationis cōpellis, dum quæstiones adeò necessarias & utiles nobis offers. constat enim, quòd omnis alia necessitas à tergo est relinquēda, donec ad interrogationes manifestè respondeamus. Quæstio igit tua quam attulisti, talis ac de re fuit tali. qualis nam patris, & filij, & spiritus sancti esset natura. quam quis rectè essentiam potius quàm naturam appellarit, num simplex, uel composita. si enim simplex, quomodo numerum ternarium suscipiat in prędictis? Quod enim simplex, necesse est ut unius sit speciei, & sine numero: quod uerò sub numeros cadit, necesse est ut incidatur, etiamsi nequaquam numeris supponatur, incisum uerò affectum est, quum affectio sit incisio. si igitur natura melioris simplex, superuacua fuerit nominum positio. si uerò nominum uera sit positio, & oporteat nominibus credere, id quod uniforme est et simplex, cōfestim sublatum erit. quæ igitur rei sit natura, à nobis exquisiuisti. horū igitur demonstrationes ueritatis sermo exactè in medium deducet: nō fidei haud demonstrati imaginationem, ob defectum demonstrationis, irrationabiliter prætendens, neq; fabularum ueterum testimonijs absurditatem fictionis suæ abscondere tentans: sed quæstionis exactiora manifestabit, & considerationum rectitudine theorematis fidam certitudinem, manifestè ostendet. reliquum igitur est, ut sermo iam inde nobis initium sumat, ac explicetur quomodo diuinitas sit accipienda, num simpliciter, aut tripliciter. ita enim nos nominum triplicitas & dicere & credere cogit, quibus nonnulli, quum abusi sint, absurda & omnino uana induxere dogmata, essentiam, una cum nominum accusatione, affectionem diuisionis sustinere opinantes. Verùm illi quemadmodum & tu ais, obmittendi sunt, quum rancidè opinionis suæ patrocinentur dogmati, ac intellectum eorum, ad rectam cognitionis deprehensionem dirigamus. Sub initium igitur supponemus, quod sit Deus. sicq; ad demonstrationes perueniemus. simplex est omnino, & indiuisibilis essentia. simplicitatem uerò, & quod sine corpore sit, à natura est consequuta. sed fortassis sermo diuisionis nominum mihi obstat? quoniam numero ternario, melioris unitatis speciem auffert. uerùm absit, ut propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

pter unitatis ſpeciem, confeſsionē patris et filij, & ſpiritus ſancti effugere cō
gamur. indiuiſibilē enim melioris unitatem, nequaquā offendit poſitio no-
minum. ſiquidem intelligibilia, & nominibus infinita, licet multimodis no
minibus apud ſingulas gentes uocentur, extra omnem tamen ſunt nomen-
claturam. quoniam intelligibilia, & corpore carentia, nullum nōmē propri-
um habent. quomodo enim propriè uocarentur ea, quæ oculis noſtris haud
ſubijciuntur, nec intellectu capi poſſunt humano? accipiatur enim à nobis,
breuiſsima ex nominibus particula, anima uidelicet, pro cognitione exacta
totius. anima enim nomine appellatur fœmineo, quum tamen ab omni fœ-
minea diſtet natura. ſecūdum enim eſſentiam ſuam, nec uir eſt, nec fœmina.
pariter & ſermo, qui ipſius gratia eſt procreatus, maſculinū quidem nomen
habet, attamen & ipſe quemadmodum dicimus, extra omnem, ſiue maſculi
nam, ſeu fœmininam corporalitatem eſt. ſi igitur intelligibilium nouiſsima,
anima, & ſermo, nequaquam proprium nomē habent, quo pacto prima, &
omnia illa intelligibiliū intelligibilia, proprijs nominibus uocari dicemus?
cæterùm nomenclatura propter neceſsitatem prodeſt, quoniā nos ad cogni
tionem perducit intelligibilium. Quidam autē nomēclaturis eſſentiam pa-
riter, craſſe quidē, quaſi ſubdiuidi exiſtimantes, planè diuinis indigna, ſuis
opinantur cogitationibus. ac ideo decet, ut ueritatis ſciamus cognitiones, et
quod indiuiſibilis & uniformis diuina, & inſeparabilis eſt eſſentia, ſed ad
utilitatem ſalutis animarum noſtrarum, etiam diuidi uidetur nomenclatu-
ris, ac diuiſionis neceſsitatem ſuſtinere, ſicut diximus. quemadmodū enim
anima intellectualis quum ſit, & cognitionum infinitarum multitudinē gi-
gnit, non tamē ob id cognitionis diuiditur affectus, neq; ob multitudinem
cognitionum anima unquam propter antea concepta eſt egena, ſed ditior
potius quàm pauperior euadit, eodem etiā modo, quo & enunciabilis, illo
etiam cōmunis omnibus nobis eſt ſermo. ſiquidē indiuiſibilis eſt ab anima
quæ illum profert, pariter et ab audientium animabus: nilominus tamen ibi
conſiſtit, & ab illa non eſt ſegregabilis, ab iſtis uerò repertibilis. unitatem au
tem potius quàm diuiſionem, ipſorumq; & animarum noſtrarum operans,
ita mihi noſcas & filium, nunquam à ſpiritu eſſe ſegregabilem. & ab hoc rur
ſum, ſpiritum ſanctum, quemadmodum & à mente cogitationē. ſicut enim
inter mentem, & cogitationem, ac animā diuiſio cognoſci poteſt nulla, aut
inciſio quædam, ita neque inter ſpiritum ſanctum, & ſaluatoris patrem, inci
ſio aut diuiſio cognoſci poteſt unquam. quoniam ſicut diximus, natura co-
gnoſcibilium & diuinorum indiuiſibilis exiſtit: aut etiam rurſus, quemad-
modum impoſsibile eſt, inter circulum & radium diuiſionem inuenire, pro
pter impoſsibilitatem & corporis defectum, ſimplicitatemq; & inſegregabi
litatem: ſed radius adnexus eſt circulo, & econuerſo circulus tanquā ocu-
fluuiatilis radios infundit toto, tanquā diluuios quoſdā luminis nobis pro
ereans, abundeq; ornatum ſubminiſtrans. Ita etiam fermè radij quidam pa-
tris ſuper nos demittuntur, lucidus nempe ieſus, et ſpiritus ſanctus. quemad
modū enim lucis radij habitū inter ſe iuxta naturā habent indiuiſibilem, &
nec à luce ſegregantur, aut inuicem abſcinduntur, & ad nos uſq; gratiā lumi
nis mittūt: eodem etiam modo ſaluator noſter, & ſpiritus ſanctus, geminus
patris radius, ad nos uſq; ueritatis lumen ſubminiſtrat, patriq; communicat.
Et quemadmodum quum humor nectareus, à fonte aliquo aquarum copio
ſe ſcaturiens, profluuio ſuo abundantiam oſtendit, inde lapſu perenni in flu
mina duo inciditur, unicam ex uno fontis ortu uim à principio continens,
bifariam autem fluminum formatur ſpecie, ſine nocumento tamen eſſentiæ
flumen illud diuiditur: fluuiorum enim poſitione tantum fluor ille diſcrimi-
natur, at humoris qualitatē unam & eandē continet, etiā ſi flumen utrūq;,
ut dictum eſt, quàm longè diſtare, & multum à fonte abeſſe uideatur: princi
pium enim ad continuitatem fontis cōmunem cum ſua habet matre. Simi-
liter etiam omnium bonorū Deus, ueritatis ille adminiſtrator, & ſaluatoris

pater,

pater, prima uitæ cauſa, ac immortalitatis planta, fons uitæ ſempiternæ, bi-
fluam quandam filij & ſpiritus ſancti, cognoſcibilē ad nos demiſit gratiam:
ipſe uerò nullum propterea nocumentum in eſſentia eſt perpeſſus. nullam
enim imminutionem propter iſtorum ad nos demiſsionem, & ad nos uſq;
acceſſum, ſuſtinuit. nec illi propterea à patre ſeparationem ullam ſuſtinue-
runt, indiuiſibilis enim, quemadmodū ſub initium diximus, meliorum eſt
natura. Proinde plurima adhuc honoratiſsime, ac prædictis copioſiora, ad
manifeſtam neceſsitatis patris & filij, & ſpiritus ſancti interrogationem in-
ueniri poſſent, quomodo ipſam accipere oportet. uerùm poſtquam facile
eſt tibi, & tui ſimilibus, citra moleſtiam plurima diſcere, ideo iuſtè cenſui,
de contemplatione tali ſermonem hic ſiſti debere.

EPISTOLA GREGORII NAZIANZENI AD NE-

*ctarium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, Bilibaldo Pirchei-
mero interprete.*

DEi cura, quæ ſuperioribus temporibus eccleſias cuſtodiebat,
penitus uitam dereliquiſſe uidetur præſentem. Vnde anima
mea tot calamitatibus eſt immerſa, ut mihi nec propriæ uitæ
aduerſitates inter mala eſſe cenſeantur, licet talia ſint ac tanta,
ut ſi cuipiam alteri acciderent, intoleranda eſſe putarētur: ſed
ſolummodo ad cōmunia eccleſiarum incōmoda reſpicere cogor, quarum
niſi præſenti tempore diligens in emendando cura habeatur, paulatim res
ad omnimodam animi progredietur deſponſionem. ſiquidem neſcio quis
eos, qui Arij, ſeu Eudoxij hæreſim ſequuntur, ad tantam ſtimulet uecor-
diam, ut quaſi temeritate quadā impulſi, morbo ſuo pompam inſtaurantes,
eccleſias colligant, ac ſi hoc ex commiſsione faciant. Qui uerò ſecundū Ma
cedonium contendunt, in eam progreſsi ſunt ſecordiam, ut ſe ipſos epiſco-
porum nomine decorent, ac diuulgent, ſe loca ad nos ſpectantia electione
ſuo occupaturos: malum uerò ſinus noſtri, Eunomius, non iam eo conten-
tus eſt, ut ſuperſit, ſed iacturam eſſe putat, niſi cunctos in ſuam trahat perdi-
tionem: & hęc quidem tolerabilia. Cęterùm inter calamitates eccleſiaſticas
omnium grauiſsimum eſt, Apollinariſtarū temeritas, quos haud ſcio, quo-
modo tua negligat ſanctitas, ut ſibi ipſis, ſicut & nos congregandi uendi-
cent facultatem. quum igitur omnino per omnia ſecundum Dei gratiam,
diuinis inſtructus ſis myſterijs, nō ſolum ut rectę rationi opem ferre noſcas,
ſed & ijs quæ apud hæreticos contra fidem innouātur ſanam: haud forſitan
abſurdum eſt, ut ueneratio tua noſtram audiat paruitatem, quoniam Apol-
linarij uolumen in manibus meis eſt, in quo cuncta ſuperat, quæ ad uniuer-
ſam hæreticam pertinent prauitatem. affirmat enim carnem nequaquam ac
quiſititiam eſſe, ſecundum diſpenſationem, ab unigenito filio aſſumptam,
iuxta ordinem naturæ noſtræ, ſed à principio in filio, carnalem illam natu-
ram eſſe. ac dictum quoddam Euangelicum, malè in teſtimonium huius aſ
ſumens abſurditatis prætendit, inquiens, quod non bis in cœlum aſcendit,
ſi non è cœlo deſcendit filius hominis, ita, ut priuſquam deſcenderet, filius
fuerit hominis, quodq; deſcendendo carnem adduxerit propriā, illam nem
pe, quam in cœlis ante ſecula habebat, & conſuſtantialem. rurſusq; apoſto-
licum quoddam affert dictum, totius corporis mutilans ſeriem, quoniam ſe
cundus homo è cœlo. facit inde hominem illum, qui à ſupernis uenit, men-
tem non habere, ſed diuinitatem unigeniti, mentis naturam replentem, par
tem non habere, ſed diuinitatem unigeniti, mentis naturam replentem, par
tem factam, eſſe humani temperamenti, tertiam particulam animæ & cor-
poris, ſecundum humanum modum circa ipſum exiſtentium, mente uerò
non exiſtente, ſed illius locum Dei uerbo implēte. nec hoc ſolum graue eſt,
ſed & hoc omnium grauiſsimū, quod ipſum unigenitum Deum, iudicem
omnium, autorem uitæ, mortis deſtructorem, mortalem eſſe facit, ac pro-
pria eius diuinitate paſsionem ſuſcepiſſe, & in triduana illa mortificatione
corporis, diuinitatem quoq; unà cum corpore occubuiſſe, ac ita à patre rur

u ſus à

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſus à morte reſuſcitatum eſſe, ſed & alia quæ talibus addit abſurditatibus, longum eſſet explicare. ſi igitur qui taliter ſapiunt, congregationis poteſtatem adipiſcentur, conſideret prudentia tua egregia, ne ſi inter nos pullulare incipient ea quę illi ſentiunt, poteſtatē quoq; accipiant congregādi. quod nil aliud eſſet, quàm eos ueriores noſtro cenſeri dogmate. Si enim illi tanquam piè agentes, docere ut ſentiunt, ac audacter quæ per ipſos inuentuntur prædicare poterunt dogmata, manifeſtum eſt quod eccleſiæ debilitabitur ſermo, tanquam ueritas apud ipſos exiſtat. duos enim dere eadem ſermones contrarios natura nō admittit. quomodo igitur magnanimitas tua, & intellectus ſublimis, nequaquam ad tanti mali emendationem, aſſueta loquendi utitur audacia? proinde quum id antea factum haud ſit, nūc ſaltem tua in uirtute inimitabilis excitetur perfectio, doceatq; imperatorem piiſſimum, quod reliqua diligentia, quam eccleſiæ impendit, nullius ſit utilitatis, niſi tale malum, in ſanæ fidei purgationem, propter illorum cohibeatur temeritatem.

DIVI GREGORII, COGNOMENTO THEOLOGI, *Epiſcopi Nazianzeni, de Theologia liber primus: Petro Moſellano Protegenſe interprete.*

VI diſſerendi artificio abuntur, eos diſputatio hæc noſtra obiurgabit: & ut ſcripturæ uerbis exordiar, Ecce ego aduerſum te conuiciatrix. Sunt enim, ſunt quidam, quibus pruriunt tum aures, tum lingua: imò uerò, ut uideo, & manus. Pruriunt, inquam, primùm profana uocum inanitate, pertinaciq; contradicendi ſtudio: quæ non alunde quàm ex cognitione nomen hoc ſuum mentiente, proueniunt: deinde nullam utilitatem adferētibus diſputationum pugnis. Nam his nominibus, quicquid in ſermone eſt, uel ſuperuacaneum, uel curioſum uocat Paulus, ille abbreuiati ſermonis & præco & confirmator: idem piſcatorum cùm diſcipulus, tum præceptor. Hi uerò, de quibus ſermo inſtitutus eſt, utinam quemadmodum linguam habent uerſatilem, ac in dictis nobilioribus probabilioribusq; eleuandis uehementem: ſic & in rerum ueritate exploranda, nonnihil laborarent. Quod ſi facerent, parum, aut fortaſſe minus eſſent ſophiſtæ: nec argutias illas ſuas abſurdas & inopinatas, tanto ſtudio in medium, quaſi talos quoſdam, iactitarent. Liceat enim ridiculè mihi de re ridicula loqui. Quoniam autem omni pietatis ratione poſthabita, unum hoc ſpectant, ut uel nectant, uel ſoluant quæſtiones qualeſcunque (quemadmodum qui in theatris publicè edunt certamina, non quæ iuxta palæſtricas leges ad uictoriam faciunt: ſed tantum imperitorum oculos perſtringunt, & uulgi captant applauſum) & res huc redit, ut horum diſputationibus forum omne perſtrepat, ut conuiuiorum hilaritas omnis eiuſmodi nugarum tædio diluatur: ut feſtum omne, luctuſq; omnis, illud quidem infeſtiuum & mœſtitia plenum reddatur: hic uerò conſoletur maiore calamitate, nempe quæſtionum argutijs: ut denique omne mulierum contubernium, ſimplicitatis alumnum perturbetur: & uirginalis pudicitiæ flos, prompta contendendi libidine decerpatur. Hæc quando ſic habent, & malum intolerabile eo proſerpit, ut magnum fidei myſterium, in argutam quandam artem degeneret: agite, non tam auditores, quàm exploratores, tolerate nos qui paterno erga uos affectu mouemur, qui'que ueſtrum omnium nomine in imis cordis noſtris ſenſibus diſtorquemur: tolerate, inquam, dum ſermonem hunc noſtrum æquo animo excipitis. Et lingua, ſi quomodo poteritis, pauliſper frenata, nobis aureis præbete. Certè quod ad uos attinet, utcunque cadat, nullam omnino iacturam facietis. Aut enim ego in aures audientium loquar, & fructum aliquem proferet oratio, ueſtram uidelicet utilitatem (nam qui uerbum Dei

Dei ſeminat, in mentem quidem ſeminat omnem: ſed ea demum fruges producit, quæ bona fuerit & fœcunda) aut uos hinc abibitis, exibilato & hoc noſtro conatu, nacti inſuper huberiorem contradicendi materiam, & maiorem nobis inſultandi occaſionem, quomodo fiet, ut lautius etiam animos ueſtros expleueritis. Iam uerò ſi qua præter opinionem & legem ueſtram, qui ſcire uos omnia docere'que profitemini, id'que iueniliter adeò & confidenter, dixero, nolim id uobis uideri mirum, quod ideo ſum præfatus: ne dum imperitorum more audacter pronuncio, moleſtia aliqua teneras aures adficiam. Principiò non cuiuſuis eſt, ô uiri Chriſtiani, de Deo diſputare, non inquam cuiuſuis. Non adeò hæc res eſt uilis, & eorum qui etiamnum humi ſerpentes, terrenis ſtudijs occupantur. Addam & illud: Non id quouis decere tempore, neque apud omnes, neque de omnibus. ſed eſt quando, & apud quos, qua'que fine fieri hoc conueniat. Non omnium quidem, quando eorum tantum eſt, qui inter multos habito delectu, ad tantum munus uideantur idonei: quiq; contemplandi acumine, cæteris antecellant: hi nimirum, qui iam antè & corpus, & animum ab affectuum ſordibus purgarint: aut ut minimum iam ſint in hoc toti, ut ſe hac uia puros reddant. Nam ut parum feliciter ceſſerit, ſi morboſis oculis in ſolares radios intueri coneris, ita impurus ipſe ſummam puritatem non ſine periculo attrectaris. At quando? Tum profectò, cum ab externarum occupationum craſsis ac turbulentis curis liberi, altiſsimo fruimur ocio. Alioqui quemadmodum ineptè quidam deformibus literarum figuris elegantes aliquot appingunt, cœno'que permiſcent unguentum, & nobis eodem modo princeps animi facultas, diuinæ contemplationis capax uitioſa pariter & fallaci inanium rerum imaginatione confunditur. Oportet enim uerè uacare, & ſic demum cognoſcere Deum. Apud quos autem? Eos ſanè, apud quos hoc negocium eſt in precio, qui'que non ut quoduis aliud & hanc tractationem, ſed pro delicijs habent. Nempe poſt equorum curam, poſt ſpectacula, poſt cantilenas, poſt uentrem, & ea quæ ſub uentre pudenda exercentur. Sunt enim quibus uoluptatis ſuæ bona pars eſt, de diuinis contendere, & repugnantium argutiarum ſubtilitatem meditari. De quibus autem diſputandum, & quatenus? De his ſolum, ad quæ humani ingenij acies pertingere poteſt, & quatenus conditio auditoris & facultas quiuerit aſſequi: ne, ut intenſior uox auribus, ut alimentum immodicum corpori, ut'que onera paulo grauiora ſubeuntibus, terræ denique crebriores pluuiæ nocent: ita ſanè & auditores quæſtionibus altioribus, & quaſi ſolidioribus degrauati, depreſsi'que, damni aliquid accipiant. In ſumma, hac fine diſputandum, ne ſupra ſummas fragilitatis noſtræ uires quicquam attentemus. Neque uerò hæc ſic accipi uelim, quaſi peccatum ſit, Dei ſemper meminiſſe (ne rurſus contra nos inſurgant hi, qui ad omnia faciles ſunt & expediti) quando me autore non tam ſæpe reſpirare, quàm Dei meminiſſe debemus. Imò, ſi audiri hoc poteſt, aliud nihil, quàm hoc faciendum. Nam & ego in eorum ſum numero, qui eam probant legem, quæ die ac nocte iubet meditari. Veſperi & mane & meridie prædicare, ac demum benedicere Dominum in omni tempore. Tum ſi quid & ex Moſe eſt mutuandum, ſiue in cubiculo dormias, ſiue à ſomno exurgas, ſiue iter facias, ſiue quid aliud agas, nihilominus tamen memoriam tuam Dei effigie impreſſam, puritati intendas, licebit. Itaque Dei meminiſſe, per me ſanè licet cuique, at non etiam de Deo diſputare. Nec hoc prohibeo, huc ſpectans, ut pium opus negligatur, ſed ne non ſuo tentetur tempore. Nec hoc ago, ut hanc doctrinæ partem explodam: ſed ne quid fiat nimis, caueam. Siquidem & mellis ſatietas uomitum mouet, quantumuis ſit mel. Breuiter ut Solomoni, ſic & mihi

Universidad de Deusto
Biblioteca

mihi uidetur, suum cuique negocio destinatum esse tempus. Et uidemus, quæ per se bona sunt, si non bene quoque tractentur, boni gratiam amittere. Non aliter atque hybernis mensibus sunt intempestiui flores. Nec mulieres uirilis, nec uiros muliebris ornatus decuerit: ut nec luctui conuenerit musica, nec in potum lachrymæ. In summa, hic à me non opus, sed tempus damnatur. Quod si fuerit parum idoneum, opere tam sancto non dignamur, opportunum autem Theologiæ consecrandum putamus. Reclamatis? Nequaquam, ô amici ac fratres (fratres enim uos appello adhuc, etiamsi animos in nos geratis non admodum fraternos) sententiam nostram sic obfirmemus. Neque ratione, ut equi feroces ac intractabiles sessore, excussa: & religionis freno, quo alioqui nostro commodo coercemur, dissipato, procul ultra metam feramur: sed intra terminos nostros philosophemur, nec in Aegyptum efferamur. Neque in peregrinum Assyriorum luxum dilabamur. Neque cantemus canticum Domini in aliena terra, uidelicet citra ullum discrimen, quibuslibet audientibus, siue ij sint generis nostri, siue peregrini: amici, siue inimici: candidi, siue maligni: quorum unicum est studium, nostris insidiari. Quippe qui infelicitatis nostræ scintillam, in flammam cupiant assurgere: quam accendunt fouentque, nobis interim oscitantibus, neque aduertentibus quicquam, donec aurę suo afflatu eam in cœlum attollant: & Babylonica flamma circumiacentia omnia exurente, reddant altiorem. Etenim quia eius robur, quo ueritati reluctentur, è suis ipsorum decretis non suppetit: idem hoc in nostris, qua parte putida, eis suffragari uideri possunt, uenantur. Ac propterea, quemadmodum muscæ uulneribus, ita hi nostris insident fatis aduersis, aut si ita mauis, erratis. Quin igitur in hoc operam damus omnes, ne ipsi nos amplius ignoremus, & per hoc disputationes eiusmodi in contemptum adducamus. Quod si sapientiam nobis inimicam explodere non licet, in illud saltem uno consensu incumbamus, ut secreta quæ sunt, & à uulgi conspectu semota, secretò quoque tractemus: & quæ sanctæ, sanctè. Nec in profanas aures, quæ silentio sunt adoranda, proijciamus. Alioqui declaramus aperte, qui dæmonia adorant, & turpium tum fabularum, tum rerũ sunt cultores, eos nobis esse longè religiosiores. Illi enim his qui non eisdem sint initiati sacris, sanguinem suum citius, quàm quædam arcana sua sacra impertirẽt. Itaq; quid superest, nisi ut nobis persuadeamus, ut in uestitu, uictu, & risu, deniq; incessu, sic eloquendo tacendoq;, modum quendam ac decorum seruari oportere: præsertim cum inter tot Dei uirtutes appellationes'que, & λόγον, hoc est, sermonem adoremus. Quin ergo disputandi studium intra certam legem & præscriptum coercemus. Cur Dei generationem, eiusqúe è nihilo creationem, tum sectiones, diuisiones, resolutiones audit is, qui malignus auditor, in deteriorem partem quæ audit, interpretatur? Cur iudices constituimus accusatores ipsos? Cur hostibus contra nos arma porrigimus? Quàm putas dexterè, quo'ue animo disputationem de diuinis accipient, qui adulteria & fœdas puerorum injurias collaudant? qui affectus adorant? nec quicquam supra corpus cogitare possunt? Qui heri & nuper sibijpsi statuerunt Deos, eosqúe qui factis turpissimis mundo innotuere, an non crasse? non turpiter? non inerudite? Breuiter, non pro suo more? usque adeò ut tandem Deorum suorum pariter & affectuum patrocinium non aliunde, quàm ex tua Theologia petant? Nam cum ipsi inter disserendum, eiusmodi eorum uocibus quasi exultemus, uerendum, ne uix unquam nostram philosophiam sectari, animum inducant. Quæ autem spes est, eos sententiam aliquando mutaturos, si præterquam quòd suo Marte mala sibi inueniunt, & à nobis quasi iuuantur? Hæc mala quanta sunt, dissidijs illis & bellis, quæ inter nosmet gerimus, de

bentur,

bentur. Quin etiã illis feramus accepta, qui de uerbo pugnant acrius, quàm ipsi uerbo sit gratum. Quibus profectò accidit idem quod mẽte captis, qui partim proprias euertunt domos, partim liberos trucidant, aut etiam parentes pulsant, dum uidelicet eos pro alienis habent. Ac uerò quando à Theologiæ tractatu aliena & superflua iam resecuimus, & numerosam legionem in profundum præcipitem, in porcorum gregem relegauimus: quod reliquum est, ad nosipsos respiciamus, & theologum nostrum ad summũ usq; nitorem, uelut quandam statuam, expoliamus. Quanquam illud prius expendendum occurrit, unde ambitiosum adeò disputandi studium, & linguę quasi quædam prurigo proueniat: quis nouus hic sit morbus, quæ ue obloquendi fames tam insatiabilis. Nam quid tandem est, quod manibus alligatis armamus linguam? Non laudamus hospitalitatem, non fraternam charitatem, non mutuum coniugij amorem, non uirginitatem, nec pauperũ alendorum curam miramur: nec pijs Psalmorum canticis Deum celebrare, operæprecium putamus. Multo minus, si quis uigilans tota nocte, ad Deum stet erectus, uel lachrymis stratum suum humectet. Quis porrò nostrum corpus suum crebris ieiunijs in seruitutem redigere studet? Quis per piæ precationis quasi gradum ad Deum ascendit, & corporis oblitus, extra sese peregrinatur? Quis meliori peius hoc est, carnis puluerem, spiritus dignitati cogit obedire? Nimirum ut pro humana temperatura cuique ius suum tribuatur. Quis præsentem hanc uitam, mortis facit meditationem? Quis generositatis primùm sibi duinitus inditæ memor, huc summa ope nititur, ut affectibus suis imperet? Iam iracundiæ ferociam, & animi tumorem nemo sedat. Nemo dejcientem animi elationem, nec mœrorem, qui nulla sæpe ratione suscipitur, pellit ex animo quisquam: ut nec uoluptatibus istis inerudítis abstinemus. Nec procacem & mereticium fugimus risum, nec à lasciuijs & immodestis oculorum motibus cauemus. Nec audiendi loquendi' que modum facimus ullum, nec cogitationis absurdas reprimimus. Et (ut semel omnia complectar) nullam gerimus curam eorum quæ in nobis contra nos malignus ille occupat, & per quæ, sicuti fenestras (ut scriptura loquitur) hoc est, sensoria, mortem in animum introducit. Imò non solum ijs omnibus contraria admittimus, sed perinde ac parta uictoria, liberius palandi licentiã militibus suis permittere solent reges, & nos aliorum affectibus locum damus, eorum' que peccatis applaudimus, tantum ut nobis annuant, contra Deum autem ferantur audacius. Et sanè, pro opere mann

Universidad de Deusto
Biblioteca

non licet, aliquot. Quod si ne hoc quidem dabitur, sat, meo quidem iudicio, fuerit magnificum, uel unam egregiè sequi. Bellè sic decernis. At rursus, cum audis uiam, quæ ad cœlum perducit, unam esse, & eam quidem peranguſtam, quid putas hic sibi uult sermo? Vnam sanè esse, si uirtutem spectes: hæc enim unica est, quantumuis in multas partes secetur: uerùm anguſtam propterea, quòd sudoris planè multum exhibet uiatoribus, quodque non adeò multis est trita, præsertim si conuertas oculos ad multitudinem eorum, qui itinere aduerso, per spacioſiſſimum uitiorum campum ad inferos corruunt. Ita & mihi uerum apparet. Igitur si hæc uera sunt, cur alijs posthabitis omnibus, ad unam hanc ferimini omnes? & (ut putatis uos) per disputationes ac speculationes: ut autem ego, nugas & præstigias grassamini? Haud secus, ac si ueſtris calculis doctrina noſtra tantæ damnetur inopiæ, ut non & alios tractatus, suis sectatoribus queat suppeditare. Quod si mea parum uos mouent, saltem Paulum illum magnum obiurgantem audite, qui poſt spiritalium donorum enumerationem, acriter sic omnino exprobrat: Num omnes Apoſtoli? num omnes Prophetæ? & quæ sequuntur. Iam ut demus te esse sublimem, & sublimibus sublimiorem, imò si uelis, ut nebulas transcenderis, secretorum spectator, & arcanorum factus auditor, ut poſt Eliam igneo subueharis curru, & poſt Moysen diuini uultus inſpectione dignus habearis, ut denique poſt Paulum in tertium rapiaris cœlum, cur & alios unius diei spacio sanctos quasi fingis, & Theologos calculi tui suffragio creas, ac eruditionem eis uelut inſpiras, & inſtituis indocte doctorum conciliabula multa? Cur captionibus tuis, quasi aranearum telis, infirmiores simplicioresque illaqueas? Idque uideri uis facinus planè scitum & grande? Cur contra fidem excitas crabrones? Cur Dialecticorum obseruationes aduersum nos pueriliter adeò effutis, non aliter ac fabulæ olim contra Deos produxere Gigantes? Cur nouam Theologiæ officinam ædificas, ac in eam homines ut quisque leuiſſimus est, & uiri uocabulo indignus, euocas, ueluti sordes, undique in unam quandam sentinam conuerrens? Nec hoc contentus, eos iam antè effœminatos, tuis adulationibus effœminatiores reddis: interim astutè moliens, ut eorum ſtultitia tibi in lucrum cedat? Quod si & his contradicis, & nequaquam tibi, ut alia sequaris, perſuaderi poteſt: sed linguam regnare modis omnibus oportet, nec contendendi quasi pruriginem potes reprimere, suppetunt certè & aliunde plurima argumenta, & glorioſa. Ad hæc non sine fruge conuersus, morbo tuo frenos laxa. In primis Pythagoræ silentium, & fabas illas Orphicas inuade. Tum faſtum illum recentiorem, quem præ se fert ambitioſiſsimum illud, Ipse dixit. Impete Platonis ideas, corporum transmutationes, animorum circumitiones. Denique, non pulchros amores per corpora pulchra in animum progredientes. Explode Epicuri Deos negantis impietatem, eiusdem'que inſectilia corpora, pariter & philoſophis indignam uoluptatem. Confuta Aristotelis argutam adeò & anguſtè patentem prouidentiam, tum artes. Item eiusdem mortales de anima tractatus, & quod huius uiri dogmata nihil supra hominem spirant, deijce, & elatum Stoicorum supercilium. Vitupera canum ingluuiem, & scurris dignam leuitatem, deride pleni & uacui commenta. Denique, quecunque hoc hominum genus monſtroſe nugatur de dijs, de sacrificijs, de simulacris, de dæmonibus tum beneficis, tum maleficis, de diuinatione, de euocandis superis, de'que eliciendis umbris, poſtremò de ui et facultate siderum. Si uerò hæc indigna ducis, de quibus disputetur, ut quę humilia sint, & iam antè sæpe ab alijs refutata, & in tuis uersari mauis, inq; ijs ambitioni tuę materiam queris: & hic tibi oſtendam latiſsimum patêre

patêre campum. Quin mihi de mundo philoſopharis & mundis? de rerum omnium materia? de anima? de rationalibus naturis nobilioribus & uilioribus? de reſurrectione? de iudicio? de præmiorum retributione? deq; acerbis Christi cruciatibus? Nam in his, ut est utile, ueri scopum ferire: sic aberrare, non adeò magnum fuerit periculum. Deum uerò interpellemus in hac quidem uita pro noſtra fragilitate utcunque. Verùm haud ita multo pòst perfectius fortaſse. Idq; in Christo Iesu Domino noſtro, cui sit gloria in secula seculorum. Amen.

DIVI GREGORII, COGNOMENTO THEOLOGI, *Epiſcopi Nazianzeni, de Theologia liber ſecundus: Petro Moſellano Protegenſe interprete.*

QVoniam superiori libro Theologum repurgauimus, paucis uidelicet indicato, qualem esse eum, & cum quibus, quandoque & quatenus in sacris disputare oporteat: nempe quod, quoad eius fieri possit, purgatum, ut luce lucem comprehendat, & cum studioſoribus, ne doctrina, si in sterilis animi solum inciderit, & ipsa sterileſcat: at tum quidem, cum intus ab exterorum negociorum procellis tranquilla sunt omnia: ne, ut uociferantium tenor obuij flatus impetu frangitur, sic & interna mentis cogitatio externorum solicitatione interpelletur. Denique quatenus pertingunt uires cùm noſtræ ipſorum qui disserimus, tum eorum qui nos audiunt. Et quando breuiter perſtrinximus, & iam nobis, ne inter spinas cadat semen, diuina noualia nouauimus, ac denique faciem terræ æquauimus. Nimirum quod & ipſi sacro ſcripturæ penicillo effigiati simus, & alios quoq; effigiauerimus. Agè nunc iam in hoc Theologiæ tractatu progrediamur, antè tamen in operis ſucceſſum inuocatis his, de quibus sermo inſtitutus est, patre uidelicet filio'que & spiritu sancto: nimirum ut disputanti faueat pater, adsit filius, spiritus adspiret: imò uerò ut ab uno Deo unus quoque defulgeat nobis splendor: qui quidem sic diuiditur, ut interim maneat simplex: sic in simplicitatem suam contrahitur, ut nihilominus sit diuiduus, quantumuis id inopinatum, & præter humani ingenij captum uidetur. Atque adeò hanc lucem cupio prælucere mihi tantisper, dum montem Domini magna fiducia ascendo, aut, ut uerius dicam, ascendere conor, & in radice sudans, ad uerticem anhelo (nam audentem me, facit spes: anxium autem & satagentem, imbecillitas) nimirũ ut in nebulam penetrem, & cum Deo colloquar. Hoc enim fieri iubet Deus. Quod si quis hic Aarõ, unà mecum subeat, prope'que adsiſtat, interim boni consulens sortem hanc suam, si fortè in nebulam non admittatur. Sed si qui Nabad aut, Abiud, aut seniorum aliquis, subeat quidem, uerùm procul à nebula subsiſtat pro suo ac purificationis sui modo, dignitate'que. Iam si qui unus è multis fuerit, & eiusmodi sublimitate pariter & diuinorum inſpectione indignus, is siquidem est omnino immundus, caueat moneo, ne huc ferat pedem: neque enim fuerit tutum. Sin modò purgatus & purgationis officinam etiamnum oleat, infernè in montis crepidine maneat, & uocem solum ac tubam, nuda pietatis uerba sonantem, exaudiat: tum montem ipſum fumantem, & fulgetris coruscantem spectet: illis qui necdum ascendere ualent, rem minacem pariter ac mirandam. At si quis bellua est nocens, feriorq; quàm minacem pariter ac mirandam. At si quis bellua est nocens, feriorq; quàm quæ contemplationis ac Theologicæ puritatis sit capax, ea suadeo, ne hic impietatis suæ latebras quærat: hoc spectans, ut ex improuiſo huc inſiliens, dogma aliquod aut uerbum captet, & interim inſultu suo sanos sermones diſcerpat. Verùm procul absiſtat, & à monte abſcedat, alioqui lapidibus ferietur conteretur'que, ac demum malus malè peribit (siquidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

feris & immanibus hominibus lapidum uice est, uera & solida doctrina) siue est pardalis, unà cum maculis emoriatur: siue leo rapax, rugiens'que, ac in nostro grege cuiusquam uel animam, uel sermonem, cibum sibi inde ut faciat, quærens: siue sus, quæ preciosas & pellucidas ueritatis margaritas conculcet: siue lupus Arabicus, alienus'que, aut etiam his sæuior sophistarum quispiam: siue uulpecula, animus nimirum dolis & perfidia plenus: quæ quo facilius fallat, pro tempore & rerum usu alium atque alium subinde habitum assumit: quam'que alant uel mortua & olentia corpora, uel uites humiles, maioribus uidelicet eius dentes effugientibus: siue quippiam aliud ex his quæ deuorandis crudis uictitant, quorumcunque usus in cibis legis præscripto est prohibitus. Verbum enim Dei ab his omnibus abhorret, ac tantum solidis ac lapideis tabulis inscribi dignatur. Idq; utrinque. Nimirum quod lex partim in aperto est, partim etiam inuolucris tegitur: ita ut & uulgus intra montem manens, quod intelligat habeat: & electis, ac in montis uerticem progressis, quo exerceantur, non desit. Sed quò me animi impetus rapit amici myste, & unà mecum ueritatis amatores? Equidem spes erat, ut hoc cursu Deum prehenderem, atque adeò monte conscenso, & crassis terrenæ molis impedimentis abiectis, per mediam nubem intra eam penetraui. Sed dum collectis uiribus meis omnibus in me conuertor, Deum ipsum uix à tergo conspicio. Id'que non sine adminiculo petræ, nimirum diuini uerbi nostri causa incarnati: & dum singula rimor curiosius, naturam illam primam & simplicissimam, qua seipsa ineffabilis trinitas cognoscit, que'que intra tabernaculum primum manens, alis Cherubin contegitur, haudquaquam uideo. sed quæ ultima est, & deorsum ad nos deuergit, illam uerò utcunq; cognosco. Ea certè (quantum ipse intelligo) est, quæ in creaturis his uidelicet, quæ nostris oculis à Deo proposita sunt, ac ab eodem gubernantur, relucet: siue magnificentiam uoces, siue, ut diuinus Dauid nominat, μεγαλοπρέπειαν, hoc est, magni decentiam. Hoc enim Dei tergum est, quicquid eum nobis suo indicio refert, ut tamen illius naturam non contingat: perinde ac umbra & in aqua relucens solis imago hebetioribus oculis illum adumbrant: dum illum ipsum præ nimio purissimæ lucis fulgore, quo sensum facilè exuperat, intueri nequeunt. Hac ergo fine consistes, quisquis Theologum profiteris, siue Moyses sis & Pharaonis Deus, siue Pauli exẽplo in tertium euectus cœlum, arcana audieris uerba: siue illis superior factus, in aliquo stes angelorum aut archangelorum ordine statu'que. Etenim uel ipsa creatura cœlestis uniuersa, imò (ut sic dicam) supercœlestis, ingenio multo, quàm nos sumus, sublimiori prædita, ac per hoc Deo propior, plus abest à Deo, Deiq; perfecta cognitione, quàm sua dignitate antecellat humilem hanc nostram naturam. Quæ quoniam composititia est, & terrenis temperata, deorsum quoque genio suo fertur. Quamobrem disputationis huius nostræ hoc denuo sit initium, Deum ut intelligas, difficile sanè est: sed ut uerbis eundem exprimas, hoc uerò nulla ratione fieri potest: quanquam hoc quispiam ex his qui inter ethnicos Theologiæ nomine celebres fuere, edisseruit. Nec id, ut mihi uidetur, sine cauta quadam argutia. Quippe quod dum rei difficultatem iactat, intellecti Dei opinionem de se præbet: ac nihilominus reprehensionem effugit, dum uelut se ipse corrigens, eum ineffabilem esse subiecit. Quin si me audies, illud senties potius, fieri non posse, ut Dei naturam uerbis exprimas: multo minus, ut intellectu assequaris. Nam quod intellectus comprehendit, hoc utiq; loquendi uis explicarit: si non pro dignitate, certè utcunque uel adumbrans ei cui ad has res non omnino obsurduerint aures, nec languida planè sit cogitandi facultas. Atqui rem tantam mentis augustijs complecti negatum est, non solum ignauis, & infra montem subsistentibus, uerumetiam sublimibus illis, & in Dei

Dei amicitiam euectis, breuiter omni naturæ progenitæ. Siquidem ijs omnibus ad ueri perspicientiam enitentibus, caligo hæc & uelut crassa carnis nebula tenebras offundit. Atque adeò dubius animi sum, an' non in hunc ordinem sint redigendæ, & excellentiores naturæ intellectuales q̃. Nam hæ, quoniam Deo sunt proximæ, & tota diuinitatis luce refulgent, eam contueri fortasse poterint: si non omnino, certè multo quàm nos tum perfectius, tum expressius. Tametsi & hic discrimen est, quod pro suo quæque ordine aliæ alijs plus minus'ue cernunt. Ac uerò huius quæstionis hic sit modus. Sed quantum ad nos attinet, non modò pax illa Dei intellectum, eiusq; comprehensionem omnem superat: nec tantum quæ in promissis sunt reposita, ut quæ neque oculis cerni, neque auribus audiri, neque cogitatione comprehendi queant (Quid autem, si neque creaturæ nobis exacta contingat cognitio? Certè qui mecum sentiet, & huius tantũ umbras quasdam uos assequi crediderit, præsertim quum audiat illud: Videbo cœlos, opera digitorum tuorum, lunam & stellas: ac denique certam in eis infixam rationem: utpote qui non iam nunc ea uideat, sed uisurus sit aliquando) hæc, inquam, non tantum mentis nostræ aciem effugiunt, sed præ his multum ea natura, quæ his superior, & ex qua hæc promanant, qui uidelicet nullo modo neque comprehendi, neque circumscribi potest. Nec quæ dixi, sic accipi uelim, quasi an Deus sit, ceu dubium proponam: sed quid Deus sit, quæ'que eius natura, hoc uerò nesciri dico. Neque enim inanis est prædicatio nostra, neque uana fides. Quod eo uerbosius ago, ne candore nostro, pro impietatis & calumniæ occasione, arrepto, nobis obstrepas, quasi per hęc Dei ignorationem profiteamur. Aliud est enim, quod sit aliquid, persuasum habere: & aliud, quid illud tandem sit, cognoscere. Siquidem Deum esse, eundem'que omnium effectricem conseruatricémque esse causam, & oculi & naturæ lex nos docent. Illi quidem dum ad ea quæ his uideri possunt, conuertimur, & omnia pulchrè compacta, pulchrius progredi, ac ut sic dicam, sine erroris motu moueri ferriq; miramur. Hęc uerò dum per ea quæ oculis sunt exposita, eoq; ordine composita, principem eorum autorem & uelut architectum ratiocinando colligimus. Alioqui quibus fundamentis hæc rerum uniuersitas uel subsisteret, uel cõstaret, nisi essentiã cuiq; suam suppeditaret, suppeditatamq; cõseruaret, Deus? Et profectò, ut qui bellè fabricatam citharam, eiusq; concinnitatem compositionemq; miratur, aut concentum audit, nihil aliud quàm ipsius citharæ uel artificem, uel moderatorem citharœdum animo concipit, eoq; tota cogitatione conuertitur, etiamsi oculis eum fortasse non cernat. Ita & nobis seipsum prodit illud, quod & facit omnia, & facta mouet atque conseruat, cum interim quid illud tandem sit, mentis nostræ angustijs nequeat comprehendi. At uerò parum candidus, imò stupidus sit oportet, qui non ultrò uel sine duce huc procedit, ut hæc naturæ indicia sequens, credat hoc Deum esse, cuius siue spectrum, siue imaginem quandam expressimus, quod'que sermo noster delineauit. Iam si qui in huius contemplationis pelagus altius ingressus est, eum sic ursero, qua uia Dei natura demonstrari possit, quis adeò ad sapientiæ fastigium peruenerit, quis tanto Dei munere dignatus sit unquam, quis adeò mẽtis suæ os aperuerit, & spiritum attraxerit, ut omnia scrutante, omnia'que cognoscente, etiam Dei profunditates spiritu, Deum ipsum comprehenderit, sic ut ulterius progredi non studeat, compos iam factus uoti illius extremi, ad quod etiam cœlestis reipublicæ studium omne anhelat? Et quid tandem suspicabere esse diuinitatem, si argutis humanæ rationis indaginibus, hic per omnia niteris? Aut quo tandẽ terationis exquisita subtilitas adducet, ô quisquis es, qui tibi philosophiæ simul & Theologiæ primas deberi putas, quiq; tibi places ceu perceptis his, quę nullo neq; modo, neq; fine possent includi? Age, utrũ

Deus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deus corpus? Quod si statuis, tum infinitum & interminabile, ac nulla figura expressum & intactile, inuisibile'que. Num & hæc corpora? O' licentiam. Neque enim hęc corporum natura admittit. Aut corpus tibi est, non autem illa? O' crassissimum mentis stuporem. Nam sic fiet, ut diuinitas nihilo nobis præstet. Si enim loco circumscribi ei nobiscum commune est, quid erit tandem cur eum adoremus? Aut quis prohibebit, ut non rectè ex elementis dicatur componi, & in ea demum resolui, ac sic tandem omnino interire? Atq; compositio initium pugnæ. pugna autem seditionis, seditio uerò dissolutionis, dissolutio autem à Deo & prima illa natura alienissima est. Non ergo admittendum dissidium, ne destructio existat: neque pugna, ne dissidio sit locus: nec compositio, ne per hoc & pugnæ pateat aditus: ac demum neque corpus, ne uidelicet compositio obrepat. Siquidem ab ultimis ad prima recurrens, ratiocinatio sic constat. Ad hæc, si Dei essentia pro corporum ingenio, partim suo ambitu complecteretur alia, partim ab alijs contineretur, qua ratione tueremur illud scripturæ: Deum per omnia penetrare, omnia implere, iuxta hoc: An non cœlum pariter & terram impleo ego, dicit Dominus? Item illud: Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Profectò, aut per uniuersitatem uacuam feretur, & in nihilum abibunt nobis omnia, ut uel hac uia per iniuriam Deus è suo solio in corporum subsellia detrudatur: & quæ fecit, ipse non contineat? Aut, quod fieri nequit, corpus in corporibus erit: aut implicabitur etiam Dei natura, ut liquorum est ingenium, alterius naturæ, rebus admisceri? Quo fiet, ut partim penetret, partim penetretur. Id quod non paulo est absurdius, quàm uel insectilia illa asserere Epicuri corpuscula, uel anilium fabularum deliramenta. Intercidit ergo ratio hæc, quæ Deo corpus tribuit: & neque corpus, neque fixum firmum'que aliquid habere deprehenditur. Iam si adhuc corpus esse, sed materiæ expers aliquis contendit, quæro an illud quintæ essentiæ, ut quibusdam uisum est, quod motu suo in orbem circumagitur, intelligant: quod si intendant, age esto immateriale aliquid & quintum corpus: quin etiam si ita uelint & incorporeum esto. Neque enim hoc nunc in controuersiam magnopere ponam, & solent isti pro sua libidine disputationem nunc huc, nunc illuc torquere, fingere ac refingere omnia. Atqui in quo genere erit eorum quæ sic motu suo circumferuntur? ut ne dicam interim, quanta hic existat iniuria, si qui omnia fecit, is eiusdem generis motu, quo quæ sunt facta, mouebitur? qui'que ipse motus autor est, similem cum his, quæ mouentur, sortem habebit? Quod si dederint, rursum urgeo: Quod'nam sit illud unde hoc suum corpus moueatur? quod unde hæc uniuersitas? ac deinceps hoc: Quem habeat sui motus principem autorem? Quod genus quæstionum sine ulla spe finis progreditur. Ad hæc si mouetur, quo pacto fiet, ut non & in loco sit? Porrò si aliquod aliud genus corporis, præter illud quintum, adferant, tum siquidem illud angelicum statuant, unde quæso compertum habent angelos esse corpora? & quæ'nam sunt illa? Deinde, quid reliquum manebit Deo, quo anteeat angelos suos ministros? Sin quodpiam his excelsius proferant, rursum introducetur corporum examen, quod nulla supputatione includere queas: & nugarum pelagus, in quo uadum ubi consistas, nusquam reperias. Hac uia Deus eorum, qui se corpus facere conantur, argutias euadit. Et ut hæc præsidia negligamus, nobis tamen satisfaceret, quod ex his qui diuino numine afflati fuere, nemo hanc sententiam hactenus uel pronunciauit, uel pronunciatam approbauit. & abhorret hinc nostræ ecclesiæ doctrina.

Superest ergo, ut Deum incorporeum sentiamus: quanquam ut maximè hoc faciamus, nondum tamen ne hoc quidem eius essentiam satis uel exprimit, uel complectitur: quemadmodum nec illud, ingenitus, principij expers,

expers, immutabilis, incorruptibilis, & si quæ alia de Deo, aut citra Deum esse dicuntur. Etenim ipsa deitatis naturæ & substantiæ adiacent: initium non habere, aliunde non existere, nec ullo fine contineri: uerùm totam Dei essentiam finitione concipere, hoc demum inquirendum, edisserendum relinquimus, ei utiq; qui Dei quoq; mentē uerè habeat, quiq; in hoc genere contemplandi sit perfectior. Nam ut satis non est, si dicas, corpus aut genitum esse aut ingenitum, ad id de quo hæc dicuntur, finiendum explanādumq;: sed modò futura sit perfecta & plena notionis explicatio, oportet & illud quod ijs subijcitur explicare, uidelicet quod corporeū illud, quod nascitur & corrumpitur, aut sit homo, aut bos, aut equus. Ita & qui essentię ipsius naturam copiosius inuestigat, cogitationis suæ gradum haudquaquam in eorum, quæ non sint, enumeratione sistet: quin opus habet ut ijs abnegatis, quid sit tandem expediat. Idq; eo magis, quod minoris negocij est, unum aliquod complecti, quàm omnia singulatim enumerando abnegare, in hoc ut alienis à re proposita abnegatis, & ipsa essentia uerbis exposita, rei notio queat comprehendi. At qui aliena per abnegationem recenset, & interim quid rei sit, tacet, is perinde facit, ac si quis bis quinque quantum conficiant, interrogatus, respondere quidem neque duo esse, neque tria, neque quatuor, neque quinque, neque uiginti, neque triginta, neque aliqua, ut summatim dicam, ex ijs quæ sunt citra uel ultra denarium, uerùm decem esse non diceret: hic, inquam, nequaquam scisciantis mentem in quæstione proposita uacillantem firmaret. Quandoquidem rei essentia expressa quæ ab eadem aliena sunt declarare, multo est leuius, & breuius quàm ex eorum quæ non inhærent enumeratione, ipsam essentiam demonstrare. Atque hic non est quod quisquam dubitet, quanquam uerò Deum incorporeum esse hactenus satis ostensum opinor, tamen libet adhuc sciscitando, paucula quædam huc pertinentia, in medium adferre. Principio nusquam ne est Deus, an alicubi? Quod si nusquam esse eum dabis, periculum erit, ne quando quod non est nusquam est, quispiam ex ijs qui id genus quæstiunculis unicè gaudent, & an Deus sit, in quæstionem uocet. Sin quia esse ponetur, omnino alicubi est, aut in hac rerum uniuersitate, aut supra eam uersabitur? Si in uniuersitate, tum aut in aliqua eius erit parte, aut ubique? Prius si dixeris, minori uniuersitatis parte continebitur: sin posterius, & sic multo maiori alio circunciudetur. Semper enim continentia, ijs quæ continentur sunt capaciora, si modò omni sui parte ambiantur, nec ulla portio ab ambientium complexu uacet. hæc absurditas premit eum qui Deo in uniuersitate locum dederit. Tum & illa, ubi fuerit Deus, antequam hic mundus procrearetur? Neque enim parum accedit hinc ad reliquam difficultatem. Quod si extra uniuersa collocetur, tantundem effectum erit, cum nihil sit quo ab uniuersitate hac disterminetur. Primum, ubi est illud quod super uniuersa esse astruitur? Deinde, cum terminus sit nullus quo intersepiantur, quo tandem ingenio percipi potest, illud quidem superare, hoc autem superari: aliud supra locatum, aliud infra locatum esse? An non aliquid quod sit confine utrique, & uniuersitati, & ei quod super uniuersa collocatur, dare oportebit? Iam hoc quid erit aliud, quàm, quem antè exclusimus, locus? Hæc quum sic habeant, religio scilicet erit pronunciare deitatem, ut maximè cogitatione comprehendi queat, non tamē omnino & loco posse circumscribi? Quod eo dico, quo magis rei comprehensio, genus quoddam est circunscriptionis. Quorsum uerò hæc perstrinxi, idq; curiosius fortasse, quàm ut multorum auribus sit gratum, eam in disputando disserendi figuram secutus, quæ nunc regnat: nimirum quæ ingenua illa, & simplici scripturæ tractatione contempta, uafrum illud & intricatum quæstionum genus introduxit, ut ex his uelut fructibus quibusdam arborem, hoc est, è tenebrosis illis argutijs, tenebrarum principem diabolum, eiusmodi doctrinæ parentem, possis agnoscere? Neq; enim huc respexi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

respexi,& ut ipse noua hæc,& dictu inopinata uidear tractare,utq; nodis istis nectendis,nexisq; resoluendis,præter cæteros sapere dicar(hoc enim si bi uult magnum illud Danielis miraculum)sed ut redderem apertius illud, quod iam inde à tractatus huius initio intenderam.Quid illud inquies?hoc certè,Dei naturam neque humana cogitatione percipi,neque quanta hæc sit,ullo simulacro ad animum perferri posse. Iam hoc sic procurat Deus, non propter inuidiam.Hæc enim à diuina natura,quæ nullis affectibus tangitur,& sola omnium est bona,sola domina,longissimè abest,præsertim si ipsum ad eam creaturam,quæ ipsi ex omnibus charissima est cõferas.Quid enim rationi,quæ Dei filius est,charius creaturis rationalibus? ut interim taceam ipsum illud,quod subsistimus,summæ bonitati deberi. Neque sui ipsius honoris & opinionis de se uulgo præbendæ causa hoc agens,ut dum se ab omni conspectu subducit,maiestati suæ maiorem è longinquo reuerentiam captet. Nam prohibendis alijs,primas sibi uendicare: hoc uerò uafrum est,& non tantum à Deo,sed & quouis homine mediocriter bono, & alicuius saltem dexteritatis sibi conscio,alienum est. Porrò,an quod de Deo diximus,alias habeat causas: hoc sanè cognoscendum permisero illis, qui propinquiores Deo ad imperuestigabilium eius iudiciorum spectacula contemplanda admittuntur: si modò aliqui sunt,qui uirtute sua eò procedant,& ut dicitur,per abyssi uestigia ingrediantur.Sanè quantum nobis, qui paruis ingenij modulis metimur ingentia & spectatu difficilia,comprehendere datur,Dei cognitionem negari putauerimus:siue ne,si in procliui esset cuiuis,per hoc in contemptum abiret. Vt enim quod labore partum est,solicitius conseruari solet:ita facile parta,facillimè celerrimeq; resputuntur:utpote quæ nullo negotio queant recuperari,ita quod beneficium hoc non cuiuis promptum est accipere,hoc beneficij loco fuerit cordatis, utique & prudentibus uiris.Siue ne quod Lucifero illi lapso,idem & nobis eueniat:nimirum,ut si lucis totius essemus capaces,hac facultate superbientes,aduersus Dominum omnipotentem cornua attolleremus,ac per hoc ex ista sublimitate caderemus,casum longè omnium miserrimum infelicissimumq;. Quid autem,si quemadmodũ inter Aegyptios & Hebræos olim nubes,sic & nũc inter Deum & nos corporalis hæc caligo interstat,hac gratia,ut dum purgatiores maioriq; cum sudore ad desiderij nostri scopum cõtendimus,industriæ nostræ lucidæq; uitæ præmium quoq; magnificentius cõtingat.Atq; hoc illud est fortasse,quod posuit tenebras latibulum suũ, nostram uidelicet tarditatem crassitiem que,per quam pauci,idemq; uel summa conati,parum admodum perspiciunt. Iam hic philosophentur curiosius,quibus hoc curæ est,& ad disputationis huius culmen summum conscendant.At nobis,quos,ut ait diuinus ille Hieremias,terræ huius uincula coercent,quibusq; crassæ carnis moles obest:illud certum esto,quod quemadmodum fieri non potest,ut uel tuam ipsius umbram,quantumuis etiam festines,præcurras (semper enim quantum tu urgendo processeris, tantum,ipsa sequendo occupat) uel in colores oculorum radios,nullo aut lumine,aut aere interueniente defigas,uel denique extra aquas natatilis illa piscium natura sua se lubricitate promoueat:ita nulla est uia,cuius ductu,hi qui in corpore sunt,ad intellectilem naturam,omnino sine corporalium rerum interuentu,pertingere queant.Siquidem semper eò contendentibus nostra hæc sensilia occurrunt,etiam si mens,ut maximè poterit,à rebus his uisibilibus se auertat,& tota in seipsam collecta,ad inuisibilia illa sibiq; cognata collimet.Atq; adeò ne quid dubites,fidem huius tibi sic faciã. An non spiritus ignis,lux,dilectio,sapientia,iustitia,mens,sermo & huiusmodi diuinæ naturæ sunt appellationes? Quid ergo? Nunquid aut spiritũ sine motu,& uelut uapore intelliges?aut ignem absq; materia,absq; motione sursum uergente,absq; proprio colore genuinaq; figura?aut lucem,quæ neq; aere sit temperata,neq; aliunde uelut à lucis fonte promanet? Mentẽ autem

autem quam concipies,an non eam quæ in alio resideat,& cuius agitationes sint cogitationes,nunc assentientes,nunc dubitantes?Nam sermonem, præter eum qui uel tacitus in animo habitat,uel extrà diffunditur (nam dissolui eum,religio est dicere)conceperis nullum.Iam sapientiam quam intelliges,nisi habitum illum in cognoscendis rebus cùm humanis,tum diuinis? Iustitiam porrò & charitatem,an non laudatas animi affectiones, quarum ex aduerso huic odium,illi uerò iniustitia,respondeant? quæ nũc intendantur,nunc remittantur:aliàs crescant,aliàs decrescant: quæ denique animos, ut corpora colores formant transformantq; ? Aut magis ad rem pertinet, his omissis,pro uirium nostrarum modo ex multis simulacris,unam quandam imaginationem animo colligere,& per eam uelut speculum quoddam,ipsum deitatis numen,ut est,contemplari. Aut & hic hæremus, dum non succurrit qua arte hoc fieri possit,quæ non sit ipsa illa simulacra? Denique qui hæc uel uniuersa,uel singula pèrfectè exprimant illud, quod neque compositum est,neque ulla imagine adumbrari potest? Ad hunc modum mens nostra laborat in hoc,ut è corporis uinculis eluctetur,& cum diuinis,nudis quidem illis,& corpore carentibus,habeat commercium tantisper,dum & suam ipsius imbecillitatem,& illa humanis uiribus agnoscat superiora. Quandoquidem Dei & primæ causæ desiderio ardet quidem rationalis natura omnis: sed propter quas dixi causas,sublimitatem illam intellectu assequi nequit. Proinde hoc desiderio languens,& eam quasi iacturam ægreferens,uelut secundam nauigationem instituit,dum uel ad ea quæ oculis cerni possunt,se conuertit,& horum aliquid pessimo errore Deum facit. Nam in his quæ uideri queunt, quid tam poterit esse excelsum,tam que Deo conforme,quod homini cernenti collatum,longè à Deo sit præferendum,ut ab hoc illi adorationis cultus debeatur? uel per eorum quæ uidentur,pulchritudinem & decentissimam aptissimam que compositionem Deum quasi noscitat: & ad inquirenda ea quæ oculorum aciem non admittunt,oculis utitur ducibus. At denique,ne quid diuinæ maiestati abrogetur,magnificentissima quæque consectatur.Vnde Deum faciunt alij solem,alij lunam,alij stellarum cœtum,alij cœlum ipsum unà cum stellis: ut à quarum motu,pro diuersa tum qualitate,tum quantitate,alio atque alio omne genus rerum dependeat. Plerique uerò ipsa elementa,terram,aquam,aera,ignem,pro Deo amplectuntur:nimirum eorum usum spectantes usqueadeò necessarium,ut sine eis uita humana ne consistere quidem possit. Rursus alij,in quodcunque oculis fortè inciderent,hoc quisque pro se coluerunt,cum uidelicet deorum loco sibi præstituerent ea,quæ uisu pulcherrima haberentur.Sunt & quibus deorum uice fuere statuæ,& imagines primùm suorum: quod genus crassius est,& affectibus paulo magis etiam inseruit,dum uita functos eiusmodi colit monimentis,deinde & alienorum. Et qui his longo interuallo succedebant,quia principem naturam ignorabant,religionis ritum à maioribus sibi relictum,& uelut per manus traditum,pro legitimo & necessario amplectebantur. Consuetudo enim tempore corroborata,pro lege habetur. Nec defuisse opinor,qui cum uel potentiorum fauorem captarent,uel egregium corporis robur mirarentur,uel insignem formam laudarent,eum sibi fecerint Deum,qui tum eiusmodi dotibus præ cæteris floruerit: atque adeò ne aliquando deprehendi posset impostura,fabulis aliquot rem omnem inuoluere. Porrò qui noxijs affectibus altius etiam erant immersi,ei ipsos adeò affectus deos putarunt,aut saltem dijs consecrarunt: iracundias,homicidia,libidines,ebrietates,& nescio quæ alia his consimilia,commenti nimirum uitijs propriis,excusationem hanc neq; honestam,neque iusti illi uitijs propriis,excusationem hanc neq; honestam,neque iusti nimirum

Universidad de Deusto
Biblioteca

scribunt: qua sortis distributione, quid possit fingi magis ridiculum? Deinde nomine aliquo uel Dei, uel dæmonis, cuique figmento pro erroris sui libidine indito, simulacra dedicarũt, quorum sumptuosa precia uulgum inescarent. Dedicarunt, inquam, non uictimarum cruore & nidore tantum, sed nonnulli ualde turpibus quoque factis, insanijs scilicet, & homicidijs: quippe quòd in eiusmodi rebus pietatem omnem sitam putabant. Atqui decorum planè erat, talibus diuis tales quoque cultus persolui. Ad hæc extitisse comperio, qui auiculis, quadrupedibus, reptilibus, & horum abiectissimis, maximeq; ridiculis, colendis se ipsi ignominia affecerunt, cum gloriam soli Deo debitam in hæc transferrent: ut non facile fuerit dijudicare, utros magis contemnere oporteat, eos ne qui his diuinos honores tribuunt, an quæ sic honorantur: nisi fortasse qui hæc colunt, magis in uitio sunt, propterea quòd cum rationalis naturæ dignitate sint præditi, & Dei gratiam adepti, peius pro meliori sibijpsi proposuere. Adiuuit autem hanc impietatem maligni spiritus insidiosa calliditas, ut quæ soleat ad insinuandum malum, honesti alicuius specie abuti. Quod genus sunt maleficia eius pleraq; omnia. Nam quum aueat unicè hominis in præuestigando Deo studium fructu suo fraudare, & honoris huius maiestatem sibijpsi uendicare, quasi excipit illud ipsum desiderium, & ueluti cæcum aliquem ire quópiam destinantem manuducit, donec omnes, alium alibi præcipitet, & in unum aliquod mortis ac perditionis barathrum deturbet: & hæc quidem illorum est theologia. Sed enim nos, quos & ipsos ratio huc perpellit, ut Dei desiderio tangamur: nec animum inducamus, credere tantam mundi rempublicam sine principe, & uelut gubernatore constare: primùm ad ea quæ sensibus exposita sunt, animo intendimur, & singulis ordine iam inde à principio repetendis immoramur: uerùm quando hac fini quiescere, & gradum sistere non datur (neque enim rationis est, principatum dare ijs quæ, quantum ad sensum attinet, in pari honoris sunt gradu) altius ad hoc quod super hæc omnia est, et à quo his omnibus esse suum suppetit, eluctamur: dum soliciti sic interim nobiscum, quid tandem est, quòd cœlestia hæc, pariter & terrena, pulcherrimo ordine concinnauit? & quæcunque uel in aere, uel aquis degunt? imò quæ his sunt antiquiora, cœlum, terram, & aquæ naturam? Quis hæc sic inter se & temperauit & secreuit? quæ ue horum mutua communicatio, cognatio, conspiratioq;? Equidem non possum non laudare eum, etiamsi alienus est, cuius hæ sunt uoces: Quid est quod hæc mouet, & progressu perpetuo, & nunquam interquiescente uertigine circumagit? An non horum artifex is, qui singulis rationem & modum indidit, secundum quem hæc rerum uniuersitas se ipsa librans, constabilitur? Tum quis ille artifex? an non qui hæc fabricauit? & ut sic essent, produxit? Neq; enim fortuitis casibus tantum facultatis est tribuendum, ut nullo fabricante, tantam molem ultrò extitisse assentiamur. Sed ut demus casum esse, quòd mundus factus est: agè, pulcherrimus hic rerum ordo, cuius erit? Quin potius, ut & hoc casui tribuamus, illud quæro, cuius sit hæc tueri, & uelut intra certarum legum præscripta, iuxta quas instituta primùm sunt omnia, continere? alterius ne, an & hoc casus? Alterius profectò, quod casu multo sit superius. Hoc autem quid tandem est, si non Deus est? Et ad hunc modum ratio, quæ à Deo proficiscitur, nobis innata, & prima homini lex cunctis indita, per eorum quæ oculis cerni possunt, considerationem, uelut quandam semitam ad Deum nos reduxit. Proinde alio initio denuò sumpto, sic dicimus: Deus quid tandem in sua natura & essentia sit, hoc hominum nemo inuenit unquam: sed quod sit, hoc nemo non inuenerit. Porrò an quid Deus sit, aliquis posthac unquam sit inuenturus, eorum quibus lubebit, quæstio & disputatio esto. Ipse certè fore hoc tum primùm opinor, cum mens nostra uelut quidam riuus fonti se suo remiscuerit, & imago hæc

hæc ad natiuum ac primigenium redierit exemplar, illud scilicet, cuius in hac uita solum desiderium habet. Quò spectare puto illud, quod non sine ingentis sapientiæ arcano dictum est, cognituros nos olim, quantũ cognouerimus. Siquidẽ uniuersum illud, quod ad nos usq; deuenit, tenuis quidam est riuus, & uelut ingentis luminis exiguus radius. Quamobrem si qui Deum cognouit, aut cognosse scripturæ testimonio comprobatur, tantum cognouisse intelligendus est, quantum satis erat, ut appareret lucidior, ac ipsi lumini magis conformis, quàm alius, cui splendor ille haud quaquam ex pari affulsisset. Breuiter, quantulacunque eminentia pro perfectione fuit, non quòd reuera sic esset, sed quòd sic appareret, si quando impar diuersorum facultas, æqua lance inter se composita, examinaretur. Proinde Enos fore sperauit, ut inuocaret Dominum, ut quod efficit, spes tantum sit, nõ res: atque ea Dei non cognoscendi, sed inuocandi. At Enoch, quanquam hinc translatus est, nondum tamen constat, prehenderit ne Dei naturam, an adhuc sit prehensurus. Noe uerò apud Deum tam erat gratiosus, ut ei si non mundus totus, certè mundi seminarium ab aquis conseruandum à Deo crederetur, ut qui exigui ligni beneficio inundationem effugeret. Abraham autem magnus ille Patriarcha, ex fide quidem iustificatus est, & hostiam Deo mactat nouam, & quæ magnam illam imagine sua præsignaret, sed Deum non, ut Deum, uidit, sed ut hominem pauit, & commendatus est, propterea quòd illum pro suo captu coleret. At ipse Iacob in spectris suis scalam quandam altam uidit: item & angelorum ascensum: tum columnam non sine mysterio ungendo dedicat, fortasse ut lapidem illum, qui pro nobis inunctus est, adumbraret: sed & in uisi honorem certo loco appellationem indit Dei speciem. Ad hæc hominum more cum Deo luctatur (quæcunque tandem illa est Dei aduersum homines lucta, nisi fortasse est, cum humana uirtus cum Deo committitur) & luctæ signa in corpore portat, significantia haud dubiè, quanto interuallo in huiusmodi pugna procreata natura, diuinitatis robore sit inferior: postremò nominis commutationem, pietatis suæ præmium accipit, & pro Iacob Israel nominatur: id quod est magnum illud & uenerabile nomen. Atqui Dei naturam penitus conspectam comprehendisse, hoc uerò neq; alius aliquis ex duodecim tribubus: neque ipsi Iacob, qui omnium pater erat, de se in hunc usque diem prædicauit. Iam Eliæ, ut in historia legis, neque uiolentus flatus, nec ignis, nec terræmotus, sed tenuis quædam aura Dei tantum præsentiam, non etiam naturam uelut adumbrauit. Illi inquam Eliæ, quem in cœlum subducit currus igneus, indicans nimirum, quantum ille iustitia cæteros mortaleis anteiret. Tum Manue eum qui quondam iudex, & post Petrum Christi discipulum, quis non miretur illum quidem Dei qualemcunque imaginem, ne per uisum quidem ferre posse, & idcirco exclamare: Perimus ô uxor, Deum uidimus: quasi ne Dei spectrum quidem, nedum eius natura ipsa humani ingenij angustijs concipi queat. Hunc uerò, ipsum adeò Christum sibi apparentem, in nauem suam non recipere, & propterea ab illo dimitti? Tametsi Petrus in Christo cognoscendo cæteris promptior, & uelut ferocior erat: quo nomine beatus à Christo prædicatur, & rebus maximis præficitur. Quid autem, ut de cæteris prophetis interim taceam, de Isaia, & Ezechiele ingentium mysteriorum inspectore dicemus? Quorum alter dominum Sabaoth in gloriæ suæ sede collocatum uidit: quem alæ Seraphin circundent, laudent, tegantq;, & à quo ipse pruna purgetur, ac denique ad uaticinij munus adornetur? Alter autem & Dei uehiculum, Cherubin scilicet describit, ac his superiorem sedem, tum hac item excelsius firmamentum, & demum eum qui in firmamento apparet, adeoq; uoces quasdam & appetitus, actionesq;? Atqui spectrum ne fuerit hoc diurnum, quod solis sanctis sit conspicuum, an noctis minimè fallax uisio, an potius principis animi quædam in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

formatio, quæ futura non minus, quàm præsentia contingat, an aliqua alia uaticinij species arcana, mihi certè difficile fuerit dictu, & nouit hoc prophetarum Deus, & si qui eo diuini numinis afflatu prouehuntur. Verùm in Dei essentia subsistentiaq; cognoscenda, neque hi, de quibus est sermo, neque huius ordinis alius quispiam gradum fixit. ut uerum sit illud, Necq; Dei naturam aliquis, aut uidit, aut enunciauit. Quod si quæ tertium cœlum, Pauliq; in illud profectus arcana habet (siue is animi fuit ascensus, siue eiusdem à Deo assumptio) Paulo efferre licuisset, amplius quiddam de Deo fortè cognosceremus, si modò raptus eius mysterium non aliò pertinet. Sed quando hæc tacenda erant, & à nobis in silentio adorentur: tametsi, uel ipso Paulo doctore, tantum didicimus, quod in parte cognoscimus, inq; parte prophetamus. Nam hæc, atque id genus alia, palàm fatetur is qui, quantum ad scientiam attinet, haudquaquam unus est è multis, & qui in se loquentis Christi periculum minatur, magnus ille ueritatis & doctor, & propugnator. Atque adeò scientiam illam, quæ nobis sub cœlo contingit, uniuersam, nihilo pluris facit speculis & ænigmatis, ut quæ in exiguis quibusdam ueritatis simulacris tota consistat. Et ni metus esset, nedum eiusmodi exactius disquiro, parum modestus & curiosus iudicari possim: nec aliò quàm huc spectare fortasse dixerim, quod ipse Dei sermo Christus insinuat, quædam nunc non posse portari, ut quæ olim portari & cerni demum queant: tum quorum nec ipse mundus sit capax. Id quod antesignanus ille uerbi præco, & magna ueritatis uox pronunciauit. Itaque difficile planè est, qualemcunque siue ueritatem, siue rationem, uel coniectando, uel contemplando percipere, ut uelut exiguo instrumento fabricemus magna: quoties humana sapientia freti, rerum cognitionem uenamur, & sensuum quasi arcu quodam directo, ad intellectilia iaculamur. Neque enim hoc sensibus omnino non intercedentibus confieri potest. Et nos circumducunt ac transuersos agunt, ut res mudas, nuda quoque mente nequeamus attrectare: nec ad ueritatem propius accedere, quo mens certis rerum notionibus informetur. Porrò Dei notio, quanto est perfectior, tanto est captu quoque difficilior, pluresq; controuersias parit: quas omnes decernere expedireq;, operosissimum fuerit. Siquidem quodcunque inciderit, etiam si minutissimum est, rationis ipsius cursum sistit, & processus ipsius impetum interpellat: perinde ac si, qui equum ex ipso cursu retrahat, ac inexpectato freni reflexu circumuertat. Iam quid aliud est, quod Solomon egregiè doctus super omnes qui que ante, qui que eius etiamnum ætate sapientiæ fama claruerunt: cui cordis latitudo donum erat Dei, cui que contemplationis uelut scaturigo quædam huberior, & arena numerosior contigerat: quod is, inquam, Solomon, quanto altius in Dei profunditates ingreditur, tanto magis nullo inuento uado hæret titubatq;, ac denique sapientiæ finem facit, quantum nesciamus inuenisse. At Paulus sudat quidem satis ut perueniat, non dico ad Dei naturam (hoc enim nouerat omnino spe sua maius esse) sed tantum ipsa Dei iudicia. Verùm cum hic neque exitum, neque ascensus statum inueniret ullum: quin potius hæc mentis curiositas nullum finem prospiceret, nimirum semper aliquo defectu sese ostendente: ô miraculum (libet enim cum illo exclamare) cœptam disputationem admiratione claudit, & hanc rei difficultatem, Dei diuitias & altitudinem uocat, Dei que iudicia incomprehensibilia profitetur, modò non idem cum ipso Dauide clamans. Is enim nominat aliàs Dei iudicia, aliàs abyssum multam, cuius uadum nec mensura, nec sensu deprehendere possis: alibi eandem ex seipso sua que ipsius temperatura metiens, firmiorem munitioremq; quàm ut à se capi queat, pronunciat. Nam ut alijs omissis, me ipse tantum, inquit, & naturam hanc humanam totam, eius que compositionem considerem, quæ hæc nostri est mistura? qui

qui motus? quomodo immortale quod est, commistum est particulæ mortali? quomodo deorsum uergo, & nihilominus sursum feror? quomodo anima circumagitur? quomodo uitam impertit corpori, ipsa uicissim corporearum perturbationum particeps? quomodo sermonem aliunde accipit, & eundem cum alijs communicat, & sic per aerem procedens, unà cum ipsis rebus ingreditur? quomodo cum sensibus communicat, interim à sensibus distincta? Quin ut his priora considerem, quæ ratio fuit, iuxta quam in naturæ officina primùm conditi conformatiq; sumus? quæ ue extrema illa forma & ultima, nostri perfectio? tum unde alimenti appetitus, eusq; per tot partes digestio? Iam quis primos uiuendi fontes aperuit, & uitæ principia ultrò dedit? qui cibis corpus, animus uerò doctrina pascitur? quæ illa naturæ uis, rerumq; mutua cognatio progignentium, & progenitarum, ut sic quasi philtro concilientur? Quî fit, ut cum species sit eadem omnium, tamen si singulorum lineamenta ductusq; spectaris, tot inueniantur discrimina, ut ea iuxta propriam cuiusque conditionem comprehendere non possis? Quomodo accidit, ut idem animal mortale pariter sit, & immortale: illud quidem mortis transmutatione, hoc autem noui generatione: dum aliud per mortem decedit, & eiusdem generis aliud in prioris locum succedit: non aliter ac fieri uidemus in tractu fluminis, lapsus sui iacturam perpetua fluxus successione reparantis. Sed & in membris ac corporis partibus multa, in quibus ingenij acumen exerceas, suppetunt. Primùm mutua eorum inter se conuenientia, siue singulorum usum, siue uniuersorum pulchritudinem spectes, sic temperata, ut cum aptissimè conueniant uniuersa, tamen dissideant singula, dum uelut in republica partim regnant & excellunt, partim subijciuntur & parent: dumq; in parte uniuntur, & in parte secernuntur: denique dum hinc continent, illinc uerò continentur: & omnia hæc ratione nimirum & lege naturæ. Deinde uocum & auditus ratio: illæ quomodo per uocalia instrumenta perferantur, aures uerò excipiant, & aeris interpositi impressu, quid illæ uelint, uicissim agnoscant. Tum usus, mirabili quadam ratione sese ad primum uoluntatis nutum mouens, & cum uisibilibus coniungens, qui illud cum mente habet commune, quod æquali celeritate rebus illa intelligendis, hic uidendis admiscetur. Multa præterea in sensibus cæteris, qui cum rerum extra animum positarum sint quidem exceptores, & quasi hospites, ratione tamen certa comprehendi non possunt. Adde his, quæ per somnum reficimur, requiem: tum rerum in somnis obuersantium imaginationem, memoriam, recordationem, partes animi, rationalem, irascentem & concupiscentem. Denique, ut paucis multa dicam, omnia quibus paruus hic mundus homo administratur, uis & animantium discrimina, ut à nobis, ut inter se distent, tum naturas, generationes, pastus, latibula, mores, & uelut respublicas tibi commemorem? Quomodo uidelicet sint alia gregaria, alia solitaria: rursum alia herbiuora, alia carniuora: item alia ferocia, alia mansueta: alia quę hominum consuetudine gaudeant, & inter homines alantur: alia intractabilia omnino, & uagabunda. Item alia, quæ rationis & disciplinæ plusculum habere uideantur: alia uerò bruta, & per omnia indocilia: alia quæ plures, alia quæ pauciores habeant sensus. Item alia iacentia, immobilia que: alia progressilia, alia porrò uelocissima. Deinde præcellentia quædam, aut magnitudine pariter & pulchritudine, aut horum altero: quędam uicissim humillima sunt, aut deformissima, aut etiam utrumque. Item robusta alia, alia imbecillia: alia quæ ulciscantur aperte, alia insidiosa magis, & suspecta. Rursum alia quæ non sit opus obseruare. Adhæc, alia quorum industria domesticum præbeat usum: alia quorum ignauia & stoliditas planè sit otiosa. Sed enim prius in admirationem uenit, quomodo alia sint reptilia, alia cruribus erecta. Item alia, quę aliqua & certa sede sese

Universidad de Deusto
Biblioteca

contineant, alia subinde locum commutent: tum alia formæ studio capi, alia huius curam omnino negligere. Item alia coniugij legem sentire, alia uinculum hoc non ferre: alia castitate, alia libidinis intemperantia gaudere: alia fœcunda, alia fœturæ rarioris. Denique longæua alia, & alia breuioris uiuacitatis. Et sanè deficeret sermo, si quorum genera attigimus, eorum species singulatim pertractare conaremur. Quamobrem his omissis, perpende mihi natatilem illam naturam, quæ per aquas lubrico fertur libramine, ac per liquidum elementum quasi uolat. Quæ cum in proprio aquarum spiritu, perinde atque delicijs suis uersetur, in aere hoc nostro periclitatur, non secus atque nobis periculum est in aquis. Tum eius generis mores, studia, concubitus, partus, magnitudines, pulchritudines, certas mansiones, uagantium errores, conuentus & secessus: breuiter, cuiusque proprietates propemodum non minus uarias, quàm sunt & terrenorum. Nonnullorum autem & amicitias & factiones inter se, quorundam cùm specie, tum nomine contrarias. Post hæc & uolucrum expende greges & uarietates, siue figuram, siue colores spectes. Ex his aliæ sunt mutæ, aliæ cantillant etiam. Et quæ cantus huius est ratio? & unde? Quis cicadæ plectrum dedit in pectore? Quis cantiones & garritus, quibus arborum rami tum personant, cum illæ solis temperamento hilarescentes, ne moribus meridianæ musices pensum persoluunt, tanta cum audientium suauitate, ut uiatores nonnunquam ab instituto itinere uoce sua distineant? Quo præcinente, carmen contexit olor, cum pennis uelut fistulis quibusdam in auram explicatis, modulos facit? Tum, ut prætermittam uoces coactas, & quascunque naturæ imitatione artificia comminiscuntur: quo autore pauo uolucris planè insolens & curiosa, adeò est formæ studiosus & ambitiosus, ut (sentit enim suam ipsius formam) si quando quempiam adesse animaduertat, aut, quemadmodum aiunt fœminis fucum facere studeat, erecto collo, pennisque in orbem explicatis, speciem auri, stellarumque fulgore coruscantem, spectaculi uice sui admiratoribus ostentet, composito in hoc superbo quodam incessu? Iam & diuina scriptura mulierum in texendo sapientiam admiratur. Quis, inquit, texendi uariegandique artes dedit mulieribus? Animalis certè hoc est ratione ac per hoc sapientia præcellentis, & denique ad cœlestia usque eluctantis. Quin tu animantium ratione carentium, naturalem certè & genuinum quendam intellectum admirare: atque eius rei rationes, si potes, expedi, quo ingenio aues nidos sibi extruant, in rupibus, in arboribus, in tectis: non tantum quibus se à cœli iniurijs tueantur, sed qui figura placeant, alendisque pullis sint appositi. Post hoc, unde apibus araneisque cùm industriæ, tum artis tantum suppetat, ut illæ quidem in cellis fauos suos connectant, distendantque per sexangulas fistulas: quas æqualibus in medio spacijs relictis, sic ædificant, ut in eorum medio, quasi muro quodam interiecto, angulorum rectorum commissura, ipsæ sibi sedes instituant: eaque in alueis adeò caliginosis inuisibili fingendi artificio efficiunt. Hi autem cum interim unde texturam suam exordiantur, conspicuum sit, nihil tamen per stamina subtilia adeò & propemodum aerea multiplici specie deducta, sinuosas inexplicabilesque telas contexant: quæ simul habitaculum neutiquam uile, simul in alimenti prædam infirmorum animantium, mirabile præbeant aucupium. Et quis Euclides alioqui lineis, quæ nusquam sunt, effingendis occupatus, ac in demonstrationibus anxiè laborans, ingenium hoc imitatione consecutus est? Cuius Palamedis opus æquarit tam ordinatos gruum motus? tam appositas figuras? tantas denique artes uolucris? quæ cum uariè uolent,

lent, certo tamen agmine ordineque promouent? qui Phidiæ? qui Zeuxides? qui Polygnoti? qui Parrhasij? qui denique Aglaophontes rerum formis pingendis fingendisue nobiles, cum ijs animalibus compositi non sordebunt? Imò quis uel Gnosius Dædali chorus Nymphæ, tanta concinnitate ad summam pulchritudinis admirationem elaboratus? uel labyrinthus Cretensis inexplicabili ambagum perplexitate sinuosus, & sæpenumero inexpectata secessuum reciprocatione exire conantem, frustratus? De formicis porrò, quas illæ penus, quos condos, quam in reponendo alimento pro uidentiam, destinato tempori mensura respondentem, declarent, taceo. Item quæcunque alia de animalculi huius diuersi semitis, de anteambulonibus, denique operarum suarum ordinatissima uarietate perscripta nouimus. Iam si horum rationem assequeris, & quæ eiusmodi rerum sit intelligentia cognoscis: age & plantarum discrimina considera, adeoque in ipsis foliis artificiosa ratione discutiens, qui hæc simul aspectu sint iucundissima, simul fructibus utilissima? Tum fructuum & uarietatem, & abundantiam: præcipuè uerò eorum qui maximè necessarij sunt, pulcherrimam speciem. Deinde specta mihi facultates radicum, succorum, florum, odorum, qui non suauissimi tantum sunt, sed & ad ualetudinem curandam idonei. Ad hæc colorum gratias & qualitates: tum lapidum sumptuosa precia fulgoresque. Etenim hæc omnia uelut in publico quodam epulo natura tibi proposuit, & quibus utaris, & quibus oblecteris: ut si non aliunde, saltem ex beneficijs quibus te afficit, Deum agnoscas, tuaque propria egestas te prudentiorem doctiorem que reddat. Hinc percurre mihi terræ communis omnium matris longitudines latitudinesque, ac sinus marinos, qui & inuicem & terræ connectuntur: tum nemorum pulchritudines, fluuios, fontes, huberes adeò, & perpetua scaturigine affluentes, non tantum frigida potatilique supra terram, sed & qui sub terra fluentes cauernas subeant. Vnde dum uiolenti flatus impulsu erumpere gestiunt, interuenientis materiæ obiectu reuerberantur, donec eluctationis, mutuæque impressionis impetu feruescentes, paulatim qua datur, perrumpant, atque hinc calidorum lauacrorum usum nobis largiuntur, gratuitam sanè terræ ultroneamque sæpenumero medicinam, reluctantis naturæ facultate temperatam. Dic age, & quomodo, & unde hæc? non minus admirabilia, si, ut inter se uel conueniant uel discrepent uniuersa, consideres, quàm si singula seorsim spectes? Quid autem magna hæc & inartificialis uelut fabrica? Quî fit, ut terra quidem stet fixa & immobilis? Cui innititur? & quid tandem id quo nititur? Hoc ipsum, quo deinceps sustinetur? Neque enim ratio hęc pręter Dei uoluntatem, in quo gradum firmet, habet quidquam. Eadem hæc terra, quomodo alibi in montium cacumina assurgit, alibi in campos desidet? Idque specie uaria & multiplici, dum crebra permutatione subinde aliam atque aliam faciem exhibens, tum est ad uitę usum copiosior, tum ipsa uarietate gratiosior? Deinde qui partim pro habitantium usu distrahitur, partim inhabitabilis iacet: ut interim taceam, quotam eius portionem montium celsitates abscindant. Tum ut alia alio fine disterminetur, alia alio porrigatur, abeatque? Quę considèratio diuini opificij magnificentiam ostendit clarissimè. At maris si non possem mirari uastitatem, mirarer tamen mansuetudinem: uidelicet, quod cum liberum sit ac solutum, tamen inter proprios limites consistat. Quod si non mansuetudinem, certè magnitudinem suspicerem: uerùm quando utręque res inuitant, utriusque quoque facultatem prędicabo. Tum autem, quę uis mare hoc sic coegit? quæ sic uelut lege astrinxit? quæ undis attollitur, & tranquillitate resistit, terram uelut uicinam suam reuerita? Quî fit, ut cum tot fluuios excipiat, ipsum tamen tanto accessu nihil increscat? Nimirum propter ingentem

Universidad de Deusto
Biblioteca

aquæ abundantiam, aut ipſe, quid aliud pro cauſa adferri oportet, haud ſcio. Poſtremò, qua ratione ipſi arena ſit margo tali ac tanto elemento. Habent'ne hic aliquid, quod probabiliter afferant, naturam ſibi exploratam profeſsi uani iſti ſapientes, & reuera cyatho mare metientes, ut qui ingenij ſui anguſtijs res tantas pertractent? An potius ipſe compendio rem ex ſcriptura tranſigam, longè certè quàm iſtorum prolixæ diſputationes tum probabilius, tum uerius: præceptum, inquit, circundedit ſupra faciem terræ. Hoc illud eſt liquidæ naturæ uinculum. Ad hæc quomodo terræ pondere grauem nautam geſtat exiguo ligno & flatu? Hoc cum uides, non miraris? nec cogitationis acies retunditur, dum attendis, ut pro uſibus & commercijs terra mari coniungatur, & in hominis gratiam ea coeant, quæ alioqui tantis interuallis diſtant? Porrò aurem fontium, qui primi ſint fontes, inquire homo, ſi quid horum perueſtigare inuenireque poteris, dum quis fluuios diſſecuerit? quis illis liberum adeò dederit curſum? Poſtea ut ex contrarijs exiſtat miraculum, dum neq; mare terminos ſuos egreditur, neq; fluuij unquam reſiſtunt. Vt inſuper alant aquę, & quod alimenti huius diſcrimen, quando hinc alia cœlitus irrigantur, alia ipſis radicibus ſuccum adbibunt. Liceat enim mihi animi cauſa his uerbis deliciari tantiſper, dum has Dei delicias expono. Agè nunc iam ut uia quadam & ordine tibi procedat conſideratio, terra & his quæ circa terram ſunt dimiſsis, ad ipſum aerem uelut quibuſdam cogitationis alis eleuare. Equidem inde ad cœleſtia, cœlumque ipſum, adeoque quæ ſupra cœlum ſunt, te adducam. Quanquam autem ſuſcepta oratio ad ſublimia hæc progredi ceſſat, horretque: tamen, quatenus licet, procedet. Quis, qui diffudit aerem, ingentes profectò diuitias, adeoque copioſas, ut benignitatem ſuam, neque dignitate, neque fortuna cuiuſquam emetiatur: adeò latè patentes, ut nullis finibus terminetur, neque certis ætatis gradibus ſeſe impertiat. Sed ex quo, ut olim manna quantum ſatis ſit, quiſq; pro ſe accipiat, ſitque hoc modo ex ſortis æqualitate apud omnes gratioſa largitio. Hic uolatilis natura ſuum uehiculum habet. Hic uenti ſedem, hic anni partes pro rerum opportunitate temperantur. Hic animantium refrigerium, imò non aliud eſt uinculum, quo anima cum corpore cohæreat, conſeruetur què. In hoc corpora, & cum hoc etiam loquendi facultas uigent. In hoc eſt quicquid aut per ſe lucet, aut aliunde illuminatur: per huius denique tractum uiſus uelut iaculantes uires ſuas exercet. ſed enim cætera conſidera. Neque enim quæ aeri uulgò tribuuntur, uniuerſa hæc concedam in eius eſſe poteſtate, quenam uentorum ſunt receptacula? Qui niuium uelut theſauri? Quis, qui ſecundum quod eſt ſcriptum, roris ſtillas peperit? Tum è cuius uentre procedit cryſtallus? quis aquam alligat in nubibus eo temperamento, ut partim quidem ſupra nubes ſiſtat (tanto miraculo fluxæ naturę uerbo coercitæ) partim autem ſupra faciem omnis terræ effundat, dum tempeſtiuè, & æqualiter uelut ſemina ſpargit, nec liquidam hanc eſſentiam liberam laxatamq; dimittit (ſemel enim mundum hoc lauacro Noe temporibus expurgatum ſufficit. nec pacti ſui immemor eſt is, qui ab omni mendacij ſpecie eſt alieniſsimus) nec coercet omnino, ut ne Elia aliquo ſiccitatem deprecante, de nuò ſit opus. Si, inquit, cœlum clauſerit, quis aperiet? Si uerò aperuerit cataractas, quis eas coercebit? Quis enim pluuiæ in utrunque liberam uim ferret, ſi non ipſe ſuis ipſius menſuris, certisq; ſiſtendi legibus dirigeret uniuerſa? Deinde quid certi adferes mihi de fulgetris, de tonitru, ô Philoſophe, quiſquis in terra repens cœlo uelut obtonas, cum ne minima quidem ueritatis ſcintilla tibi illuxerit? Quos uapores à terra ſurſum uergentes, qui nubium parentes ſint, cauſaberis? Aut aeris quādam denſationem, aut nubium uelut inſanientium colliſionem fragoremq;? Nimirum ut colliſio tibi fulgetrum, tonitru uerò fragor efficiat? qualis ſpíritus iſte qui in arctum

arctum adeo cogitur, ut exitu inde ſibi aliquantiſper fruſtra queſito, in nubis obiectæ latus impreſsione facta, & ſtellanti fulgore coruſcet, & perruptionis ſonitu crepet? Porrò ſi aerem, quæque circa hunc ſunt, peragraſti, agè nunc mecum cœlum ac cœleſtia ingredere. Et huc fides magis quàm ratio nos ducat, ſiquidem in proximo curſu tuam imbecillitatem didiciſti: & dum quæ rationem tuam excedunt, cognoſcere ſtudes, rationem agnouiſti. Cœlum inquam mecum ingredere, ne ſemper ſupra terram, uel circa eam hæreas, hoc ipſum quòd neſcias, neſciens. Quis igitur circumduxit cœlum? Quis ordine hoc poſuit ſtellas? Quin potius ut quod his prius eſt quæram, quid cœlum, quid ſtellæ? Potes hoc expedire tu quiſquis es ſublimium iſtorum profeſſor, qui cum quæ ante pedes ſunt ignores, neque teipſum permetiri poſsis, tamen quæ ſupra naturam tuam ſunt, anxio multoque labore inquiris, & rebus menſuram non ſubeuntibus, inhias? Nam ut demus, te complexum animo circulos, circuitiones, acceſſus & receſſus, imò ortus occaſusq; ſiderum, tum partes neſcio quas & minutias, & denique ſi quæ alia ſunt, quibus admirandam ſcilicet ſcientiam hanc tuam exornas uenditasq;: tamen quicquid id eſt, non eſt res ipſas comprehendiſſe, uerùm motus quoſdam obſeruaſſe, quod genus uſu confirmatum, cum quæ pluribus obſeruata erant in unum congeſsiſſet, & ipſius obſeruationis rationem, uelut uiam quandam adinueniſſet, ſcientiæ nomen ſubiuit. Quomodo & lunæ affectiones multis, qui ad eius ſideris cognitionem, oculis uſi ſunt ducibus, innotuerunt? Iam ſi magna horum tibi ſcientia ſuppetit, cuius gratia meritò ſpectabilis haberi cupias, profer adeò quæ cauſa, uel ordinis, uel motus huius eſt? Vnde uigilantia ſoli, ut toti orbi excubias agat, oculis omnium uelut dux lucem impertiat? Hic ſplendoris excellentia cæteras ſtellas magis obſcurat, quàm earum aliquæ minores alias. Cuius argumentum eſt, quòd hæ, quamuis infra in ſuis orbibus obſcurantur, ille tamen in ſuperiori orbe magna claritate conſpicuus manet, ac eas ne tum quidem, cum unà ſecum exiſtunt conſpici ſinit: ipſe interim pulcher ut ſponſus, uelox & magnus, ut gigas (neque enim libet hunc aliunde quàm è noſtris literis exornare) tanta prædítus facultate, ut è tanta cœlorū celſitate, tanto interuallo ſubiecta, partim luce, partim calore attingat, nec ſenſum eius effugiat quicquam, dum implet oculos omnium lumine, et corpoream naturam calore. Nimirum & temperaturæ ſuauitate, & motus ordinata uarietate, fouens, non urens: omnibus præſens, omniaq; ex æquo cōtingens. Atqui illud quod ab externorum quodam profectum eſt, ſi quid ualeret intelligeres, immane, quanti tibi eſſet? Quod, inquit, in intellectilibus eſt Deus, hoc in ſenſilibus ſol. Nam ut ille mentem, ita hic oculos illuminat: utq; ille eorum quæ percipiuntur intellectu, ita hic eorum quæ ſenſu, longe eſt pulcherrimum. Sed quid illud, cuius ui ab initio mouetur? quid adeò quo hic motus in orbem æterna uertigine ita uoluitur, ut interim ſol certa ratione uelut lege maneat ſtabilis, adeoque ab officio non moueatur, infatigabilis, uitalis, animantiumque pater, & ſi quid aliud uerſibus ſuis poetæ cecinere de hoc, cuius nec motus deſinit unquam, nec ceſſat benignitas. Ad hæc qui ſuper terram diei, idem ſub terra noctis eſt autor. Nam quam aliam uarietatis huius cauſam ſolis curſu inſpecto afferat aliquis, haud ſcio, niſi quòd qui alijs eſt locupletio, alijs eſt ſpoliatio, qua uicisſitudine (quanquam hoc dictu eſt mirabile) ſumma inæqualitas, ſumma eſt æqualitas. Denique idem quo ingenio temporum uices ſic moderatur, ſic diſpenſat, ut naturæ conuenienter aliæ decedant, aliæ accedāt, perinde ac ſi in choro aliquo inuicem ſibi connectantur, & nihilominus inter ſe certis ſpacijs diſtent. Illud quidem concordię, hoc uerò ordinis cō ſeruandi lege, dum partes anni, penè dixerim, inter ſe confunduntur, & ipſa uicinitate fallentes, aliæ aliarum uicenum aduertentibus noctu ut die, obrepunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

punt. Idq; certo naturæ consulto, ne si quæq; pro se palàm sese exponat, hac præfinita sensus sui copia uel noceat, uel fastidium faciat. Sed sol hinc concedat, tu uerò lunæ naturam, affectiones, magnitudinẽ lucis & cursus nostin? Tum qui sol diei, luna uerò noctis habeat imperium? Vt que hęc beluis inserat audaciam, ille uero hominem ad opus excitet, dum certis uiribus, ut nobis fuerit commodissimum, nunc sublimis fertur, nunc se demittit. Iam Vergiliarum nexum, aut Orionis armaturam, scilicet intellexisti? Vt qui stellarum multitudinẽ numeres, earumq; singulis nomina indas. Tum quo quæque decore præ cæteris commendetur, qui motus ipsarum ordo, compertũ habes? Dignus uidelicet cui fides habeatur, res nostras atq; adeò mortaliũ facta ad siderum rationem applicanti, & per hoc in creatorem creaturam armanti? Quid ais? Hic ne intra materiæ, rerumq; uisibilium fines, disserendi finem faciemus, an potius quia mundi totius exemplum Moysi, nimirum tabernaculum (dico autem fabricam hanc, ex uisibilibus pariter & inuisibilibus constitutam) ratio nouit, & nos primo illo uelamine penetrato, & sensilibus rebus superatis, ad sancta sanctorum, hoc est intellectilem illam & cœlestem naturam ingrediemur. Ea cum ignis & spiritus, nõ dico sit, sed nominetur, ne hanc quidem, tametsi incorpoream, fortasse sine corporis interuentu uidere possumus. In scripturis certè Deus angelos suos spiritus facere dicitur, item ministros suos flammam ignis. Nisi fortasse facere hic est ea ratione cõseruare, ad quam sunt pro creati. Quin potius illud crediderim, naturam hanc spiritum quidem dici, quòd sit intellectilis: ignem autem, ut quæ purget illustretq;. Siquidem ĩs appellationes, & cum prima essentia cõstat esse communes. Quo nobis probabilius utiq; esto angelorum naturam, uel incorporeum quiddam, uel certè proximum aliquid constituere. Vides autem, ut inter disserendum uelut singultientes hęreamus, nec quò disputatio nostra euadat, certò prouisum habeamus. Nisi quod scimus angelos, archangelos, thronos, dominatus, principatus, potestates, splendores, ascensiones, uirtutes mentales, mẽtes uel naturas puras & incorruptas ad malum, si non immobiles, certè ægre mobiles, ut quæ circa primam causam semper exultent (nisi alius aliquis uerbum aliud his laudandis aptius inuenerit) & in quas ex illo inexhausti luminis fonte, limpidissimi sanè deriuentur riui, idq; pro cuiusq; naturæ dignitate, ordinisq; gradu. Imprimitur adeò eis tanta pulchritudinis forma, ut sint & ipsæ secunda lumina: possintq; ipsius primæ lucis riuos deinceps per se, uelut quosdam canales, in inferiores naturas deriuare. Hæ diuinæ uoluntatis ministræ robore cùm naturali, tum ascitício pollentes. Hæ obeunt omnia omnibus, & ubiq; cùm ministerij studio, tum naturæ agilitate expeditè præsentes. Harum aliæ aliam orbis partem ad ministrandam accepere, aut certè earum aliæ alij orbis parti sunt præfectæ. Sic ut is qui hæc & ordinauit & distinxit, nouit: hæ ad eius qui omnia fabricauit nutum, in unũ cogunt omnia: hæ celebres diuinæ magnificentiæ præcones, hæ æternę glorię æternę admiratrices, non quòd hinc glorię aliquid accedat Deo. Neq; enim ad perfectionem eius quod perfectum iam est, aliquid addi potest, quodq; cęteris quicquid habent bonarum rerum largitur. Sed ne non Dei benignitatem sentiant uel primæ illæ post Deum naturæ. Hęc si ad Dei laudem pro dignitate sunt dicta, trinitati, imò uni in tribus deitati feratur acceptũ. Sin minus quàm studuimus est allatum, certè & sic palmæ honore dignabitur hic liber. Siquidem in toto hoc libro non aliud spectauimus, quàm ut ostenderemus humanum ingenium secundarũ causarũ naturæ cognoscendę impar esse, nedũ primę & soli (audacter in his loqui religio est) uniuersa superanti.

Diui

DIVI GREGORII COGNOMENTO THEOLOGI, Episcopi Nazianzeni, de Theologia liber tertius, Petro Mosellano Protegense interprete.

Haec ferè sunt quę dixerit quispiam, cui propositum sit, immodicam disputandi libidinem promptamq; celeritatem coercere: & per hoc celeritatis huius periculum, cùm in rebus omnibus, tum uerò potissimum in eo differendi genere, quod de Deo, Deiq; natura suscipitur, cauere. Sed quando alienã sententiam explodere non magnum, imò facillimum, & cuiusuis, qui uelit modo, est: suam uerò contrà probare, uiri est planè cùm pij, tum prudentis: agè sancto spiritu, qui ab istis contemnitur, à nobis autem adoratur, freti, & nostras de deitate opiniones, quæcunque tandem sunt illæ, in lucem uelut partum quendam generosum & maturum proferamus: quamque & aliàs non admodum reticuimus, quo uno fortasse iuuenilius & ferocius agimus, tamen nunc pro ueritate multo quàm antè liberius etiam agemus: uidelicet ne si contra quod scriptum est, disputationi aliquid subtrahamus, uel hoc nomine, quòd rebus nostris ipsi diffidamus, communicamur. Sed cum differendi ratio omnis sit duplex, dum altera suam sententiam astruit, altera reluctantem euertit, & nos nostra præponemus prius: deinde uerò repugnantium argumentorum tela repellere tentabimus. Vtrumque autem quàm fieri potest paucissimis exequemur, ut quæ dicuntur, in breuem uelut tabulam oculis quasi subiecta, uno obtutu queant cõspici. Quod igitur isti, quo uel simpliciores uel stultiores, errorem suum minori negocio doceant, breuem tractatus sui uelut ductum quendam excogitarunt, ne, quemadmodum aqua, quæ non certis canalium marginibus dirigitur, sed per areæ diffunditur planitiem, euanescit: ita & res per sermonis uastitatem diffusa, lectorem fallat. idem hoc & nos sequemur. Principiò tres de Deo sunt præcipuæ opiniones: quarum prima, nullum Deum, nullum Dei imperium: alia, deos multos, & cuique suum imperium: tertia, unum solum, eius que unicum imperium statuit. Duabus prioribus luserunt Græci, atque adeò ad satietatem usque ludant. Si quidem ubi nullum est imperium, ibi nullus ordo: ubi multorum, ibi seditio: ut & sic nullum imperium, nullus ordo existat. Vtrunque enim eódem absurditatis perducit, nimirum sine ordine tumultuari omnia: quæ res ruinæ est uicina. Siquidem ubi non est ordo, ibi iam ruinæ ostium patet. At nos unius Dei imperium colimus, non autem quod una circunscribat persona, quando & unum à seipso dissidet, ut uel sic multa existant, sed quod naturę dignitas par, sententia communis, motio eadem constituit, & quod quæ inde existunt opera, ad unum omnia respiciunt. Id quod in progenita natura fieri non potest, nimirum ut quæ numero differant, non & facultatem inter se ipsa partiantur. Propterea unitas in duitatem progressa, intra ternionem constitit: ex hoc nobis est pater, filius, & spiritus sanctus, quorum ille quidem gignit, genitor, & emissor, emittit (caue ne sub his uocabulis, uel affectus aliquis, uel tempus, uel corpus obrepat) at ex duobus reliquis hic generatur, ille uerò emittitur. Equidem quibus uerbis hæc enunciari possint, sic ut omnino uisibilia non interueniant, non uideo: quanquam autem quidam ex his, qui inter Græcos sapientiæ opinione floruit, arcanum hoc infabile profusam diuinæ bonitatis abundantiã, ausus est nominare. Siquidẽ ubi de prima & secũda causis disserit, apertè sic loquitur, uelut patera superfuso liquore effluit: nos tamen ne decori deitatis obliti, quasi coactam generationem, & uelut naturæ superfluam abundantiam, quæ contineri nõ possit, Deo tribuamus, tale aliquid non audemus: quin potius intra nostræ discipliæ fines cõsistentes, ingenitum patrem, genitum filium, &, ut ipse Deus, Deiq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dei'que ſermo alicubi dicit, à patre procedentem ſpiritum inducimus. Iam ſi quæras, quando hæc facta ſint: reſpondeo, antè facta eſſe, quàm ulla temporis fruerit ratio. Et ſi iuueniliter ludere licet, tum cum erat pater. Si pergas quærere, quando fuerit pater: ſubijciã, nunquã non fuiſſe, ut & ſic æterni ſint & filius, & ſpiritus ſanctus. Rurſum ſi interroges, quando filius ſit generatus: reſpondeo, tum cum pater nõ ſit generatus. Si quando ſpiritus proceſſerit, dixero cum filius non proceſſerat: quin potius generationem eius & uerbis inexplicabilem dicimus, & extra omnem temporis menſuram ponimus. Quanquam uerò temporis appellationem omnem hìc effugere ſtudemus, tamen, ut maximam uim uerbis afferamus, nunquam efficiemus, ut illud quod ſupra omne eſt tempus, & temporis expers, à ſermonis temporanei commercio uendicemus. Etenim quando & antehac, & poſtea, & iam inde ab initio non ſunt temporis expertia: niſi fortaſſe excuſatius eſt æuum, ſpacium illud, quod duratione ſua æternis reſpondeat, accipere: quippe quod nec motum aliquem, nec ſolis curſum, neq; partitionem, neq; menſuram admittit: quæ utiq; temporis eſt natura. Quid ergo, inquis, ſi filius & ſpiritus æterniratis honore patri pares ſunt, non & principij quoq; ſunt expertes? quia nimirum ab illo exiſtunt, tametſi non poſt illum. Etenim principij expers quod eſt, hoc æternum ut ſit oportet: quod uerò æternum eſt, hoc non continuò & principio caret: ſiquidem ad principium, patrem uide licet, refertur. Non igitur hac cauſa principio carebunt. Porrò ſatis conſtat cauſam nõ omnino his, quorũ eſt cauſa, antiquiorem eſſe, quãdo ne ſol quidem ipſe luce eſt antiquior: attamen, ſi ad tempus reſpicias, filius & ſpiritus æque atq; pater principij expertes erunt, quantumuis tu perſonata diſputationis facie, ſimpliciorum oculos perſtringas. Nam ex quibus tempus exiſtit, ea profectò temporis rationi non ſubduntur. Et quomodo in generationem hanc affectiones non cadent? Quia eſt incorporea. Si enim quæ corporea eſt, patibilis eſt, certè incorporea, & impatibilis erit. At ego uicißim exte percunctabor, ſi quod creatur non eſt Deus, quomodo Deus erit filius, quem tu creaturam aſſeris? Vt non dicam interim, quod & hìc (ſi ad corpoream creaturam reſpicimus) motus obrepit, tempora ſcilicet, cupiditas, reformatio, cura, ſpes, dolor, periculum, infortuniũ, uigilia: quæ (ut omnibus notum eſt) omnia, & his plura alia cadũt in creaturam. Demiror uerò, quòd non audacia tua & huc euadit, ut coitus aliquos excogites, & ferendi uteri ſpacia ac pericula partus, nimirum natum eum non concedens, niſi ad hanc legem ſit natus. Atq; hìc rurſus longo uerborum apparatu recenſenda uolatilium, terreſtrium, & aquatilium certa generatio, nimirũ ut ad tale aliquid quoq; exigatur diuina hæc & ineffabilis, aut certè filium Dei ex nouo hoc circulo eximere oportebit. Iam ne illud quidem cernere potes, quòd cui corporalis generatio à cæteris eius generis eſt diuerſa (neq; enim in iſto tuo naturæ campo uirginẽ diuinitus puerperã nobis dabis) eidẽ & ſpiritalẽ naſcẽdi rationẽ aliã, quàm ſit carnalibus, eſſe oporteat? Imò quod ubi eſſentia nõ ſit eadẽ, ibidẽ & generatio ſit diuerſa. Quis ergo, inquis, pater iſte, qui nunquã cœpit? Is, inquã, qui neq; eſſe cœpit. nam qui eſſe cœpit, is & pater eſſe cœpit. Itaq; quia non cœpit eſſe, neq; patris ratio poſterior eſt cenſenda. Pater autem propriè eſt, quod nõ & filius eſt: ut & filius propriè eſt, quod nõ & pater eſt. Quas appellationes ſi ad res humanas referas, improprias comperies, quoniam utræq; in unum cadũt. Neq; enim alterum altero magis noſtræ naturæ conuenit. Ex ambobus enim compoſiti ſumus, non uno (ut partitio locum habeat) nos uix homines, & fortaſſe ne homines quidẽ, ut qui non pro noſtra uoluntate, ſed ut euenerit, dimittamus, dimittamurq;, uſque adeò, ut relationes rebus ſuis orbatæ, ſolæ maneant reliquæ. Sed enim dices, Genuit, & Genitus eſt, uerba hæc quid aliud quàm generationis initiũ ſubinducunt? Quid ergo, ſi ne hoc quidem dicamus? uerùm ut cauillationes iſtas, curioſas & ſtudioſe tempus captantes effugiamus, ſa cilius illud erat,

ab initio

ab initio genitus. Num ſcripturam aduerſus nos afferes, quaſi aliquid præter ſcripturæ & ueritatis formam referamus? An potius omnibus ſatis conſtat, quòd multa, quæ cum tempore nullum commercium habent, temporaliter tamen proferuntur? Id quod in ſcripturis uel in primis obſeruari poterit, nõ modò in preſenti aut præterito tempore, ſed & futuro. Quale eſt illud, Vt quid fremuerũt gentes? Nondum enim fremuerant. Tum hoc, Et in fluuio pertranſibunt pede: pro eo quod eſt, Pertranſierũt. Et ſanè eiuſmodi uoces omnes, quas ſtudioſorum induſtria obſeruauit, lõgum eſſet enumerare. Ac uerò illud immane quàm eſt contentioſum & impudens? aut uolens (inquiunt) pater genuit filium, aut non uolens? Deinde utcunque poſſunt, laqueum nectunt, uinculis certè infirmis, & ualde putidis. Si enim nolens, coactus eſt, inquiunt. & quis eum coegit? & quomodo qui coactus eſt, Deus erit? Si uerò uolens, uoluntatis filius erit hic filius. Qui ergo natus erit à patre? Hac captione pro patre nouam quandam matrem, uoluntatem ſcilicet, nobis effingunt. Vbi illud bellum, quod cum hæc aſſeuerant, generationis motum, quem aliàs inducere ſtudent, cedunt, & ad uoluntatem confugiũt. Neq; enim ad corporeos motus pertinet uoluntas. Hęc ſecunda eorum obiectio, quam ipſi efficacem iactant, quantum ualeat, uideamus. Optimum autem fuerit, antè aliquid è uicino petitum, ad iſtorum exemplũ connectere. Tute qui intrepidè adeò & incunctanter quiduis hìc dicis, à uolente ne patre extitiſti, an inuito? Si quidem ex inuito coactus eſt (ò nouam uim) & quis eum coegit? Neq; enim hoc imputabis naturæ, quæ & caſtitatem præſtare poteſt. Sin è uolẽte, iam tibi per paucas ſyllabas perijt pater: ſiquidem non patris, ſed uolũtatis filius declaratus es. Nunc ad Deum, ſermonem, & creaturas conuertar, tuamq; interrogatiunculã pro tua ſapientia cõiunctim expendam: Volens creauit Deus omnia, aut coactus? Si coactus, continuò & hic quæſtiones exiſtũt, quæ iſta uis, & quis eius autor? Sin uolens, ſtatim quia uoluntas uelut murus quidam inter creatorem & creaturas interiacet: Deo orbatæ erunt creaturæ, cùm aliæ omnes, tum uerò in primis tute, cui ab ſurdas has argutiarum captiunculas ſapientiæ ſpecie uenditari ſolitas, debemus. Atqui niſi planè ebrij ſumus, aliud, opinor, ſtatuemus eſſe eum qui uolet, & uoluntatem ipſam: qui generat, & generationem: qui loquitur, & locutionem: quando illa ſunt quę mouẽtur, hæc uerò ipſe per motiones. Non igitur quod à uoluntate proficiſcitur, ſtatim erit uoluntati tribuendũ (neq; enim fuerit hoc omnino conſectaneum) ut nec genitũ generationi, nec autdiendi facultate perceptum, ipſi ſono adſcribendum eſt: ſed ipſi uolenti, generanti, & loquenti. quanquam ſi ad Dei naturam, quæ ſupra omnem naturæ legem poſita eſt, reſpicias, locum non habebunt hæc diſcrimina. In Deo enim idem ſunt fortaſſe, generatio, & generandi uoluntas: & tu ſcilicet tertium, nihil in iſto tuo diſiuncto inueniri poſſe putas? Quod ut aſſentiamur tibi, agè, non uoluntate præſtantior generatio? & tu hoc argumento in ordinem cogis generationẽ? Vis & ipſe ad patrem pauliſper alludam? (te enim impię huius audacię autorem habeo) uolens ne Deus pater eſt, an nolens? Et quomodo effugies hoc tuum dexterum adeò acumen? Nam ſi uolens, quando cœpit uelle: non enim antequã eſſet. Neq; enim aliquid prius erat: aut pars eius uoluit, pars uoluntati paruit, & hac ratione partibilis euadet nobis Deus. Tum quid uetabit, quo minus ſecundum tuę rationis propoſitum, & hìc ſit uoluntatis? Sin nolens, tum quid eum ut pater eſſet, coegit? tũ quomodo cui uis affertur, Deus erit? Poſtremò non hęc aliud aliquid ſunt, quàm quod Deus eſt? quomodo ergo genitus eſt? quomodo creatus? Siquidem tua ſententia creatus eſt. nam hìc non minus quàm illìc eſt difficultatis. Dices fortaſſe uoluntate & ſermone creatum eſſe: uerùm dum hoc retatis. Dices fortaſſe uoluntate & ſermone creatum eſſe: uerùm dum hoc reſpondes, non totum quod quæritur, reſpondes. Enimuero quomodo operis facultatem habuit ſiue uoluntas, ſiue ſermo? Vnum profectò reſtat tantum, quod reſponderi rectè queat, uidelicet filium Dei, utcunque natus ſit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliter atq; homo ſolet, natum eſſe. Alioqui quid magni haberet Dei generatio, ſi comprehenderetur anguſtijs intellectus tui, qui tuam ipſius generationem uel in totum neſcis, uel quandam cognitionem eius adeò exiguam habes, ut dicere etiam ſit pudor? Et tu putas adhuc te tibi per omnia cognitum exploratumq; ? Quin ſudaueris ſatis, priuſquam inueneris rationem, qua ſis primùm compoſitus, formatus, & in hanc lucem editus: deinde quo nexu animæ corpus, animæ ratio, rationi oratio ſit coniuncta. Poſtremò an tequam deprehenderis, ut mouearis, ut increſcas, ut alimentum in corporis tui ſimilitudinẽ transformetur: quæ ſenſuũ, quę memoriæ, & recordationis uis ſit & natura: alia denicq;, ex quibus es conſtitutus. Quò pertinet & illud quæ anima & corpus habeant communia, quæ inter ſe ſeorſim partiantur, quæq; alterũ ab altero uelut mutuetur. Quibuſcũq; enim poſterius ſua contingit perfectio, eorum rationes ad generationem ceu fontem quendã ſunt referendæ. Eas ergo nobis expedi, & non admodum uacabit in Dei generatione philoſophari: certè parum tutum eſt hoc genus quęſtionibus indulgere. Nam ut maximè generationem tuam cognoſcas, non tamẽ, ut & Dei cognoſcas, continuò ſequitur. Si uerò ne tuam quidem ipſius intelligendo comprehendere potes, quomodo diuinã intelligẽdo poteris aſſequi? Siquidem diuinã generationẽ intelligẽdo cõplecti, tanto eſt difficilius, quàm tuam: quanto Deũ cognoſcere operoſius eſt, quàm hominẽ. Quod ſi, quoniam abs te nõ percipitur, propterea nec genitũ colligis: tẽpus ſanè tibi fuerit, multa, quæ cum eſſe conſtet, præcepta tamẽ non ſunt, è naturæ rationario expũgere, atq; adeò in primis Deum ipſum. Hic enim quid tandẽ ſit, quan tumuis audax & plus ſatis magnanimus, afferre non poteris: quin potius miſſos facito iſtos tuos fluxus, iſtas diuiſiones, iſtas ſectiones. In primis autem peruerſum diſputãdi ſtudiũ de incorporea natura, perinde ac de corporea, & ſtatim aliquid diuina generatione dignũ in mẽtem uenerit. Quomodo itaq; generatus eſt? Nam toties eandẽ cantilenã nõ ſine moleſtia cano. Dei generatio ſilentio eſt colẽda: & ſanè quod generatus ſit, didiciſſe te, magnum quiddã fuerit: uerùm quomodo ſit generatus, noſſe, ne angelis quidem ipſis, nedum tibi, datũ eſſe conceſſero. Porrò ſi iſto tuo Quomodo, niſi reſponſo accepto, diſcedere non potes: reſpõdeo ſic generatũ eſſe, ut nouit & qui genuit, pater: & qui genitus eſt, filius. Quod uerò his excelſius eſt, hoc nebula tegitur, ut ingenij tui cæcutientes oculos facilè effugiat. Entem ergo uel non entem generauit pater? inquis. quin tu miſſas facis nugas iſtas quæ in me ac te conueniũt, qui dum generamur, partim quidẽ ſumus, ut in lumbis Abraham Leui: partim autem non ſumus, ut noſtra generatio quodammodo ex entibus & non entibus, contra primogenia materia planè ex non ente extiterit. tametſi & hanc quidã ingenitam nobis fingũt. Hic uerò pariter eunt, eſſe & generari, & ab initio creari, ut nullũ hic locũ habeat anceps hæc & captioſa tua interrogatiuncula. Quid enim illo, quod ab initio extitit, antiquius? ut aut illic collocemus ipſius filij eſſe, aut ipſius nõ eſſe colligamus. Neutro enim modo, quod ab initio eſt, ſubſiſtere poterit, niſi fortaſſe tibi & pater, de eo uicißim nobis ſciſcitãtibus, ex entibus ne, an nõ entibus exiſtat, uideatur uel bis eſſe (ſiquidem in parte præfuit, in parte autem extitit) uel perinde atq; filio accidit, ex non entibus exiſtere. Huc enim tendunt interrogatiuncularum tuarum ludicra, huc ex arena conſtructa ædificia, malè adeò cohærentia, ut ne tantillum aduerſæ auræ flatum queant ſuſtinere. Equidem neutrum horum reciperem. Quin addo in hoc toto quæſtionum genere plus eſſe abſurdi, quàm ſit difficultatis in reſpondendo. Quod ſi iuxta dialecticas illas tuas traditiones, in omni diſiuncto alteram partem neceſſariò ueram eſſe contendis, & paruam hanc quæſtionem à me accipe: Tempus ne in tempore eſt, an nõ in tempore? Si in tempore, dic quo illo, aut illud quod nã præter hoc? quoq; modo hoc continet? Sin non in tempore, quæ tum immodica ſapientia eſt, tempus intemporeum inducere? hic utrum

trum falſum eſſe ſtatuemus? Da alterũ aut ſolũ eſſe uerum, aut falſum ſolũ. Neq; enim utrumq; dederimus. Atqui neutrum pro uero recipitur, alioqui modis omnibus neceſſariò ſequetur, ut uel uerus mentiatur, uel mentiens ſit uerus. Igitur quod tandem miraculum eſt, ſi ut hic, ita & illic contraria utraq; contingant eſſe falſa? ſiq; illa tua ſapientia, tibi ſtultum eſſe cõmentum declaretur? Quin unus mihi adhuc taliũ ſcruporum reſtat, quem mihi eximas uelim. Tute cum generabaris, aderas' ne, an nõ? imò nunc ne ades tibi, an abes? Enimuero ſi aderas, & nũc ades, ut qui & cui? tum, quomodo unus duo extitiſſes? Sin neq; aderas, neq; nunc ades, quomodo à te ipſo separaris & diſtas? tum quę' nam diſtãtię huius ratio? Atqui inerudítum eſt, inquis, de uno ipſe ne ſibi adſit, an nõ, curioſe adeò inquirere. hoc enim quæſtionis genus non hic, ubi de ſemet ſermo eſt reciprocus, ſed in alijs locum habet. Sed enim tuum illud, ſat ſcies, ineruditius multo eſt, de eo quod inde ab initio genitũ eſt, ante' ne generationẽ fuerit, an non, in dubiũ uocare, nimirum quòd hæc ratio tantũ in his quæ temporis partitionẽ admittunt, locum habeat. Sed rurſus inquiunt idẽ non eſſe genitũ quod ingenitũ, unde aliud patrem, aliud filiũ eſſe colligunt. Atqui hac ratiocinatione filiũ è deitatis ſolio planè deturbari manifeſtius eſſe putant, quàm ut uerbis quidẽ indigeat. Nã ſi ingenitum eſſentia Dei eſt, quod genitũ eſt, eſſentia Dei nõ erit: ſin hoc, non illud. Et quid tandẽ cõtra hæc dici poſſit? Primum ergo ex gemina hac impietate, ò noue theologe (ſiquidẽ impiè agere omnino operęprecium eſt ſe ſtatuiſti) utrã uoles tibi ſume: deinde expedi quid adeo ueteat dicere, idem eſſe genitũ & ingenitũ? Enimuero de creato & increato rationẽ tuam procedere cõceſſero. Neq; enim quod initio caret natura, idem eſſe poteſt cum eo quod creatur. At de eis, quorum alterũ generauit, alterum genitũ eſt, neque rectè neq; appoſitè affertur. Nam cum per naturam idẽ ſit germen, & germinans, duo hæc, quantum ad eſſentię naturã pertinet, idem eſſe modis omnibus eſt neceſſe. Poſtremò & illud excutiendum eſt, ut accipias illud tum ingenitũ & genitum. Si enim gignere & non gigni uis intelligi, nequaquam idem ſunt: ſin ea in quibus hæc ſubſiſtunt, quid prohibet tandem eſſe idem, cum etiam inſipiens & ſapiens, quanquam ſibi inuicem collata, eadem non ſunt, tamen eidem homini inhæreant, nec diuerſam faciant ſubſtantiam, ſed ipſa circa eandem ſubſtantiam ſint diuerſa. Ad hæc immortale, innocens, immutabile, num & hæc Dei eſſentiam nominant? Quod ſi dederis, ſequetur aut multas eſſe Dei eſſentias, non unam: aut quia non poſſunt non eſſe compoſitę, ſiquidem eſſentiæ ſunt, compoſita erit inde Dei natura. At quia hęc uerba & aliorum ſunt communia, ea non admittunt. Quod uerò ſolius Dei eſt, eiusq; proprium, ingenitũ ſcilicet, hoc tandem eis eſt Dei eſſentia. Id quod, qui materiam et formam ut ingenita introducunt, non facile conceſſerint (Nã tenebras quas Manichęi hic inuehunt, procul reijciamus) ſed ut demus ſolius Dei eſſe ingenitũ, age quid Adam? an ſolus ille Dei figmentũ? Maximè, inquis. Num ergo & ſolus homo? Nequaquam. Quid ita? Quia ipſa formatio non erat (ut ita dicam) humanitas. Etenim quod poſtea quoq; natũ eſt, homo erat. hoc modo nec ingenitum ſolum Deus eſt, & ſi ſolius eſt patris: imò et genitum, quia ex Deo gen

Universidad de Deusto
Biblioteca

tummodo dicere audemus, quod si magnũ est patri, nõ alicũde existere, nõ minus erit filio ex tali extitisse patre. Etenim quicquid id est glorię, q̃d patri propterea q̃d eũ nulla anteit causa, debetur, hoc totũ & in filiũ ex tali patre natũ redundat. Accedit aũt ei & naseẽdi calculus, res tãta tamq; uenerabilis utriq; ijs quorũ mens nõ omnino humi reptãs, in crassis his et terrenis uelut cõpedibus uincti tenent. Sed iterũ inquiũt, si quantũ ad essentiã attinet, idẽ est filius quod pater: ingenitus autẽ est pater, ingenitus erit & filius. Rectè, siquidẽ ingenitũ essentiã Dei accipis, ut hinc noua quadã ratiõe q̃d genitũ est, cum ingenito mistũ, ingenitogenitũ uocet. Sed si ingeniti appellatio in eadẽ essentia, personę est discrimen, cur ea argutia ceu efficacissima nos obtundis? Vides (ut nihil inter tuũ et Deũ patrẽ interesse fingamus) ea argutia fieri, ut & tu pater patris euadas. Quandoquidẽ secundũ essentiã idẽ es q̃d pater. Aut manifestũ ne satis, quod si de Dei essentia inquirẽdũ est, quę tandem illa sit, ꝓprietate personarum manẽte salua, inquirere oporteat? Porrò quàm nõ sint idẽ, Deus & ingenitũ, uel hinc dideceris. nam si idẽ essent, omnino oporteret, quoniã Deus aliquorũ Deus, & ingenitũ aliquorũ esse: aut quoniã ingenitũ nullorũ est, neq; Deũ esse aliquorũ. quę enim omnino eadẽ sunt, ea & eodẽ modo efferunt. Iam quia ingenitũ nullorũ esse dicitur (si negas, dic quorũ) Deus aũt aliquorũ, nempe omniũ, quo modo idẽ esse poterit Deus & ingenitũ? Deinde quoniã genitũ & ingenitum sibi inuicẽ opponuntur, ut habitus & priuatio, necessarium erit, id quod cõcessum nõ est, substantias cõtrarias admittere, quia habitus priores sunt priuationibus, & priuationes habitus solẽt tollere. Cõsectaneum erit utriq; ex his, quæ tu protuę ratiocinationis fundamẽto posuisti, ut nõ solũ filij essentia antiquior sit quàm patris, sed eandẽ etiã per patris essentiã planè tolli. Iã quid reliquũ habent ex inexpugnabilib. illis quæ iactãt? Fortasse ad illud ceu subsidiũ ultimũ confugiẽt: Si (inquit) nõ desijt generare Deus, imperfecta est generatio, & quando desinet? Sin desijt, certè & cœpit. Iterũ corpori dediti corporea adferũt? Ipse uerò, æternũ ne sit filio generari, an non, tantisper nõ decerno, dum illud, Ante omnes colles generat me, excussero accuratius. Attamen quid ualeat hęc ratio, nõ uideo. Si enim (ut ipsi putãt) quod desiturũ est aliquãdo, cœpit, omnino consentaneũ est, quod nõ desinit, hoc nec incepisse. Quid igitur statuẽt, uel de anima, uel de angelica natura? Siquidẽ cœpit, & desinet: sin non desinit, tum ex eorũ ratione, quod nec cœperit, manifestũ euadet. Atqui & cœpit, & tamẽ nõ desinet. Quod igitur desinet, si eis credimus, hoc nec cœpisse statuendũ erit. Sed enim nostra sententia hæc est, ut equi, ut bouis, ut hominis, breuiter, ut uniuscuiusq; eorũ, quę ad eandẽ speciẽ pertinet, una quædã est ratio: & cuicũq; eadẽ hęc ratio competit, hoc & proprièinde nomẽ habet: cui uerò nõ conuenit, hoc inde aut nullũ, aut improprium habet. Ita & Dei essentiã, naturam appellationẽq; unam equidẽ esse, quamuis pro diuersa eiusdẽ essentiæ consideratione nomina quoq; diuersa sortiatur, tum quod proprièDeus dicatur, hoc & esse Deũ. Quod uerò fuerit secundũ naturã, hoc & uerè nominari. Quanquã nobis nõ in uerbis, sed rebus ueritas sita est. At isti quasi timentes ne aduersus ueritatẽ intentatũ relinquant aliquid, Deum quidem esse filiũ Dei assentiũtur. Verùm ubi urgeri cœperint, tum ratione, tum testimoniorum autoritate protinus resiliunt, & tantũ ei Dei appellationẽ, non etiã essentiam cum patre communẽ concedũt. At cum contrà nitimur huiusmodi interrogãtes: Quid ergo? nõ proprièdicitur Deus ipse filius, perinde atq; depictum, non proprièanimal? Et quomodo Deus dicitur, si non proprièest Deus? Hic quid (aiũt) prohibet, quo minus commune utriq; sit nomen, atq; adeò uterq; proprièappelletur? Mox afferent nobis canem terrestrem & maritimum: quæ, quanquam re diuersa, commune tamen habent nomen: & si quid præterea est, quod re diuersum eandem appellationem pariter subeat, non tacent: siquidem genus quoddam & hoc est eorum quæ re dissident, nomine consentiunt. Atqui ô præclare, cum eiusmodi exemplis uni appellationi duas naturas

subijcias

subijcias, nequaquam alteram alteri præstare facis: neq; quarum altera prius, altera posterius, magis aut minus sit, quod dicitur (nõ enim coniunctum ali quid habent, quod hanc necessitatem exhibeat) nec hic quidem magis, ille uerò minus canis quàm alter canis, ut terrestris quàm marinus. Verùm in paris precij rebus, & natura tantum diuersis, nominis est communitas: hic autem cum Deo ceu proprium attribuas adorationis cultum, et quod solius Dei est, ac uelut deitatis, omni essentia naturaq; esse superiorem, in disputationis progressu hęc patri tantũ tribuis, filio autem negas: dumq; per hoc patri postponis, & honoris adorationisq; alteras concedis, nominis quidem ipsius syllabis ei gratificaris, reipsa uerò eum deitate fraudas. Siquidẽ cum multa cõmunis appellationis sint genera, quę tua est in filiũ malignitas, ab eo, iuxta quod æquo iure diuersis, idem est nomẽ, ad illud te traducis, quod inæquali ratione multa uno uocabulo complectitur, ut homo pictus & uiuus, propius, quàm quos exempli uice adduxisti canes, ad tuam de Deo sententiam adumbrandã, accedere uideantur. Aut da ambobus ut appellationem cõmunem, ita & naturæ parem dignitatẽ. Quam si imparẽ statuis, canes certè tui, ut quos magis cõtra inæqualitatẽ adduxeris, te deserent. quid enim attinet cõmunem esse appellationem, si quæ appellationem ipsam subeunt, imparẽ honoris tenebũt gradum? Neq; enim ut æqualem utriq; dignitatẽ, sed inæqualẽ ostenderes ad hos canes, & rationem hãc confugisti. Et, quî efficacius aliquis possit cõuinci, & sibijpsi & deitati repugnare? Iam si, cum dicimus, quod quantũ ad causam attinet, pater maior est, isti hac propositione, quod uerò natura causa est assumpta, inde maius natura in patre colligerẽt, haud scio se ipsi' ne, an illos aduersum quos disputãt, hac argutia decipiant. Non enim quę de aliquo dicuntur, ea simpliciter & de eius subiecto dicuntur. Imò manifestum, quæ de quoq; dici conueniat. alioqui quid prohibet, quo minus & ipse, proposito quod pater maior sit natura, subijinducũt. Perinde ac si nobis de homine mortuo proponentibus, ipsi simpliciter de homine ratiocinationẽ contexerent. Porrò illud, quod non minus quàm quicquã eorum quæ dicta sunt, admiratione dignũ est, qui licet prætercurrere? Pater, inquiunt, essentiæ' ne an operationis est nomen? Hic utrum dederimus, eorum laqueos nõ euademus. Nam si essentiæ dixerimus, eadem responsione astruemus filiũ essentia à patre diuersum, quando una tantũ est Dei essentia, quam præoccupauit pater: sin operationis, tum filiũ Dei manifestè nõ genitũ, sed factum confitebimur. Vbi enim est operans, ibi & opus esse oportet: tum uerò quomodo artifex artificisq; opus idẽ esse possint, mirari se clamitabunt. Equidem si omnino necessarium esset alterum è duobus propositis recipere, diuisionem hanc ueritus fuissem uehementer. Nunc autem me consolatur, quod utroq; horum negato, tertium dicere uerius est. Siquidem pater, ô uiri doctissimi, neq; essentiæ, neq; operationis est nomen, sed tantum relationis habitum quendam significat, nimirum ut pater se habeat ad filium, & uicissim filius ad patrem. Vt enim in nostro usu uoces germanam quandam cognationem & domesticam propinquitatem indicant, ita & illic geniti & genitoris naturæ communitatem significant. Esto autem in uestram gratiam essentia quædam pater, certè secundum communẽ sensum uocumq; istarum uim astruet hoc filio eandem essentiam, tantũ abest ut (quod uos putatis) inde eũ alienet. Esto & (si uide tur) operatio, ne sic quidem manus dabimus uobis. Quin potius, idem illud

Universidad de Deusto
Biblioteca

lud quod operatur, erit una tribus communis essentia. Aut certè absurda erit, quæcunq; alia in alio sensu, in hoc de operatione infertur cogitatio. Vides, ut quantumuis insidiosum pugnę genus adornaris, tamẽ captionum uestrarum laqueos effugerimus? Posteaquam uerò deprehendimus, quàm in ratiocinationib. & captionibus tuis firmi sit nihil, age quoq;, quæ ex diuinis scripturis contra nos affers, quantum quodq; ualeat, uideamus! Nam hinc nos persuadere fortasse suscipis. Enimuero nos ex magnis illis & excelsis uocibus, filij deitatem & accepimus et prædicamus. Quibus illis, inquis? his certè, Deus uerbũ quod erat in principio, & cũ principio, principium. In principio (inquit) erat uerbum, et uerbũ erat apud Deum, & Deus erat illud uerbũ. &, Tecum principiũ. & uocans ipsum principium à generationibus. tum filius unigenitus, Vnigenitus (inquit) filius qui est in sinu patris, ille enarrauit. Via, ueritas, uita, lux. Ego (inquit) sum uia, uita, & ueritas. Iterum, Ego sum lux mundi. Sapientia, uis. Christus, inquit, Dei uis & sapientia. Deinde splendor, character, imago, sigillum. Vt qui sit (inquit) splendor gloriæ, & character substãtiæ eius, & imago bonitatis. Et hunc enim pater, nimirum Deus, consignauit. Ad hæc dominus, rex, qui est omnipotens. Irrigauit (inquit) Dominus. & iterũ, Ignis à Domino. et, Virga rectitudinis, uirga regni tui. Iterum, Qui est, qui erat, qui uenturus est, & omnipotens. Quę omnia de filio dici satis constat. & si quæ sunt alia, quæ idem ualeant, quorum nullum, neq; aduentitium est, neq; posterius accessit, nec filio, nec spiritui sancto, quemadmodum nec patri. Neq; enim perfecti ratio accessione constat. Nec aliquando erat, quando sine uerbo erat: nec erat, quando pater non erat: nec erat quando non uerus erat, aut insipiẽs, aut impotens, aut uitæ indigus, aut splendoris, aut bonitatis. At tu contrà hæc mihi malignitatis tuę uerba recense, quale est hoc, Deus meus, & Deus uester. & illud, Maior. tum hęc, Creauit, fecit, sanctificauit. Quin si placet & hæc, Seruus, obediens, dedit, didicit, præceptum est, missus est. tum hoc, Non posse se à seipso quicquã aut facere, aut dicere, aut iudicare, aut donare, aut uelle. Ad hæc, ignorantiam, subiectionem, uotum, percontationem, profectum, perfectionem: his adde, si uidetur, quæcunq; uel humiliora sunt commemoratis: qualia sunt, dormitare, esurire, lassari, lachrymari, animo ad defectionem usq; laborare, timere. Fortasse & crucem exprobrabis, mortemq; ipsam. Nam quod resurgit, quod in cœlum recipitur, quia pro nobis facere uidentur, apparet te nolle ea attingere. Quanquã autem pro ascriptitio isto tuo, et nomine tantum Deo (nobis enim uerus est Deus, parem cum patre dignitatis gradum tenens) constituendo, quæ tua est in grauibus scurrilitas, multa contra nos afferre, si uelis, poteris: nobis tamẽ haud difficile fuerit singula hæc denuò percurrendo, ad sensum maximè pium exponere, & quod in literis existit offendiculum tollere: siquidem uerè impingis, & non potius sponte malignaris? Porrò si unam omnium summã mauis, sublimiora quidem tribue deitati, & naturæ corpore corporisq; affectionibus omnibus superiori: uerùm humiliora quæq; ascribe composito, & primùm tua gratia, siue inanito, siue incarnato, siue homini facto, deinde in summam dignitatem euecto. Sic enim fiet, ut sententia ista tua, quæ humi reptans non nisi carnem sapit, reiecta, sublimior ferri, & animo ad diuinitatem eniti condiscas: nec circa ea quæ oculis sunt expositа, subsistas: sed altius progressus, ad ea quæ sola mente uideri queunt, pertingas: ac deniq; quæ naturæ diuinæ, quæ dispensationis propter nos factæ ratio sit, cognoscas. Nam quem tu nunc contemnis, erat quando supra te erat. Qui nunc est homo, incompositus erat. Etenim quod erat, permansit: quod autem non erat, hoc assumpsit. In principio enim erat, nulla se antecedente causa. Quæ enim causa Dei? Atqui postea propter causam natus est, hæc nimirum erat, ut seruaueris tu conuiciator, qui ob hoc deitatem contemnis, quòd tuam crassitiem in se recepit, dum mente uelut nexu interueniente, carni se alligauit: & qui

prius infernè erat homo, Deus fit, uidelicet quatenus Deo in unitate personæ sic coagmentatur, ut unus cũ sit, & Deus & homo, potior tamen pars dignitatem suam ipso diuinitatis nomine euincat, sicq; quantum ille homo, tantum ego Deus efficiar. Nascitur quidem, sed iam olim natus erat. E muliere quidem, sed uirgine: illud humanũm, hoc uerò diuinum: hic sine patre, sed illic sine matre. Gestatus est in utero, sed agnitus à uate illo, qui etiamnũ ipse gestabat, quiq; uerbo, propter quod natus erat, uelut prælultabat. Fascijs quidem est inuolutus, sed resurgens ex sepulturæ inuolucris, se ipse inuoluit. In præsepi reclinatus est, sed ab angelis est glorificatus, à stellis præsignatus, à magis adoratus. Et quomodo tu in eo quod uides, offenderis, & non potius illud quod mente percipitur, consideras? Fugatus est in Aegyptum, sed Aegyptiorum studia fugat. Non habebat speciem neque decorem apud Iudæos, sed idem Dauidi est speciosus forma præter filios hominum: sed in monte coruscat, & ipse fit fulgentior, nimirum quod in se futurum erat hoc mysterio adumbrans. Tinctus quidem lauacro ut homo, sed à peccatis absoluit ut Deus, sed ut cõsecret aquas. Tentatus est ut homo, sed uicit ut Deus: sed confidere iubet, ut qui mundum iam uicisset. Esuriuit, sed clamauit: Si quis sitit, ad me ueniat, & bibet. sed promisit fore, ut qui in se credant, uelut fontescant, & uiuæ aquæ uenis scaturiant. Lassatus eit, sed laborantium oneratorum'que est requies. Somno quidem grauatus est, sed leuitate sua mare perambulat, sed uentos increpat, sed Petrum cum iam mergeretur, leuat. Persoluit tributum, sed ex pisce producit, & illud poscentibus imperat. Sammaritanus & dæmoniacus audit, sed idem descendentem ab Hierusalem, & à latronibus afflictum seruat, sed idem & à dæmonibus agnoscitur, & eosdem pellit, & spirituum legiones demergit. Denique dæmonum ducem, ut fulgur cœlo labentem uidet. Lapidibus petitur, sed non feritur. Deprecatur mortem, sed idem uoluntati patris obtemperat. lachrymatur, sed idem lachrymas sistit. Interrogat ubi situs sit Lazarus, quod esset homo: sed Lazarum resuscitat, quòd esset Deus. Venit admodum uili, nempe argenteis triginta: at idem magno precio, sanguine scilicet suo, mundum remedit. Vt ouis ad lanienam ducitur, sed pascit Israel, nunc autem uel orbem uniuersum. ut agnus obmutescit, sed idem est sermo, qui uoce clamantis in solitudine annunciabatur. Languescit & uulneratur, sed idem omnem morbum omnemq; laborem curat. Subducitur, in lignum affigitur: sed hominem ligno uitæ restituit, sed seruat latronem, qui unà crucifigebatur. Sed tenebras inducit uniuersitati, ibidem oculis expositæ. Aceto potatur, felle cibatur, & quis? nisi qui aquam in uinum commutauerat, qui acerbum adeò gustum in suauitatem uerterat: nimirum totus dulcedo, totus uoluptas, deniq; totus desiderabilis. Tradit animam, sed idem eiusdem resumendæ habet potestatem. Sed uelamen rumpitur, superna enim demonstrantur. sed saxa finduntur, sed mortui surgunt. Emoritur, sed uiuificat, & morte mortem ipsam uincit, Sepelitur, at resurgit: ad inferos descendit, sed reducit inde animas, sed ascendit, Sepelitur, at resurgit: ad inferos descendit, sed reducit inde animas, sed in cœlum redit, sed uenturus est ad iudicandos tum uiuos, tum mortuos, & ad examinandas tales nostras disputationes. Quod si illa erroris occasio nem præbent, hæc errorem tuum soluant. Hic habui quæ captiosis illis & perplexis argutijs in præsentia responderem. Inuitus quidem hunc laborem suscepi. Neque enim uanitas hæc garriendi, & rixosæ disputationis pugna iucunda est hominibus pijs, ut quibus aduersarius unus, nempe diabolus, negotij satis exhibeat: attamen propter eos qui hic impingunt, necessariò susceptus est (nam & morbis curandis inuenta sunt remedia) necessariò inquam, ut se nequaquam omnia scire intelligant, dum se uel in superuacaneis illis, & euangelij simplicem fidem ociosam reddentibus, parum inuictos experiuntur. Cum enim omissa fide rationis uires intendere, iactareq; cœperimus, & per hoc spiritus autoritatem qnæstioni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus eleuare, ut ita pondere magnitudineq; rerum laborans ratio deficiat (de ficiat autem necessariò, dum ab infirmo adeò organo, nempe nostra mente, existit) Cum inquam hæc admittimus, quid aliud fit, & quod rationis infirmitas euangelici mysterij esse appareat? Qua uia denique disputationis subtilitas, euacuatio crucis esse ostenditur? id quod & Paulo usum est, siquidē fides disputationis nostræ perfectio est. Atque utinam qui explicat has plagas, & uincula soluit, & à quo nobis uiolenti huius dogmatis nodos dissoluendi facultas suggeritur, is in primis hos immutatos, pro argutatoribus, fidei cultores faciat, & pro eo quod nunc audiunt, Christianos. in hoc sanè exhortamur uos, & per ipsum adeò Christum oramus, ut cum Deo in gratiam redeatis, nec spiritum extinguatis. Imò ut in gratiam redeat uobiscum ipse Christus, uos'que Dei spiritus uel tandem illustret. Quod si uobis contentiosis esse nimio libet, pro nobis faciat uotum, ut saltem uel nobis ipsis integram conseruemus trinitatem, & ab eadem seruemur synceri, & citra impietatis talis offendiculum, tantisper dum eorum quæ nunc in uotis habemus, perfectior obtingat demonstratio, in ipso Christo Domino nostro, cui gloria in secula.

DIVI GREGORII, COGNOMENTO THEOLOGI, *Episcopi Nazianzeni, de Theologia liber quartus: Petro Mosellano Protegense interprete.*

QVandoquidem tibi argutiarum uersutias perplexitatesq; diuini numinis facultate abundè discussimus: quæ uerò è diuinis scripturis nobis obijciunt, quibusq; & sententiæ nostræ uelut cursum impediunt: dum sacrilegi scriptum captantes, scripti ipsius sensum celant, & multitudinem suarum partium faciunt, ac denique ueritatis uiam perturbant, ea quando breuiter & summatim dissoluendo reiecimus: idq;, ut ipse mihi persuadeo (si modò contingat iudex paulo æquior) non obscurè, per hoc quod quæ scripturæ sunt uoces sublimores, Deo'que magis conueniunt, eas Deo quoque ceu proprias tribuimus: quæ uerò humiliores, & hominis naturæ paulo magis propinquæ, eas asseruimus, siue nouo illi propter nos nato Adamo, siue Deo, tollendi peccati nostri causa patibili. Hæc posteaquam sermone festinante attigimus paucis, nec in singulis asseuerandis immorati sumus, & sunt qui ne aduersæ partis argumentis in speciem probabilibus seducantur, eas breuiter quidem, sed singulatim refelli expetunt, morem illis geramus. Et quo facilior sit memoria, quas dixi uoces singulas certis numeris digestas in unam quandam colligamus summam. Primum enim ipsis, & quod ferè semper expeditum præ manu habent, est illud: Dominus creauit me principium uiarum suarum in opera sua. Ad quod quomodo tādem respondebimus? In ius'ne uocabimus Solomonem? & quia ad extremum uitæ lapsus est, propterea & anteactam uitam exautorabimus? An potius sapientiæ ipsi sermonem hunc tribuemus, ut quæ sit scientia artifexque illa ratio, secundum quam constituta sunt omnia? Nouit enim scriptura & mutis rebus loquentium personam imponere. Ex qua figura est illud, Mare dixit hæc & hæc, & abyssus dixit, nō est in me. Eò pertinent, Et cœli gloriam Dei enarrātes. Item illud, quod frameæ quiddā edicitur, quod denique à montibus collibusq;, quare exultarint, quæritur. Quanquam aut rem qui ante nos hanc quæstionem tractarunt, quidam hæc pro ualidis posuerunt: nos tamen eiusmodi effugium nullum quærimus, quin est seruatoris ipsius uerè nimirū sapientiæ uox. Sed mane, & unà mecum rem paulo altius considera. Quæ tandem res causam nullam cognoscit? an nō deitas? Neque enim Dei causam aliquam afferri poterit aliquis. Nam quodcunq; allatum fuerit, sequetur hoc & Deo antiquius esse. Tum quæ causa naturæ humanæ, quam nostra gratia subijt Deus, an non omnium nostrūm salus? quid enim dicemus aliud? Ergo quando & Dominus creauit me, & illud

illud. Generat me, hic locum haberet, palàm inuenimus, quid adeò disputatione est opus? Siquidem quod causæ coniunctum inuenerimus, hoc in hominem collocauerimus: quod uerò simplex & causæ fuerit expers, hoc tribuerimus deitati. Iam hoc, Creauit me, an non sic dictum est, ut causam subindicet? Creauit enim me, inquit, principiū uiarum suarum ad opera sua. Opera autem manuum eius, ueritas & iudicium, propter quæ deitate unctus est. Siquidem unctio hæc ad Christum hominem pertinet, illud uerò Generat me, non'ne sine causa? aut dic quam tandem hæc dictio complectatur? Quæ igitur obstabit ratio, quin sapientia, si infernam hanc generationē spectes, creata: sin ad primam illam, & multo magis incomprehensibilē cogitatione conuertaris, genita dicatur? accedit huic, quod in scripturis seruus audit seruiēs multis. Tum hoc, magnū esse ei, uocari puerū Dei. Nam utnos in libertatē assereret, ipse reuera seruiuit carni, generationi, affectibus nostris, breuiter omnibus quos peccati uinculis astrictos liberauit. Quid autem hominis humilitati contingere potuisset magnificentius, quàm quòd Deo unius personæ nexu iunctus est? Ex hac adeò coniunctione Deus est factus, tantaq; dignitatis accessione ab oriente ex alto uisitatus, ut quod uel ex homine nasceretur, id sanctum, atq; adeò filius altissimi uocaretur. Deinde ut nomen ipsi, quod super omne nomen est, sit donatum: hoc enim quid aliud est, quàm Deus? Iam hoc, omne genu flecti ei, qui propter nos se inaniuit, qui diuinam imaginem seruili condit forma: & illud, cognoscere omnem familiam Israel, quòd Dominum & Christum ipse Deus fecit, contra nos non faciunt. Facta enim sunt hæc opera & facultate geniti, genitoris autem uoluntate placabilitateq;. Hactenus de primo. At secūdum ex his est, quæ isti pro maximis & inuictis habent. Oportet enim (inquit Apostolus) ipsum regnare usq; adhuc, & à cœlo excipi usque ad restitutionis omnium rerum tempora, ac à Dei dextris sedem habere, donec uictoriam de inimicis suis obtineat. Quid tum posteà? deserturus'ne tum erit regnum, & cœlos relicturus? At quo cogente, aut quam tandem ob causam? Vt audax tu es interpres, & nimis quàm licenter uagus. At qui audis regni eius non esse finem. Verùm accidit hoc tibi ex hoc, quòd non cognoscis uoces has, Vsque, & Donec, non omnino ex aduerso respondere futuro, sed aliquousque tantum significare. Quod uerò hinc sequatur, hoc non negant: alioqui quomodo, ut ne dicam cætera, uel hoc intelliges: Ero uobiscum usque ad consummationem seculi? num sic, ut postea nobiscum esse desiturus sit? Et quæ hæc est ratio? Tum eódem facit, quod uocis significata non distinguis. Regnare enim cum multis modis dicatur, primus est, quo omnipotens nolentium æquè ac uolentium est rex: alter autem, secundum quem nos sibi & subiectos, & imperio suo parentes facit. Nos, inquam, qui uoluntarij eius regnum suscipimus. Quocirca prioris illius regni finis non erit: at secundi, qui tandem exitus? Qui alius, quàm cum nos, qui seruamur, suæ manui subdiderit? Nam quid attineret, cum subiecti erimus, subiectionem amplius moliri? Tum certè denuò prodibit iudicaturus terram, & seruandos à perituris discreturus: dehinc stabit Deus in medio deorum qui seruantur, quo quisque honore, qua'ue mansione sit dignus, dijudicaturus distincturus'que. Iam huic connecte subiectionem illam tuam, qua filius subdatur patri. Quid autem, inquis, quasi non & nunc patri subiectus sit? & oportebit'ne omnino Deo subijci, qui Deus sit ipse? Quid autem, quod de Dei filio perinde atq; de latrone, Deiq; aduersario uerba facis? Quin potius rem ita conslideras, quod quemadmodum execratio dici uoluit propter me, is qui meam soluit execrationem & peccatū, qui mundi tollit peccatum, atq; nouus quidem pro uetere sit Adam: sic & hoc loco meam inobedientiam suam facit, ut qui caput sit totius corporis. Quamdiu ergo ipse non sum subiectus, & seditiosus, nimirum Deum negando, & affectibus ipsis rebellando: quod re & propriè meum est, hoc Christus uerbis dicitur. At cum subiecta ei fuerint omnia (subijcientur autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem cognitione pariter ac transformatione) tunc & ipse cum me seruatũ adducit, subiectionem suam consummauit. Nam quantum ego intelligo, Christum subijci, nihil aliud est, quàm paternam explesse uoluntatem. Porrò subijcit & patri filius, & filio pater: dum hic operatur, ille uerò uoluntatis suæ calculum adijcit. Id quod & suprà diximus. Sic fit, ut qui, quod subiectum erit, subiecerit: quod propriè nostrum est, in se translatum Deo exhibeat. Quale quiddam & hoc mihi uidetur: Deus Deus meus intende mihi, quid me deseruisti? Neq; enim ipse erat desertus nec à patre, nec à sua ipsius deitate (quod uisum est quibusdã) uelut cruciatũ extimescẽte, ac ob id ab ea parte quę pateret retrocedente. Alioqui quis eũ uel principio hic nasci, uel postea in crucem ascendere coegit? Sed enim, quod dixi, nostram personã gessit: nos eramus prius deserti, nos despecti, postea uerò per impatibilis passiones assumpti seruatiq; sumus. Ad eum modum & insipientiam & errorem, utique nostra sibi uendicans, quæ in eo Psalmo sequuntur, dicit: siquidẽ totum hunc psalmum uicesimumprimũ ad Christum referri palàm est. eodẽ sensu dictum est eum ex his quæ passus est, obedientiam didicisse: tum clamor, lachrymæ, supplicare, exaudiriq;, reuerẽtia deniq;, quæ omnia uelut alienę fabulę actor, aliena persona sumpta, refert, & pro nobis mirabiliter intexit. Nam qua parte est uerbũ, nec obediẽs nec inobediẽs erat. hæc enim de secũdis, & his quæ in aliena sunt potestate, rectè dicũtur: illud quidẽ cõmodioribus, hoc autem pœna dignis. At quatenus serui forma est, seruis ac conseruis sese accommodat, & alienæ formæ conformat, totum me unà cum meis in seipso gerens, ut quemadmodũ uel ignis ceram, uel terræ uaporem sol, sic quod in me uilius est, in se ipse consumat, ex quo commercio bonorum illius & ipse fiam particeps. Quemadmodum ipsis factis obedientiam colit, eiusq; periculum patiendo facit. Neque enim hic suffecerit affectio, quin ut in nobis per opera declaratur animus, & hic affectionis rectissimus index est opus. Et fortasse ineptum non fuerit & illud suspicari, quod his rationibus probet, spectet'que nostram obedientiam: dum pro humanitatis lege suis ipsius affectibus metitur omnia, ut dum infirmitatem carnis cum his quæ ferenda sunt, componit, ex his quæ sibi ipsi obtigerunt de nobis, quantum exigendum, quantum'que condonandum sit, æstimare queat. Nam si ipsa lux, quæ ex specie illa perlucebat in tenebris uita, uidelicet hac, ab alijs tenebris, nempe maligno illo & tentatore tentatus est, immane, quanto magis hoc ipsis tenebris, tanto infirmioribus, accidet? Et quid mirum, si cum ille euaserit omnino, nos tamen aliqua tenus capiamur? Maius enim est illum tentari, quàm nos capi, utique, si qui rem recta uia reputent. Addam dictis & illud, quod mihi iam in mentem uenit. Quod enim ipse (inquit) passus est se tentari, per hoc potest & nobis, qui tentamur, subuenire, quæ uox in eandem sententiam manifestè perducit. Porrò cum tempus restitutionis aduenerit, Deus omnia erit in omnibus, non pater, ut uidelicet quemadmodum fax, ab ingenti aliquo rogo primùm auulsa, deinde rursus coagmentata, in eundem redit: sic & in patrem, resoluto filio (ne hoc sermone corrumpantur Sabellij) sed Deus totus, cum non amplius erimus multa, ut nunc, Dei uel omnino nihil, uel admodum parum in nobis gestantes, affectibus nimirum & uarijs animorum motibus occupati: sed toti (ut sic dicam) deiformes, totius'que Dei ac illius solius capaces: hæc enim est perfectio, ad quam omnes festinamus. Indicat hoc uel maximè Paulus ipse. Nam quod hic de Deo dicit indefinitè, hoc alibi manifestè definit in Christo. Quibus uerbis? his profectò, ubi non est neque Græcus, neq; Iudæus: circuncisio & præputium, Barbarus, Scytha, seruus liber, sed omnia & in omnibus Christus. Recita nunc tertium, maius illud: quartum, Deum meum & Deum uestrum. Sanè si maior diceretur, non etiam æqualis, esset fortasse quod afferunt, aliquid: sed si utraq; palàm inuenimus, quid hic dicent generosi isti?

quod

quod hic robur iactant? Quomodo coibunt hæc, quæ sic dissident, ut magis nequeant? Siquidem, ut idem ad idem collatum, & maius & æquale simul sit, fieri non potest: quid uerò an non manifestum maius illud ad causam, æqualitatem autem ad naturam referendam esse? Quod tamen pro cãdore nostro non uulgari concesserimus. Etenim si quẽ libido aduersus hanc nostram sententiam contendendi extimulat, is dixerit nequaquã minus esse, ipsum ex tali esse causa, cui nulla sit amplius causa. Quod enim ex eo cui nullum sit initium prouenit, hoc & gloriam cum suo parente meritò communẽ habuerit: & accedit præterea generationis dignitas, illis qui mentem habent, res tanta, tamq; uenerabilis. Nam quod Christo, quatenus homo intelligitur, maior sit, uerum quidem est, at non magnum: quid noui enim, Deũ homine maiorẽ esse? Hæc adeò aduersum eos qui in maioris appellatione argutãtur, dicta sunto. Porrò dici nõ poterit Deus uerbi, sed hominis qui cernit oculis. Quomodo eius qui propriè Deus nominetur, Deus erit? Ita uicissim pater, non hominis, sed uerbi fuerit pater. Erat enim duplex, ut Deus & pater: de eo partim quidẽ propriè, partim aũt impropriè dicantur: idq; ratione reb. nostris planè cõtraria. Noster enim Deus est propriè, pater uerò nõ propriè. Atq; hoc est, quod factiosis istis errorẽ facit, iteratio uidelicet nominum eisdem nominibus interim ob diuersæ coniunctionem naturæ significandi rationem uariantibus. Indicium uerò huius est, quod cum naturæ notionibus distant, tunc & nomnia diuersitatem hanc sequuntur. Quo loco Paulus est audiendus, dicẽs: Vbi Deus Domini nostri Iesu Christi pater gloriæ: Christi sanè Deus, inquit, gloriæ uerò pater. Quanquam enim utrumq; est unum, hoc tamen non naturæ, sed personæ fit coniunctione: ijs quid possit afferri tum simplicius, tum apertius? Dicatur nunc quintum, accipere ipsum uitam aut iudicium, aut hæreditatem gẽtium, aut potestatem omnis carnis, aut gloriam, aut discipulos, aut quæcunq; hoc modo dicuntur, & hęc Christo homini sunt tribuenda: tametsi ut maximè Deo adscribas, non admodum feceris absurdum. Neque enim ea dederis ut asciticia, sed quæ ei iam inde ab initio propria suppetant per naturam, non gratiam. Ponatur sextum, non posse filium à seipso facere quidquam, nisi quod uiderit patrem facientem. Sed enim hic posse aliquid, uel non posse, in eorum est genere, quæ non secundum unam rationem dicuntur: uariæ enim est significationis. Primùm, non posse aliquid, rectè dixeris, quod ali quando & ad aliquid collatum, facultatem aliquam nõ habet: quale est, uel catulum uidere, uel puellum certare, aut cum certo aliquo luctari non posse. Tamet si ille fortasis uisurus sit, & hic certaturus aliquãdo, ac cum eo luctaturus, etiamsi ad luctam cum alio suscipiendam facultas desit. Deinde impossibile dixeris & illud, quod ferè fieri nequit. Quod genus est: Non potest ciuitas abscondi supra montem sita. fieri enim posset, ut quæpiam maiore aliqua oppositа absconderetur. Tum & illud impossibile appellant, quod parum fuerit siue consentaneum, siue decorum. Cuius generis est: Non possunt filij sponsi ieiunare, quantisper adest ipse sponsus, siue is qui corporaliter (tempus enim peregrinationis Christi, non afflictionis, sed lætitiæ erat) siue, qui ut sermo ille Dei intelligitur. Quid enim attinet ieiunare eos, qui solo purgantur sermone? Iam in appellationem hanc cadit illud quod uolumus: cuiusmodi est hoc, non potuisse illic signa facere, propter eorum qui acciperent, incredulitatem. Quia enim ad sanandum utroque opus est, & eorum qui curentur fide, & medici facultate, rectè alterum altero deficiente, receptum non est. Atq; haud scio, an non & hoc ad illud, quod proximè diximus, consentaneum, referendum sit. Neque enim consentaneum est, eos qui sua sibi incredulitate obsistant, sanari. Eiusdem porrò rationis est: Non potest mundus odisse uos. Tum hoc: Quomodo potestis bona loqui, cũ sitis ipsi mali? Qui enim horum quidquam impossibile est, nisi quod ipsa uoluntas repugnat? Talis

modus

Universidad de Deusto
Biblioteca

modus est & hic, cum dicimus, Natura aliquid fieri non posse, Deo autem uolente fieri posse. Quò pertinet, hoc non posse eũdem nasci denuò: & acicula nõ accipiens camelũ. Quid enim, si Deus ita uelit, fieri hæc prohibeat? Atqui præter hos modos omnes est illud genus, quod omnino fieri nequit, nec recipi potest, quale est quod nunc inquirimus. Sic enim fieri non posse dicimus, ut Deus sit malus, aut Deus non sit. Hoc enim rectius negauerit quis esse in facultate diuina, quàm si quod non est, esse, aut bis duo & quatuor decem esse contendat. Hac ratione nec fieri potest, nec concedendum est unquam, filium aliquid facere, quod non faciat pater. Omnia enim quæ pater habet, filij sunt: sicut uicissim quæ filij sunt, eadem & patris sunt. Nihil ergo proprium, quin omnia communia. Quando ipsum illud esse commune est, & in eodem dignitatis gradu utrique (tametsi filio est à patre) quò respicit illud, Ego uiuo propter patrem: non quòd inde sibi uita dependeat ut nobis, sed quòd inde existat absque tempore, absque causa. Sed quomodo uidit patrem facientem, & sic ipse facit? an ut qui rerum formas ac literas pingũt? quando his non aliter, quàm si ad primum exemplar intueantur, eoque uelut manu quapiam ducantur, ipsam ueritatem assequi datur? Atqui quomodo sapientia ipsa eget doctore? An non faciet aliquid, nisi hoc doceatur? Tum quomodo facit pater, aut fecit. Nunquid pro præsente mundo & alium prius instituit, & alterum futurum substituet: filius uerò ad priores illos respiciens, hunc quidem iam constituit, alterum autem substituet? ut hac ratione quatuor nobis existant mundi, duo quidem patris, & duo item filij opera. O' absurditatem. Iam lepras purgat, & à dæmonibus morbisque liberat: tum in uitam restituit mortuos, supra mare pedibus ingreditur, alia denique quæcunque fecit, facit, dic cuius imitatione? pater' ne ipse aliquando horũ exempla edidit? An potius manifestũ est, quòd eorundẽ operum formulas pater quidẽ præscribit, filius autem exequitur? Idque non ut seruus, nõ ut imperitus: sed ut peritus, sed ut herus, sed (propiori sermone utar) ut ipse pater? Hoc enim sensu accipio ego, quæ à patre sunt, eadem hæc & filium facere: non quòd operum sit similitudo, sed quòd utriusque par sit facultas, parque maiestas. Atque hoc fuerit nunc usque patrem operari, & item filium. quanquam non solum hoc significari arbitror, sed & eorum quæ fecerit, dispensationem conseruationemque. Cuiusmodi quiddam declarat illud, facere angelos suos spiritus, & fundari terram supra securitatem suam, cum hæc semel sit collocata factaque. Tũ firmari tonitru & creari spiritũ legimus, quorum ratio cum semel extiterit, durat tamen etiamnum hodie operatio. Recita septimum, descendisse filium è cœlo, non ut suam ipsius, sed eius qui se misisset, uolũtatem faceret. Hic si quæ recitata sunt non ab eo, qui descenderat, proficiscerentur, dixerimus sermonem hunc ab homine referri, non qui in seruatore ipso intelligitur Deo: illius enim uelle, cum toto Deo, ut ita dixerim, informatũ sit, Deo nõ repugnat, sed huius qui secundũ nos factus est, utpote humanæ uoluntatis, quæ non per omnia Deum sequitur, sed eidem ferè renititur, reluctaturque. Etenim illud sic intellexímus: Pater, si fieri potest, transeat à me calix hic: ueruntamen non mea, sed tua uoluntas obtineat. Neque enim probabile est illum, potuerit ne fieri an non, ignorasse, neque uoluntati opponere uoluntatem. Quia uerò uox illa eius est, qui humanam naturam assumpsit (hoc enim satis indicat, quod descendisse dicitur) non naturæ assumptæ, sic respondebimus, uoce illa significari, præter patris uoluntatem filio nullam propriam esse, ut hunc colligamus sensum: Non ut faciam uoluntatem meam: neque enim est mea uoluntas à tua diuersa, sed eadem mihi tecum communis est. Quorum ut una est deitas, ita & uoluntas. Et pleraque eius generis scripturæ loca communiter dicuntur, non ut aliquid affirment, sed negent. de quorum numero est hoc: Non enim ex mensura dat Deus spiritum. nam cum Deus à Deo ad mensurã non æstimetur, neque spiritus datur unquã mensura æstimatis. Tum hoc:

Neque

Neque peccatum meum, neque iniquitas mea: hic enim sermo non quod sit, sed quod non sit, nec iniquitas, nec peccatum ostendit. Item illud: Non propter iustitias quas fecimus nos. Sentiunt enim nullas esse iustitias suas. Atque adeò eius loci, qui hanc disputationem peperit, hunc esse sensum, uel ex sequentibus colligere licet. Quæ enim, inquit, uoluntas patris? hæc nimirum, ut omnis qui credit in filiũ, seruetur, & resurrectionis quæ in fine mundi futura est, fiat particeps. Nunquid inuitus & prædicatur & creditur? hoc autem quis credat? Præsertim cum & illud, sermonem quem audierint discipuli, non filij, sed patris esse, idem hoc conuincat. Nam quod commune est, hoc quomodo uel proprium, uel unius solius sit? Ipse certè cum diu multumque cõsiderarim, nequeo uidere, neque ut opinor, quispiam alius. Quod si de diuina uoluntate sic sentis, rectè sentis, & ualde piè, mea certè sententia, & candidorum omnium. Porrò ocrauum est ipsius telũ hoc, Vt cognoscant te solum uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Item hoc: Nemo bonus, nisi unus Deus. Qui nodus facilis solutu, ut qui maximè, uidetur mihi. Si enim hoc, solum uerum in patre colloces, ubi tum pones ipsam ueritatem? Nam si soli sapienti Deo, aut soli habenti immortalitatem, lucem inaccessam habitanti, aut regi seculorum corruptibili, inuisibili, & soli sapienti Deo: hæc, inquam, sic intelligas, non abibit, quin ad mortem condemnatus filius, aut tenebræ, aut non sapiens sit, tum neque rex, neque inuisibilis: denique quod est dictorum omnium caput, neque Deus. Quomodo autem non & bonitatem, quæ uel maximè solius Dei est, unà cum alijs perdet? Sanè mea est opinio, illud, Cognoscãt te solum uerum Deum, ad eos, qui cum dij dicantur, tamen non sunt, tollendos ualere. Alioqui si Christo exaduerso responderit, & non potius communiter de deitate diceretur, adiectũ non esset, Et quem misisti Iesum Christũ. Porrò illo, Nullus bonus, nisi solus Deus, repercussit legisperitum illum, qui Christum captiose tentans, homini bonitatem asserebat. Summè enim & unicè bonum, inquit, solius Dei est, quamuis nomen hoc aliquoties & homini tribuatur. Sicut hic: Bonus homo ex bono thesauro proponit bonum. &, Dabo regnum bono super te. Hæc enim Dei uox de Dauid cum Saul loquentis. Tum illud, Benefac Domine bonis. Et quæcunque alia dicuntur de ijs quæ laudantur in nobis, in quos primi boni tanquam riui ex fonte puro, in alterum uas promanant. Optimum itaque fuerit, his rationibus tibi satis esse factum. Sed si hoc non sumus assequuti, tum quid tu dices ad eos tandem, qui ex his quæ pro te sumis, contra solum filium Deum dici contendunt? Ea quæ sint, quæris? Illa, hic Deus tuus, & non comparabitur ad ipsum alius. Et iterum post pauca, Post hoc in terra uisus est, & cum hominibus est conuersatus. Hoc non de patre, sed filio dici, ipsum illud quod adijcitur, satis indicat. Is enim est qui corporaliter nobiscum consuetudinem habuit, quique cum his qui inferne degunt, uixit. Si uerò hęc, ad excludẽdum patrem, dici, euicerit aliquis, ijsdem armis quibus oppugnatus est filius, uincetur pater. Quia uictoria quid cogitari possit, uel miserius, uel pernicioſius? Nonum dicent illud, Semper uigilans in hoc, ut intercedat pro nobis. Rectè, ualdeque mysticè & humanè. Et enim hoc ὑπερεντυγχάνειν, id est, interpellare, non, ut uulgi consuetudo habet, ultionem deprecari significat (hoc enim planè abiectæ humilisque mẽtis esset) sed legatione fungi pro nobis, idque conciliatoris officio, rationeque. Quomodo & spiritus pro nobis intercedere dicitur? Vnus enim Deus, unus & conciliator Dei, & hominum, homo Iesus Christus. Nam, ut homo est, etiamnum pro salute nostra legationem obit, quando corpus quod assumpserat, & nunc habet: obit, inquam, legationem tantisper, dum per hoc, quod ipse factus est homo, me Deum faciat. Tametsi amplius secundum carnem non cognoscatur. Voco autem hic carnem, carnales affectus, & quicquid est, excepto peccato, nostrum. Ad hũc modum paracletum habemus Iesum, non qui supplicantium seruorũ more, ante pedes patris pronus uoluatur, eiusque

Universidad de Deusto
Biblioteca

genibus accidat (apage hanc uerè seruilem & spiritu indignam cogitationem: neq; enim hoc deposcere patris est, neq; filij in se admittere) aut quasi hæc de Deo sentire sit iustum, sed quibus passus est ut homo, eos fortiter agere perdurareq; suadet, ut sermo, ut monitor. Hoc mihi sonat hic illa παρόκλησις, id est, exhortatio. Decimum eis est, ignorantia. Et hoc: Nullum nosse extremum diem, aut horam, ne ipsum quidem filium, sed tantum patrem. Atqui quomodo rerum aliquid ignorat ipsa sapientia? Ipse seculorum autor, consummator, transformator? rerum omnium finis? Denicq; is, qui quę Dei sunt ita cognoscit, ut quæ in ipso homine sunt, spiritus hominis nouit? Et hac cognitiõe, quid est perfectius? Tum qui cohæret, ut quæ ad horã illã pertingunt, quæq; in ipso temporis extremo articulo consistant, teneat exactè, ipsam uerò horam nõ teneat? Mihi sanè res hęc ænigmati similis uidet. Perinde est enim ac si qui, quę præ muro sunt accuratè cognouisse se dicat, ipsum uerò murum sibi ignotum. Aut diei exitum probè callens, de noctis initio nihil se scire iactet. Cum in hoc genere alterius cognitio, necessariò in alterius notitiã perducat. An potius omnibus manifestum est, quod nouit quidem ut Deus, ignorare autẽ se dicit, ut homo? Præcipuè uerò apparebit hoc, si quis quod in eo oculis exponitur, ab eo, quod intus menti intelligendum latet, secernat. Atq; adeò suspicionem hanc nobis facit, quod filij appellatio, cuius sit filius non adiecto, absoluta planè est & libera, ut ignorantiam hanc in bonam partẽ interpretantes, humano, non diuino filio applicare debeamus. Quod si hæc ratio facit satis, sermonem hic sistemus, nec quicquam inquiratur amplius: sin secus, proximum est, ut quemadmodum maxima illa cætera, sic & hoc pro genitoris reuerentia in ipsam causam referatur. Iam cui ne hoc quidem satisfacit, is neq; quæ quidem nostra memoria doctus commentatus est, legisse mihi uidetur: nempe quod diem illum siue horã non aliter nouit filius, atq; pater, ut eiusmodi quiddã sit consequẽs: Quoniam pater nouit, propterea & filius nouit. Et satis est notũ, quod hoc à nemine neq; cognosci, neq; capi, nisi prima causa, potest. Reliquum esset de eo, quod Christo mandatum sit, quod ipse mandata seruarit, & quod quæ placita fuerint patri fecerit semper, pertractare. Tum perfectione exaltationeq;, deq; eo quod ex his quæ passus sit, obedientiam didicerit: de sacerdotio summo, oblatione, proditione, precatione ad eum qui se à morte seruare posset: de lucta cum mortis pauore, de sudore sanguinis destillãtis, de uoto, & si quid aliud est eiusmodi: de his inquam pertractandum esset, si non uel antè manifestum foret omnibus, has uoces non in naturam illam immutabilem, & omni affectione superiorem, sed potius patientem & infirmam conuenire. Et alioqui hoc libro, qui aduersariorum obiectionibus datus est, hoc tantum secuti sumus, ut qui subtilius hæc pleniusq; disputare gestiunt, ex nobis rerum harum sibi commentarium, & uelut radicem habeant. Porrò quãdo filij appellationes & multæ & uariæ sunt, multis uidelicet quæ circa ipsum intelligũtur impositæ, fortasse operæpretiũ & prędictis consequens est, in hac consideratione hoc genus non præterire. Imò quid quæque earum sibi uelit, explicare, ac nominum ipsorum mysteria pandere. Hinc sumpto exordio, Dei natura innominabilis est. Declarant hoc nõ tãtum rationes, sed & Hebræorum sapientissimi uetustissimiq;, datis, quòd sic sentiant, certis coniecturis. Nam qui proprias quasdam certarum literarum formas deitati consecrarunt, sic ut ijsdem literis ex his, quæ post Deum sunt, aliquid scribi non permittant (quasi ne hoc quidem Deum habere cõmune cum rebus nostris deceat) ei quando, quæso te, admittent uoce euanescente exprimi insolubilem Dei naturam, & in se sua proprietate permanentem? Certè neq; aerem spirauit aliquis totum unquam, nec Dei essentiam omnino, aut mens concepit, aut uox comprehendit. Sed ex his quæ circa Deum sunt diuina, adumbrantes obscuram quandam et infirmam aliam, ex alia imaginẽ, animo colligimus, Atq; hic nobis optimus fuerit theologus, non

non qui uniuersitatem eius adinuenit (neq; enim uniuersitas termini alicuius uinculo includitur) sed si qui plus cæteris imaginetur, quiq; in mẽtis suę recessu plenius perfectiusq; ueritatis siue simulacrum, siue umbrã, siue quid aliud uocare oportet, collegerit. Quamobrem quantum nobis assequi datur ex Dei nominibus, ens & Deus, duo hæc, essentiam Dei propius quàm cætera attingunt. Inter hęc tamen ens priores partes tenet, nõ ob hoc tantũ, quòd oraculo respondens in mõte Mosi, cum de nomine suo interrogaret, hoc ipsum sibi uendicauit, Mosi ad populum dicere iusso, Ens misit me, sed & quod hanc appellationem magis propriam inuenimus. Quanquã enim Dei uox in nostra lingua his qui in hoc genere argutantur, uel à currendo, uel fulgendo dicitur: siue quòd semper moueatur, siue quòd uitiosos affectus cõsumat, unde et ignis consumẽs dicitur: tamen ex eorũ quę ad aliquid referunt, grege est, nec planè liberũ. Quod genus & uox illa, Dominus, quę & ipsa Dei nomẽ dicit: Ego enim (inquit) Dominus Deus tuus, hoc meum est nomẽ, itẽ Dominus nomen ei. Sed nos Dei naturã inquirimus, aut quid Deus sit in seipso, non cum alio compositus. Atqui ens proprium uerè est, & totum Dei, neq; ab eo quod ante ipsum, neq; quod post fuerit (non enim aut fuit, aut erit) uel finitur, uel scinditur. Cæteræ uerò appellationes, palàm est, quod aut sunt potestatis, aut dispensationis, eiusq; duplicis: alterius, quę supra corpus sublimior: alterius, quę in corpore sit facta. Huius generis sunt omnipotens, rex, aut gloriæ, aut seculorum, aut potestatum: dilecti, aut regnantium. Tum Dominus sabaoth, quod est exercituum, aut dominantiũ, aut potestatum. Hęc palàm est ad potentiam Dei referri. Porrò Deus aut seruandi, aut ultionum, aut pacis, aut iustitiæ, Abraham', Isaac, Iacob, & omnis Israel spiritualis, ac uidentis Deum, ea dispẽsationis sunt uocabula. nam cum tribus his regamur, metu pœnæ, salutis atq; adeò gloriæ spe, & uirtutum, quibus hæc pariuntur, exercitatione: ultionum nomine metum procurat: salutis autem, spem: uirtutum uerò, earum exercitationem. Nimirum ut qui ad horum aliquod rectè se exercet, dum uelut Deum in se ipso gestat, & festinet ad perfectionem, et uirtutibus utatur familiarius. Iam quę hactenus commemoraui, cõmunia sunt deitatis nomina. Eius uerò qui sine initio est, proprium est pater: cuius autem generatio initium non habet, eius filius. At qui sine generatione siue progreditur, siue procedit, is spiritus sanctus propriè nominatur. Sed ad filij appellationes, de quibus sermo erat institutus, reuertamur. Videtur enim mihi appellari filius quidem, quod si essentiã spectes, idem sit cum patre: nec tantum sit hoc, quod pater, sed & inde. Vnigenitus autem, non solum quod ex solo solus, & solum, sed etiam quod, nõ ut ut corpora, suo quodam modo. Sermo uerò, quoniam ita se habet ad patrẽ, ut ad mentẽ sermo, non propterea modò, quòd nulli passioni generatio eius est obnoxia, uerũetiam quòd intimus est patri, et patris mentem enunciat. Addet fortasse aliquis et illud, quia ad patrẽ se, ut finitio ad id quod definitur, habet, hoc nomẽ ei cõpetere. nam et hoc significat λόγος. Etenim qui nouit (inquit) filiũ, nouit & patrẽ. hoc enim est quod legis, Qui uidet me, uidet et patrẽ meũ. Breuis sanè et compendiaria naturę patris demonstratio, est filius. Omnis enim proles parentis sui tacita quędam est definitio. Tum si qui & propterea, quod rebus omnibus insit, hoc nomen tributum dicat, hic à ratione non omnino aberrabit. Nam quid tandem, quod non τῷ λόγῳ (id est, certa ratione) constet? Sapientia porrò dicitur, ut qui diuinarũ pariter & humanarum rerum sit scientia. Quî enim fieri potest, ut omnium architectus, eorum quæ condiderit rationes ignoret? Potentia autem, ut qui quæ facta sunt, ea conseruet, quiq; omnibus consistendi facultatem suggerat. Veritas uerò, ut natura unum, non multa. uerum enim quod est, unum est, mendacium autem multiplex. Tum qui purum patris sui sit sigillum, & character certissimus. Imago uerò, qui sit eiusdem essentiæ, & quod hic ab illo, non etiam ab hoc pater, hæc enim est imaginis natura, ut princeps exemplar, un-

Universidad de Deusto
Biblioteca

de ducatur figura sua, referat. Tametsi pluſculum hic reperimus. In cęteris enim rebus mobilis rei, immobilis est imago: hic uerò uiuentis, uiua quoq; imago. Sanè maior hic similitudo, quàm fuerit in Seth ipsius Adam, quamq; in quauis prole sui sit genitoris. Talis enim simplicium rerum natura, non partim quidem eas similes esse, partim uerò dissimiles, sed totam totius esse formam. Imò easdem magis esse quàm similes. Lux autem, ut qui sit animarum, quæ sermone & uita purgantur, splendor. Si enim tenebræ sunt ignorantia & peccatum, utiq; lux erit cognitio uitaq; diuina. At uita, quoniam lux est, ex qua rationalis omnis natura illustrata constat, esseq; suũ accipit. In ipso enim & uiuimus & mouemur & sumus, dum quotquot spiritussancti capaces sunt, omnes inde duplici afflatus efficacia inspiratioeq; afflamur, idq; quatenus mentis os aperuerimus. Iustitia uerò, quòd quid cuiusque merito debeatur discernit, iura iustè dictans, & his qui sub lege, & his qui sub gratia uiuũt: tum animæ simul & corpori. Vt illud quidem imperet, hoc autem pareat, ac quod præstantius est, regnũ in uilius exerceat: ne uile quod est, aduersum melius insurgat. Sanctificatio aũt, ut qui sit puritas, nempe ut purum quod est, uitæ quoq; puritate complectamur. Iam redemptio, ut qui nos peccatorũ uinculis alligatos liberet, & se ipse precium pro nobis rependat, quo totus expietur orbis. Resurrectio autem, ut qui hinc nos resuscitet, & sub peccato mortuos in uitam reducat. Hęc quidẽ communia sunt, tum ei qui nostra natura superior, tum ei quem propter nos assumpsit. quæ uerò propria nostra, & hinc assumptæ naturæ sunt. Homo, quod nomen sibi uendicat, non solum ut corporibus corpus ipse perciperetur, alioqui incomprehensibilis, eo quòd diuina natura percipi nequeat, sed ut per se ipse hominem sanctificaret: dum, ut fermentũ totam massam temperat, ita ipse damnatam naturam in se totam copulatam à damnationis uinculo soluit, omnia pro omnibus factus quæcunq; nos sumus, præter peccatũ. nempe corpus, anima, mens, per quod mors fuerat ingressa. Tum ex his coniunctũ homo, Deus uisibilis, propter id quod latens intelligebatur. Filius autem hominis, partim ob Adam, partim ob uirginem, ex quibus est natus: illo quidem ut progenitore, hac ut matre, & lege & supra legẽ generationis. Christus autem, id est unctus, ob deitatem. Hæc enim hominis unctio. non (ut alij quidam docent) operatione unctos sanctificãs, sed præsentia totius ungentis, nempe Dei. Cuius opus est, ut ungendo sanet hominem, eumq; per hoc quod ungit, Deum faciat. Via autem, ut qui per se nos ducat. Ostiũ uerò, ut qui introducat. Pastor autem, ut qui in loco pascuæ nobis habitacula præbeat, & super aquã requiei enutriat. Tum qui hinc nos ducat, nosq; aduersum feras propugnet, conuertat errãtem, perditum reducat, saucium obliget, conseruet robustum, ac denique in cœlestes illas caulas pastoriæ artis sermonibus cogat. Ouis autẽ, ut uictima. Agnus, ut integer ac purus. Pontifex, ut conciliator. Porrò Melchisedec, quod quatenus supra nos existit, matre careat: & qua parte nostri similis est, patre. Tum eius generatio supera sit inexplicabilis. Generationem enim eius (inquit ille) quis enarrabit? Tum quod sit rex Salem (quod uerbum pacem sonat) quodq; rex iustitiæ sit, ac denique patriarchas aduersus malignas potestates fortissimè pugnantes, decimis pascat. Habes filij appellationes, per eas sic ingredere, ut sublimes quæ sunt, eas ad Deum: quæ corporeæ, ad affectus, quæ ei ut homini tecum communes sunt, referas. Imò uerò omnia, & ad Dei bonitatem refer, ut & ipse ex inferis his ad sublimia eluctatus, per eum qui nostri gratia è cœlo descendit, Deus fias. In omnibus denique, & præ omnibus illud serua, & in excelsis illis nominibus non erraueris. Iesus Christus heri & hodie corporaliter, idem spiritualiter, in secula seculorum, Amen.

DIVI

DIVI GREGORII, COGNOMENTO THEOLOGI, Episcopi Nazianzeni, de Theologia liber quintus, Petro Mosellano Protegense interprete.

Nimuero sermo de filio nobis susceptus, est talis. Atq; adeò lapidantes per eorum medium ingressus, sic effugit. Sermo enim ille non lapidatur, sed si quando uelit, lapidibus ferit, & funda percutit beluas, nẽpe disputationes malè propius mortem accedentes. Porrò autem de spiritu sancto quid (inquiunt) tandem dicere posses? Vnde nobis peregrinum hũc Deum, & scripturæ uerbis nusquam expressum, introducis? Hoc enim exprobrant nobis etiam hi qui de filio modestius sentiunt. Nam quod in uijs & fluuijs comperire licet, ut quæ in diuersum tendentia scindantur, eadem in se ipsa reuertantur, confluantq;: hoc ipsũm & hic præ impietatis immanitate contingit: nimirum, ut qui alibi dissident, eisdem in alijs inter se conueniat: ut qua parte consentiant, qua' ue inter se pugnent, hoc uerò ad amussim cognoscere non possis. Ac uerò noster quoq; hic de spiritu sancto sermo, difficultate laborat: non ob id tantum, quòd homines illi in exactis iam de filio tractatib. defatigati, & uelut spe sua frustrati, ferocius nunc spiritui reluctãtur (aut enim ipsis impijs esse omnino necesse est, aut uiuere eis nõ libet) sed quòd & nobis quæstionum multitudine obrutis uexatisq;, idem quod nauseabũdis solet, usuueniat. ut enim illi, si unum aliquod genus cibi ægrè admittũt, & reliqua alimenta uelut suspecta respuunt, ita & nos ad omnem disputationẽ, çquè atq; ad illã superiorẽ affecti sumus: attamen adspirabit spiritus, & sermo curret, ac Deus glorificabitur. Principiò quàm uariè tum spiritus, tum sanctus in scriptura intelligat' dicaturq;, adhibitis ad hoc scripturç testimonijs, instituto nostro conuenientibus: tum, ut præter hæc suo quodã modo dicatur, quod ex utroq; coniunctũ est (dico aũt spiritũ illum sanctum) hoc exactius inquirendũ discutiendumq; permittamus alijs, ijs qui & sibi ipsi & nobis hæc edisseruere (nam & nos illis hæc paramus) ipsi uerò reliqua sermonis capita exequamur. Qui ergo literæ propugnatores hoc nomine nobis indignãtur, quasi peregrinũ aliquẽ et supposititiũ Deum, uidelicet sanctum spiritum, introducamus, illi & ibi se timere, ubi non est timor, sciant, & literæ studiũ impietatis suæ pallíũ esse cognoscant, id quod ostendetur paulo pòst, ubi obiectiones eorũ pro uirili cõfutauerimus. Nos aũt deitati spiritus, quẽ adoramus, tantum confidimus, ut disputationem hanc nostram, quam de rebus hisce diuinis instituimus, hinc ingrediamur, easdem trinitati personis distinctæ uoces accommodantes, tametsi hoc certis hominibus audacius uidetur. Erat lux illa uera, quę illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, pater. Erat lux illa uera, quæ illuminat omnem hominẽ uenientem in hũc mundum, filius. Erat lux illa uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, alius paracletus. Erat, erat, erat, sed unum erat: lux, lux, lux, sed una lux, unus Deus. Et hoc illud est, quod tanto antè Dauid adumbrauit, inquiens: Et in lumine tuo uidebimus lumen. Adeoq; nũc nos & uidimus & prædicamus, ex lumine uidelicet patre, lumen filium comprehendentes. Idq; in lumine, spiritu scilicet, quæ compendiaria & minimè superuacanea est trinitatis theologia. Respuens, respuat: iniquè agens, iniquè agat. Nos quod intelleximus, prędicamus, atq; adeò montem excelsum conscendamus: & si infernè non exaudiamur, inde uociferemur. Attollamus spiritum, nec quicquam extimescamus: iam si extimescamus, taciti adoremus, non prędicantes. certè si erat quãdo non erat pater, erat quando non erat filius. Si erat quando non erat filius, erat quando non erat spiritus sanctus. Quod si horum unum erat ab initio, erant & tria: sin unum ex essentię solo deturbas, dicam enim audacter, nec reliqua duo in sua sede manebunt. Qui enim deitatis, si imperfecta sit, fructus erit? Imò quæ tandem deitas, si non est perfecta? Perfecta autem quomodo est, cui ad perfectionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem desit aliquid? Quî autem non deest aliquid, si sanctitatẽ non habeat? Sanctitatẽ aũt unde habebit, si nõ erit Deus? Aut si præter Deum aliqua alia est sanctitas, quæ nã illa intelligatur, dicat aliquis: aut si hæc ipsa est, quomodo nõ iam inde ab initio erat? Perinde uerò ac si Deo cõmodius esset, ali quando imperfectũ & spiritus expertẽ fuisse? Iam si ab initio nõ erat, sequetur eum mei ordinis esse, etiã si paulo ante me fuerit. Tempore enim adeò se cernimur. Quod si mei ordinis est, qua ratione Deũ facit me? aut quomodo cum deitate me coniũgit? Sed potius disputationẽ omnẽ de spiritu altius repetamus, de trinitate enim prius pertractauimus. Principiò Sadducęi ne es se quidẽ spiritũ omnino putauerũt, ut neq; angelos, neq; resurrectionẽ, tot tantisq; ueteris scripturæ testimonijs de hoc, nescio quo modo, contemptis ac reiectis. At qui inter ethnicos accuratius diuina tractarunt, & ad nostra propius accessere, meo quidẽ iudicio, numinis huius simulacrum quoddã uiderunt, in nomine uerò dissentiunt, dum alius mentem uniuersi, alius mentem extrinsecus aduentitiam, alius aliter nominauit. Ex nostris autem sapientibus, alij ipsum suspicati sunt, esse uim quandã actiuam, alij autẽ creaturam, alij Deum, alia demũ reuerentia quadã (ut aiunt) scripturæ, nullum horum apertè declarãtis, quid horum asserant dubitantes, neq; colunt, neq; negligunt, medio quodã modo: imò miserè erga eum affecti. ac uerò eorum qui numen hoc Deum putarũt, alij animo tenus pij sunt, alij uerò pietatẽ suam & labijs profiteri audent. Sed enim alios sapientiores audiui, scilicet qui deitatẽ uelut emetirentur. Nam perinde ac nos, tria quędã intelligi numina confitentur, sed quæ tanto interuallo à se inuicem distent, ut primùm quidem tum essentia, tum potentia faciant infinitum: alterũ uerò potentia tantum, non etiam essentia: ac tertium, cuius ut essentia, ita et potentia certis finibus includatur. Hi rationem quandã à cæteris diuersam sequentes, hũc opificem, alterũ cooperatorẽ, terium uerò ministrum nominant, atq; adeò ordini nominum gratiæq; ipsas quoq; respondere res putant. Atqui omnino spiritum negant, cum eis nullum cõmutabo uerbum, ut nec cum his qui apud græcos ethnicos de his rebus nugãtur. Nõ enim auspicatũ fuerit disputationem nostrã, in ipso statim ingressu, peccatorũ oleo impinguari. Verùm aduersum reliquos sic disseramus: Spiritum sanctum aut ad eorum quæ per se sua facultate nixa subsistũt, genus, pertinere dabũt: aut eorũ quæ in altero inhærere animo aduertũtur. Et qui rebus his tractãdis gloriã sibi peperere, illud quidẽ essentiã, hoc uerò accidẽs uocãt. Si ergo accidit, utiq; actio Dei erit (quid enim aliud, aut cuius esset?) nam hoc potius quodãmodo esse apparet, & effugit compositionem. Quod si est, actio agetur uidelicet, non aget: imò statim ut acta fuerit, desinet: hęc enim actionis est natura. Qui ergo agit, & aliqua dicit, segregat, contristatur, exacerbatur? quod genus palam est, non tam ipsi motui, quàm ei quod moueatur, conuenire. Sin essentia est, non autem aliquid eorum quæ essentiæ inhærẽt, tum aut creatura ponatur, aut Deus. Medium certè inter hæc, quod uel neutrum horum sit, uel utrinque compositum, ne illi quidem qui hircoceruos finxere nobis, cõminisci poterint. Quamobrẽ si creatura est, cur uel in eum credimus, uel in ipso perficimur? Non enim idem est, in aliquid, & de aliquo credere: siquidem illud deitati, hoc uerò cuiuis rei conuenit. Sin Deus, iam neque creatura erit, neque factura, neq; conseruus: deniq; nihil in uniuersum ex humilibus istis & uilibus nominibus. Hic rationis tuæ arcum intendas oportet, iaculentur fundæ, ratiocinationes nectantur. Aut (inquis) omnino ingenitum, aut genitum erit. Si ingenitum, duo erunt principij expertia: sin genitum, subdiuides iterũ, ut uel ex patre, uel filio sit genitus: si ex patre, duo erunt filij & fratres. At tu si ita uidetur, uel gemellos finge mihi, uel alterum quidem natu grandiorem, alterum uerò minorem, quando ægrè adeò à corporea ratione auelleris. Sin ex filio, tum (inquit) prodibit nobis & nepos Deus: quo quid absurdius fingi possit? Hæc nobis illi qui in malis artib. sapiẽtes sunt, bona

bona uerò & recta scribere nolunt. Enimuero, si quidem diuisionem illã uiderem necessariam, res ipsas facile amplecterer, nihil ueritus etiã nominum uilitatem. Etenim non, si sublimiori quadam ratione ipse filius rectè dicitur filius (cum interim quod ex Deo existit, & eiusdem cum Deo est essentię, aliter atq; sic explicare nequeamus) continuò necessarium putandũ est, crassas has & nostræ propinquitatis appellationes, in diuinam naturam trãsferre. Alioqui cum dicatur & Deus & pater, quid non eadẽ ratione & masculum nobis facis Deum, & si appellationem sequi uis, deitatem fœminam? Tum πνεῦμα (sic enim græci uocant) neutrum, ut quod sterile sit, & ex se nihil pariat. Iam si per lusum & illud iactes, Deum (ut ueterum fabulę nugantur, cum sua ipsius uoluntate congressum, filium genuisse, introductus per te nobis erit Marcionis, noua secula effingentis, masculo fœmineus Deus. Sed enim quoniam primam illam tuam diuisionem qua inter genitũ et ingenitum nihil tibi sumis, non recipimus, statim tibi excident, unà cum gloriosa illa diuisione, & fratres pariter & nepotes, ut qui ex primo illo tuo principio, uelut quodam sinuoso laqueo, elapsi sint, & ex hac theologia se subduxerunt. Nam ubi tandem pones illud processile, dic mihi, quod diuisionis tuæ tertium apparuit, & à theologo multo quàm tu sis meliore, nempe seruatore nostro, introducitur? nisi fortasse propter tertium tuum testamẽtum statuendum, uocem hanc è tuis euangelijs erasisti: Spiritus ille sanctus, qui à patre procedit? Is quoniam illinc procedit, nõ est creatura: quia uerò non est genitum, non est filius: at quoniam ingeniti & geniti medius est, Deus erit. Hac uia Deum esse eum cum appareat, ratiocinationũ tuarum laqueos effugit, multo robustior, q; ut diuisione tua teneri queat. Quæres igitur, quę hæc est processio? Quin tu rationem ingeniti patris mihi explicas, & ego uicissim tibi & filij generationẽ, uelut naturæ eius interpres, expediam, & spiritus processionẽ aperiã, ut ambo insaniamus Dei secreta rimando. Cur enim uerear de nobis sic loqui, qui ne quæ ante pedes nostros iacent, cognoscere possumus, neq; arenam maris, neq; stillas pluuiæ, neq; dies seculi dinumerare, nedum Dei profunditates ingredi, & ineffabilis adeò naturę rationem, quauis ratione superiorem, sustinere. Quid ergo (inquit) spiritui defit, quo minus sit filius? Si enim nihil deesset, utiq; filius esset. Nihil deesse dicimus. Neq; enim egens est Deus. sed elocutionis ipsius (ut sic dicam) siue relationis, quia se inuicẽ respiciunt, diuersitas diuersam quoq; appellationem ipsis dedit. Neq; enim filio ad hoc, ut pater sit aliquid deest. Non enim egere est filium esse, uerùm qui filius est, non & præter hoc pater est: aut eadem ratione & patri, quo minus filius sit, deerit aliquid. Non enim qui pater, is et filius: atqui hæ appellationes neq; egestatem (unde enim hoc?) neq; essentiæ imminutionem significant. Verùm ipsum illud ingenitum esse, & esse genitum, tum procedere fecit, ut hic quidem pater, alter autem filius, tertius uerò hoc quod audit, nempe spiritus sanctus nominetur: nimirum ut in una & natura, & dignitate deitatis inconfusa trium personarum seruetur distinctio. Neq; enim filius est pater. Vnus enim est pater, sed q̃d pater, neq; spiritus, propterea quod ex Deo proficiscitur, & filius est, unus enim est unigenitus, sed quod filius est, hoc & spiritus est. Tria hæc deitate sunt unum, & unum hoc personarum proprietate tria, sic, ut neq; unum illud sit Sabellij confusaneum, neq; tria, iuxta tractatam modò malignam diuisionẽ. Quid ergo, Deus ne spiritus? Maximè. Tum an non & ὁμοούσιος? Quid ni? Siquidem est Deus? Da ergo, inquit, mihi ex ipso hoc quidem filium, hoc autem non filium, deinde ὁμοούσια, & colligam Deum & Deum, hoc est, bis Deum. Quin & tu mihi alium Deum, aliam Dei naturam, & ipse eandem tibi unà cùm eisdem tum rebus, tum nominibus dabo trinitatem. Sed si unus est Deus, una natura suprema, unde quæso similitudinẽ aliquam exhibuero? An rursus tuo more ex infimis his rebus & tuis, diuinarum rerum coniecturam facis? Profectò ualde quidem turpe est, atque adeò non turpe modò, sed &

Universidad de Deusto
Biblioteca

planè stultum, ex rebus humanis imaginem colligere diuinarum, & res immobiles ad naturam fluxam exigere, adeoq; quod Isaias ait, uiuentia inter mortuos inquiri. Tametsi in tuam gratiã rationi isti uel hinc opem aliquam ferre conabor: quanquam autem ex naturæ animantium historia, quę commemorare hic possem, suppetunt multa. Quorum sanè quædam satis familiariter nobis sunt comperta, quædam paucis tantum cognita, quippe quæ in generandis animalibus natura obseruat: tamen cætera missa faciam, ut quod dicuntur nasci, nõ tantum ex eisdem eadem, neq; ex alteris altera, sed & ex alteris eadem, & ex eisdem altera. Quod si credi hoc potest, est & alia quædam generationis ratio, secundum quam idem quiddam à seipso & perit, & nascitur. Sunt & quæ extra sese mutantur, & ex alijs animantibus in alia transeunt transformanturq;, ambitioso quodam naturæ ludo. Iam & idẽ est genitum & non genitum, quæ tamen eiusdem sunt essentiæ, id quod præsenti considerationi magis etiam conuenit. Ipse uerò uno quodam ex nostrorum librorum penu deprompto, quod & ipsum familiare est, ad aliam disputationem progrediar. Adam quid tandem erat? Figmentum Dei. Tũ quid Eua? Sectum quiddam ex figmento. Quid autem Seth? Vtriusque proles. Non ergo idem tibi uidetur, figmentum, sectum, & genitum? Quid ni? sed ὁμοούσιαι hæc? aut dic quid aliud? Quid ni? Confessum itaq; est nobis, etiam ea quæ diuerse subsistant, eiusdem essentiæ reperiri. Dico autem hæc, non hoc agens, ut fictionem sectionemq;, aut quippiam eorum quæ corporis sunt, tribuam deitati (ne aditus per hoc rursum ad me pateat contentiosis) sed ut hic uelut in scena, ipsa intellectilia utcunq; considerem. Neque enim ulla imago tam est perfecta, quæ per omnia ueram illam, & primam rei formam referat, & non aliqua sui parte deficiat. Et quid hæc, inquiunt, ad rem? Neque enim unius & eiusdem, hoc quidem est genitum, illud uerò aliud aliquid. Ergo quid Eua & Seth, an' non eiusdem, nempe ipsius Adam? aut cuius alius? An ambo sunt genita? Minimè. Quid ergo? Hoc quidem est sectum, illud uerò genitum: at quî hæc inter se sunt eadem? homo enim est uterque. Nemo contradicit? Desinat ergo oppugnare spiritũ sanctum hoc ariete, ut uel genitum esse eum, uel non ὁμοούσιον, neque Deũ efficiat. Atque hoc facit, dum Dei occultam facultatem nostri captus angustijs metitur. Equidem satisfecerint hæc tibi utiq;, opinor, si non contẽtiosus esse, nec aduersus manifestam ueritatem pugnare statuisses. At quis, inquit, adorauit spiritum? quis uel ueterum, uel nouorum? quis precibus implorauit? At ubi quod eundem uel adorare, uel implorare oporteat, scriptum est? & unde hanc sententiam collegisti? Principio potiorem grauioremq; causam iudicij mei, postea cum de hoc, quod nusquam de eo spiritu scriptura meminerit, erit differendum, dicam. Nunc autem tantum dixisse sufficerit: Spiritus est, in quo adoramus, & per quem precamur. Spiritus enim, inquit, Deus: & eos qui adorant, in spiritu & ueritate adorare oportet. Et rursum: Nam quid oremus ut oportet, non scimus, uerùm ipse spiritus intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Item: Orabo spiritu, orabo autem & mente, hoc est, in spiritu & mente. Adorare ergo spiritum aut orare, nihil aliud esse mihi uidetur, quàm ipsum sibimet siue orationẽ, siue adorationem offerre, quod diuinorum & rectè sentientium quis non laudarit? quando unius adoratio, trium est adoratio. Siquidem in tribus his per omnia par gradus est, tum dignitatis, tum deitatis. Deinde nec illud me admodum terruerit, quòd dicuntur omnia per filium facta, quasi unum de omnibus & spiritus sanctus credi debeat. Nam illud, Omnia quæ facta sunt: non simpliciter de uniuersis dictum est. neque enim in hunc ordinem redigendus est pater, nec quæ non facta sunt. da ergo factum aliquid, & tunc filio tribue, ac creaturis connumera. At uniuersali illo complexu ad impietatem astruendam tantisper nihil proficies, dum factum esse spiritum demonstres. Si enim factus est, consentaneum est omnino per Christum factũ esse: id quod

id quod ne ipse quidem sim negaturus: sin factus non est, cur uel in uniuersitatis ordinem detruditur? uel per Christũ factus asseritur? Mitte ergo & patrem honorare malè, nempe in iniuriã unigeniti. Malus autẽ est cultus, creaturam eum facere, & quod carius est, filio fraudare, & filium in iniuriã spiritus. Non enim conserui est artifex, sed pari honoris gradu unà cum eo glorificatur: quin tu in trinitate nihil ponis eorum quę tua ipsius sunt: alioquin ex trinitate excidisti, nec quidquã detrahas naturæ diuinæ, ac per omnia æqualiter colendæ. Quodcunq; enim horũ detraxeris, uniuersum euerteris, imò ex uniuerso tu excideris: ut tolerabilius planè sit, uel paruã unionis huius imaginẽ concepisse, quàm in tã peruersæ pietatis audaciã prolabi. Iã uerò sermo nobis ad ipsum disputationis caput tendit. Atque adeò ingemisco quæstionẽ iam olim mortuã, & fidei robore depulsam, nunc tandẽ reuocari. Resistendũ tamen est istorũ nugacibus argutijs, ne à nobis, qui spiritui patrocinamur, perinde ac inermibus & ratione destitutis, desertã uictoriã auferant. Si, inquiũt, Deus, & Deus, & Deus, quomodo nõ tres sic erũt dij? aut quomodo, quod glorificat, non erit πολυαρχία, id est, multorum principatus? Hęc qui tandẽ obijciũt? illi ne, quorũ impietas est cumulatior? an qui in secũda sorte collocati, de filio candidius sentiũt? Etenim alia est disputatio cũ utrisq;, alia uerò & priuata cũ his. Quę ergo cũ his est, eã sic ordimur. Agite uos, qui, quanq; à spiritu deficitis, filiũ tamẽ colitis, quid tandem nobis ternionem in diuinitate asserentibus, affertis? non & uos asseritis numem duplex? Etenim si filio adorationis dignitatẽ negatis, satis manifestum euadit, uos ab aduersariorũ filij parte stare. Et nos adhuc uobiscum, quasi non omnino demortuis, & conclamatis, agimus humaniter. Sed si colitis, & hactenus salutariter affecti estis, tum uos interrogamus, qua ratione numen duplex asseratis uos, si hoc pro crimine obijciatur? Si ergo intellectus huius ratio uobis suppetit, respondete: nã per hoc & nobis respondendi uiã indicabitis. Siquidẽ quibus rationibus deitatis duplicitatẽ à uobis repellitis, eadẽ & nobis aduersum eos qui tres deos à nobis asseri queruntur, suffecerint. ut dũ uobis qui accusatores eratis, patronis utimur, uictoriã auferamus: qua, quæ poterit esse gloriosior? Porrò cõmune certamen disputatioq;, quæ nobis cũ utrisq; existit, ita habet. Nobis unus est Deus, quãdo una est deitas: et quæ ex ea promanãt, & si tria credũtur, ad unũ tamen referuntur. Nõ enim aliud alio aut magis, aut minus Deus: neq; aliud prius, aliud uerò posterius. Tũ nec uoluntate dissident, nec potestatẽ partiuntur. Denicq; eorũ quæ partitoribus obtingere solẽt, nihil hic intercipere poteris. quin, ut cõpendio dicam, in distinctis impartibilis est deitas, & uelut in tribus solibus mutuò sese cõplexis una lucis temperatura. Quare cum ad ipsam siue deitatem, siue primam causam, siue monarchiam respexerimus, unum quiddã animo concipimus. Rursum cum ad ea in quibus est deitas, quæq; ex ipsa prima causa existunt, illinc pari gloria sine ulla temporis ratione promanantia conuertor, tria quædam adoranda comperio. Iam uerò an' non & apud Græcos dixerint, una est deitas, hi præsertim, qui apud illos perfectius philosophantur? Tum apud nos uniuersum hominum genus, una quædam est, ut sic dicam, humanitas: nec obstat hoc, quo minus multi sint dij, non unus tãtum, ut & homines sunt multi. Sed hic quidem communitas unum habet cogitatione tantum perceptum: singula uerò plurimum à se inuicem distant tempore, affectibus, facultateq;. Si enim ad nos ipsi intuemur, non compositi solum sumus, sed & oppositi, cùm alijs, tum nobis ipsis. Nec diem unum ijdem planè, nedum uniuersam uitam permanemus: imò siue corpora, siue animos spectes, in horas mutamur, dilabimur' que. Atque haud scio, an' non in hunc ordinem sint referendi angeli, & uniuersa illa natura superior, trinitati proxima: tametsi simplices quidam sint, & ipsa summi boni propinquitate in bono stabiliores. At uerò aduersus eos qui à Græcis coluntur, siue dij, siue, ut ipsi uocant, dæmones, nostra accusatione nihil est opus:

Universidad de Deusto
Biblioteca

opus: siquidē à suis ipsorum Theologis proditi, conuincuntur. Hi enim faciunt eos obnoxios affectibus, seditiosos, & immane, quot malis, quotq; mutationibus plenos: quippe qui nō solum inter se dissideant, sed & aduersum primas causas simultates exerceāt: atq; adeò hoc genus Oceanos, Tethyas, Phanetas, et nescio quid aliud, uocant. Postremò quendā ex his faciunt prolis suæ osorē, qui, ut solus regnet, cæteros deuoret, insatiabilitate incredibili: nimirū ut sit pater Cunctorū hominumq; Deumq;, eorum uidelicet quos misere uorarit reuomueritq;. Quod si, ut isti sermonis huius turpitudinē tegere cupientes, iactant, figuræ quædā sunt hæc, & fabularū inuolucra, tum quid dicēt ad hoc: Tribus, sed cuncta secanē. Deinde illud, quid aliud alij rei prosit, nempe discreti et materia, et dignitate. Hęc illi de suis numinibus. At nostra ratio nequaquā talis est. Nec est hęc pars ipsi Iacob, ait meus Theologus, sed è singulis quodq;, unū est, nec minus erga id cū q̄ comparāt, quàm se ipsum, per hoc quod singulis eadē est essentia, eademq; potestas. Atq; hęc quantū nos capere possumus, unionis huius est ratio: quę si ualet satis, Deo intelligentiæ huius autori habeo gratiā: sin secus, ualidiorem aliquā inquiramus. Atqui rationes tuas, quibus nostram hanc unionem euertere conaris, ludentis ne, an seriò agentis esse putem, sanè nescio. Nam quæ tandem est ratio hæc? ὁμοούσια, inquit, connumerantur (connumerationem dicit, si res aliquot unius numeri complexu efferamus) quæ uerò ὁμοούσια non sunt, ea nec connumerantur. Quo fit, ut hac ratione salua, elabi non possitis, quin dicatis tres deos: atq; nobis hic nihil periculi est. Nos enim non ὁμοούσια, sed τὸ ὁμοούσιον asserimus: tu uerò uideris, qui una hac uoce te ipse ab ipsis rebus deiecceris, & uictoriam infelicem pepereris. Nam ut quidam mortis horrore se ipsi præfocant, ita & tu, ne in monarchia defendenda succumbas, ipsam deitatem negasti, & quæstionem ipsam aduersarijs prodidisti. Ego uerò, etiam si periclitari oporteret, tamen hoc, quod adoro, non desererem. Hic uerò, qui labor sit, non uideo. Connumerantur, inquis, τὰ ὁμοούσια: quæ uerò talia non sunt, seorsim singularitate sua efferuntur. Vnde quæso hoc habes, aut à quibus autoribus fabulatoribus' que sumis? An ignoras numero omni, non ipsam rerum naturam, sed eorum de quibus sit sermo, quantitatem explicari. Ego uerò quæ mea ueterum more simplicitas, imò insciția est, tria, quæ hunc numerum conficiant, nominarim, etiamsi fortasse natura sint diuersa. Rursum autem unum, & unum seorsim, si tot sint unitates, uel de his quæ alioqui essentia sint coniuncta. Neq; enim tam ad res ipsas, quàm quantitatem rerum, quæ sint numero recensendæ, respicies. Et cum totus ex litera pendeas, in hoc cum ea pugnas etiam, age inde mihi sententiæ tuæ probationes depromas uelim. Tria in prouerbijs sunt, quæ rectè in gredíuntur, leo, hircus, & gallus. Tum rex concionans in gente, quartum: ut interim alios quaterniones, illic connumeratos, natura tamen diuersos, præteream. Deinde duo Cherubim reperio à Mose seorsim unitatibus explicata. Quomodo ergo distinctionis tuæ argutia salua, aut tria illa natura tantum sunt dirempta, aut hæc seorsim explicata, tam inter se natura coniuncta conueniunt? Ad hæc si dicam Deum & mammonam, duos dominos, uno numero copulari, qui tamen, immane, quantū dissident, fortasse cōnumeratione hac risum etiā effusiorem adferrē. Atqui mihi, inquit, illa cōnumerari dicuntur, & eiusdē esse essentiæ, quæ unà cum suis nominibus cōgruenter enunciant. quod genus est, si dicā, Tres homines, & dij tres. Nō tria hęc, aut illa: hic, inquit, expecto, quid contrà afferas. Hoc uerò est in uocibus, nō quod uerum est, sequi, sed nouā earum legē ferre. Quādo et mihi Petrus, Paulus, Ioannes, neq; tres, neq; eiusdē essentiæ cōmunis erunt: tantisper, dum non & tres Petri, tres Pauli, totidemq; Ioannes, dicunt. Nā quod tu obseruasti in nominibus generalioribus, idem hoc nos ex tua fictione in specialioribus, reposcemus. Aut iniurius eris, si quod tibi sumpsisti, nobis neges. Et quid Ioanni facies in Catholicis scribenti, tres esse testantes,

stantes, spiritum, aquam, & sanguinem. An' non delirare tibi uidetur, primum quæ eiusdē essentiæ non sunt, connumerare ausus? Quis enim his eandem essentiam tribuat? Deinde ipsam uocū inter se cōgruentiam neglexit? Nam cū in masculino genere tres proposuisset, subiecit tria masculo in neutrum commutato. Idq; præter grammaticæ tuæ præscripta legesq;? Et quid interest, siue propositis tribus unum & unum & unum in neutro genere subijcias, siue unum & unum & unum masculini generis obseruatione dicas, & hoc modo, non tres, sed tria nomines? Et ipse hoc in deitate fieri indignum facinus putas? Quid uerò cancer & animal, & instrumētum certum, & stella? Quid canis terrestris, aquatilis, & cœlestis: non tibi tres cancri, tres canes rectè dici uidentur? Quid ni, inquis? Quid ergo, num idcirco & eiusdem essentiæ sunt? Quis hoc, modò ualeat animo, dicat? Vides ut è manibus tibi exciderit formidabile hoc telum de connumeratione, tam uaria ratione tibi excussum? Si enim quæ eiusdem essentiæ sunt, non continuò connumerantur: connumerantur autem, quę essentia differunt: tum si nomina utrinque similiter enunciantur, quid amplius roboris habes in his quæ tibi decreueras pro certis? Porrò & illud considero, fortasse non præter rationem. Vnum & unum non in duo componuntur? Rursus duo non in unum & unum resoluuntur? Scilicet. Si ergo quæ componuntur, ea iuxta tuam rationem eiusdem sunt essentiæ, quæ uerò sequantur, essentiæ diuersæ, uide quid accidat: nimirum res easdem essentia & conuenire, & dissidere. Sanè continere me non possum, quin rideam tuas istas prænumerationes, & subnumerationes, quibus tibi mirificè places, perinde ac si in uocum ordine & res ipsæ sint positæ. Quod si uerum esset, quia in diuina scriptura eadem ob parem naturæ dignitatem, & prænumerantur, & subnumerantur, ipsa se ipsis essent & honoratiora, et ignobiliora. Iam eadē ratio mihi est de hac uoce, Deus, & de Domini appellatione. Sed & de præpositionibus his, ex quo, & per quē, & in quo, ad quarum artificiosam rationem deitatē nobis exigis, sic ut primā patri, alteram filio, tertiā uerò spiritui sancto, accōmodes. Nam quid facies, si quando hæ, quas tu cōstanter singulas singulis tribuis, omnes omnibus promiscuè imponant? Id quod industrijs scripturæ lectoribus constat. Et tu tantum & dignitatis et naturæ inæqualitatē, per eas nobis persuadere conaris? Poterant hæc satisfacere non omnino malignis. Sed quoniam difficile est te, qui semel iam spiritui insultasti, in medio cursus impetu retineri, imò uelut ferociores sues solēt obniti, et in ipsum uenabulū incurrere, nō antè desinis, quàm ferrū totū in te recipias, age quid tādē reliqui sit tibi ex rationib. tuis, uideamus. Iterū & sæpe idē hoc, de nō scripto, sed alia atq; alia specie obuertis. Quod aūt spiritus hic noster nō peregrinus, neq; introductitius, sed & ueteribus & nouis notus & reuelatus sit, demonstratū quidem iam est ab his qui hæc pertractauere, multis quotquot nō segniter, non obiter in diuinis scripturis uersati, & intra literæ uelamen ingressi, arcanam illam, & à uulgi cōspectu procul semotam pulchritudinē uidere, ac diuinæ cognitionis fulgore illustrari meruerūt. Sed & nos in trāscursu, quantū commodum erit (ne uel superuacanei, uel si super alienū fundamentum ædificemus, plus satis ambitiosi uideremur) idē declarabimus. Si igitur quia spiritū Deū apertè nominari nō legimus, neq; toties nominatum exprimi, quoties primùm patrē, deinde filiū, propterea in hæc cōuicia, & hanc linguæ insignē prurigínem, impietatemq; lapsus es, equidem nos hunc casum subleuabimus: si tamen prius de rebus & nominibus, ut eis maximè scripturæ ratio utatur, edisseruero. Rerum aliæ quum non sint, dicuntur tamen, aliæ cum sint, non dicuntur: aliæ neque sunt, neq; dicuntur: alię denique utrunq; & sunt, & dicuntur. Horum si exempla quæris, en paratum qui tibi exhibeat. Deus in scriptura dormit, uigilat, irascitur, ambulat, sedem habet ipsa Cherubim. Atqui, unde affectibus obnoxius est Deus? Tum quando corpus esse Deum audisti? Ergo totum hoc genus, eū

non sit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nō sit, affingitur ei. Nam pro nostro captu, nostra nomina ad res diuinas trā duximus. Siquidem de nobis Deum quiescere, & ob quas ipse nouit causas nostra uelut negligere, est ipsum dormire. Tale enim quiddā nobis est dormire, securum esse, nihilq; agere. At permutatis uicibus ex improuiso benefacere, ei est uigilare. Somni enim solutio est euigilatio, perinde atq; auersionis uisitatio. Punire uerò nobis est ira, utpote quòd ex ira punitio existat. At uerò nunc hic, nunc illic operari, ambulare. Siquidem aliunde aliò transire, ambulare est. Porrò in sanctis uirtutibus acquiescere, & in eis uelut inhabitare, sedere est, & solium occupare. Id quod, ut cætera, nostrum est. Nam diuina natura in nullo æquè, atq; in sanctis requiescit. Iam per hoc, quod motus celeritatem ei tribuimus, opus eius intelligimus. Faciem autem, quod ad nos respicit. Dare autem eum & accipere, manum uocamus. Breuiter ex tot Dei facultatibus operationibusq; alia, aliud rerum corporalium nomen nobis delineauit. Contrà uerò unde tu ingenitū illud, aut ἄναρχον, hoc est principij expers, arces tuas desumpsisti? & nos unde immortale? Ostende nobis nominatim, ni malis ea expungi, ut sic his quæ ipsi tibi sumpsisti uelut tuis ipsius telis iugulēris: nimirum nominibus & profugij tui turre, cui fidebas, euersis. An potius palàm est hæc etiā si scripta non sint, tamē è scriptis, quibus cōsectanea sunt, colligi? Cuiusmodi sunt, Ego sum primus: Et ego post hæc: tum, Ante me nō est alius Deus, & post me non erit. Totum enim hoc est, meum est, neq; cœptum, neq; desiturū. Itaq; sumpto, quod neq; aliquid fit ante eum, neq; priorem causam habeat, ingenitum & principij expers appellasti. Quod autem esse eius non desistat, hoc immortale & exitij expers est dictum. Primæ ergo duæ coniugationes sic habent: nunc uerò quæ neq; sunt, neq; dicuntur? Hæc nimirum, Deum esse malum, orbem esse quadrangulum, præteritum instare, hominem non esse quiddam compositum. Quis enim eò stuporis prolapsus est unquam, ut tale aliquid, uel cogitare, uel eloqui sit ausus? Superest ergo ea exhibere, quæ & sint & dicātur, Deus homo, angelus, iudicium: tum hoc uanitatis est in talibus ratiocinationibus arguta ri, imò fidei excidiū, & magni mysterij euacuatio. Cum ergo in nominibus pariter, & rebus tantum sit discrimen, quid adeò seruis literæ, & Iudaicę sapientię patronus, omissa rerum cura, syllabas captas? Iam si cum tu dicas bis quinq;, aut bis septem, ipse ex dictis illo decem, hoc uerò quatuordecim colligam: aut ex illo, animal rationale mortale, accipiam hominem, quæso nunquid idcirco tibi delirare uiderer? Minimè, opinor, cum tua dicerem. Neq; enim sermones tam eius sunt qui dicit, quàm illius qui dicere cogit. Vt igitur hic non tam ad id quod dicitur, quàm quod intelligitur, respicio: ita si quid aliud, quod quamuis in scriptura manifestè expressum non sit, tamen inde re intelligatur, inuenirem, utiq; illud nomine donatum enunciarem, nihil etiā te uerborum sycophantā ueritus. Sic ergo stabimus aduersus eos, qui ex dimidio nobis sunt propitij. Tibi uerò qui quātus quātus es, aduersarius noster es. ne hoc quidē à nobis dici profuerit. Nā cū filij appellationes, tam multas, tamq; manifestas neges, uerisimile est, ne has quidē te reuereri, etiam si eas cognouisses multo cùm plures, tum manifestiores. Iam uerò parum altius repetito sermone, & ob quam causam omnia hęc in scripturis celentur, uobis quamuis alioquí sapientibus, aperiam. Duæ uitæ humanæ mutationes omni ęuo extiterunt, uel cùm primis illustres, quæ & duo testamenta (& nimirum ob literæ celebritatem) terræ motus appellantur. Harum altera animos hominum ab simulacris ad legem, altera à lege ad euangeliū traduxit. Sed & de tertio motu per euangelium docemur, quo uidelicet ab his sensilibus eo, ubi nihil amplius neq; mouetur, neq; concutitur, traducemur. Porrò in utroq; testamento idem accidit. Quod hoc, inquis? Hoc nimirum, quòd nō semel & uniuersim, nec primo statim conatus impetu, transmutatio est facta. Et id qua gratia? Nā hoc scire refert, ut ne ui traheremur, sed suasu duceremur. Quicquid enim coactum est, diuturnum nō est.

Id quod

Id quod exemplo suo indicāt uel fluctus, si ui reprimantur: uel plantæ, si præter ingenium suum flectantur. Voluntariū autem quod est, tum diuturnius est, tum etiam tutius. Et illud quidem est cogentis, hoc uerò nostrum: tum hoc æquitatis diuinæ, illud autem tyrannicæ potestatis. Non igitur conuenire putabat, ut inuitis benefaceret, sed ut uolentibus commodaret. Quamobrē pædagogorum medicorumq; more, ex patria religione, dum aliud abrogat, aliud uerò concedit, nonnihil pristini ritus, quod uoluptati sit, ipsis permittit: nō aliter, atq; medici ęgrotātibus facere solent, huc spectantes, ut medicina alioquin acerba dulcore aliquo ad artis præscriptum temperata æquioribus animis recipiatur. Neq; enim in procliui est religionem consuetudine, ac tempore longo corroboratam, immutare. Ac uerò ut quæ dixi apertius intelligantur, prima mutatio sublatis simulacris, uictimarum sacrificia concessit. At secunda cum uictimas sustulisset, circuncisionē non prohibuit. Deinde ubi abrogationem iam semel receperant progressu temporis, illud quoq; quod concessum obtinuerant, cessere uoluntarij: illi quidē uictimas, hi autem circuncisionem. Hac arte ex gentibus quidem facti sunt Iudæi, ex Iudæis uerò Christiani: nimirum paulatim, & mutatione facta per partes, pia quadam uafricie ad euangelium perducuntur. Huius fidem faciat tibi Paulus, qui cum ipse circuncisionem purificationemq; admisisset, tamen eò processit, ut sic diceret: Ego uerò fratres, inquit, si circuncisionem prædico, quid amplius persecutionem patior? Illud enim dispensando pro tempore permisit, hoc uerò ad perfectos pertinet. Hoc exemplo, Theologiæ imaginem adumbrare possum, nisi quòd res cōtraria uia procedit: illic enim transmutatio facta est abrogando, hic autem addendo ad perfectionē tenditur. Sic enim se res habet. Vetus testamentum patrem manifestè prędicauit, filiū autem obscurius. At nouum, cum filium clarissimè ostenderit, spiritus deitatem tantum subindicauit. Nunc uerò spiritus nobiscum inter nos habitat, argumenta suijpsius illustriora nobis exhibens. Neq; enim tutum erat, patris ipsius deitate nondum satis recepta, filij prædicationem palàm ingeri: neq; diuinitate filij etiam tum probata, auditoribus spiritus sancti (dicam enim audacius) onus adijcere. Ne quemadmodum cibo immodico obruti stomachum auferant languidiorem, aut lumine solari supra facultatem semel oneratí, amplius obscuriorem oculorum aciem experiuntur, ita & illi de uiribus suis periclitentur, sed, ut paulatim alio post aliud additamento facto, ac sicut Dauid, inquit, gradibus, et à gloria in gloriā processibusq;, trinitatis lux illustrioribus affulgeat. Adeo'que hanc causam esse puto, quod discipulis per gradus, et uelut partes obtingit, nimirum se eorum qui se recíperent, captui attemperabat. Primùm in euāgelij ingressu, deinde post passionem, postremò post ascensionem, dum potestatē miraculorum præstat, dum inspiratur, dum deniq; in linguis igneis apparet, & à Iesu paulatim declaratur, ut uel ipse, si accuratius intenderis, facile disces. Orabo (inquit) patrem, & alium paracletum mittet uobis, spiritum ueritatis: ne uidelicet Dei aduersarius quispiam esse uideretur, ne' ue alicuius alius potestatis nomine uerba facere putaretur. Deinde, Mittet quidē, inquit: sed addit, In nomine meo. Hic illud Orabo omisit, Mittet autē seruauit. Pòst Mittā, inquit, quo suam ipsius autoritatē declarat. Itē Veniet, in quo uerbo spiritus ipsius potestas significatur. Vides ut per partes gradatim illuminemur? Vides quoque quæ theologiæ tranctandæ ratio sit. Quam et nos seruare melius est, ut neq; semel proferamus uniuersa, neq; perpetuò celemus. Illud em̄ est inartificiosum & imprudentiæ, hoc uerò impiū: illud ualet deterrēdis alienis, hoc alienandis etiā nostris. Atqui quod alijs fortasse iam in mētem uenit, ego uerò cogitationum mearum fructum puto, id uerò dictis addam: Suppetebant quædam seruatori nostro dicenda, quæ à discipulis, quanquā multis iam doctrinis imbuti erant, dicebat tunc fortasse propter quas dixi causas, portari non posse, & idcirco celabat etiam. Rursus cū promissum sit fore, ut ubi spi-

A ritus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritus uenerit, doceamur omnia, eorũ unum esse puto ipsam spiritus deitatẽ, in posterum conspicuã futuram, quasi tum primùm matura & capace mente futura, nimirũ quod post seruatorem è morte in uitam restitutum, miraculum donatitq; spiritus non amplius fide laboraturũ esset. Alioqui quid hoc maius aut ille pollicitus est, aut hic docuit? Siquidem quod uel promittitur, uel docetur, magnũ aliquid & Dei magnificentia dignum putandum est. Ipse certè sic de his sentio, & libenter sentio, tum quisquis mihi amicus est, idẽ facit, colendum esse ut Deum, patrem: colendum ut Deum, filiũ: colendum ut Deum, spiritũ sanctum: proprietates tres, & deitatẽ unam. Quippe quæ nihil partiatur, siue gloriam spectes, siue honorẽ, siue essentiam, siue regnũ. Quemadmodũ diuinus quidã uir, haud ita multo antè edisseruit. Porrò qui secus hic sentit, qui ue tempori seruiens aliud alibi iudiciũ facit, ac de maximis rebus putidè cõsultat, is, ut scriptura loquitur, luciferũ exorientem ne uiderit, neq; fulgoris inde resplendentis, decus. Nam si spiritus pro Deo non est adorandus, age quomodo me lauacri aspergine Deum faciet? Sin autem adorandus est, cur nõ et colendus erit? Si uerò colendus, quid non & Deus? Aliud enim ex alio pendet catena quadã uerè aurea & salutari. Etenim per spiritum regeneramur, per generationẽ reformamur, & uelut refingimur: per reformationẽ autem, reformantis dignitatem agnoscimus. Hæc diceret quidẽ aliquis, qui in scripturis de spiritu expresse nihil reperiri dedisset. At ti bi iam aderit examen testimoniorũ, è quibus spiritus deitatẽ in scriptura, uel in primis celebrem esse demonstrabitur his qui non sint omnino crassi, & à spiritu alieni. Hoc ita esse, sic cõsidera: Nascitur Christus, præcurrit spiritus: tingitur lauacro ille, hic testatur: ille tentatur, hic subducit: potestates cõficit ille, hic contestatur: deniq; ascẽdit ille ad patrẽ, hic succedit. Quid enim magnorum ac diuinorum, non potest ipse Deus? Tum quid non audit eorum quæ Deus, præter ingenitũ genitumq;? Nam ne in deitate, omnia, adeoq; ipsam deformitatem in ordinẽ formãq; ducente, confusio foret, oporrebat planè et patri et filio suas proprietates manere saluas. Quantũ ad me attinet, totus horreo, cum tantas diuinarũ nomenclaturarũ diuitias intueor, ac spiritus aduersarij, in quam multa nomina impudentes debacchentur, cõsidero. Dicitur spiritus Dei, spiritus Christi, mens Christi, spiritus Domini, ipse Dominus: spiritus adoptionis, ueritatis, libertatis: spiritus sapientiæ, intellectus, cõsilij, fortitudinis, scientiæ, pietatis, timoris Dei, dũ omnia hæc efficit, omnia essentia sua implet, omnia cõtinet. Explet mundũ essentia, cũ uicissim mundus eius facultates nõ capiat. Bonus, rectus, principalis, sua ipsius natura, nõ alterius autoritate sanctificans, sed qui nõ sanctificetur. Dimetiens, sed quẽ nulla mensura remetiatur. Impartiens se alijs, sed qui ipse aliunde nihil accipiat. Implet, nõ impletur: cõtinet, non cõtinetur: hæreditate obtinget. Glorificatur, cõnumeratur, cõminatur. Præterea digitus Dei nominatur, & ignis, ut Deus in hoc opinor, ut expressius indicet ὁμοούσιον. Tũ spiritus qui operatus sit omnia, qui reges faciat, idq; per baptismũ, per resurrectionem: qui cognoscat omnia, doceat omnia, spiret ubi & quãtũ uelit, qui ducat, qui loquatur: mittat, segreget, exacuatur, tentetur, reuelet, illuminet. Imò uerò qui sit ipsa lux, & uita: qui faciat tẽpla, faciat Deos: initiet, ut uel præoccupet baptismũ. Qui operetur omnia quę Deus, qui partiatur se in linguis igneis, qui distribuat dona, qui faciat legatos, uates, euãgelistas, pastores, doctores: qui sit intellectilis, multiplex, manifestus, pspicuus, purus ab omni inquinamẽto, nullius imperio addictus. Id q̃d perinde est, ac si dicas sapiẽtissimũ, et in efficacia uariũ, declaratorẽ illustratorẽq; omniũ, sua ipsius natura liberũ, immutabilẽ, nihil nõ ualens, omnia intuens. Deniq; qui per omnes penetret spiritus (opinor) intellectiles, puros, subtilissimos, angelicas potestates, ut & prophetas. Ipse in locis nõ eisdẽ idem, dũ alia alibi distribuit. Quod argumentũ est, eũ incircũscriptilẽ, incomprehensibilẽq; esse. Iã qui hęc dicũt & docent, qui qũe aliũ paracletũ, uelut aliũ Deũ nomnãt, qui conuicium spiritui factũ solum

lum incondonabile sciunt, qui Ananiam & Sapphiram propterea quòd spiritui sancto mentirentur, ut qui per hoc Deo mentiti sint, nõ homini, publici supplicij dedecore infamarunt, hi quæso tibi quid prædicare uident? Spiritum ne Deum habendum, an aliquid aliud? Quàm uerò tu nimis crassus es, & à spiritu abes procul, si hic dubitas, & in re manifesta eges doctore? Habes itaq; nomenclaturas tot & tantas, sicq; spirantes. Quorsum autẽ attinet tibi de singulis uerbis testimonia proponere? Porrò quæ & hic de spiritu humiliora dicuntur, qualia sunt, dari, emitti, distribui, donum, χάρισμα, afflatus, promissio, intercessio, si denique (ne in singulis commemorandis morer) quæ alia sunt huiusmodi, ea ad primã causam sunt referenda. Nimirum ut illud, ex quo omnia prodeunt, ostendatur, neque tria principia distincta multorum deorum opinionem faciant. Paris enim impietatis est, cum Sabellio personas confundere, & cum Arianis distinguere naturas. Equidem quod mihi, tantæ rei imaginem aliquam solicitius quærenti, acciderit, dicam: Ego cum (ut est mens nostra curiosa) mecum ipse cogitando multa lustrarim, & rationis uelut arcum undiquaque, & in omnem partem direxerim, nihil tamen inferarum rerum harum, cui diuina natura aptè comparari posset, attingere potui. Quanquam enim tenuis aliqua similitudo aliquoties obuenit, tamen bona eius pars fallebat, sic ut inferne unà cum imagine relinquerer. Atq; adeò oculũ, nescio quem & fontẽ & fluuium cogitatione cõcipiebam (fecerunt hoc & alij) explorans num oculus patri, fons filio, fluuius autem spiritui sancto suis proprietatibus quisque pro se responderent. Hæc enim natura ita comparata sunt, ut nec tempore distent, nec eorum nexus, quo se inuicem contingunt, dirumpatur, & tamen tribus proprietatibus ea quodammodo scindi apparet. Sed uerebar primùm, ne quendam per hanc imaginem diuinitatis fluxum, cuius status non esset, obiter reciperem. Deinde ne unum numero introduceretur. Oculus enim, & fons, & fluuius, unum numero cum sint, tantum diuersa figura exprimuntur. Rursus cogitaui solem, radium, & lucem. uerùm & hic metus, primùm ne in simplici natura oboriretur suspicio cõpositionis talis, qualis est solis, & eorum quæ soli insunt. Deinde ne patri essentiam tribueremus, cætera uerò subsistere negaremus. Quin potius faceremus quasdam Dei facultates, quæ non per se subsistant, sed alteri innitantur, inhæreantq;. Siquidem neq; radius, neq; lux alius est sol, sed sunt uelut quidam solares riui, & essentiales qualitates. Ad hæc metuebam, ne quantum in imagine esset, Deo pariter & esse non esse daremus. Iam & quẽdam audiui, qui talem delinearet rationem: Iubebat animo concipi splendorem quendam solarem muro affulgentem, & ex aquę obiectæ motu tremula claritate rutilantem. Hunc si per interuenientis aeris medium accipiat radius, qui deinde reuerberatione reprimatur, uel inopinatã quandam existere uibrationẽ. Dum enim (inquit) ille & multis & crebris motibus agitatur, fit ut ipsa cõgressus et discessus celeritate, nõ magis unum, quàm multa, nec magis hoc, quàm illud uideat. Nam priusquã oculis quid sit percipi queat, elabitur. Sed ne hoc quidẽ satisfecit mihi, idq; duabus ex causis: Altera, quod de initio, unde hic splendor moueatur, nulli nõ cõstet, cum Deo quod eum moueat, nihil sit antiquius. Ipse enim omniũ est causa. Causam enim se antiquiorẽ non habet. Altera, quòd & hic eorundem incõmodorum obrepit suspicio, compositionis scilicet, fusionis instabilis, & parum fixæ naturæ. quorũ nihil de deitate cogitationem admittendum est. Et ut summatim omnia cõplectar, nihil est in quo cogitationes meæ gradum sistant, si Dei naturam, quam imaginor, ad conceptas imagines exegero. Nisi quis uno aliquo ex uniuersa imagine desumpto, cętera pro candore negligat, obijciatq;. Videbor ergo optimo fine clausisse hanc disputationem, si suasero, ut pro se quisque eiusmodi imagines, & umbras tanquam deceptrices, & à ueritate ferè distantes, ualere sinat. Certè, quod ad me attinet, pia mente imbutus, & in paucis scripturæ uerbis persistens, duce spiritu

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſancto utar,& illuminationem, quam inde accepi, hanc uerò ceu Germanum quendam ſodalem, & fidum congerronem perpetuò conſeruans, per ſeculi huius medium peragrabo, ac deniq; alijs pro uirili perſuadebo, adorent & patrem & filium & ſpiritum ſanctum, unam & deitatem & potentiam. Quando ipſi gloria, honor, & maieſtas omnis debetur in ſecula ſeculorum, Amen.

BILIBALDVS PIRCHEIMERVS REVERENDO patri Venceslao Linco, ſacræ theologiæ doctori, ac Auguſtinenſium uicario digniſſimo, S. D.

EN tibi pater reuerende, diui Gregorij orationes, quas ni tantopere efflagitaſſes, diutius preſsiſſem. Verùm memineris, & iubentis & obſequentis periculum eſſe commune. Noſti enim quàm moleſtè quidam ferũt, cum Laicos, ut appellant, ſancta manibus uerſare cernunt, tanquam cõmittatur piaculum, ſi Chriſtianus Chriſtiana tractare audeat. Accedit huic iuriconſultorũ quorundam reprehenſio, quoniã ueneranda et fructifera legũ maieſtate neglecta, ad ſterilia hæc, & ut ipſi cõtendunt, inania diuerterim ſtudia. cũ nec interim amici boni cõſulant, quod tot curas, cùm publicas, tum priuatas, etiam literarũ degrauem incõmodo: ut obiter criticorũ contemnamus latratus. Adde quod hæc, non tã eruditis, quàm ſacris ſcripta ſunt uirginibus, nempe Caritati & Claræ ſororibus meis ſuauiſsimis. Quapropter longè tutius fuiſſet, tacendo inuidiã effugere, quàm ſua ſponte graſſantẽ, ultro irritare. Verùm cum ita tibi uideatur, age contempto liuore, ratem procellis cõmittamus. forſitan æquus lector, conatũ noſtrum laudabit, aut ſaltem non reprehendet. Cæterùm de uiri ſanctitate, eruditione, ac eloquentia, nil ſcribere attinet, cũ omni cuo ob uirtutes innumeras maior ſit habitus, quàm cui inuidia nocere poſſet humana. Hoc uerò haud mihi præterendũ erit, lõgè me labore minori, imò felicius, ni fallor, Demoſthenis orationes totidem uertere potuiſſe, quàm uel umbram quandam Gregorianæ aſſequi facundiæ: id uerum eſſe experietur, quicunq; in eandem deſcenderit paleſtram. Nil igitur mirum, ſi quædam duriora, aut etiam obſcuriora uidebuntur, cum Latinis non eadem liceant quæ Græcis, & author ipſe, in lingua ſua non tam multiplici uerborum nouatione ſit uarius, quàm ſententia, tum grauitate inſignis. Quod ſi æmulis hæc noſtra diſplicuerint, fingant me interim potaſſe, aut etiam nucibus luſiſſe. alius maiora ac ſplẽdidiora, in Dei templum afferat, ego quod potui feci, non ignarus, bonitatem diuinam, animum etiam, ubi uires deficiũt, paternè reſpicere. Bene uale pater obſeruãde. Nurenbergæ ex ædibus noſtris 4. Non. Martij. An. Salutis M D XXI.

GREGORII NAZIANZENI IN THEOPHANIA ſeu Natalem Saluatoris noſtri Oratio.

CHriſtus naſcitur, glorificamini. Chriſtus ex cœlis, occurrite. Chriſtus ſuper terram, exaltemini. Cantate Domino omnis terra: & ut ſimul utraq; complectar, lætentur cœli, & exultet terra, propter cœleſtem, deinde etiam terreſtrem. Chriſtus in carne, cum tremore & gaudio exultate: tremore ob peccatum, gaudio propter ipſum. Chriſtus ex uirgine, mulieres pudicitiam induite uirgineam, ut Chriſti efficiamini matres. Quis nõ adoret primæuum? Quis non glorificet poſtremum? iterum ſoluuntur tenebræ: rurſus lux oritur. iterum Aegyptus caligine plectitur: rurſus Iſrael columna illuminat. Populus qui ſedebat in tenebris ignorantiæ, uideat lucem magnã ſcientiæ. uetuſta præteriere, ecce noua facta ſunt omnia. Litera cedit, ſpiritus præcellit, umbræ diſparent, ueritas ingreditur. Melchiſedech adducitur, matre carens abſq; patre naſcitur, ſine matre prius, abſq; patre poſterius. Naturæ leges ſoluuntur. mundum ſuperiorem repleri oportet. Chriſtus iubet, ne reluctemur, omnes gentes

gentes manibus plaudite, quoniam puellus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, principatus cuius ſuper humerum eius. cum cruce enim pariter attollitur, uocaturq; nomen eius, Magni conſilij patris nuncius. Proin clamet Ioãnes, Viam præparate Domini: & ego dici huius proclamabo uirtutem. carne carens caro efficitur, uerbum craſſeſcit, inuiſibilis cernitur, impalpabilis contrectatur. tempore carens incipit, Dei natus, hominis fit filius. Ieſus Chriſtus heri & hodie, ille idem & in ſecula. exprobrent licet Iudæi, irrideant Gentiles, nugentur hæretici. tum credent, cum illum ad cœlos uiderint aſcendentem: quod ſi non tum, at de cœlis uenientem, et tanquam iudicem conſidentem: & hæc quidem aliàs. Nunc uerò Dei apparitio, ſeu natalis nobis ſolennitas erit. utroq; enim modo dicitur, & res una, duobus nuncupatur uocabulis. Apparuit enim Deus hominibus per natiuitatem, exiſtens ſiquidem, & ſemper exiſtens, ex ſemper exiſtente. ſupra cauſam & rationem: non enim ratione ſublimior erat ratio. Homo autem propter nos factus eſt poſterius, ut qui eſſe dederat, etiam bene eſſe conferret. ſeu potius, ob ſcelera à bene eſſe deflectentes, rurſus per incarnationem ad illud reduceret. Nomen uerò, quia apparuit, Theophania: quoniam autem natus eſt, Genethlia. ea propter nobis dies feſtus ducitur, ideo hodierna peragitur celebritas. Quoniam Deus ad homines acceſsit, ut & nos ad Deum accederemus: ſeu, ut magis dicã propriè, reuerteremur. ut ueterẽ exueremus hominem, nouum indueremus: & quemadmodum in Adam mortui eramus, ita in Chriſto, uiueremus Chriſto. cum illo nati, cum illo crucifixi, cum illo ſepulti, cum illo reſurgentes: pulchram etenim uiciſsitudinem hanc mepati, eſt neceſſe. Et quemadmodũ ex melioribus euenere triſtiora, ita ex triſtioribus reuerentur meliora, ut ubi abundauerat peccatum, ibi ſuperabundaret & gratia. & ſi guſtus damnauerat, multo magis Chriſti paſsio iuſtificaret. Ergo igitur feſtiuitatem hanc celebremus, non panegyricè, ſed diuine: non mundanè, ſed ſupermundanè: non rem noſtram agentes, ſed illius qui noſter eſt, ſeu potius Domini: non quæ ſunt infirmitatis, ſed curationis: non formationis, ſed reformationis. Verùm quo pacto id perficiemus? nequaquã fores coronemus, non choros inſtauremus, nõ compita uiarũ exornemus, non oculos paſcamus, nõ auditum oblectemus, non odoratũ effœminemus, non guſtui lenocinemur, non tactui obſequamur: hæc enim ingreſſus ſunt, ad peccatum & uiæ pronæ. non ueſtimentis teneris ac fluidis, ex quibus id quod pulcherrimum, planè eſt inutile, molliter induamur, non gemmarum ſplendoribus, non auri fulgoribus, non colorum fucis, naturalem mentientibus pulchritudinem, & propter imaginem repertis. non comeſſationibus & ebrietatibus, quibus cubilia colligata, & impudicitias annexas eſſe ſcio. Quandoquidem malorum doctorum, malæ & diſciplinæ: ſeu potius, prauorum ſeminum, prauæ ſunt ſegetes. non thoros altos, uentri delicias concinnantes, ſternamus. non uini flagrantiam, non coquorum commenta, non unguentorum honoremus ſumptuoſitates. non precioſum ſtercus nobis terra & mare ſuppeditet, hoc enim nomine, ego delicias honorare noui. Non alter alterum incontinentia uincere ſtudeamus. incontinentia enim mihi omne quod ſu peruacuum, & præter neceſſitatem eſt. & hoc alijs, eiuſdem luti & mixturæ eſurientibus & egentibus. Verùm hæc Gentilibus, pompiſq;, ac ſolennitatibus relinquamus Græcorum, qui deos nidore alſerunt gaudere, & uentre conſequenter numen uenerantur, cum mali, malorum dæmonum & factores, & ſacerdotes, & cultores exiſtant. Nos uerò qui uerbum adoramus, ſi quid oblectari oportet, in uerbo, legeque diuina, & illius explicatione, & reliquis ex quibus præſens conſiſtit ſolennitas, oblectemur, ut domeſticæ ſint deliciæ, nec ab inuitante alienæ. Proinde ſi placuerit (ego etenim uos hodie cõuiuio excepi) optimis uobis hoſpitibus, de his ſermonem quantum potero, lautè ac liberaliter apponã, ut per

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpiciatis, quemadmodũ paſcere queat: peregrinus indigenas, & agreſtis urbanos, delicatos delicijs carens, & affluentia claros, pauper & inops, atquí iam hinc exordiar. Cæterùm uos, qui in talibus oblectari ſoletis, mihi & mentem & auditum et cogitationem expurgate. Quandoquidem de Deo, & diuinus erit ſermo, ut illis repleti delicijs, quæ nunquam euaneſcunt, a-beatis. erit uerò copioſiſsimus pariter & compendioſiſsimus: ita, ut nec defectu offendat, neque ſatietate reddatur inſuauis. Deus equidem ſemper erat, eſt' que, ac erit. quin potius, ſemper eſt. nam erat, & erit, noſtri temporis, & fluxæ naturæ ſunt particulæ. At ille, exiſtens eſt ſemper. Ita enim ipſe Moyſi in monte oracula pandens, ſemetipſum nominauit. totum enim in ſeipſo comprehendens eſſe continet, quod nec incipit, neque deſinet. tanquam pelagus quoddam eſſentia immenſum & indefinitum, omnem tranſcendens ſenſum, & temporis, & naturæ. ſolum menti, umbræ inſtar depictum, id' que ſubobſcurè, & perexiguè: non ex ijs quæ in ipſo, ſed quæ circa ipſum ſunt. alia ex alia imaginatione, in unum quoddam ueritatis ſimulacrum concepta: priùs quàm teneatur, effugiens: & antequam cognoſcatur, euaneſcens. tantiſper illuminans id quod in nobis principatum obtinet, & hoc in puris ſolum, quantum uiſum, fulguris non ſubſiſtens ictus: ideò ut mihi uidetur, quo comprehenſibili illo, ad ſe attrahat. Quod enim penitus eſt incomprehenſibile, id etiam nec ſpe, aut aliquo conatu acquiri poteſt. ac eo quia difficulter comprehendi poteſt, admirationi ſit, admiratum uerò plus deſideretur. deſideratum autem purificet, purificatum uerò Deo ſimiles reddat. Cum autem tales euaſerimus, tanquam cum domeſticis iam conuerſatur (iuuenile quid ſermo noſter audet) Deus, dijs unitus, & cognitus, & tantum forſitan, quantum iam cognoſcentes cognoſcit. Infinita igitur diuinitas, & contemplatu haud facilis. ac penitus hoc ſolum ex illa deprehenſibile, quod ſit infinita. Quod ſi quis exiſtimet eo quia ſimplicis ſit naturę, aut penitus eſſe incomprehenſibilem, aut perfectè diſcerni poſſe, ab illo ſecundum quod ens ſimplicis ſit naturę quęremus: non enim natura eius eſt ſimplicitas, quemadmodum neq; in compoſitis, quoniam compoſita ſunt ſolum. Cęterùm cum infinitum dupliciter conſideretur, & ſecundum initium, & ſecundum finem (quicquid enim ſuper hæc eſt, nec in illis continetur, infinitum exiſtit) Cum igitur mens in ſupernam reſpicit profunditatem, nec habet ubi conſiſtat, ac in contemplationibus de Deo, deſtituitur, tum infinitũ illud, & impenetrabile, principio carens appellatur. Cum uerò ad inferiora et poſtrema aciem deflectit, tum id immortale, & incorruptibile uocatur. cum uerò totũ connexum fuerit, tum æuiternum nuncupatur. æuum etenim, neq; tempus, neq; temporis eſt particula aliqua: non enim menſurabile eſt, ſed quod nobis tempus, ſolis curſus commenſuratum exiſtit, hoc æuiternis eſt æuũ. quod cum exiſtentibus pariter extenditur, tanquam motus quidam, & ſpacium temporale. Et hæc mihi de Deo nunc philoſophanti, ſufficiant: neq; enim ultra hæc tempus permittit, quoniã inſtitutũ noſtrũ, non de Theologia, ſed de euangelica eſt diſpenſatione. Cum uerò Deum nomino, de patre, & filio & ſpiritu ſancto loquor: neq; enim diuinitas ſupra hæc à nobis diffunditur, ne deorum populum introducamus: nec infra hæc conſtringitur, ne diuinitatis inopiam decernamus, uideamurq; propter monarchiam iudaizare, aut propter multitudinem abundantem græciſſare. in utriſq; enim ſimile eſt malum, licet in contrarijs inueniatur: & ita ſe habẽt ſancta ſanctorum, quæ à Seraphin conteguntur, & trinis glorificantur ſanctificationibus, in unam coeuntes dominationem, & deitatem. Quemadmodum & alius quidam, qui ante nos fuit, pulcherrimè & ſublimiſsimè diſſeruit. Poſtquam uerò bonitati diuinæ non ſufficiebat, ut ſolum contemplatione ſui moueretur, ſed oportebat bonum latius diffundi, & longius procedere, ut plura eſſent quæ beneficio afficerentur, id enim ſummæ erat bonitatis: primùm quidem angelicas, & cœleſtes

& cœleſtes excogitauit uirtutes, ſtatimq; excogitatio opus fuit, uerbo pariter adimpletum, & ſpiritu conſummatum: & ita ſubſtiterunt ſplendores ſecundi, primi illius ſplendoris miniſtri: ſiue eos ſpiritus intellectuales, ſiue ignem immaterialem & incorporeum, ſiue naturam quandam aliam appellemus: quoniam ijs quæ enumerauimus, admodum propinquos eſſe ſuſpicandum eſt. equidem dicere uolo, immobiles eos ad malum, ſolumq; que boni habere motus, utpote qui circa Deum uerſentur, & primordio ſuo ex Deo reſplendeant. nam quæ ſequuntur, ſplendoris ſunt ſecundi. Quod uerò non penitus immobiles, ſed difficulter mobiles æſtimari, & nominari debeant, ille mihi fidem facit, qui propter ſplendorem lucifer, propter elationem uerò caligo, & factus & dictus eſt: ac pariter quæ ſub ipſo erant deſertrices potentię, ſcelerum opifices ob boni fugam, nobisq; autores. Ita igitur & propter hæc, ſibi intelligibilis, cõſtitit mundus, quemadmodũ ego de his philoſophatus ſum, tenui ſermone ardua expendens. Cæterùm poſtquã illi prima rectè ſucceſſerant, ſecũdario mundũ excogitauit materialẽ, & uiſibilẽ, ac is eſt è cœlo & terra, & eorũ quæ in medio ſunt cõmixtio illa, & cõcretio: laudabilis quidẽ, propter uniuſcuiuſq; rei induſtriam ſingularem: longè uerò laudabilior, ob concinnitatem, & conſonãtiam. quæ ex omnibus conſtat, cum aliud erga aliud decorè ſe habeat, & cuncta cum uniuerſis, ad unius mundi perfectionem, rectè conueniant: ut Deus oſtenderet, non ſolum naturam ſibi eſſe domeſticam, ſed quod omnino alienam ſubſtituere potẽs eſſet. Etenim naturæ intellectuales, & mente ſolum comprehenſibiles, diuinitati ſunt domeſticæ: alienę uerò penitus, quæcunq; ſub ſenſum cadunt, et ex illis longè magis, quæ omnino inanimatæ ſunt, & immobiles. Sed quid nobis hęc, forſitan dicet quiſpiam, feſti amore ualde detentus, & feruentior ad metam equum impelle, & de ijs quæ ad feſtũ pertinent, ac quam ob rem hodie conſedimus philoſophare. faciam id quidem, & ſi paululum altius, ita ſermone & deſiderio adigente orſus fuerim. Mens igitur iam & ſenſus, ita inuicem diſcreta, intra terminos conſtiterãt proprios, & uerbi creatoris excellentiam in ſeipſis extollebant, taciti laudatores, & aſſidui magnificentiæ præcones. uerùm nondum ex utriſq; factum erat temperamentum, neque cõtrariorum cõmixtio aliqua, ſapientię maioris, ac uarietatis illius quę circa naturas uerſatur cognitio: neq; bonitatis diuitiæ omnes cognitæ erãt. Hoc igitur opificis uerbum oſtendere uolens animal unum; ex utriſq;, inuiſibili inquam & uiſibili natura, hominem fabricat: ex materiaq; iam exiſtente corpus ſumit, à ſemetipſo uerò uitam immittit, quam quidem animam rationalem, & Dei imaginem ſcriptura nominauit: tanquam mundum ſecundarium quendam, in paruo magnum in terra ſtatuit, angelum alium cultorem mixtum, uiſibilis creaturæ ſpectatorem, intelligibilis uerò myſtem: eorum quæ in terra ſunt regem, ſuperno regimini ſubiectũ, terreſtrem & cœleſtem, temporariũ et immortalem, uiſibilem & intelligibilem. medium inter magnitudinem & humilitatem, eundem ſpiritum & carnem: ſpiritum, propter gratiam: carnem, propter elationem: illud, ut ſecum maneat, ac benefactorẽ glorificet: hoc, ut patiatur inſtruaturq;, ut ad magnitudinem enitatur, patiensq; admoneatur: animal quod hic informetur, alio uerò transferatur: & quod finis eſt myſterij, ſi ad Deum declinauerit, diuinitatem aſſumat. Ad hoc enim me dirigit, mediocre quod hic eſt ueritatis lumen, ut claritatem Dei & uideamus, & ſuſtineamus: dignam illo qui nos colligauit, & diſſoluet, rurſusq; ſublimius colligabit. Hunc ergo hominem in Paradiſo collocauit (quiſquis aliquando erat Paradiſus ille) libero arbitrio illum honorans: ut bonũ eligentis nõ minus eſſet, quàm illius qui ſemina dederat: immortalium plantarum colonũ, diuinarum forſitan cogitationũ. ſimpliciorum pariter, & perfectiorum, nudũ ſimplicitate, ac uitæ innocẽtia, abſq; omni uelamine & prætextu. Talem enim eſſe decebat, qui erat ab initio, deditq; legẽ, liberum habenti arbitrium, materiam nempe. At lex erat præceptum, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

planta esset attingenda, & à qua abstinendum: illa uerò cognitionis erat lignũ. Haud malè sub initium plantatum, neq; inuidiose prohibitum, ne huc Deo rebelles linguas suas dirigãt, serpentem' ue imitentur. Sed bonum quidem, si opportunè sumptum fuisset. Etenim contemplatio erat plãta: quemadmodum contemplatio mea: ad quam solum habitu perfectiores tutè ascendere poterant: minimè uerò simpliciorib⁹ bona, nec qui appetitu erãt auidiores, quemadmodum nec teneris, & lacte adhuc indigentibus, cibus solidior conuenit. At postquam diaboli inuidia, mulieris q; transgressione, in quam uti fragilior incidit, & ad fidendum aptior, perducta est, proh meæ imbecillitatis (mea etenim fuit primæui parentis) traditi mandati oblitus homo est, amaroq; sucubuit gustui, pariter & à uitæ ligno & paradiso, & à Deo, propter prauitatem extorris agitur, pelliceisq; induitur uestibus: carne forsitan crassiore, & mortali, & reluctanti: tumq; primùm, propriam agnoscit turpitudinẽ, à Deiq; absconditur facie, indeq; lucratur quippiam, mortẽ nempe, ac peccati abscisionem, ne malũ esset immortale, fitq; pœna misericordia: ita enim Deum punire arbitror. At homo multifariã antea, ob multa correptus scelera, quæ ob diuersas causas, ac tempora uaria, ex prauitatis germinauerant stipite, uerbo, lege prophetis, beneficijs, cõminationibus, uerberibus, inũdationibus, incẽdijs, bellis, uictorijs, cladibus, prodigijs ex cœlo, prodigijs ex aere, ex terra, ex mari, improuisis hominũ, ciuitatum, gentiũ, subuersionibus, quibus omnibus, de peccati tantum agebatur exterminio. Tandẽ ob grauiores morbos, fortiori opus erat pharmaco, propter homicidia mutua, adulteria, periuria, insanos masculorũ amores, omniumq; malorũ nouissimũ & primum, idololatriã ac honoris adorãdi, à factore ad facturam, translationẽ. Hæc igitur post quam maiori indigebãt auxilio, maius quoq; assequuntur: hoc autem ipsum Dei erat uerbum, omnibus seculis antiquius, inuisibile, incomprehẽsibile, incorporeũ, ex principio principiũ, lux è lumine, fons uitæ & immortalitatis. Archetypi imago, signaculum immotum, similitudo incõmutabilis, patris diffinitio, ac ratio, ad propriã procedit imaginem, carnemq; ob carnem gerit, ac animæ rationali, propter meam commiscetur animam, simili simile expurgans, exceptoq; peccato, per omnia homo efficitur. nascitur quidem ex uirgine, cuius caro ac anima, iam antea à sancto purgata erat spiritu. Decebat enim, ut ita generatio ornaretur, prius tamen uirginitas honore decoraretur. Procedens autẽ Deus, post assumptionem, unũ ex cõtrarijs duobus, carne & spiritu, ex quibus hic quidẽ Deus erat, illa uerò in deitatis consortium assumpta, ô mixtura noua, ô tẽperamentum admirandum, existens nascitur, increatus creatur, intangibilis tangitur, per medium animæ rationalis, inter carnis crassitiem, & diuinitatem interpositę. ditans depauperatur: ob meã enim pauper est carnẽ, ut ego sua locupleter diuinitate. plenus exinanitur: siquidẽ parumper sua exinanitur gloria, ut ego suam cõsequar plenitudinem: quæ nam bonitatis diuitię? Quid hoc ad me mysteriũ illud? particeps fuerã imaginis eius, uerùm non conseruaui. At ille meæ fit particeps carnis, ut & imaginem saluet, carnemq; immortalitate donet, secundã cõmunicat communicationẽ, longè priore admirabiliorẽ. Quoniã tunc quidem quod melius erat impartitus est, nunc uerò deterioris efficitur particeps: hoc priore diuinius. hoc mentẽ habentibus sublimius. Sed quid nobis ad hæc dicent calumniatores amarulenti? diuinitatis censores, rerum laudandarum accusatores, circa lucem tenebrosi, circa sapientiam indocti, pro quibus Christus gratis occubuit, creaturæ ingratæ, diaboli plasmata. Num Dei beneficentiam criminaris? num propterea est paruus, quia propter te humilis. quia propter errantẽ pastor uenit bonus, qui animã pro ouibus suis ponit, montes & colles, in quibus idolis sacrificabas, peragrans, errantemq; inuenit, ac inuentum humeris imposuit, quibus & lignum, ac impositũ ad supernam reduxit uitam: reductũ uerò permanentib. annumerauit. Quia lucernã accendit, carnem quidem propriam, domumq; uerrit

uerrit, mundum à peccato mũdans, ac drachmam quæsiuit: imaginem nempe regiam uitijs confusam. & ob drachmæ inuentionem, amicas sibi conuocat uirtutes, ac lætitiæ participes facit, quas & domesticę conuersationes effecerat ministras: quia & lucernæ præcursatrici, lumẽ quoq; succedit splẽdidissimum, uociq; uerbum, et pronubo sponsus, præparãti Domino populum acceptũ, & præmundanti, ad suscipiendũ spiritum per aquã. Hæc Deo exprobras: propter hæc uiliorem reputas, quia linteo præcingitur, pedesq; discipulorũ lauat, optimamq; uiam sublimitatis, humilitatẽ esse demõstrat. Quia propter animam humi incuruatã humiliatur, ut erigeret quod ob peccatum deorsum uergebat. Proinde cur nõ hoc & criminaris? quod cum publicanis, & quod apud publicanos manducauit, publicanosq; instruxit: ut & ipse quid lucrifaceret: quid' nam tãdem? peccatorum salutem. Num quis ideo medicum accusat, quoniam ad morbos sese demittit, fœtoremq; sustinet, ut ægrotantibus sanitatem restituat. Num eum qui misericordia ductus in foueam se declinat? ut delapsum pecus ex legis instituto conseruet? demissus est quidẽ, uerùm ut homo: duplex enim erat, nam & laborauit, & esurijt, & sitiuit & decertauit, & fleuit quoq;, sed lege corporis. Si autem ueluti Deus quid hoc? bonam patris uoluntatem legationẽ esse putato, ad quem refert quę sua sunt, & tanq; principium honorat eum qui euocaret, et ne uoluntati diuinæ resistere uideatur. Quoniam & traditus dicitur, sed & seipsum tradidisse scribitur & à patre resuscitatus & resumptus esse, sed et seipsum resuscitasse, & iterum redijsse legitur: illa bonæ uoluntatis, hæc uerò sunt potestatis. At tu quæ illum minorem reddunt, enumeras: quæ uerò sublimiorem, retices: siquidẽ quod passus sit, imputas: uerùm quod sponte, non adiungis. Quemadmodum & nunc quoq; uerbum patitur: à quibusdã enim ut Deus ueneratur, & confunditur: ab alijs tanquam caro uituperatur, & à deitate separatur. Quibus irascatur, seu potius quibus dimittat plus? num malè confundentibus, aut malè separantibus? nam & illos diuidere, & hos connectere oportebat: illos quidem numero, hos uerò diuinitate. carnem cauillaris? uel eum Samaritanum appellas? ut quod est deterius taceam. hoc & Iudæi faciunt. Fidem diuinitati denegas. At illud nec dæmones. O & dęmonibus incredulior, et Iudæis ingratior. illi filij appellationẽ æqualis honoris uocem existimabant: hi uerò expellentem Deum esse nouerant. credebant enim ob ea quę patiebantur. Tu autem neq; æqualitatem concedis, neq; diuinitatẽ fateris. satius tibi erat circũcidi, aut à dæmonibus agitari (ut ridiculi quippiã dicam) quàm in præputio, & bona ualetudine, tam scelerate & impiè sentire. Proinde paulo pòst uidebis Iesum in Iordane meam purificare expurgationem, seu potius purificatione aquas sanctificãtem. Non enim qui mundi peccata tollit, purificatione indigebat. Videbis & cœlos se scindentes, & à spiritu cognato testimonium accipientem, tentationem subeuntem, & uincẽtem, angelorumq; ministerio fruentem ac omnem ægritudinem, & omnẽ languorem curantem, mortuosq; uiuificãtem, utinam & te quoq;, in scelerata opinione tua demortuum, ac dæmones expellentem, nunc per semetipsum, nunc per discipulos: hominesq; innumeros paucis pascentem panibus, per mare gradientem: ac traditum, & crucifixũ, simulq; cruci mea suffigentem peccata tanquã agnum productũ, & tanquam sacerdotem producentẽ: quasi hominem sepultum, uerùm ut Deum resurgentem: inde ascendentem, et cum gloria sua redeũtem. Quot modò de singulis Christi mysterijs laudes celebrandæ essent? Quorum tamen omnium summa est una perfectio & restauratio mea, & ad primum Adam reuersio. Nunc uerò mihi partum susci pe: & exulta, si non ut Ioannes ab utero, saltem ut Dauid, propter archæ requiem: & descriptionẽ uenerare. per quam in cœlos ascriptus es: ac natiuitatem, per quam à uinculis natiuitatis solutus es, cole, & Bethleem pusillam, quæ te ad Paradisum reduxit, honora: & præsepe in quo cum ratione careres, à uerbo enutritus es, adora.

Universidad de Deusto
Biblioteca

adora. Cognosce ut bos possessorem (Esaias te hortatur) & tanquam asinus præsepe Domini sui: siue ex animalibus mundis sis, & sub legem ac rumination uerbi reductis, ad sacrificium q̃ idoneis: siue ex immundis hucusq; nec cibo nec sacrificio aptis, gentilis quoq; portiunculæ, cum stella curre, ac cum magis offer munera, aurum, thus, & myrrham, tanquam regi, & tanquam Deo, & tanquam propter te mortuo. Cum pastoribus glorifica, cum angelis subsalta, cum archangelis hymmum cane: communis sit celebritas, cœlestium & terrestrium uirtutum. Credo etenim & illas hodie pariter nobiscum exultare ac festiuitatem agere. Nam & hominum & Dei tenẽtur amore, instar earum quas Dauid introducit, post passionem Christum comitantes, & occurrentes, ac inuicem ad portarum eleuationem hortantes, unum quod circa Christi natiuitatem euenit, odio prosequere. Herodis nempe infanticidium, seu potius & hoc uenerare, tanquam coętaneam Christi uictimam, ac nouæ iugulationis sacrificium pręcidaneum. Quod si in Aegyptum fugerit, prompt̃ unà fugito: bonum enim cum Christo persecutionem sustinere, ac pariter fugere: cum uerò in Aegypto demoratur, ipsum ex Aegypto, rit̃ ibi adoratum, reuoca. per omnes Christi ætates, ac uirtutes, irreprehensibiliter perge. tanquam Christi discipulus purgeris. circuncidaris, tegumen quod à generatione reliquum est, abijce, dein in templo doce, diuina uendentes expelle. & si ita pati necesse erit, lapideris. lapidantes, sat scio, latebis, ac per medium illorum, tanquam Deus effugies: uerbum enim lapidari nequit. Quod si ad Herodem ductus fueris, ne multis respõde. plus silentium tuum reuerebitur, quàm aliorum sermones prolixos. Sed etsi flagellaberis, reliqua etiam appete. propter gustũ fel degusta, acetũ bibe, sputa quære, alapas excipe, colaphos quoq;, spinis coroneris, asperitate uitæ quæ secundum Deum est, purpurã indue, arundinẽ suscipe, ab ueritatẽ illudẽtibus adoreris. Demũ unà crucifigaris, unà moriaris, prompt̃ unà sepeliaris, ut & simul resurgas, & simul glorificeris, & simul regnes, Deũ quantum uisibilis est cernens, qui in trinitate adoratur, & glorificatur, quẽ & nunc nobis manifestari, quantum carne uinctis est cõprehensibilis, optamus in Christo Iesu Domino nostro, cui sit gloria in secula, Amen.

GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI IN SANCTA *Epiphaniarum lumina oratio secunda, Bilibaldo Pircheimero interprete.*

RVrsus Iesus meus, & rursus mysteriũ, mysteriũ haud fraudulẽtũ. nec quod indecorũ, aut erroris ac temulentiæ sit gentilis. Ita enim ego illorum pura appellarim. & mecum sentire arbitror, quotquot rect̃ sapiunt. uerùm mysterium excelsum, ac diuinũ, & quod claritatem supernã conciliare ualeat. Sacer enim hic quo conuenimus luminum dies, quemq; hodie celebrare dignum duximus, exordiũ quidem à Christi mei baptismo sumit, ueri luminis, illuminãtis omnem hominem uenientẽ in hunc mundum. Operatur autem & meã purgationem, auxiliumq; præbet lumini quod superne ab ipso accepimus, ab sub initiũ per peccatũ obscurauimus, & confudimus. Vocem igit̃ audite diuinam in me quidem myste, ac talium sacrorum principe, uehemẽter resonãtem, utinam & in uobis, Ego sum lux mũdi. & ideo ad illum accedite, & illuminamini, ac uultus uestri lumine uero signati, haud confundentur. Tempus est regenerationis, renascamur superne tempus reformationis primum Adam resumamus. non quod sumus permaneamus, uerùm quod eramus fiamus. Lux in tenebris lucet, uitæ huic & carunculæ. ac tenebræ eam infectantur quidem, sed non comprehenderũt. de contrarijs loquor uirtutibus, quæ uisibilem Adam impudenter aggrediebantur, sed in Deum incidentes, uincebantur: ut nos tenebras deponentes, luci appropinquaremus, inde & lux efficeremur perfecta, perfecti luminis germina. Videtis' ne diei huius gratiã, cernitis' ne mysterij uirtutẽ? num à terra eleuamini? num in supernis statuimini? manifest̃ uoce nostra, & inductione exaltati, & magis etiam

etiam constitutemini, postquam à uerbo prosperatum fuerit uerbum. Nunquid talis est purificatio aliqua legalis & umbratilis? quæ tẽporalibus prosit asperſionibus, cinereq; uituli purificet inquinatos. Num tale quid gentiles in suis celebrant sacris, quorum solennitates cunctæ, ac mysteria mihi nugæ sunt, dæmonum inuenta caliginosa, & mentis figmenta infelicis tempore adiuta, è fabulisq; suffurata. Nam quæ ut uera adorant, ea tanquam fabulosa occultant. cum tamen deceret, si uera essent, ne fabulæ nuncuparentur: aut si non turpia, ut palàm ostenderentur. Si uerò mendosa, ne admiratione digna censerentur, neq; tam impudenter de eadem re, penitus diuersas opiniones haberent: ueluti pueri in plateis ludentes, uel potius uerè infelices uiri, sed ab hominibus prudentibus, & uerbi adoratoribus, minimè comprobata. qui commẽta hæc, & sordidam ueri similitudinẽ execrantur. Non sunt hic Iouis Cretensium tyranni natalia, & furta. licet gentilibus displiceat, neque Curetum sonitus, & plausus, saltationesq; armatæ, plorantis Dei uagitum celantes, ut patrem filiorum osorem lateret. quandoquidem periculum erat, si puer se uagitu prodidisset, ne illum ut lapidem deglutiret. Non Phrygum emasculationes, & tibiæ, & Corybantes, & quibuscunque homines circa Rheam insaniunt, talia deorum matri sacra instaurantes, talibusq; initiati sacris, qualia talium matri sunt conuenientia. Nec puella quępiam nobis rapitur, ac quædam facit, quædam uerò patitur. Erubesco enim in lucem proferre, nocturna sacra, ac ex turpitudine mysterium facere. Nouit hæc Eleusis, & silendorum uerè silentio digna, nouere mystæ. neque sunt hæc Dionysius, femurq; imperfectum quod fœtum cum dolore parit, tanquam aliud quiddam capite sit prior. ac semiuir Deus, & ebriorũ chorus, exercitusq; lasciuus: ac Thebanorum hunc uenerans, dementia, & Semeles fulmen adorandum. Neque meretricia ueneris mysteria, quæ ut ipsimet fatentur, turpiter & nascitur & ueneratur. Non Priapi quidam, prurientesq; Priapi alij, rebus & formis obsceni, neque Tauricæ gentis hospitalis cædes, & Laconum Epheborum cruor, qui super aris, dum flagris cæduntur, spargitur. & in hoc solum malè uiriliter agentes, à quibus colitur dea, & hæc uirgo, nam illi idem & molliciem honorant, & audaciam uenerantur. ubi autem Pelopis carnificinam, famelicos deos pascentem collocabis? amarulentamq;, & inhumanam hospitalitatem? aut ubi Hecates terribilia & tenebricosa phasmata? Trophonij' que ludos subterraneos, & oracula? seu Dodonęæ quercus nugalia, aut Delphici tripodis commenta? uel Castaliæ pocula diuinatricia? tantum propriam taciturnitatem non diuinantia. nullibi est magorum immolatio, & fibrarum secatilis præscientia. Chaldæorum' que Astronomia, & natiuitatum ratio, cœlestium motu nostra quoq; circumuoluens. qui nec de seipsis, utrum aliquando erant, aut futuri sint, cognoscere possunt. nec sunt hæc Thracum orgia, à quibus ut fertur, superstitiones sumpsere initium. non Orphei sacra, & mysteria. quem adeò Græci ob sapientiam admirati sunt, ut & lyræ pulsu uniuersa illum traxisse effingant. neque Mithri supplicia, digna quæ sustineantur ab ijs qui talibus initiantur. neque Osiridis dilaniatio, calamitas alia apud Aegyptios uenerata. non Isidis infortunia & Hirci Mendesiorum uenerabiliores. Apidisq; præsepium: uitulo, Memphiticorum amentia delicatè se oblectante: neque honores, quibus Nilum infamant frugiferum, ut ipsi collaudant, & spiciferum, felicitatemq; cubitis mensurantem: ut dicere obmittam, serpentium, & animalium omnigenũm honores, & dedecoris ambitionem, quibus singulis, propriè festiuitates quędam sunt & mysteria. Verùm in omnibus, communis malorum dæmonum cultus, adeò, ut si omnino ipsos impiè agere oportebat, & à Dei opinione excidere, ac in idola, & artis opera, manuumq; figmenta impingere, nil aliud ipsis, à sanæ mentis hominibus imprecandũ foret, quàm ut talia uenerarentur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, & tam officioſe colerent, quo eam quam oportebat erroris mercedem, quemadmodum Paulus inquit, in ijs qui uenerantur reciperent. non magis illa honorantes, quàm propter illa ignominia affecti, abominabiles ob errorem: ſed longè abominabiliores, ob uilitatem eorum quæ adorant, & colũt ita, ut quanto magis illis ipſis quę uenerantur, inſenſati exiſtant, tantum de mentia, quantum ea quæ adorantur uilitate exuperent. De his igitur inter ſe ludant gentilium filij, ac dæmones, à quibus illis ea inſita eſt dementia, ut Dei honorem ad ſeipſos pertrahant, & alios aliter opinionibus fœdis, & imaginationibus diſtrahãt: ex quo nos à ligno uitæ eiecere, cum lignum cognitionis, non in tempore, neq; opportunè deguſtauiſſemus, nũc tanquã imbecilliores inuadunt, ductoremq; animum ſurripiunt, & paſſionibus fores reſerant. non enim ferebant, cum natura eſſent inuidi, hominesq; odio haberẽt, ſeu potius ob propriam maliciam tales effecti eſſent, ut terreni, cœleſtia conſequerentur, cum ipſi ab alto, in terram decidiſſent, nec ut tranſmutatio tanta gloriæ, primarumq; fieret naturarum. hæc eſt facturę perſecutio, propter hoc imago Dei afficitur iniuria. & quemadmodum quia mandatũ ſeruare haud dignum duximus, libertati erroris traditi ſumus: ita quia aberrauimus, ignominia affecti ſumus, in ijs quæ coluimus. Non enim hoc ſolum malum erat, ut qui facti eramus ad opera bona, in gloriam & laudem factoris, & quantum erat poſsibile, ad imitationem Dei fieremus receptaculum omnium uitiorum, quæ interiorem malè paſcerent & conſumerent hominem. ſed & hoc, quod deos uitiorum ſtatueremus patronos. ut non ſolum abſq; pœna peccatum, ſed & diuinum eſſe cenſeretur. ad talem ſiquidẽ confugerunt excuſationem adorantia. nobis uerò, quemadmodum gratia diuina conceſſum eſt infelicem effugere errorem, ad ueritatemq; accedere, ac Deo ſeruire uiuenti & uero, creationemq; ſupergredi, primos quoq; motus, & quæ tempori ſubiacent cuncta ſuperare: ita, & de Deo, ac diuinis & ſcimus, & diſſeremus, inde exordium ſumentes, unde incipere eſt melius. melius uerò, unde Salomon nos ordiri docuit, Initiũ ſapiẽtiæ, inquit, timor Domini. cur uerò initium appellat ſapientiæ, timorem? quoniam non à cõtemplatione incipientes, in timorem definere oportet. contemplatio enim effrænatos, forſitan etiam per præcipitia impelleret. ſed timore inſtructos, & purgatos, & ut ita dixerim extenuatos, ad ſuperiora extolli. ubi enim timor, ibi mandatorum eſt obſeruatio: ubi uerò mandatorum obſeruatio, ibi & carnis eſt purgatio, quæ animæ nebulas offundit, nec radios diuinos purè intueri permittit. ubi autem eſt purgatio, ibi illuminatio: illuminatio uerò deſiderij eſt impletio, illis qui maxima, aut ea que ſunt maximi, aut præter magnũ quid cupiũt. Quapropter primò purgari, inde cum puritate uerſari conuenit. ſi nobis accidere nolumus, quod populo Iſraelitico, qui gloriam uultus Moyſi ferre non poterat, & propterea uelamine indigebat. aut quod Manue euenit, cum in Dei incidiſſet imaginationem, & dicere nolumus, Perimus ô mulier, quoniam Deum uidimus. Seu ut Petrus Ieſum à naucula dimittere tanquam præſentia ſua indigni. cum uerò Petrum nomino, unũquemq; per undas intelligo gradiẽtem: aut ſi nolumus, ut Paulus, lumine orbari, qui cum eo quem perſequebatur, prius quàm à perſecutionibus purgatus eſſet, conuerſabatur. ſeu potius magni luminis ſplendore paulipſer illuminari: aut ſi ut Cẽturio ſanitatem quidem expetere uelimus, at curantem ob laudatam timiditatem in domum ſuſcipere nolimus. Dicat igitur unuſquiſq; è nobis, donec nondum purgatus, ſed adhuc ſeculi Cẽturio eſt, multæ etiam in malicia potẽtiæ, Cæſariq; eorum qui deorſum trahunt imperatori militat, non ſum dignus ut ſub tectum meũ intres. Cum uerò Ieſum cernere deſiderat, & ſi ſpiritali ætate adhuc puſillus exiſtat, tanquã Zachæus ille, ſuper ſycomorum attollatur, mortificans membra quæ ſuper terram ſunt, & corpus humilitatis tranſcendat. tum ſermonem accipiet, & audiet, Hodie ſalus facta eſt huic domui, ſalutẽq; cõſequetur, & perfectiora colliget,

colliget, bene ſpargens & effundens, quæ malè ut publicanus, collegerat. Ille idem enim ſermo, & terribilis eſt indignis propter naturã: propter miſericordiam tamen rectè percipitur, ab ijs qui ita ſunt animati, ut impurum & brutũ ſpiritũ, ab animabus abigant, & animas ſuas agnitione exornent, & decorent, neq; ſegnes aut ocioſas relinquãt, ne maiori apparatu, iterum à ſeptẽ malitiæ ſpiritibus, quot & uirtutis connumerãtur, occupari queãt. etenim quod expugnatu difficilius, hoc etiã maiori cura eſt dignius. Sed ut mali fuga, uirtutisq; operatione, totũ Chriſtũ, aut quantũ poſſunt, ad ſeipſos introducãt, ita ut nil uacuũ, ꝙd maligna uis rurſus implere ualeat, relinquatur, ne fiãt nouiſsima peiora prioribus, & propter incurſus uehementiã, & cuſtodiæ munitionẽ, expugnationisq; difficultatẽ. Cũ uerò omni cuſtodia propriã obſeruauerimus animã, & aſcẽſus in corde diſpoſuerimus, nobisq; ipſis renouauerimus noualia, in iuſticiaq; ſeminãtes, quẽadmodũ Salomoni & Dauid & Hieremiæ uidẽt, illuminabimur nobis ipſis lumẽ cognitionis: tũc Dei loquemur ſapientiã, in myſteria abſconditam, alijsq; reſplẽdebimus. interim aũt purgemur, & initiemur uerbo, ut cũ maximè nobiſmetipſis benefecerimus, Deo ſimiles efficiamur. adueniẽs quoq; uerbum ſuſcipiamus. & nõ ſolũ hoc, ſed & uincamus, & alijs luceamus. Poſtq; aũt uerbo auditores expurgauimus, agite, de ſolenitate iã diſſeramus. pariterq; feriãs, cũ feſti amatricibus, & Deo acceptis peragamus animabus. et ꝙniam feſti ſumma, Dei eſt memoria, Dei quoq; memores ſimus. Etenim celebrantium ſonus, qui illic, ubi exultantiũ omnium eſt habitaculũ, peragitur, nil aliud, q; hoc ſolũ eſſe puto, ut Deus laudetur, et glorificetur, ab ijs qui cœleſti illa repub. digni cẽſentur. quod ſi præſens ſermo, quid, ex ijs quæ iam antea ſunt dicta, continebit, nemo miretur. Non enim eadem ſolum, ſed de eiſdem dicam, lingua, mente, & intellectu perhorreſcens, cum de Deo loquor, quem beatũ & laudabilem affectum uobis quoq; opto. Cęterũ de Deo cum dico, uno lumine pariter, & trib. illuminamini: tribus quidẽ, ſecundum proprietates, uel ſi alicui ita libuerit appellare, ſecũdũ hypoſtaſes, ſeu perſonas. Minimè enim de uerbis pugnamus, dummodo ſyllabæ ad eundem ſenſum perducãt. uno autem ſecundũ ſubſtantię, ſiue deitatis rationẽ: diuidituretenim indiuiſibiliter, ut ita dicã, & coniungitur diuiſibiliter. unũ enim in tribus deitas, & tria in quibus eſt deitas: uel ut exactius loquar, quæ eſt deitas. exceſſus uerò, & defectus obmittamus, ne unitatẽ confuſionem, ſeu diuiſionẽ efficiamus diſcidium: ex æquo enim à nobis abſit, & Sabellij contractio, & Arij diuiſio, ex contrario mala, impietate tamen æqualia. Cur enim Deum uel malè confungere, aut in inęqualitatẽ cõcidere neceſſe eſt, nobis aũt unus eſt pater, ex quo omnia, & unus Dominus Ieſus Chriſtus, per quẽ omnia, & unus ſpiritus ſanctus, in quo ſunt omnia: nõ tamẽ naturam illius ex quo, & per quem, & in quo ſecamus: quoniam nec prępoſitiones, aut nominũ ordo quid immutabunt. ſed unius & inconfuſæ naturæ proprietates deſignamus. & hoc manifeſtum eſt, quoniam in unum rurſus congregantur: ſi illud apud Apoſtolum, non incaſſum legitur, quia ex ipſo, & per ipſum, & in ipſum omnia, ipſi gloria in ſecula, Amen. Pater itaq; pater eſt, & initio carens: non enim ex quopiam. filius eſt filius, non tamen abſque initio, nam ex patre eſt. ſi uerò à tempore initiũ ſumis, & ipſe ſine initio eſt, nam temporũ factor tempori non ſubditur. Spiritus ſanctus, uerè ſpiritus eſt, ex patre quidẽ procedẽs, non tamen filialiter, quoniam non generatur, ſed procedit, ſi quid in nominibus claritatis gratia innouare oportet: neq; enim pater ideo ingenitus nõ eſt, quoniã quid genuit: neq; filius, ideo non genitus, quia ex ingenito. quo pacto enim? neq; ſpiritus, ſi aut in patrem, aut in filiũ refunditur, quoniam procedit, & quia Deus eſt: quamuis impijs haud uideatur. proprietas ſiquidẽ immobilis eſt: quomodo enim proprietas permanebit, ſi cõmoueatur & transfundatur? Qui uerò id quod ingenitum eſt, & genitum, deorũ homonymorũ naturas conſtituunt, forſitan & Adam & Seth, quoniã hic quidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

non à carne processit, plasma etenim erat: ille uerò ab Adam et Eua genitus est, inuicem iuxta naturam diuersos esse contendent. Vnus igitur Deus in tribus, et tria unum, quemadmodum præfati sumus. Postquam uerò illa, seu illud, ita se habebat, nec solũ in supernis adorationẽ cõtineri, sed & in inferioríb. adoratores quosdã esse oportebat, quo omnia Dei replerentur gloria, quoniam & Dei erãt, propterea homo creatur, ac Dei manib. & imagine honoratur. Hũc autem diaboli inuidia, et amaro peccati gustu, à Deo qui eũ fabricauerat, miserabiliter separatum, negligere Dei minimè fuit. Quid fit? & quid nam magnũ hoc de nobis mysteriũ? innouatur natura, fitq; Deus homo, & qui super cœlũ cœli, ad proprię glorię & claritatis orientem ascendebat, ad nostrę imbecillitatis et humilitatis occidentẽ se demittit: & Dei filius hominis filius, & fieri, & uocari sustinet, nõ immutãs quod erat. absurdũ etenim id, sed quod nõ erat assumens: siquidem misericors erat, ut incõprehensibilis, mediante carne cõprehenderetur, ac nobiscum tanq; ex cortina conuersaret, quãdoquidẽ purã ipsius ferre diuinitatẽ, nõ eiusce naturę erat, quę in generatione & corruptione cõsisteret, propterea immixtibilia cõmiscentur, nõ generationi solum Deus, aut carni mens, aut tẽpori tẽpore carẽs, seu mensuræ immẽsurabile: sed & partus uirginitati, ac inhonorato, id quod omni honore erat sublimius, passioniq; impassibile & corruptibili immortale. Nam quia maliciæ sophistes insuperabilem se putauerat, deitatis nos spe decipiens, carnis prætextu & ipse decipitur: ut quemadmodum Adam adoriens, in Deum impegerat, ita & nouus Adam ueterem restauraret, carnisq; solueretur condemnatio, dum carne mors mortificatur. Proinde iam antea ego solennitatis dux, uosq; pariter, ritè natiuitatis festum mundanè penitus & supermundanè peregimus, cum stella cucurrimus, cum Magis adorauimus, cũ pastoribus illuminati sumus, cũ angelis glorificauimus, cum Simeone in ulnis baiulauimus. cũ Anna decrepita, & casta pariter cõfessi sumus, & gratias egimus ei qui in sua propria, tanquã peregrinus, ut peregrinũ glorificaret, aduenit. At nũc aliud Christi negociũ, aliudq; mysteriũ: lætitiam continere nequeo, numine impellor, parumper tanq; uã Ioannes euãgelizare conabor, si nõ præcursor, saltem de heremo. Christus illuminatur, cum illo pariter coruscemus: Christus baptizatur, unà descendamus, ut & unà ascendamus: baptizatur Iesus, hoc solum, quemadmodũ & alia accuratè obseruare necessum est, quis sit, & à quo, & quãdo? nempe purus à Ioanne, & à signis incipiens. ut & nos quid discamus, & in quibusdam erudiamur. Siquidẽ ad purgationẽ præparari, humilitatẽ præ se ferre, & in perfectione spiritalis, & corporalis ætatis prædicare, hoc ad eos pertinet homines, qui rudes ad baptisma properãt, & nõ antea exactè se præparãt, neq; propter habitum ad bonum, diligentem redemptioni gratiã referunt. Quãuis etenim baptismatis gratia, remissionẽ præteritorũ habeat, quippe gratia est: tamen præcipuè tum cauendũ erit, ne ad eundem uomitum redeamus: illud uerò ad eos spectat, qui per dispensatores mysterij extollunt, ut dignitate aliqua excellãt. Tertium illos tangit, qui iuuẽtuti cõfidunt, & omne tẽpus doctrinę, & prælationis esse existimãt. Iesus purgatur, & tu purgationẽ contemnis: ab Ioanne, & tu cõtra præ conẽ tuum insurgis. triginta annorũ erat, & tu anteq; tibi genę barbitio uestiantur, seniores doces, uel docere credis, cũ nondum neq; ætate, neq; moribus uenerabilis habearis. Sed in prõptu Daniel est, & molesta quædã, iudices adolescẽtes, exẽplaq; in linguis: Omnis enim qui iniquè agit, ad excusationẽ paratus est. uerũ nõ id quod rarò accidit, ecclesię lex est, quandoquidẽ nec una hirundo uer efficit: neq; linea una geometrã, neq; nauigatio una rei maritimæ gnarum. præterea Ioannes baptizat, accedit Iesus, sanctificans quidem baptizatorẽ ipsum. uerùm hoc manifestũ est, ut ueterem Adam omnino in aquis sepeliat, sed ante hæc, & per hæc, sanctificaret Iordanẽ: ut quemadmodũ spiritus erat, & caro, ita spiritu sanctificaret, & aqua. baptista non suscipit, Iesus contẽdit. mihi opus est, ut à te baptizer, inquit

inquit lucerna ad solem, uox uerbo, amicus sponso, qui inter natos mulierũ super omnes, primogenito omnis creaturæ, qui exultauit in utero, illi qui in utero adoratus est, cursor & præcurrens, apparenti, & apparituro, mihi opus est ut à te baptizer: adde quoque, propter te. sciebat enim martyrio se baptizandum fore. & tu ad me uenis, hoc quoque propheticè. Cognoscebat enim, quòd post Herodem, Pilatus insaniturus esset, seq; præcedentem insecuturum Christum. at quid ad hæc Iesus? sine modo: hoc enim dispensatio. sciebat enim, quod paulo pòst ipse, baptizatorem suum esset baptizaturus. at quid est uentilabrum? purgatio. quid uerò ignis? illius quod leue est consumptio, ac spiritus feruor. sed quid securis? insanabilis animæ excisio, etiam post ftercorationem. quid autem gladius? incisio uerbi, secernens deterius à meliori, & diuidens fidelem ab infideli, & exuscitans filium & filiam & nurum, patri & matri & socrui: noua & recentia, ueteribus & obscuris. at quid corrigia calciamenti, quam tu, qui le sum baptizas, nõ soluis? heremi incola, absq; cibo degẽs, Helias nouus, propheta maior, quoniã quem prædixeras cernis, ueterum & nouorum mediator. quid hoc est? ratio aduentus eius, & carnis, cuius nec extremum dissolubile, non solum ijs qui adhuc carnales & infantes in Christo existunt, sed nec illis qui Ioanni in spiritu sunt æquales. sed & Iesus ex aqua ascendit: nam secum mundum pariter eleuat, cœlos' que uidet apertos, quos Adam sibi ipsi, & descendentibus clauserat. Quemadmodum cum romphęa ignea paradisum. Proinde & spiritus deitati testimonium perhibet, nam simili suo concurrit: & ex cœlis uox. inde enim erat is cui testimonum perhibetur. & tanquam columba, honorat enim corpus, quoniam & hoc in Deum assumptum est, corporaliter apparet: & simul à longè stetit columba, ut diluuij solutionem annunciaret. Porrò si in magnitudine & pondere diuinitatem dijudicas, & propterea ô de magnis paruiloque, paruus tibi uidetur spiritus, quoniam in forma apparet columbę, poteris cœlorum quoque regnum ignominiosum putare, quoniam grano comparatur sinapis: & Iesu magnitudinem, superare aduersarium, quoniam ille mons magnus uocatur, Leuiathan quoq;, & rex eorum qui in aquis. iste uerò agnus, & margarita, & gutta, & similibus nuncupatur uocabulis. Cæterùm quoniam baptismatis est solennitas, oportetq; parumper conformari ei qui pro nobis formam susscepit humanam, & baptizatus, & crucifixus est, age, & quippiam de baptismatum philosophabimur differẽtia, ut hinc discedamus purgati. baptizauit Moyses, sed in aqua. & antea in nube, & in mari, sed per figuram, ut & Paulo uidetur. siquidem mare aquæ, nubes uerò spiritus, at manna panis uitæ, potio uerò petræ, potionis diuinæ erat figura. baptizauit quoq; Ioannes. uerùm non iam Iudaicè. quoniam non in aqua solum, sed & in pœnitentiam. non tamen penitus spiritaliter. haud enim addidit in spiritu. baptizat Iesus, uerùm in spiritu. hoc erat perfectio. & quomodo nõ Deus? ut parumper speculationi indulgeam, unde & tu fieres Deus. scio & quartum baptisma, quod per martyrium & sanguinem fit, quo & Christus ipse baptizatus est, longè reliquis uenerabilius: quoniam ita baptizati, secũdis sordibus haud inquinantur. Scio etiam & quintum lachrymarum nempe, sed laboriosius. sicut ille qui per singulas noctes lectum lauat suum, & stratum lachrymis. proh maliciæ, cuius putruerunt & cicatrices, qui lugens ac mœstus incedit, qui imitatur conuersionem Manassẽ & Niniuitarum miserandam humilitatem. qui publicani in templo loquitur uoce, & ultra iactatorem iustificatur Pharisæum. qui tanquam Cananæa incuruatur, & misericordiam quærit, & micas, canis cibum esuriẽtis desiderat. Ego igitur, homínem enim me esse fateor, animal mutabile, & naturę fluxę baptisma hoc promptè suscipio, & adoro largitorem, & alijs impertior, & ingero misericordiæ misericordiã. Noui etenim quòd infirmitate circundatus sum. & quemadmodum mensus fuero, remetietur & mihi, tu uerò quid dicis? quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

legem ſtatuis Phariſæe nouellę? & nomine pure, non tamen uoluntate, qui & poſt eandem imbecillitatem, ea nobis quæ & Nouatus profers. non pœnitentiam ſuſcipis, non planctibus locum præbes. cur non & lachrymas lachrymaris, ne tu quoq; talem iudicem cõſequaris? non Ieſu miſericordiam ueneraris? qui infirmitates noſtras accepit, & ægritudines portauit. qui nõ propter iuſtos uenit, ſed ob peccatores, in pœnitentiã: qui magis uult miſericordiam, quàm ſacrificium: qui ſeptuagies ſepties peccata dimittit. q̃ beata eſſet altitudo tua, ſi puritas exiſteret, & non ſuperbia. qui legem fers ſuper hominem, & deſperatione aufers emendationem. æquale enim eſt malum, & dimiſsio abſq; caſtigatione, & caſtigatio ſine uenia. quandoquidem illa totas relaxat habenas, hęc uerò nimium reſtringit. oſtende mihi puritatem, et tuam ſuſcipiam audaciam. Nunc uerò timeo, ne dum ſcateas ulceribus, introducas quid incurabile. neq; enim Dauid recipis pœnitentem, cui & propheticam gratiam pœnitentia conſeruauit. neq; Petrum magnum paſsione quadam humana ob ſalutem affectum. at Ieſus recipit, & trina interrogatione & confeſsione, trinam reparauit negationem. neq; eum qui per ſanguinẽ pœnitentiam peregit, ſuſcipis. ſiquidem & hoc tuæ eſt arrogãtiæ. neq; eum qui in Corintho legem trãſgreſſus eſt. at Paulus dilectionem addidit, poſtquam emendationem conſpexit, & cauſam quoque, ne talis ampliori ab ſorbeatur triſticia, correptionis degrauatus immoderatia. neq; uiduis adoleſcentibus, propter ætatis imbecillitatem, nubere permittis. At Paulus hoc auſus eſt. ubi tu ſcilicet magiſter, in quartum cœlum aſcendiſti, & alium paradiſum & arcaniora audiuiſti, et maiorem quàm Paulus circuitum, Euangelij prædicatione expleuiſti. ſed non poſt baptiſmum hæc inquis. quo'nam pacto hoc demonſtrabis? aut oſtende, aut nõ dijudica. ſi uerò dubium eſt, uincat miſericordia. ſed Nouatus, inquis, non recepit eos qui in perſecutione lapſi ſunt. quid hoc, ſi non pœnitentes, iuſtè. nec ego quidem recipio eos qui aut penitus non, aut minus dignè flectuntur, neq; emundatione ſcelera compenſant. cum uerò recepero, competentem ipſis locum diſtribuo, & ſi lachrymis rigatos uidero, Nouatum non imitabor. etenim quæ mihi lex erit, Nouati inhumanitas? qui auariciam idololatriam ſecundam non corripuit, fornicationem uerò tam acerbè condemnauit, ac ſi carne & corpore careret. quid dicitis? perſuadebimus' ne uobis ſermonibus iſtis? huc cum nobis hominibus conſiſtite. magnificemus pariter Dominum. nemo ueſtrũm dicere audebit, etiam ſi ualde ſibijpſi confidat, noli me tangere, purus enim ſum. & quis talis, quemadmodum ego? impartimini & nobis quoq; aliquid ſplendoris. uerùm non perſuadebimus, at tamen pro uobis lachrymas effũdemus. igitur iſti quidem ſi uoluerint, per uiam noſtram, & Chriſti: ſin minus, per ſuam incedant. Fortè ibi igni obuiantes, baptiſmate ultimo baptizabuntur, laborioſiori, & prolixiori, quod materiam tanq; fœnum deuorat, & omnis maliciæ leuitatẽ conſumit. nos uerò Chriſti baptiſma hodie ueneremur, ac ritè feſtiuitatem peragamus: non uentris delicijs uacantes, ſed ſpiritaliter exultantes. uerùm qualiter delicijs indulgebimus? lauamini, mundi eſtote. equidem ſi peccatis eritis rubei, & paulo minus ſanguinei, tanquam nix dealbabimini: ſi uerò coccinei, & penitus ſanguinum uiri, ad lanæ candorem reducemini. penitus autem purgamini, & purgabimini. quandoquidem nulla re adeò lætatur Deus, quemadmodum hominis emendatione, et ſalute. ob quam omne uerbum, omneq; myſterium, ut efficiamini tanquam luminaria in mundo, alijs hominibus uirtus uiuificatiua, ut lumina perfecta magno lumini aſtantes, luminarium feſtiuitati quæ illic peragitur initiamini, ſplendentes trinitati, purius & abſolutius. cuius nunc per quàm mediocriter, unicum ſplendorem, ex una ſuſcipimus deitate, in Chriſto Ieſu Domino noſtro. cui ſit gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

GRE-

GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI

In Sanctum Lauacrum Oratio tertia, Bilibaldo Pircheimero interprete.

HEri ſplendidiſsimi luminarium diei ſolennitatẽ peregimus, etenim ob ſalutem noſtram lætari decebat, & long è magis quàm ob carnalium amicorum nuptialia, aut natalia, nominum' ue impoſitionem, aut comæ primitias, domeſticaliaq;, & anniuerſaria. aut ob quaſcunq; feſtiuitates alias, quæ ab hominibus celebrari ſolent. Hodie uerò breuiter de baptiſmate, & quæ nobis inde beneficentia euenit, diſſeremus. tametſi heri urgenti hora noſtra accelerauerit oratio, ſermonisq; pariter ſatietatem declinauerit. ſatietas etenim inimica eſt auribus, quemadmodum cibus ſuperfluus corporibus. Proinde dicendis animum adhibere decet, ac non incaſſum, ſed promptè de talibus ſermonem ſuſcipere. quandoquidem & illud illuminatio eſt, cum myſterij uis cognoſcitur. triplicem itaq; ſcriptura nobis generationem oſtendit: unam ex corporibus, aliam ex baptiſmate, tertiam ex reſurrectione. Ex quibus hæc nocturna, ſerua, & paſsiua eſt: illa uerò diurna, libera, & paſsionum ſolutiua, omnes generationis ſordes abſcindens, ac ad ſupernam uitam perducens. at tertia plus formidanda, ſuccinctioriq;, quandoquidem omnem creaturam celeriter colligit, ac coram creatore ſiſtit, ut de præſenti ſeruitute, & ijs quæ hic geſsit, rationem reddat. num carnem ſolam ſecuta ſit, aut & ſpiritui obtemperauerit, ac propter creationem gratias dignas retulerit. Has itaq; natiuitates cunctas, Chriſtus meus in ſeipſo honoraſſe uidetur: primam inſpiratione principali ac uitali, ſecundam uerò incarnatione & baptiſmate, quo ipſe baptizatus eſt. at tertiam reſurrectione, cui ipſe initium dedit, ut quemadmodum in multis fratrib. primogenitus fuerat, ita & ex mortuis primogenitus fieri haud dedignaretur. Proinde de natiuitatibus duabus, prima inquam & nouiſsima, philoſophari temporis non eſt præſentis. at de media, & quę nunc nobis eſt neceſſaria, quæ & luminariũ dies cognominatur, iam uerba faciemus. illuminatio ſplendor eſt animarum, uitæ translatio, inquiſitio per quam ad Deũ conſcientia attollitur, illuminatio adiutoriũ noſtræ eſt imbecillitatis, illuminatio carnis eſt abiectio, ſpiritus aſſecla, rationis partici patio, creationis emendatio, peccati diluuiũ, luminis cõmunicatio, tenebrarum diſſolutio, illuminatio ad Deũ eſt uehiculum Chriſti peregrinatio, fidei ſuſtẽtaculũ, mẽtis perfectio, regni cœlorũ gloria, uitæ permutatio, ſeruitutis ablatio, uinculorũ ſolutio, fœderis cõmutatio, illuminatio (quid neceſſe eſt plura enumerare) ex dei donis eſt pulcherrimũ, & magnificẽtiſsimũ. Quẽadmodũ quædã ſancta appellantur ſanctorũ, aut quod excellentius & magis propriũ eſt cantica canticorũ: ita & illa omnibus reliquis, qui apud nos ſunt ſplendoribus, eſt ſanctior. uocatur aũt donum hoc, quemadmodum & dator eius Chriſtus, multis ac uarijs nominibus: ſiue id nobis ob exuberantem rei accidat lęticiam (delectantur enim, qui alicuius rei magno tenentur amore iucũdè circa illius uerſari nomina) ſiue quòd beneficia innumera nobis denominationũ multitudinem ſtruant. donũ igitur appellamus, beneficium, baptiſma, unctionẽ, illuminationem, incorruptionis indumentũ, regenerationis lauacrũ, ſignaculum, omne quodcunq; precioſum eſt: donũ quidem, quoniam cum nil contulerimus, nobis datum ſit: beneficiũ tanquã debentibus: baptiſma, tanq; peccata in unda pariter ſepeliãtur, unctionem uerò, tanq; ſacra ſit, & regia, ſiquidẽ hæc erãt uncta: illuminationẽ aũt, tanquã ſplendorẽ: indumentũ, ueluti turpitudinis tegumentũ: lauacrum uerò, tanquam ablutionem: at ſigillum, tanquam conſeruationem, & dominationis deſignationem. Illuminationi igitur huic, cœli congaudent: hanc, ob ſplendoris cognationẽ, glorificant angeli. illa ſupernę fœlicitatis eſt imago. hanc, tametſi laudibus extollere cupiamus, non tamen ut dignum eſt ualemus. Deus etenim lumen eſt ſublimiſsimum, inacceſsibile, ac ineffabile,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod neq; mente comprehendi, neq; sermone exprimi potest, omnem naturam rationalem illuminans. illud in intelligentia, quod sol in sensu, existēs tanto magis contemplatione intellectum, quanto plus purgamur, ac quantum magis contemplamur, tanto plus dilectum: & quantum magis diligimus, tanto plus rursus cognitum, seipsum contemplans, & comprehēdens, pauca extrarijs effundens. lumen inquam, quod in patre, & filio, & spiritu sancto contemplari potest, quorum diuitiæ sunt cognatio eadem, & unica splendoris eruptio. Secundum lumen angelus est, primi illius luminis defluxus quidam, aut dependentia. cuius intuitu, & ministerio splendorem obtinet. quamuis ignorem, utrum ordinis statione de lumine participet, seu splēdoris cōmensuratione ordinem assumat. Tertium lumen homo est, q̄d & extrarijs patet. siquidem hominem lumē appellant, propter rationis uim quæ in nobis esse deprehenditur. potissimumq; ex nobis eos qui Deo sunt similiores, & illi magis approximant. Noui & aliud lumen, à quo primæuæ tenebræ dispelluntur, quod in principio diuisum, in conditione uisibilium substitit. quæ diuisio, & circularem astrorum ambitum, & resplendentiam supernam, mundumq; illuminat uniuersum. quin & mandatum primogenitum, datum primogenito, lux erat. quandoquidem mandatum lucerna est legis, ac lumen. & ideo mandata tua lumen quoddam super terra. tametsi inuidæ ingressæ sint tenebræ, ac maliciam produxerint. lumen tamen est, lex scripta, figurale & commensuratum, ijs qui suscipiunt, sub umbra ueritatem describens, & magni illius luminis mysterium. quādoquidem & Moysis facies illo glorificatur. & ut plura lumina ex scriptura proferamus, lumen equidem fuit ex igne', quod Moysi apparebat. quandoquidem rubum inflammabat, sed non comburebat. ut & naturam ostenderet, unúmque suam manifestaret. erat & illud lumen, quod in ignis columna Israel deducebat, ac desertum ad cultum reducebat. lumen erat, quod Heliam in ignis curru rapuit, non tamen raptum exusit. lumen erat, quod pastores circumfulsit, cum lumen omni tempore carens, luci commisceretur temporaneæ. lumen erat, currentis ad Bethleem stellæ pulchritudo, ut & magos deduceret, ac lumini superno, quoniam ad nos accessisset, dona ferret. lumen erat, diuinitas illa, quæ se in monte discipulis ostendit, ac eos usu tantillum priuauit. Lumen erat uisio quæ circa Paulum coruscauit, calamitas pariter & oculorum quæ animæ curauit tenebras. quin & lux est, supernus ille splendor, ijs qui hic sunt expurgati. quoniam iusti ut sol splendebunt. in quorum medio Deus stetit, cum dij essent & reges, impartiens ac diuidens supernæ beatitudinis dignitates. iuxta hæc lux est peculiaris baptismatis illuminatio, de qua nobis nunc sermo est, magnum & admirandum nostræ salutis continens mysteriū. postquam enim nil peccare Dei, ac primæ & incompositæ naturę est proprium (simplicitas enim pacifica existit & seditione caret) quin & dicere audeo angelicæ quoq;, quia huic propter Dei propinquitatem est q̄p proxima: at peccare humanū, ac infernę est cōpositionis (etenim cōpositio dissidij est initiū) indignū arbitratus est Dominus, facturā suā sine auxilio derelinquere, aut sua culpa periclitans negligere dissidiū: uerū, quē admodum cum nō esset, illam creauit, ita & creatam reformauit, reformatione diuiniori, & prima longè excelsiori. quæ quidē inchoātibus est sigillū, at ijs qui robustiori sunt ætate, gratia, & passiuæ imaginis ob maliciā emendatio: ne desperatione deteriores effecti, ac semper ad peiora declinantes, tandem propter desperationem à bono, & uirtute penitus excideremus. seu in malorū abyssum, ut dici solet, incidētes despiceremus. sed quo instar eorum qui uia lōga peregrinātur, diuersorio labores recrearemus, ita quod reliquū uiæ esset, refecti, ac expediti perageremus. siquidē ipsa baptismatis gratia ac uis, nō mundi diluuiū, ut olim, sed uniuscuiusq; peccati cōtinet purgationē. & omnimodā fœditatum & inquinationū, quæ à prauitate ingressæ sunt, rejectionem. Proinde cū duplices simus, ex anima dico & corpore, illudq; uisibilis

bilis, ista uerò inuisibilis sit naturæ: ita & duplex est purgatio, per aquam inquā, & spiritū: & hæc quidē uisibiliter ac corporaliter suscipitur, at illa incorporaliter & inuisibiliter cōcomitatur. ac una quidē est figuralis, sed altera uera, quæ & profunda expurgat, prioris generationis adiutoriū existēs. nouos pro uetertbus, ac Dei similes, pro eo quòd nunc sumus, efficit, absq; igni cōflans, et sine cōfractione irradians. si enim breuiter dicere oportet, baptisma tis uis, cum Deo uitę secundę, ac purioris cōuersationis est pactū censendū. Quapropter admodū timendum, ac uniuscuiusq; anima omni custodia obseruanda, ne pactū hoc fallere uideamur. si enim pacta humana, non absq; Dei indignatiōe frangūtur, quāto periculo obnoxij erimus, si ea pacta quę cum Deo ipso pacti sumus, trāsgredi inueniamur? ac nō solum aliorū peccatorū rei erimus, sed & ueritati de mēdacio ipso rationē reddere cogamur? & hæc cum non superſit regeneratio secūda, neq; reformatio, seu in pristinum statum restitutio, etiam si perq; uehemēter illam lachrymis & multis queramus suspirijs, ex quibus uix quidem iuxta diffinitionem meam, & legem, cicatricum euenit obductio. quamuis ueniat, idq; credimus. quod & si cicatrices quoq; delere possumus, amplector id utiq;, quandoquidē & ipse misericordia indigeo. ueruntamē secūda nō indigere purgatione, sed in prima firmiter persistere, longè est conducibilius. quā scio esse cōmunem, & facilem, ac honore æqualem omnibus, seruis, dominis, pauperibus, opulētis, humilibus, excelsis, nobilioribus, ignobilioribus, debētibus, nil debētibus. quemadmodum aeris spiritū, & luminis effusionē, annui tēporis immutationem, ac creaturæ aspectum, ob magnas et communes omnibus nobis delicias, & fidei portionem æqualē. graue igitur est, pro medela faciliori, laboriosiorem struere, ac gratiā abijcere misericordiæ, supplicīūq; acquirere, & emēdationem peccato cōpensare. q̄t enim effundemus lachrymas, ut & fons restauretur baptismatis? quis fideiussor erit, quòd ad finē usq; medela sit duratura? sed & nil debētes, iudiciū quoq; nos excipiet, ac debita illic excussio. at tu humanissime ac optime agricola, Dominū rogabis, ut ficui adhuc parcat, et illam inculpatam, quoniam fructum haud ferat, nondum excidere iubeat, sed permittat, ut illi fimum circumponas, lachrymas scilicet, suspiria, reuocationem, in humo dormiturition̄, uigilias, animę ac corporis liquefactionē, propter manifestæ & turpioris uitæ correctionē. incertū autem est, nūquid huic Dominus sit parsurus, tanq; ociose locū occupāti, qui alia indigeat misericordia, ac deteriori ob longanimitatē illam euadenti. Igitur cum Christo per baptisma sepeliamur, ut cum illo surgamus, cum illo descendamus, ut et pariter exaltemur. cū illo ascēdamus, ut cū eo glorificemur. quod si post baptisma tentator, & lucis persecutor te inuaserit, inuadit enim (nam & uerbū & Deum meū sub prætextu inuasit) lumen occultum propter id quod manifestum est, habes in quo uincas. ne time certamen, obice aquā, oppone spiritum, in quo omnia membra maligni succēsa extinguētur. spiritus sanè est, uerū dissoluens deserta. aqua quidē est, sed flammæ extinctiua. Quod si indigentiā prætendat, nam & hoc facere ausus fuit, ac insecta fame ut lapides panes fiant quærat, ne ipsius te lateant uersutiæ, cum docet quæ nō didicit. uerbum oppone uitale, quod panis est è cœlo demissus, ac mūdo uitā conferens. quod si uana gloria tibi insidiabitur, nam & illud facere solet, statuēs super tēpli pinnaculum, ac te deorsum, dicēs, ob diuinitatis ostentationem præcipita, ne propter elationē assentiaris. si hoc assecutus fuerit, nō illic consistet: insatiabilis est, omnia scrutaī. Christo enim adulari uidetur, attamen in malignum terminat. hæc belli ipsius formula. sed & scripturas latro nouit: ibi enim de pane scriptū est, hic uerò de angelis. siquidem scriptum est, ait, quoniam angelis suis mādauit de te, & in manibus portabunt te. O' sophista maliciæ, cur sequentia supprimis? rectè enim id noui, tametsi tu fileas, quoniam super te aspidem & basiliscum ascendam, et super serpētibus & scorpionib, trinitate circūseptus, ambulabo. quod si te insatiabilitate op-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pugnare conatur,omnia ostentans regna,tanquam illa uno tempore momentoq; & ictu oculi præstare possit,adorationem expetēs,tanquam mendicum contemne,ac signaculo confisus respondē: Et ego Dei sum imago. nondum propter elationem,ueluti tu,à superna excidi gloria. Christum indui,Christū baptismate acquisiui. tu me adora,discedet,rectè noui, his deuictus & ueluti à Christo ,lumine primo,ita & ab ijs qui ab eo illuminati sunt confusus. talia lauacrum ijs qui illud sentiunt confert. tam uaria rectè esurientibus cōuiuia præbet. baptisemur igitur,ut uincamus. participes fiamus aquarum purgatiuarum,hyssopo expiabilioribus,uitulorū cinere sanctioribus, qui communicantes expurgat,ac aliqualem corporis purgationem,non tamen omnimodā peccati sublationē cōtiner. cur enim oporteret semel purgatos iterū purgari? baptisemur hodie,ne cras cogamur: & ne differamus beneficium tanquam maleficium:neq; expectemus donec maiori cōtaminemur malicia,ut maiorem cōsequamur remissionem, neq; Christi caupones,ac Christi fiamus institores. neq; maius assumamus onus q̄ ferre possimus,ne unà cum naui ipsa submergamur,gratiamq; naufragio perdamus,omnia,quoniam plurima sperauimus,amittentes. dum adhuc cogitationum tuarum Dominus existis,ad donum accurre. dum adhuc nec corpore nec mente ægrotas,aut præsentib. ita uideris etiam si sapis,cum nondum in aliorum arbitrio tuum consistit bonū, sed tu ipse illius Dominus es,dum adhuc lingua non balbutit,& officio suo fungi potest: neq; offendantur ut nil ultra dicam incitationis uerba: dum adhuc fidelis fieri poteris, non simulans,sed confitens: non miserandus,sed beatitudinem consecutus. dum adhuc tibi manifestum est donum, & non iam dubium, gratiaq; profundum attingere potest, & necdum corpus ad sepulturam abluitur,dum nondum pro te lachrymæ effunduntur,tuum indicantes exitum,& hæ forsitan in tui gratiam expressæ,uxorq;,& filij,peregrinationem tuam deplorant,ac uerba exquirunt tristia: dum nondum medicum desperantem de te cernis, tibi promittentem,quorum nec ipse Dominus existit,nutuq; salutem tuam trutinantem,ac de ægritudine num ad mortem tendat,philosophantem: siue ut dissimulando mercedem augeat,aut salutis desperationē uel obscurè indicet. dum non adhuc inter se pugnant baptisator, & pecuniarum cumulator: isto,ut uiaticum prepares: illo,ut hęres inscribaris contēdente: cum tempus utraque haud concedat. cur febrem præstolaris benefactorem, & non Deum? cur tempus,& non rationem? cur amicum insidiatorem,& non desiderium salutare? cur non potestatem,sed uiolentiam? cur non libertatem, sed angustiam? cur ab alio necesse est discere exitum,& non tanquā iam instantem cognoscere? cur medicamenta nil tibi profutura quæris? cur diem criticum sudantem? cum fortè exitus instet: teipsum ante necessitatem medicare,te tuijpsius misereat,ueram imbecillitatis medelam, pharmacum salutis,tibi ipsi adhibe. donec uēto nauigas secundo, naufragium formida,& minus nausea grauaberis. timor te adiuuet: laudetur donum, & non lugeatur. talentū exerceatur,& nō defodiatur: sit aliquid in medio gratiæ, & resolutionis,ut non solum literæ deleantur malæ, sed & meliores inscribantur, ut non solum gratiā,sed & retributionē consequaris, ut nō solum ignē effugias,sed & gloriam hæreditario iure assequaris,quæ si exerceatur,dono gratificatur. siquidem pusillanimis magnum est,si effugiant examen: magnanimis autem,ut retributionem consequantur. Etenim tres esse scio saluandorum ordines,seruitutem,sub mercede mereri,filium esse: si seruus es, plagas uerearis: si mercenarius,ad id solum,ut accipias,attende: si ultra hos & filius,tanquam patrem reuerearis: operare bonum, quoniam bonum patri obedire. & si nil tibi inde euenire debeat,nam hoc ipsum merces tibi erit, ut patri gratificeris. hæc nos contemnere haud uideamur: absurdū enim est pecunias corradere,sanitatē uerò suspendere,& corpora quidem emūdare, animæ uerò purgationē negligere,infernæq; seruitutis libertatē quęrere,su-

pernæ

pernæ uerò nullam curā habere: & ut magnificè habites,uel induaris,omnē operam adhibere,uerùm ut tumetipse longè dignior sis,minimè curare: & ut alijs quidem benefacias,promptum esse,tibi ipsi uerò haud uelle prodesse. quod si bonū tibi esset uenale, nullis parceres pecunijs: cum uerò coram te exposita sit misericordia, beneficium paratū contemnis. omne tibi tēpus ablutionis sit, quoniā & omne resolutionis. cum Paulo tibi clamo uoce magna,Ecce nūc tempus acceptabile, ecce nūc dies salutis: siquidem nō unum tempus, sed omne quod præsens est definit. & iterū,Euigila dormiēs,ac surge ex mortuis,tibiq; apparebit Christus,dissoluēs noctē peccati: quoniam iuxta Esaiam,spes praua in nocte, conducibiliusq; est matutinū cōprehendere tempus. semina in tēpore,ac fructum collige,aperiq; horreū, cum tempus adest: ac in hora planta,& uindemiabis racemū maturum: uernoq; contisus tempore,è portu solue: rursusq; inchoāte hyeme,ac cum mare furit, naue subducas: sitq; tibi belli & pacis tempus,& nuptiarū, & non nuptiarū. & amicitiæ & separationis,si ista indigueris: & penitus omniū rerū, si quid Salomoni credendum est: utilis nanq; admonitio. Proinde semper quæ salutis sunt operare. ac omne tibi tempus baptismatis sit terminus: si enim semper hodiernum negligis,aç crastinum obseruas,paulatim dilationibus à ligno (ut facere solet) deceptus,mihi dicēte da quod præsens est,Deo quod futurum: mihi iuuentutē, Deo senectutē: mihi uoluptates, illi quod inutile est. in quali'nam periculo constitutus eris? quot'nam præter spem accidūt? quandoquidem aut bellum consumpsit,aut terræ motus absorpsit, aut mare hausit, aut fera rapuit,aut ægritudo perdidit, aut mica strangulauit utilissima (Quid enim homini facilius quàm mori,& si admodū propter imaginem superbis) aut potus superabundās extinxit,aut uētus præcipitauit,aut equus discerpsit,aut medicamentū data opera insidiosum sustulit,casu quoque nonnunquam pro salutari,uenenosum deprehēsum est: aut iudex inhumanus,aut carnifex inexorabilis,aut quid simile,quod exitū maturat,omni fortiorem remedio: quod si teipsum sigillo præmunieris,& quod futurū est pulcherrimo ac firmissimo tutū reddideris auxilio,corpusq;,& animam unctione & spiritu signabis,tanquam Israel olim,nocturno & præsidiario primogenitorum sanguine & unctione,quid tibi accidere,aut molestias exhibere poterit? prouerbium audi,Si enim,inquit,sedebis,absq; timore eris: si uerò decubueris,iucundè somnum capies. & à Dauid persanctè dictū est, Non timebis à timore nocturno,ab incursu,& dæmonio meridiano. Hoc enim tibi uiuenti maximæ erit securitati: agno enim signato,haud facile insidiæ fiunt: non signatū uerò,furibus obnoxiū est: hinc uerò migranti sepulchrū erit exquisitissimū,omni tegumēto splēdidius,auro preciosius,tumulo magnificentius,funebribus certaminibus uenerabilius,maturis primitijs opportunius,quib. mortui mortuis gratificantur,ex consuetudine legem facientes. omnia tibi transeunt,omnia auferuntur,pecuniæ,opes,regna,splendores,& quęcūq; infernę sunt reuolutionis: tu uerò si uitā in securitate transiges,minimè ab ijs quæ tibi Deus in salutis auxilium concesit, offenderis. Sed forsitan times,ne gratiā corrumpas,& propterea differs purgationem, tanquam quæ tibi secundario obtingere nequeat? uerùm nunquid times, ne ab persecutore tempore tibi imminear periculum,et quod maximum ex omnibus habes,amittas Christū? Proinde ideo ne fias Christianus, fugis? apage,nō sani timor hic est,insipientis cōsideratio hæc. proh q̄ incauta cautela,si ita dicere oportet. proh spiritus maligni sophismata, qui cum caligo sit,lucem tamen simulat: & cum aperto marte non pręualet,occultè insidiatur: cumq; scelestissimus existit,consiliarius fit bonus,ut omnino aliquo modo præ ualeat,ip siusq; insidias minimè effugiamus. talia igitur callidus ille machinatur: siquidē cum manifestè,ut baptisma contemnas,persuadere nequeat,propter formationis securitatem,tibi damnū inferre conatur. ut te lateat quod id quod times propter timorē patiaris,& dum donum corrumpe

reue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re uerearis, penitus à dono illo excidas. & hic quidem talis est, nec unquam à sua cessabit uersutia, quoad nos ad cœlos, unde ipse excidit, tẽdere cernit: tu uerò homo Dei, insidias aduersarij cognosce. nam cõtra inimicissimũ, & de rebus maximis tibi certamen est: ne suscipe inimicum consiliariũ, ne contemnè fieri & nominari fidelis, donec es catechumenus, in foribus pietatis uersaris, introire te oportet, aulam pertransire, sancta contemplari, in sancta sanctorum reclinare, trinitati coniungi. magna sunt pro quibus pugnas, magna quoq; indiges munitione: obice scutum fidei, timebit te cum armis pugnantem: propter hoc te gratia exuere conatur, ut facile inermem & incustoditũ superare possit, omni ætati baptisma conuenit, omni uitæ formæ, omnibus cõgruit hominib. Iuuenis es, contra passiones cõsiste, cum baptismatis auxilio in Dei connumeraberis acie, contra Goliath decerta, accipe millenarios, uel decẽ millenarios: ita ętate perfruere, uerũ ne patiaris iuuentutem tuam marcescere, fidei imperfectione mortuam: si uerò senex es, fataliq; necessitati propinquus, canicię uenerare, prudentiã eam quam exigit, pro illa quam nũc habes imbecillitate exhibe, paucis diebus subuenias, senectuti purgationem cõmitte. quid ea quæ iuuentutis sunt times? in extrema es ætate, ultimumq; trahis spiritũ, & ut mortuus laueris expectas, nõ magis miserandus, quàm odio dignus. num uoluptatũ reliquias expetis? cum tute uitæ sis residuum. turpe est senescere ætatem, non tamẽ senescere lasciuiam, sed te ob purgationis cũctationem, aut talia pati, aut ita uideri. Quod si tibi infans est, non surripiat malicia tempus, ex puericia sanctificetur, ex unguibus spiritui consecretur. tu ob naturæ imbecillitatem signaculum reuereris? quàm pusillanimis mater, ac fidei modicæ. At Anna prius quàm natus esset Samuel, illum Deo uouit. natumq; confestim sacris initiat, ac in sacra educat stola, non humana formidans, sed Deo credens. nil tibi opus est uinculis, & incantamentis, per quę malignus ingrediatur. qui in tenerioribus, à Deo reuerentiam surripere, & in seipsum trãsferre conatur. da infanti trinitatem, magnã & præstantissimã custodiã. Cæterùm cur non cum adhuc uirginitatem cõseruas, purgatione signaris? proin hanc in uitæ assume consortiũ & conuersationẽ. illa tibi uitam ac rationẽ dirigat, omne membrũ, omnes motus, omnem sensum. honora ipsam, ut te decoret, ut capiti tuo coronam tribuat gratiarũ. corona uerò deliciarum protegaris. quod si nuptijs ligatus es, signaculo quoq; hoc nuptiæ colligentur, tibiipsi hanc modestiæ tutelam asciscè. quot eunuchis, quot ianitoribus firmiorem esse arbitraris? quod si dum carni colligatus es, ne timeas sanctificationem. etiã post nuptias purus eris. meum sit periculũ. ego huius rei sum cõciliator. ego pronubus. nõ enim quia uirginitas honorabilior est, ideo nuptiæ inter ignominiosa. imitabor Christum pronubũ purũ, ac sponsum, qui & mirabilia in nuptijs peragit, copulationẽq; sua honorat præsentia. tantummodo puræ sint nuptiæ, ac sordidis affectibus incõtaminatę. unũ solum postulo. accipe à dono securitatem, retribueq; dono in tẽpore suo puritatẽ. donec exoptas, gratia tibi est exposita, omni honorabilior negocio. hæc ex cõmuni assensu ac approbatione: nõ enim legem ferimus, sed hortamur. & quia te ex tuis aliquid accipere uolumus, & propter cõmunem securitatis uestrę gratiã. Cæterũ ut summatim dicam, nõ est uita, nec studiũ, hoc dono conducibilius. suscipe igitur tu qui in libertate es frenũ: qui in seruitute, æqualitatẽ honorũ: qui in tristitia, cõsolationem: qui in iucunditate, correptionẽ: qui pauper es, diuitias tristissimas: qui opulẽtus, pulchrã illã quam possides domesticã administrationẽ. nihil contra salutẽ tuam falsè excogites. nullam deceptionẽ struas. nam et si alios, certè nosmetipsos fallere haud ualemus, ac ideo periculosum & stultũ est si bijpsi illudere. uerũ in medio rerũ populariũ uersaris, & inquinaris: molestè tamẽ fers quod tibi misericordia disperdatur. purus sermo. igitur si tibi possibile est, cum pulchro comitatu turbas fuge. Aquilæ, uel ut rectius dicã, columbæ, pennas sume. Quid enim tibi & Cæsari, uel quæ Cæsaris sunt? quousq;

usq; non desinis? ubi peccatum non est, ibi nec macula. non si anguis in uia te momorderit, quo minus te ad Deum conuertas, prohibere poterit. eripe animam tuam è mundo. fuge Sodomam. fuge incendiũ. perge, nec retrospicias, ne fortè in salis statuã obdureris: in montibus, ne unà deprehẽdaris, saluerís. Quod si detentus es, uiolentisq; colligatus uinculis, ab illis te extrica, seu potius ego extricabo. optimũ siquidẽ est, bonum hoc cõsequi, ac purgationem conseruare, si tamen utraq; adipisci haud licebit. melius est nonnunquam minimè popularibus rebus inquinari, quàm penitus excidere à gratia. quemadmodum, ut arbitror, melius est à patre, uel Domino aliquantisper corripi, quàm penitus expelli, ac parumper illuminari, quàm omnino tenebris obnubilari. ad sapientes autem spectat, ut quemadmodum bona quæ sunt meliora ac perfectiora, ita ex malis quæ sunt minora & leuiora eligant. Quapropter ne nimium purgationem uerearis, siquidem semper id quod emendatum est, cum circumstantijs suis, à iusto & misericorde nostro dijudicatur iudice. ac sæpius qui popularibus rebus obnoxius fuit, parumper emendatus, plus consecutus est quàm is qui in libertate sua nõ penitus se emendauit. Quemadmodum ut arbitror magis mirandum est, quempiam pedicis uinctum, aliquantisper progredi, quàm cum nihil degrauat uehementer curre, reac per cœnum parumper defœdari, quàm in munda uia, omnino mundum remanere. huius sermonis testimonium est, quod Raab meretricem, in alijs non laudandam, solum iustificauit hospitalitas. publica numq; nullo alio testimonio suffultum, extulit humilitas. ut & tu disceres, tibi facile desperandum non esse. Cæterùm quid plus consequar dices, si baptismate præoccupatus fuero, ac mihi ipsi uitæ delicias etiam celeriter abstulero? sine me prius frui uoluptatibus, ac tum demum cõsequi gratiam. nam neq; qui in uinea diutius laborauerũt, plus adepti sunt, cum etiã ultimis pars merces persoluta fuerit. liberasti nos, heus tu, à molestia, quicunq; tandem es qui hæc dicis. uix dilationis causam latentem aperuisti. etenim quamuis te ob prauitatem non laudem, quia tamen liberè prolocutus es, laudo. Cęterum huc adsis, ut tibi parabolam interpretemur, ne ob scripturarũ ignorantiam lædaris. Primum scriptura hic nõ de baptismate loquitur, sed de ijs qui diuersis temporibus credere incipiunt, in pulchramq; uineam, ecclesiã nempe, ingrediuntur. nam quæcunq; die & hora unusquisq; crediderit, ab illa et mercedem repetet. Dein si laboris mensura, plus, qui præuenere intulerunt, non tamen mensura uoluntatis, propter quã forsitan nouissimis plus debetur. quamuis sermo hic admirandus quodãmodo uideatur? atqui tardioris in uineã ingressus, tardior uocatio in causa est. nunc inter reliqua, quid interfit, cõsideremus. etenim illi nõ antea crediderunt, neq; ingressi sunt. prius q̃; cum eis de mercede conuentum esset. ij uerò absq; conuentione ad opus ingressi sunt. quod maioris fidei est indicium. & illi quidẽ inuidæ ac fusim antis esse naturæ inuenti sunt. at ij ob nil tale inculpantur. Prætereà illis merces erat quod dabatur, etsi improbi erant, his uerò gratia. ita ut dum insipientiam declinant, fortè etiã eo quod plus erat priuati fuerint. Proinde quid & ipsis tardioribus euenerit, discamus, nempe mercedis æqualitas. quo pacto igitur patrẽfamilias accusant, tanquã propter æqualitatẽ sit inæqualis? nam hæc omnia primoribus sudoris auferunt gratiã, & si diutius laborauerint. ex quibus contigit iustam quoq; esse æqualitatis distributionem, cum labori uoluntas sit repensa. Cæterũ si etiã lauacri uirtutẽ, parabola hæc iuxta tuam interpretationẽ designat, quid te prohibet prius ingredi ac sudare, & non inuidere nouissimis? ut illud plus nõ ex misericordia consequaris, retributionemq; non ut gratiã, sed planè debitum accipias. deinde ut illac ingredientes operarios à uinea nõ aberrãtes deprehẽdas. quod ne tibi eueniat, periculũ imminet. proinde si constat quod in cõsequendo dono ita sapis, & tam malignè quæstum sequeris, tibi quoniã ad tales confugias cogitationes, & quia aliquid ultra Domini misericordiã lucrari anniteris, parcẽdum erit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

erit.ut obiter dicere prætermittã,quod ille qui plus laborat, ideo maiorem reportat mercedem,quoniam nõ penitus suis cauponatur cogitationibus, uerùm si tibi periculum imminet,ne penitus ob mercaturam à uinea excidas,& in caput tuum tam utilia garrias,age meis obtempera sermonibus.ob mitte arguras has disceptatiunculas ac obiectiones,& absq; ratiocinationibus ad donum procede:ne antea à spe excidas, & tu qui talia sophisticè obtendis,proprio periculo eruditaris.atqui non'ne misericors inquis Deus est? quin & hominum mentes nouit,ac uoluntatem probat, ac pro baptismate, desiderium accipit baptisandi.Aenigmati rem dicis similem, quod ille qui lumine caret,Deo,propter misericordiam illuminatus censeatur, aut quod regnum cœlorum quis misericordia consequi studeat,absq; eo quod quę're gno digna sunt operetur.ego uerò quemadmodum habeo,ita de his dicere ausim.mihiq; & reliquos qui sapiunt,& donum hoc adepti sunt,astipulatu ros existimo.ex hominibus quidam,penitus & à Deo,& à salute propria erant alieni,omnem prauitatis speciem exercẽtes,& mali esse data opera studentes.nonnulli uerò semimali.quo pacto? quoniam medij inter uirtutem & iniquitatem uersabantur, qui etsi malum perpetrabãt, perpetrato tamen non applaudebant.quemadmodum nec febricitantes ęgritudini suę.aliqui autem & ante sanctificationem laude digni erant.nõnulli à natura,alij uerò quia summo studio se ipsos baptismati purgabant.fuereq; post sanctificationem meliores,& securiores:meliores,ut bonum consequerentur:securiores uerò,ut illud conseruarent.ex horum numero penitus malis,fuere meliores, qui aliquid à malicia demebant.at illis qui parumper maliciam refrenabãt, adhuc meliores qui feruidi erant,& se ipsos ante baptisma emendabant.etenim aliquid plus habent,mercedem nempe.nõ enim quemadmodum lauacrum peccatorum habet extinctionem,ita & correctionis sublationem. atqui & his quoq; meliores,qui gratiam hanc ut boni agricolæ colũt, & quãmaximè ut mundi sint se expoliunt.ita ut aliqui qui à dono hoc excidunt,omnino beluini aut ferini sint,secundũ quod stultitia aut prauitate plus sunt coinquinati.quibus ob reliqua scelera neq; gratiam hãc ualde uenerabilem esse existimo. Verùm cum gratia sit,si obtingit,amplectuntur:sin minus,cõtemnunt.alij uerò donum hoc cognoscunt ac uenerantur,uerũ protelãt.nõnulli propter socordiam,at alij propter rerum mundanarum cupiditatẽ.quidam uerò susc̃ipere capaces non sunt,aut ob infantiã sæpius,aut propter calamitatem quandã contra uoluntatẽ eorum incidentẽ.ob quam neq; si uoluerint,gratiã hanc consequi possunt.quemadmodũ igitur in illis, ita etiam in istis differẽtias deprehendimus q̃ plurimas.siquidẽ deteriores sunt cupidis & socordibus,qui donum hoc omnino despiciũt.at illi improbiores ijs qui ob ignorantiam & tyrannidem à tanto excidunt domo.nam tyrannis nil est aliud quàm error non uoluntarius. arbitror igitur primos quemadmodum ob reliquam eorum improbitatem,ita & ob lauacri contemptum supplicia expensuros.secundos uerò pœnas daturos,sed minores quidem: quoniam non magis prauitate,quàm stultitia frustrationem sibi pepererint.tertios autem neq; pœna seu gloria à iusto iudice affectum iri:tanquam non signatos,noxa tamen carentes:magisq; damnum patiẽtes, quàm committentes.non enim quicunq; supplicium haud meretur,ideo iam honore dignus est.quemadmodum neq; qui non honorandus, ideo puniendus erit. quin & hoc considero,si quempiam homicidam ex sola uoluntate,& absq; homicidio iudicas,baptisatus quoq; tibi est, qui baptisma desiderat,etiã absq; baptismate.si uerò hoc non ita se habet,quomodo ergo illud intelligere nequeo.uerùm si ita uolueris,et si tibi ad baptismatis uim solum sufficit desiderium,per illudq; te gloria dignum censes,sufficiat igitur & tibi ad gloriã, solum gloriæ desiderium,ac intelliges,quantum sit damnum,hanc haud consequi,etiamsi eam uehementer desideres. Ergo igitur cum uoces has audieritis,ad tantum accedite donum,ac illuminabimini,& uultus uestri à gratia

tia non aberrantes, haud erubescent: illuminationemq; dum tempus est suscipite,ne uos tenebræ ab illuminatione separatæ insequantur,ac comprehendant.ueniet nox,cum nemo operari poterit,post præsentem hanc liberationem. Hæc Dauid uox est. illa autem luminis ueri, illimnantis omnem hominem uenientem in hunc mundum.quin & amarulentè Salomonem uobis tardioribus & segnioribus op probrare existimate, Quousque, dicentem,piger dormis? aliquando è somno surge.at tu iam illud,iam aliud fingis. excusationesq; peccatis protendis, dicens,Luminarium expectabo diem. Pascha mihi honorabilius erit. Pentecostẽ præstolabor, cum Christo illuminari satius erit, cum Christo in resurrectionis resurgere die, spiritus honorare apparitionem. at quid inde? ueniet repentè finis, in die quo non expectas,& in hora quam non cognoscis.dein tibi aduẽiet tanquã comes prauus,gratiæ inopia. in tantis' que bonitatis diuitijs famesces.quapropter contraria contrarijs colligere decet, cum celeritate messem,cum fonteq; refrigerium,tãquam ceruum sitientissimũ uelociter fontes transcurrere,laticibusq; cursus laborem extinguere: & non,Ismahel instar,aquarum inopia arescere,uel ut in prouerbio est,in medio fonte siti cruciari.ineptum est mercatum prætergredi,& postea negotiationem quærere.ineptũ,trans manna currere,ac inde cibum desiderare.malum serum consiliũ,posteaq; damnum sentire,cum nulla damni est reparatio,post uitæ præsentis peregrinationẽ, ac amarum unicuiq; uiuenti exitum, peccantiumq; ultionem, & purgatorum splendentiam.quapropter ad gratiam susc̃ipiendã cunctari nolite, sed accelerate,ne latro uos anticipet,ne mœchus præueniat,ne insatiabilis plus acquirat, ne homicida bonũ hoc præripiat,neq; publicanus,neq; meretrix, neq; uiolẽtus quispiam,ac regni cœlestis raptor.siquidẽ lubens propter bonitatem,uim ac tyrãnidem patitur.tarde heus tu,ad iniquitatem accede,uelociter uerò, mihi acquiescens, ad salutem.æqualis enim prauitas est,& ad malum promptum, & ad bonum esse tardum.Si ad uoluptates uocaberis, ne accelera: si ad abnegationem, resulta.si praua tibi officina dixerit, Veni nobiscum,sanguinis particeps fias,condemnemus in terram uirum iustum iniustè:auditum ne prębe.quoniam duo maxima lucraberis.nam et illi peccatum suũ patefacies,ac temetipsum à praua societate eximes.si uerò tibi dicit magnus ille Dauid, Venite exultemus Domino:si propheta alius,Veni te ascẽdamus in montẽ Domini:si saluator ipse, Venite ad me omnes laborãtes & onerati, & ego uos reficiam: uel Surgite eamus hinc:clari clarè super niuem fulgentes,super lac micantes, super lapidem saphirum resplendentes.non renitamur,neque tardemus.Petrum & Ioannem imitemur. ac quemadmodum illi ad resurrectionem & sepulchrum,ita & nos ad lauacrũ festinemus,concurrentes, præcurrentes,ut tantum bonũ certantes præripere ualeamus. Proinde ne abeundo dicas,Reuertor,ac cras baptisabor,cum hodie bene tibi euenire possit. adsit mihi mater,adsit pater,fratres, uxor,filij,amici, omne quod mihi precios̃um est, tumq; saluabor. nũc uerò nondũ mihi tempus ut illustrer adest. atqui timendum est,ne luctus socios accipias, quos lætitiæ socios fore speraste. ne igitur donec ueniant expectes.turpe est dicere, Vbi id est, quod mihi in baptismate fructum afferre debet? ubi splendida qua fulgeam stola, ubi quæ ad susc̃eptionem meorum necessaria sunt baptizantium,ut etiam apud illos claresc̃am.ualde enim ut cernis,hęc sunt necessaria:adeò,ut & gratia quoq; propter talia imminuat. Cęterùm noli de magnis humiliter loqui,nil ignominios̃um patieris. maius est quàm ea quæ cerni possunt, mysterium hoc.tibi ipsi fructum parias, Christũ indue, refice me ciuiliter,ita ego susc̃eptus gaudeo.pariter & Deus,qui maxima quoq; largitur. nihil enim penes Deum tam magnum, quod non & pauper præstare possit.ne in hac parte pauperes deterioris esse conditionis inueniantur,cum nõ habent,ut cum diuitibus decertẽt. nam in reliquis inter diuitias et paupertatẽ differentia est,hic uerò qui promptior, ille est & ditior,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ditior. nil te moretur ulterius, neq; tuam impediat promptitudinem, dum uehemens est desideriū, populi desiderati: dum calidum est ferrum, frigido tēperetur, ne quid interueniat, & desiderium præcīdat. Philippus sum, fias tu Cādaces. dic & ipse, Ecce aqua. quid me baptizari prohibet? rapias tempus, tāti boni gaudio afficiaris. & si solum dixeris, Baptizatus eris, baptiza tusq; saluaberis, quod si corpore Aethiopi similis eris, anima tamē dealbaberis. acquire salutē, qua nil sublimius, aut honorabilius est, ijs qui mentem habent. ne dicas, Episcopus mē baptizet, & hic metropolitanus, uel Hierosolymitanus. Siquidem non locorum est gratia, sed spiritus. ne dicas, Nobilis ille sit. indignum etenim est, si baptisatori ignobilitas exprobretur. ne dicas, Senior sit, sed & cęlebs, & ex continentibus illis & qui angelica uiuunt conuersatione. nam molestum esset, si purgationis tempore sordibus inquinarer. uerùm ne tu quæras prædicatoris seu baptisatoris dignitatem. alius rei huius est iudex, & absconditorum censor. quandoquidem homo secundum faciem, Deus autem iuxta cor dijudicat. tibi autem unusquisq; ad purgationem fide dignus censeatur. tantummodo sit ex approbatis, & non manifestè damnatis, neque ecclesiæ alienæ. noli iudicare, iudices, tu qui indiges medela. noli mihi dignitates eorum qui te purgant, curiose expendere. neque ex maiorum prosapia iudica. etenim alius alio melior uel humilior, at te unusquisq; est sublimior. Cæterum ita considera: sint annuli duo, aureus hic, ferreus alius, uterq; eadem regia imagine sculptus. Ceræ ambo imprimant. quid inter signū hoc, & illud intererit? nihil. discerne materiam in cera, etiam si sapientissimus existas. dic quod'nam ferri, quod'ue sit auri signaculum. sed quo pacto unum est? quia inter materiam, non characterem est diuersitas. ita & tibi sit omnis baptizator. qui tametsi conditione excellat, æqualis tamen baptismatis uis est. ac unusquisq; tibi æqualis sit expurgator, qui fide eadem est formatus. quin nec tu diues, unà cum paupere baptizari dedigneris. nec tu generose cum ignobili. nec tu Domine cum eo qui hucusq; seruus fuit. nondū tantum humiliatus es, quantū cui hodie tu baptisaris Christus, qui propter te & serui formā suscepit. quacūq; die in melius mutaberis, omnes ueteres cedēt characteres. omnibus forma eadem Christus præpositus est. quin ne dedigneris tuum prodere peccatū, cum scias quemadmodum Ioannes baptizabat. ut confusione præsenti futurā effugere possis. quandoquidem & illud pars quædam supplicij quod ibi est existit. ostendesq; pariter, quod peccatum odio habueris, cum illud tanquam contumelia dignum traduxeris, & de eo triumphaueris. Proinde ne ægrè feras exorcismi culturam lōgiorem, neq; ob illius prolixitatem defatigeris. ea etenim quod ritè quæ ad gratiam spectant peragantur, est index. quid tantū pateris, quantum Aethiopum regina? quæ ex finibus terræ excitata est, ut sapientiam uideret Salomonis. & ecce plus hic penes eos qui perfectè considerant, Salomone. ne igitur seu ob uiæ longitudinem, seu maris latitudinem: non ob ignem, si & is quoq; obstet: neq; propter aliud quodpiam siue magnum siue paruum impedimētum, cuncteris, quin charissima hoc consequaris. quod si absq; labore & negocio uoti compos euadere poteris, quanta amentia erit, tantum protelare donum? sitientes, inquit, uenite ad aquā. Esaias te hortatur. & qui non habetis argentum, euntes emite, & bibite uinum absq; precio argenti. ô quæ celeritas misericordiæ, ô quæ facilitas cōmutationis: solum uolueris, & bonum hoc emptum erit. nam Deus alacritatem ipsam, pro magna acceptat cōmendatione. sitit sitientes, potum præbet bibere uolentibus, benignè confert beneficētiam, cū inuocatur. paratus est. donando magnificus, iucūdius dat quàm alij accipiūt. tantummodo nos sermonis uilitatem euitemus, ne parua ac largitore indigna petamus. beatus à quo potum postulat Christus, tanquā à Samaritana illa, dabitq; ei fontem aquæ salientis in uitam æternam. beatus qui in omni aqua, & omni anima cras aranda & riganda, seminat: quā hodie bos, & asinus,

& asinus, terrestrem, ac inaquosam, rationisq; defectu oppressam cōculcat. beatus ille qui etiam tanquam è torrente aut puteali fune ex domo Domini reficitur. fitq; pro funis gerulo, frumenti baiulator. ac agricultura sua cibum humanum, & minimè asperum, ac inutilem colit. quam ob rem omnis adhibenda est diligentia, ne à communi aberremus gratia. sed dicet quispiam: Sint hæc de ijs qui baptisma expetere possunt: quid uerò de infantibus ais, qui neq; quid gratia, quidue sit pœna, cognorunt, num & illos baptizemus? maxime quidem, si periculum aliquod imminet. melius est enim non dum rationis compotes sanctificari, q̄ non signatos & initiatos uita excedere. idq; nobis designat, post octauam diem circumcisio illa. quæ figurale fuit signaculum, ac propter irrationales adhuc introducta. quemadmodū & propter rationis expertes postium inunctio illa, custodiēs primogenita. de alijs uerò consiliū do, ut triennium expectent: aut paulo minus, seu plus. ut & quid mysticum audire & respondere possint: & si non perfectè, attamen figuraliter intelligant. ac ita sanctificent animas & corpora, magno illi sanctificationis mysterio. siquidem ita res habet, quod tum uitæ criminibus obnoxij esse incipiunt, cum iam sermo formatur, ac ipsi mysterium discere possunt. nā peccata quę ex ignorātia eueniunt, propter ætatē noxa carent. pariter quæ lauacro munitio erecta est, omni ratione conducibilior: propter periculorum casus, qui repentè nobis accidunt, cunctis auxilijs fortiores. Sed Christus, inquis, cum tricesimum ageret annum, baptizatur, & hoc cum Deus esset, et tu me ad baptisma festinare iubes. Cęterùm cum Deum nominas, quæstionem dissoluisti. ille etenim purgatio ipsa erat. nec purgatione aliqua indigebat. uerùm tibi purgatur, quemadmodum & propter te carnem induit, cum carne careret. nec illi periculum imminebat, si baptisma protelaret. ipse enim passionis, quemadmodum natiuitatis, sibijpsi conseruator erat. at tibi non de minimis periculum subeundum est, si absq; baptismate decesseris: cum solum corruptioni genitus sis, & non incorruptibilitatem indueris. quin & hoc considero, quòd tempus istud baptismatis ei necessarium erat. at tibi non eadem subest ratio. Etenim Christus manifestatur, cum triginta esset annorum: & non antea, ne ostentator quispiam esse uideretur. quod animi uitium, insolentium est proprium. & tanquam ætas illa, perfectam uirtutis approbationem, ac docēdi tempus contineat. postquam autem eum pati oportebat, passionem, quæ mundi esset salus, omnia quæ passionis erat ad passionem concurrere necesse erat, apparitionem, baptisma, supernum testimonium, præconium, multitudinis concursum, miracula: & tanquam corpus unum fieri, non distractum, neq; spacijs intercisum. Siquidem ex baptismate & prædicatione initium sumpsit currentium terræ motus. ita enim scriptura tempus illud appellat. at ex multitudine, signorum ostensio, & miracula euangelio adiuncta. ex illis uerò inuidia, ex qua odium: ex odio autem insidiæ, & proditio. ex qua crux, & ea quibus saluati sumus. ac Christi quidem res tales, ac ita se habent, quantum nobis est comprehensibile. forsitan & alius reperiri sermo posset longè hoc arcanior. at quæ necessitas tibi posteriori, ob præcedentia exempla malè deliberare. quandoquidem & multa alia recensenda essent, quæ tum aliter quàm præsentia se habere uidentur. nec huic conueniunt tempori. ueluti hoc est, ieiunauit parum ante tentationem, nos uerò ante Pascha. & ieiunium quidem est unum, sed non paruum inter utrumque temporis interstitium. & Christus quidem contra tentationes suum obijcit ieiunium. nostrum uerò ut Christo cōmoriamur operatur, ac purgatio est, quę festiuitatem præcedit. & hic quidem dies ieiunauit quadraginta: nam Deus erat. at nos uiribus nostris hoc commensuramus. tamen quibusdam zelus, etiam supra uires aliquid anniti persuadet. rursus Paschæ sacra, cum discipulis in cœnaculo, ac post cœnam, dieq; unica ante passionem celebrat. nos uerò ea in orationis domibus, & ante cœnam, ac post resurrectionem peragimus. surrexit die ter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia. nos post longum tempus. ac minimè res illius cum nostris conueniunt, neq; temporaliter coniunguntur, sed ideò nobis sunt traditæ, ut rerum nostrarum figura quædam, & non in omnibus similes essent. quid igitur mirũ, nos quoq; baptisma præoccupare, tempore uerò discrepare? quod tu mihi uideris, tanquam magnum quid, & miraculi instar, contra propriam salutẽ obijcere. Proinde si mihi obtẽperaueritis, tales sermones ualere sinetis, uos uero bono obuiam tendetis: ac duplex certamẽ decertabitis: unum, ut uosmetipsos ante baptisma purgetis: aliud, uti baptisma purè conseruetis: quando quidẽ eiusdem difficultatis est, bonũ aliquod assequi, & partum tueri. sæpius enim qui studio quid præripuit, id pigritia corrupit. quod uerò socordia perdidit, id diligentia reparauit. bona tibi erunt auxilia, ad ea quæ desideras consequẽda, uigiliæ, ieiunia, humidorniturítio, orationes, lachrymæ, ærumnæ, indigentium opitulatio. hęc tibi eorum quæ adeptus es, gratia pariter, & conseruatio fiant. multis mandatis beneficẽtiæ memor esse iuberis. illam haud negligas. si pauper accedit, memineris quot tu mendicis es ditior. Quod si fortè Lazarus quispiã, panis aut potus indigus, tuis adiacet foribus: mysticam ad quam accessisti uenerare cœnam, panem quem sumpsisti, poculum cuius particeps factus es, Christi passionibus sanctificatus. si peregrinus, uagus, si aduena tibi obuiã factus fuerit, propter illum suscipe, qui pro te exul factus est, idq; in proprijs. & qui in te per gratiam habitat, ad supernumq; domicilium pertrahit. fac sis Zachæus, qui heri publicanus, hodie est magnificus. omnia ad Christi recollige ingressum, ut magnus appareas, & bene Christum conspicias, etiam si corporali ætate sis pusillus. si ægrotus quispiã expositus est, seu uulneratus, tuam uenerare sanitatẽ, & uulnera quibus te Christus liberauit. quod si nudum conspexeris, uestẽ contegas, tuumq; incorruptibilitatis honora indumentum. At Christus hoc est. quãdoquidem omnes quicunq; in Christo baptisati sumus, Christum quoque induimus. si uerò in debitorem quempiam incidis, omnem syngrapham, siue iustam, sine iniustam discerpe, in memoriamq; redige, talenta infinita, quæ tibi Christus gratis remisit. ne fias exactor amarulentus, debiti minoris. & hoc quibus? nam? conseruis equidem tuis cum tibi plus à Domino sit dimissum, ne et tu propter illius misericordiam pœnas expendas, quã minimè, sumpto exemplo, imitatus es. fiat tibi balneum, non corporis solum, sed & imaginis: non quod tantum peccata abluat, sed & mores emendet: non solum quod pristinam illuuiem detergat, sed & fontem purget. nõ tantum bene possidere, sed & bene expendere formetur: aut quod est perquàm facile, malè possessum abijcere. cur enim peccatum tibi remitti, iniuria uerò affecto damnum à te non resarciri deberet? unde duo tibi accidunt mala, & ut iustè non possideas, possessa q; detineas. huius quidem remissionem accepisti, in hoc uerò iniurius es. nam hodie apud te est alienum. nec deletũ est peccatum, quamuis tempore sit intercisum. hoc enim ante baptisma factũ est, illud uerò post baptisma remanet. siquidem lauacrum eorum qui peccauerunt, non qui peccant, remissionem continet. oportet autem cum purgatione non dolose, sed syncerè agere: neq; gratiã hanc ad peccatorum occultationẽ, sed liberationem habere. Beati quorum remissæ sunt iniquitates. siquidẽ hoc ad omnimodam spectat purgationem. & quorũ tecta sunt peccata. hoc ad eos pertinet, qui nondum penitus sunt purgati. Beatus uir cui non imputat Dominus peccatum. tertius peccantium ordo, quorum opera non laudanda, uoluntas uerò pœnæ obnoxia non est. quid igitur dico, & quis? nam? sermo meus? heri fuisti anima Chananæa, ac propter peccatum incuruata, hodie à uerbo es eleuata, ne rursus incurueris, & in terram inclineris, tanquã uinculis à maligno sis degrauata, incuruationem q; patiaris haud curabilem. heri fuisti arida, fluxu scatens sanguinis. siquidem mortaliter peccasti. hodie exiccata reuiresces. Christi enim fimbriam tetigisti, & fluxum abscidisti, custodi mihi purgationem, ne rursus sanguine fluas, &

& à Christo deprehendi possis, tãquam salutem surripueris. displicet enim Christo, ut sæpius suppiletur, tametsi admodum sit misericors. heri in lecto decumbebas, derelictus & neglectus: nec habebas hominẽ, qui, cum aqua turbata esset, te in piscinam mitteret. hodie inuenisti hominem, eundem & Deum, seu potius Deum hominem. leuatus es à grabbato, seu potius grabbatum tulisti, beneficentiamq; palàm confessus es. noli rursus in grabbatũ peccati decidere, mala corporis quiete uoluptatibus relicta, sed ut habes, uade, memor mandati: Ecce sanus factus es, amplius peccare noli, ne tibi deterius quid accidat, cum malus post beneficiũ appares acceptũ. Lazare exi foras, audisti uocem magnam in sepulchro positus. quid enim uerbo sonorius? & progressus es, non diebus quatuor, sed multis demortuus. sed triduano illi consurrexisti, & à funeralibus solutus es, ne rursus mortificeris, et fias cum habitantibus in sepulchris, neq; cum nexibus domesticorum peccatorum constringaris: cum incertum sit, an iterum à sepulchro resurgas, usque ad ultimam & communem resurrectionem. quæ omnem creaturam in iudicium adducet: non curandi, sed iudicandi gratia, & ut rationem reddat de ijs quę aut bene, aut malè thesaurizauit. si huc usq; lepra, deformi nempe improbitate, scaturiebas, nunc uerò praua cicatrix obducta est, saluamq; recepisti imaginem, mihi sacerdoti tuam ostende purgationẽ, ut cognoscam, quantum illa, legali sit preciosior. ne fias ex nouem ingratis unus, sed decimum imitare. etenim quãuis Samaritanus erat, alios tamen animi gratitudi ne exuperabat. caue ne rursus malè pullules, corporisq; uitiũ curari neque at. quod si prius manus tua quæstu exaruit, ac parsimonia, hodie extẽdatur cum distributione & misericordia. pulchra est medela ęgrotantis manus, distribuere & dare pauperibus, largè quæ possidemus exhaurire, donec etiã fundum tangamus. forsitan hoc pacto Sareptanæ instar, cibus tibi præparabitur, maximè si Heliam nutriueris. bonum est, bonam illam cognoscere opulentiam, nempe propter Christũ egere, qui & propter nos inopiam pertulit. si mutus fuisti ac sermonis expers, sermo tibi resonet, seu potius resonãtem conserua. aures ad disciplinam Domini, & admonitiones, tanquam anguis ad incantationem ne claudas. si cæcus es, & absq; lumine, illumina oculos tuos, ne unquam dormias in mortem. in lumine Domini, lumen inspice in spiritu, Dei filium. splendeat tibi trinum & indiuisibile lumen. si totum susceperis sermonem, omnes pariter Christi medelas ad propriam accõmodabis animam, quibus singulatim unusquisq; sanatur. tantum charitatis mẽ suram ne ignores. tantum dormienti tibi & securo, spiritus malignus zizania non superseminet. tantum cum ob purgationem odiosus maligno sis factus, rursus te ipsum miserabilem propter peccatum ne reddas. tantum propter opera bona tibi haud applaude, nec immoderatè attollaris. ne subleuatus deprimaris. tantum assiduè purgationem operare, eleuationes in corde suscitans. & eam quam gratis consecutus es remissionem, etiam per diligentiam conserua, ut remissio tibi à Deo sit, à te uerò fiat cõseruatio. sed quo pacto id fieri poterit? semper parabolæ illius memor sis, tibiq; optimè & perfectè opem tuleris. exiuit à te impurus ille & materialis spiritus, baptismate expulsus. non fert persecutionẽ, non sustinet absq; domo & lare degere. pergit per loca inaquosa, & diuinæ irrigationis arida, ibi uersari cupit, circũ errat, quærens requiem, nec inuenit: in baptisatas incidit animas, quarum prauitatem lauacrum eluerat. timet aquam, purgatione suffocatur quemadmodum legio mari. rursus conuertitur ad domum suam, unde egressus est, impudens est, pertinax est, iterum periculum facit, iterum experitur. quod si locum quem ipse uacuum reliquit, Christum inhabitare & implesse reperit, iterum repellitur, infecto negocio discedit, miserandus errore reddi tur. si uerò in te scopis mundato & ornato, locum inuenit uacuum & ociosum, quem ad illius susceptionem præparasti, uel ipse insiliens præoccupauit, cum maiori inhabitabit apparatu, fiuntq; nouissima peiora prioribus:

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoniam tum quidem & emendationis & securitatis spes erat, nunc uerò manifesta est malicia, boni fuga prauitatem attrahens, & propter hoc stabilior habitatori redditur possessio. Proinde iterum tibi in memoriam illuminationes reuocabo, sæpiusq; ex diuinis oraculis illas repetam (etenim ipse quoq; illarum recordatione iucundior ero. quid enim lumine iucundius, ijs qui lumã gustauerunt?) & unde diuerteram, te reducam. equidem lumẽ oritur iusto, & huius comes lætitia. lumen autem iustis semper. at tu mirificè, ad Deum dicitur, à montibus illuminas æternis, angelicis ut arbitror uirtutibus, quæ nobis ad meliora cooperantur. Dominus autem illuminatio mea, & saluator meus, Dauid audiuisti dicentem, nonnunquam cum postularet lumen & ueritatem sibi emitti, nonnunquam uerò cum gratias ageret, quòd illud consecutus esset, ostendendo Dei lumen super se: hoc est percipiendo & cognoscendo signa splendoris concessi. proinde unum solum lumen fugiamus, amari illius ignis fœtũ. ne obuiemus nostri ignis lumini, ac flammæ qua exuramur. quin ignẽ esse scio expurgatiuum, quem Christus supra terrã iacere uenit, ignis & ipse in literis sacris uocatus. materiæ hic & habitus maligni est consumptiuus, qui & celeriter uult succendi. etenim beneficentiæ celeritatem desiderat. quoniã & ignis carbones nobis auxilio tribuit. noui præterea ignem non purgatiuũ, sed afflictiuũ, siue Sodomiticum, qui super omnes pluit peccatores, sulphure & tempestate permixtus, siue qui paratus est diabolo & angelis eius, siue qui ante faciẽ Domini incedit, ac undiq; inimicos eius deurit: & his etiam horribiliorẽ, qui indesinenti addictus est uermi, inextinguibilis, improbisq; sempiternus. hæc enim cũcta occultæ sunt potentiæ, nisi cui humanius quiddam hic loci sentire gratũ sit, tametsi cum ultoris dignitate. quemadmodũ igitur duplicẽ ignem, ita & lumen duplex esse scio. unum quod rationis nostræ lampadem ad Dei semitas dirigit, alterũ fallax & curiosum, ueroq; lumini contrariũ. illud se esse simulans, ut quid apparenti suffuretur. hoc lumen & caligo est, tametsi splẽdor eius meridies uideatur. ita audio de ijs qui semper in meridiana fugiunt obscuritate. hoc quoq; nox est, et illuminatio censeẽ, ijs qui delicijs sunt eneruati. Quid enim Dauid ait? Nox circum me miserũ erat, & ego ignorabam, siquidem delicias illuminationem esse suspicabar. sed lumina quidem talia ac ita se habent. nos uerò illuminemus nobis ipsis lumen cognitionis. quod fiet, si in agrum iusticiæ seminemus, & uindemiemus fructum uitæ. actio etenim speculationis est hospes. ut inter alia & hoc discamus, quid uerum sit lumen, & quid falsum. ne decipiamur, cum in peius tanquam in bonum inciderimus. fiamus lux quemadmodum discipuli à magno lumine audire meruerunt, dicente, Vos estis lux mundi. fiamus luminaria in mundo, uerbum uitæ continentia, hoc est uiuificatiua alijs potentia. diuinitatis lumen sumamus. primi & purissimi luminis lumen accipiamus. ad splendorem ipsius pergamus, priusquam pedes nostros in montes obscuros & hostiles impingamus. donec dies est, tanquam in die honestè ambulemus: non in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, quæ noctis furta existunt. cuncta membra fratres purgemus, sensus omnes sanctificemus. nil profanum in nobis remaneat, neq; quod prioris fuerit generationis, nil nõ illuminatum relinquamus. illuminemus oculos, ut rectè uidere possimus. & nullum idolum fornicarium, in nobis ipsis ex uisione nimis laboriosa curiosaq; feramus. etenim quamuis affectu non adoramus, animam tamẽ, si trabs aut festuca in nobis erit, inquinamus. Purgemur igitur, ut & quæ aliorũ sunt cernere ualeamus. illuminemur auditu, illuminemur lingua, ut audiamus quid loquetur Dominus Deus, ad auditumq; nostrũ perueniat misericordia illa matutina, ut audire possimus, exultationem & lætitiam in diuino auditu resonantẽ: ut non simus ensis acutus, neq; nouacula acuata, neq; sub lingua uersemus laborẽ et dolorem. sed Dei sapientiam in mysterio reconditã loquamur, linguas uenerantes igneas. fanemus

nemus odoratum, ne effœminemur. neq; pro odore precioso puluerem, sed quod pro nobis effusum est unguentũ, spiritaliter adipiscentes, odoremur. tantum ex illo delibuti ac transmutati, ut & proprium suauitatis nostrę odorem sentire ualeamus. purgemus gustum, tactum, guttur: non molliter diffluentes, et leuitate gaudentes, sed uerbum quod pro nobis caro factum est, ut dignum contrectantes: Thomam in hoc imitantes. non saporibus & obsonijs titillati, fratribus amariorum etiam titillationum, sed gustantes & cognoscentes, quòd Christus Dominus, melior & permanẽs est gustus. neq; amare amarum & ingratum insidiatorem resocillemus, emittentem, & non retinentem quod commissum est. sed melle dulcioribus hũc lætificemus sermonibus. & ultra prædicta, bonum est qui capite purgati sunt, ut quemadmodum purgatur caput, ita & sensuum officinæ, Christi dominetur caput, ex quo omne corpus cõstituitur. bonum est ut supergredientem iniquitatẽ nostram ac meliorem partem superantem prosternamus. bonum est & humeros sanctificare ac purgare, ut crucẽ possint tollere Christi, non facile uni cuiq; tollendam. bonũ manus, & pedes mũdare: manus quidem, ut in omni loco sanctè tollantur, ac Christi disciplinam adimpleant, ne quando irascatur Dominus, per operaq; fidem uerbis faciat. quemadmodũ per ea uerba quæ in manus Prophetæ huius dedit: pedes uerò, ne ad sanguinis effusionem, neq; ad maliciam cursu sint ueloces, sed ad Euãgelium, & supernæ uocationis brauium parati: & ut Christum lauantem & purgantem suscipere ualeant. quod si uentris quoq; aliqua est purgatio, quæ alimẽta, quæ ex uerbo sunt capiat & reddat, bonum & hunc non ex delicatis, & profluentibus replere cibis, sed præcipuè illum purgare ac tenuiorẽ reddere, ut uerbũ Domini in medio sui suscipere possit, & rectè super Israel errante dolere. Proinde & cor, ac intestina honore digna inuenio. siquidẽ hoc mihi persuadet Dauid, qui cor mundum in se creari, & spiritum rectum in uisceribus innouari precatur: intellectiuam arbitror partem, ac huius motus seu cogitationes ita ostendens. at quid lumbi? quid uerò renes? nam nec ista præteribimus. adhibeatur & his purgatio. sint lumbi uestri præcincti, & fortiter constricti, instar populi Israelitici, cum olim secundum legem Pascha celebraret, etenim nemo mundus ex Aegypto egredietur, neq; exterminatorem effugiet, qui hæc non didicit. at illi pulchra alteratione alterati sunt, omnem penitus affectum ad Deum transferẽtes. ita ut dicere possint, Domine ante te est omne desiderium meum, & diem hominis nõ desideraui. etenim desideriorum spiritus, uirũ fieri oportet. sic enim uobis & Draco, qui uires quàmplurimas in renibus & lumbis obtinet, pessundabitur, cũ ipsius potẽtia in his locis fuerit mortificata. ne mireris autẽ, si turpitudinibus nostris superfluum honorem impertiar, sermone illas mortificans & refrenans, in materiaq; subsistẽs. cuncta membra terrestria, Deo donemus, cuncta Deo offeramus. non iecoris fibras, non renes cum pinguedine, nõ corporis partem aliquam, non hoc, seu illud. cur enim nobis aliqua inhonora erunt? uerùm totos nos ipsos offeramus, rationalia fiamus holocaustomata, sacrificia perfecta, nõ brachium solum, nõ pectusculum solum, sacram faciamus particulam. parum enim hoc est. sed totos nos ipsos dedamus, ut totos nos recipiamus. quandoquidem hoc est purè recipere, si Deo ipsam salutẽ nostram obtulerimus, ac sacrificauerimus. Proinde in omnibus & ante omnia, pulchrum mihi serua depositum: cui uiuo, & cum quo publica dispenso, & quod emigrans recipiã. cum quo & aduersa cuncta fero, ac delectabilia cuncta contemno. Patris scilicet, & filij, spiritusq; sancti cõfessionem. hãc tibi hodie credo. cum hac te simul baptizo, & cõdecoro. hãc tibi in omni uita sociã, & tutricẽ tribuo, unicã diuinitatem & potẽtiam, in tribus singulatim repertam, & tria comprehendentem particulatim, neq; substantia, uel natura inæqualem, neq; excessu uel imminutione auctam, aut diminutam, undiq; æqualem, undique eandem, unius in cœlis pulchritudinis, & magnitudinis, trium infinitorum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

connaturalitatem infinitam. Deum unumquemque, in semetipso contemplandum: sicut patrem, ita & filium: sicut filium, ita & spiritum sanctum. ut tamen uniuscuiusque proprietas cõseruetur, & tria hæc pariter Deus esse intelligantur. istud propter consubstantialitatem, illud uerò propter monarchiam. non dico unum solum cognosci & tribus illuminari debere. non dico, tria diuidi, & in unum referri debere. cum unumquodq; ex tribus imaginatione consideratur, illud omne puto. nam & uisus impletur, & pluralitas effugitur. non habeo qui magnitudinem huius comprehendam, ut dem quod plus est, illi quod defectũ patitur. cum tria speculatione contraho, unam cerno lampadem. nec habeo quo diuidam, aut mensurem lumen adunatum. tu genituram formidas, ne Deus quid patiatur, qui non patitur. ego uerò condituram timeo, ne Deum per iniuriam, & iniustam offendam incisionẽ. aut filium à patre, seu à filio spiritus substantiam abscindam. siquidem hoc est admirandum, quod non solum Deo conditura attribuitur, ab ijs qui peruerse diuinitatem ponderant, sed & ipsa conditura rursus in seipsam inciditur. ut quemadmodum ab abiectis, & deorsum uergentibus, filius à patre secernitur, ita rursus spiritus à filij dignitate segregetur. ut & Deus iniuria, & conditura, hac noua afficiatur Theologia. nil heus uos, ex trinitate seruum, nec (ut ex sapiente quodam audiuistis) conditum & aliunde inductum est. si adhuc hominibus placerem, Christi seruus, diuinus inquit Apostolus, non essem. si adhuc condituram adoro, aut in conditura baptizabor, non equidem iustificatus sum, neque priorem immutaui generationem. quid dicam ad eos qui Astartem adorant, aut Chamos abominationem Sidoniorum, seu Astri figuram: cum parũper super hæc Deus, ab idololatris, præterquã conditura & factura habeatur. Ego aut non adoro duo, quorum pariter nomine baptizatus sum, aut adoro conserua. serua etenim sunt, quamuis parumper honorabiliora. quoniam & in conseruis differentia est, ac prælatio. uolo patrem maiorem dicere, quoniam & æqualem esse æqualibus, est & esse. hoc enim ab omnibus conceditur, & timeo ne principium minorum faciam principium, id' que iniuria ob prælationem afficiam. non enim illi ad gloriam cedit, ex quo ei, aut illis qui ex ipso sunt, accidit humiliatio. tuam præterea timeo insatiabilitatem, ne dum maius sumas, bifariam incidas naturam, & omnia in maioris usum conuertas. non enim iuxta naturam maius est, sed causam. nil enim inter ea quæ essentia sunt consubstantialia, maius est, uel minus. uolo filium præferri spiritui ut filium, & non concedit mihi baptisma per spiritum purgari? sed times forsitan, ne triplicem uituperes deitatem? tu bonum hoc habeto, in tribus unitatem: mihi pugnam remitte. permitte me nauis esse fabricatorem. tu illa utere. & si alius nauis est fabricator, me domus accipe architectum. tu illam cum securitate inhabita. etiam si nihil laboraueris, nihilominus tamen prospere nauigabis, aut domum inhabitabis: cum ego hæc construxerim, tu uerò circa ista nil elaboraueris. cernis' ne quanta sit animi beneuolentia? cernis' ne bonitatem? meum sit bellum, tua uictoria. ego impressionem faciam, tu uerò pacificus quiesce. pugnanti orationem impende, propter fidem manus præbens. tres habeo lapides, quos funda in alienigenam iaciam, tres habeo sufflationes, super Sareptanæ filium, quibus uiuificabo mortificatos: tres habeo lauationes, super lignorum strue, quibus purgabo sacrificia, ignem quod admirabilius est, aqua suscitans, ac mysterij uiribus utens. Prophetas ignominia nota bo. sed quid longioribus est opus sermonibus? etenim docendi, non contra dicendi tempus est. obtestor coram Deo, & angelis electis, cum hac baptisteris fide. & si uel aliter, aut ut meus exigit sermo es inscriptus, huc adsis, & inscribaris, ego harum rerum non ineptus inscriptor ero, scribens quæ scripsi, & docens quæ & didici, & quæ ab initio in hanc usq; caniciem conseruaui: meum sit periculum, meus & honor, qui animæ tuæ sum dispensator, & qui te per baptisma expurgo. quod si ita habes, ac pulchris signatus es literis,

custodi

custodi mihi quæ scripta sunt, temporibus mutabilibus, immutabilis, in re immutabili perseuerans, bene inscriptus. Pilatum male, contra meliorẽ scribentem imitare. ijs qui aliter tibi persuadere conantur, dic, Quod scripsi scripsi. etenim puderet me, si malũ remaneret immotum, bonum uerò tam facile moueretur. decet enim facile mutabiles esse à malo ad bonum, immutabiles uerò à meliori in deterius. si sic & per hanc baptizaris doctrinam, ecce labia mea non prohibebo. ecce manus spiritui accõmodo. acceleremus ad salutẽ, surgamus ad baptisma, exilit mihi spiritus, promptus est expurgator, paratum est donum. quod si adhuc claudicas, & nõ suscipis perfectionẽ diuinitatis, quære baptizatorem, aut submersorem, mihi uerò diuinitatem incidere haud uacat, ac te in regenerationis tẽpore morti tradere, ut nec charisma, neq; spem gratiæ consequaris, in pauco salutis faciẽs naufragiũ. quod si quid aufers deitati trium, totum detraxisti, & tibijpsi quoq; salutẽ. Quod si nulla figura adhuc, neq; melioris, neq; deterioris literæ in tua est anima, ac hodie te inscribi oportet, à nobisq; figurari, ad perfectionẽ: age intro in nebulam ingrediamur, des mihi tabulas cordis tui. ego tibi Moyses ero (si dicere fas est) inscribam digito Dei decalogum nouum. scribam breuem salutis uiam, quod si qua est fera, hæretica & irrationalis, deorsum maneat, aut à uerbo ueritatis lapidationis periculum subibit. baptizabo te docens, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. at nomen commune tribus unum est, uidelicet diuinitas. cognosces tam figuris quàm uerbis. ut quemadmodum totam abijcies diuinitatis incredulitatem, ita toti diuinitati conglutineris. Crede uniuersum mundum, quantum est uisibilis, quantumq; inuisibilis, ex nihilo à Deo esse factũ, prouidentiaq; factoris gubernari. ac in melius suscepturũ mutationem, crede nullam esse mali essentiam. neq; illius regnum, aut principio carere, aut à seipso subsistere, aut à Deo factum esse. sed nostrum hoc, & maligni, qui nos ex nostra inertia inuadit, et non conditoris opus esse. crede filium Dei, uerbum æternum, ex patre absq; tempore & corpore natum. hũc nouissimis diebus propter te genitum esse, ac filium hominis ex Maria uirgine processisse, ineffabiliter, & absque sorde ulla, nil enim quod sordidum Deus, & per quem salus est. totũ hominem eundem, & Deum. pro uniuersis passum, ut uniuersaliter tibi conferret salutẽ, uniuersam peccati dissoluẽs condemnationem, impassibili deitate, passibili humanitate. intantũ propter te hominẽ, ut tu propter illũ Deus fieres. hunc propter iniquitates nostras, mortem pertulisse, crucifixum, & sepultum, quantũ mortẽ gustare fas erat, & tertia die resurgentem, ascendisse in cœlum, ut te deorsum iacentẽ sursum adduceret, iterumq; rediturum aduẽtu suo glorioso, iudicantẽ uiuos & mortuos: non amplius in carne, nec tamen sine corpore, sed corpore diuiniori: rationibus quibus ipse nouit, et ut conspici possit à transfigentibus, Deusq; remaneat citra crassiciem. accipe præterea resurrectionem, iudiciũ, retributionem, iusta Dei statera. hanc autem lumen esse mente purgatis existima. hoc est ut Deum uidere & cognoscere ualeãt, iuxta rationem purgationis, id & regnum cœlorum appellamus. Tenebras autem ijs qui in ratione sua obcecati sunt, hoc est alienationem à Deo, iuxta proprietatem obtusitatis præsentis. decuplum operare bonum, super hoc doctrinarum fundamento. quoniã fides sine operibus mortua est, quemadmodum & opera absq; fide. habes ex mysterijs ea quæ pandi licet, & à multorum auditu non abscondita. at reliqua trinitate concedẽte intra te perdisces. quę et apud teipsum occultabis, signaculo obfirmata. excepto illo quod tibi euãgelizabo. statio inquã post baptisma ante magnum altare constitueris, uenturæ gloriæ est præludium, Psalmodia cum qua suscipieris, laudis uenturæ est anteambulatrix. lampades quas accendis, uenturæ est illuminationis mysterium. cum qua obuiabimus sponso, splendidæ & uirginales animæ, splendidis lãpadibus fidei: nec propter socordiã dormientes, ne nos quem præstolabamur, inopinatè adesse lateat, neq; absq; cõmeatu, & oleo, ac bonis operibus egẽtes, ne à sponsi

consortio

Universidad de Deusto
Biblioteca

consortio excidamus. uideo enim calamitatem eam perquam miserabilem esse. ille enim aderit, cum uociferatio occursum exiget. at quęcunq; prudentes erunt animæ, cum splendore luminis, & largiore illius alimẽto obuiam fient. alię uerò pertubabuntur, & oleum ab habentibus, non in tempore petent. at ille ingredietur cursim, & hæ simul ingredientur. aliæ uerò excludentur, quæ ingrediendi tempus in præparatione consumpserunt. multaq; deplorabunt, serò quæ pœna socordiæ sit addiscentes, cum non amplius ad sponsum ingredi ualebunt, licet multis rogauerint, quem malè à seipsis exclusserunt, alium modũ qui nuptijs priuat imitantes, quas pulcher pater pulchro præparauit sponso. aut propter uxorem sponsam nouam, aut propter agrum nuper emptum, aut boum iugum quod peruerse possederunt: propter mortuos maiori affecti supplicio. nullus enim abiectus & ignauus, neque sordidè & haud nuptialiter uestitus ibi erit. tametsi iam seipsum futuræ dignum censeat luminum gestationi, ac se clam immisceat, spe uana deceptus. Cęterùm quid erit ubi ingressi fuerimus? tũ spõsus nouit quę docebit, & quę animabus pariter ingressis apponet. apponet autẽ quemadmodum arbitror, ut perfectiora et puriora doceat. quorum & nos qui hęc docemus, & qui discimus participes erimus, in ipso Christo Domino nostro, cui gloria & imperium in secula, Amen.

DE PASCHATE, ET IGNOSCENDA OBSEquendi tarditate, Sermo, Vuolfgango Musculo interprete.

RESurrectionis dies est, & bene auspicatum principium. Sumus alacres in hac panegyri, & complectamur nos inuicem. Alloquamur ut fratres non eos duntaxat, qui per dilectionem aliquid uel fecerunt uel tolerarunt, sed & eos qui uos odio prosequũtur. Donemus omnia resurrectioni. Ignoscamus inuicem uobis ego bona uiolentia coactus (ut id nunc adjciam) et uos mihi, qui me bene coegistis, si quid habetis, quo tergiuersationem meam accusetis, quæ forsan melior fuit & Deo acceptior, quàm reliquorum festinantia. Bonum siquidem est, tam ut parumper declinetur à Deo, quemadmodum olim fecerunt, & Moses ille & Hieremias, quàm ut uocanti promptè accurratur, sicut fecerunt Aaron et Esaias, modò utrumq; piè fiat, illud propter infirmitatem nostram, hoc uerò propter uocantis potentiam. Mysterium unxit me. Mysterio parumper cessi, quo meipsum inspicerem. Iam cum mysterio regrediar, bonam mecum adducens timiditatis & infirmitatis meæ auxiliatricem, præsentem uidelicet hanc diem, ut qui hodie à mortuis resurrexit, me quoq; spiritu innouet, & nouum hominẽ indutum, per nouam creaturam bonum fictorem & doctorem, illis largiatur, qui secundum Deum sunt geniti, qui & unà sit cum Christo uoluntariè mortuus, & unà cum illo resurrexerit. Heri mactatus est agnus, & postes inuncti, primogenitosq; suos deplorauit Aegyptus: nos uerò præterijt exterminator, & cõmunijt obsignaculum reuerendum ac uenerandum, sumusq; precioso sanguine custoditi. Hodie purè effugimus Aegyptum & Pharaonem dominum acerbum, & graues exactores, ac liberati sumus luto, laterumq; faciendorũ labore, nec quisquam est, qui nos Domino Deo nostro diem exitus festum agere prohibeat: idq; non in fermento ueteri malicię, & nequicię, sed in azymis synceritatis & ueritatis, nihil nobiscum adferentes quod ex Aegyptiaca sit & impia massa. Heri crucifixus sum unà cum Christo, hodie unà cum illo glorificor. Heri cum illo mortuus, hodie cum eo exurgo. Fructificemus itaq; illi qui pro nobis & mortuus est, & resurrexit. Putatis forsan quòd de auro, uel argento, uel textura preciosa, aut lapidibus pellucidis et preciosis loquar, de materia uidelicet terrestri, fluxa, & infernè manente, de qua perpetuò plus habent mali, & serui rerum terrenarũ ac principis huius mundi, quàm pij. fructum adferamus nos ipsos, possessionem Deo acceptissimam & familiarissimam. Reddamus imagini, quod ad imaginem est factum. Agnoscamus

scamus nostrã dignitatem. Honoremus archetypũ. Agnoscamus mysterij uirtutẽ, & qua gratia Christus sit mortuus. efficiamur similes Christo, quandoquidẽ et Christus similis factus est nobis. Efficiamur Dij propter ipsum, nam & ipse homo factus est propter nos. Suscepit in se quod deterius est, ut daret q̃d est melius. Pauper est factus, ut nos per ipsius paupertatẽ diuites reddamur. Formã serui accepit, ut nos libertate potiamur. Descendit, ut nos exaltemur. Tẽtatus est, ut nos uincamus. Ignominia affectus est, ut nos glorificet. Mortuus est, ut nos seruaret. Ascẽdit, ut in lapsu peccati infernè iacentes ad se pertrahat. Si cui data sunt omnia, fructificet ille uicissim omnia illi qui semetipsum p nobis redemptionẽ dedit ac preciũ. Nihil aũt tale dabit, quod par sit ipsi, mysterium intelligẽti, et propter illũ omnia facto, quemadmodum ille factus est pro nobis. Attulit uobis, ut uidetis, pastorem. Hoc enim sperat & optat, & à uobis subditis bonus quoq; pastor ille requirit, qui animam suam posuit pro ouibus, ac pro simplo duplum dedit, nempe seipsum, & fecit baculũ senectutis, baculum spiritus, addiditq; inanimato templo animatum, ac splendido isti & cœlesti amplissimum, immo sibijpsi charissimum, idq; multis sudoribus ac laboribus absolutum. & ut id quoq; dicam, laboribus dignum. Et omnia sua uobis proposuit. (O magnificẽtiam, uel ut uerius dicam, paternum erga liberos affectum) canitiem, iuuẽtutem, templum, summum sacerdotem, hæreditatis distributorẽ, hæredem, sermones quos desideraſtis, eosq; non frustraneos, & in aerem sparsos, aut ad auditum duntaxat peruenientes, sed quos scribit spiritus, & tabulis lapideis uel carneis insculpit, non superficietenus ac sic impressos, ut facile expungantur, sed in profundo signatos, non atramento, sed gratia. Hæc quidẽ uobis impertit honestus hic Abraham, patriarcha, precioſum ac uenerandum caput, bonorum omnium habitaculũ, uirtutis norma, sacerdotij perfectio, qui uoluntarium Domino sacrificium obtulit hodie, unigenitum Dei, ex promissione datum. Vos itaq; fructificate & Deo & nobis, ut bene pascamini, in loco herbido accumbentes, & ad aquas refocillationis adducti, rite & pastorem agnoscentes, et ab illo cogniti, pastoris in morem ac liberaliter uocantem per ostium sequentes, alienum uerò aliunde instar latronis & insidioſe ascendentem fugientes, neq; alienam uocem audientes, quæ & furatur, & distrahit à ueritate in montes, solitudines, barathra, et loca, quæ Dominus non curat, & abducit à sana fide in patrem & filium & spiritum sanctum unam diuinitatem & potentiam, quam uocem oues meæ semper audierunt & audiunt, profanis etiam & corruptis sermonibus deprædatur & auellit à ueraci ac primario pastore, cuius sumus omnes tam pastores quàm grex, ducitq; ad morbidas et lethiferas herbas. Porrò id precor, ut & qui pascunt & qui pascuntur, unum simus omnes in Domino Iesu, & nunc & in futura refocillatione. cui sit gloria & imperium in secula, Amen.

GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI IN sanctum Paſcha Oratio quarta.

SVper custodiã meam stabo, admirãdus ille Abacuc inquit, et ego cum ipso hodie, cõcesso mihi à spiritu potestate ac cõtemplatione. & cõsiderabo, & cognoscã, quid uisum, quidq; mihi dictũ fuerit. steti enim ac cõsideraui. & ecce uir super nubes ascendens, & hic sublimis ualde. & aspectus eius, tanquã aspectus angeli. & stola eius, tanquã splendor fulguris perstringentis. & extendit manum suam ad ortum, ac clamauit uoce magna. & uox eius quasi uox tubæ. & in circuitu eius, tãquam multitudo cœlestis erat exercitus. dixitq;, Hodie salus mũdo uisibili, & inuisibili. Christus ex mortuis, cum ipso euigilate. Christus in se ipsum, reuertemini. Christus ex sepulchro, à uinculis peccati liberemini. inferni portæ reserãtur, & mors dissoluitur, & uetus Adam abijcitur, nouus uerò adimpletur, si qua noua in Christo est fabricatio, re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nouemini. & hęc ille dixit. at cęteri, quoniam nobis Christus per generatio nem infernam apparuisset, illud ut antea cantabāt: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona uoluntas. cum quibus & ego inter uos hæc resono, utinam uocem quoq; angelica illa dignam, & in omnibus reso nantem finibus, assumere possem: Pascha Domini, Pascha. & iterū dico, Pa scha, honor trinitatis, ipsa festiuitatum nobis festiuitas, ac celebritatum cele britas, tantum omnes exuperans, nō solum humanas, & terra reptantes, sed iam & Christi ipsas, & ab ipso institutas, quantum sol stellas. Proinde pul chra nobis hesterna fuit splendoris & luminarium celebritas, quam publicè & priuatim peregimus. uniuersum hominū genus, parua dignissima ta men expensa, igne noctem magni luminis instar illuminantes, quantum su pernè cœlū relucet, mundū uniuersum sua illuminans pulchritudine, quan tumq; supercœleste lumen, inter angelos primæ resplendet naturæ, quod post primum illud quod ibi est lumen scaturijt, quantumq; in trinitate reful get: apud quam omne lumen consistit, ex indiuisibili lumine participans, et honorem assumens. pulchrior denicq; hodierna est festiuitas, et splendidior: quoniam lumen hesternū, magni luminis exorientis præcursio erat, & tan quam lætitia quædam festum præcedens. hodie uerò resurrectionem ipsam celebramus, non amplius speratam, sed iam consummatam, & mundum uniuersum sibi conciliantem. alius igitur aliud tempori huic fructificet, & festiuum afferat donum, siue paruum, siue maius, ex spiritalibus & Deo ac ceptis, quantum unusquisq; ex sua habet facultate. nam dignum uix angeli quoq; præstare possent, primi illi intelligentes, & puri supernę gloriæ con templatores, & testes, tametsi ijs omne laudationis genus sit comprehensi bile. nos uerò id quod habemus pulcherrimum, & honorificentissimum, sermonem nempe offeremus, præcipuè cum uerbum, ob rationalis naturæ laudamus beneficentiam. inde igitur exordium assumam: non possum e nim de sacrificio magno, et omnium dierum maximo, sermones sacrificās, ad Deum sermones non referre, ac inde facere initium. mihi igitur qui in ta libus oblectari soletis, & mentem & auditum & intellectum expurgate, postquam de Deo & diuinus erit sermo, ut non delicijs uanis discedatis. erit autem copiosissimus, pariter & compendiosissimus, ne propter defe ctum offendat, neq; propter satietatem reddatur iniucūdus. Deus equidem semper erat, estq;, ac erit. quin potius semper est. nā Erat, et Erit, nostri tem poris, & fluxæ naturæ sunt particulæ. at ille existens est semper. ita enim Moysi, in monte oracula pandens, semetipsum nominauit, totum enim in seipso comprehendens esse continet, quod nec incipit, neque desinet, tan quam pelagus quoddam essentiæ immensum, & indefinitum, omnem tran scendens sensum, &, temporis, & naturæ, solum menti, umbræ instar, depi ctus: idq; subobscurè, & perexiguè. non ex ijs quæ in ipso, sed quæ circa ip sum sunt. alia ex alia imaginatione, in unum quoddā ueritatis simulacrum concepta, prius quàm teneatur effugiens, & ante quam cognoscatur euane scens. tantisper illuminans id quod in nobis principatum obtinet, & hoc in puris solū, quantum uisum, fulguris non subsistens ictus, ideo, ut mihi uide tur, quo tenui illo ad se attrahat. quod enim penitus est incomprehensibile, id etiam nec spe, aut aliquo conatu acquiri potest. quod aūt difficulter com prehēdi potest, admirationi est. admiratum uerò plus desideratur. desidera tum autem purificat. purificatum uerò Deo similes reddit. cum autem tales euaserimus, tanquā cū domesticis iam conuersatur (iuuenile quid sermo au det) Deus, dijs unitus et cognitus, et tantū forsitan, quātum iam cognoscen tes cognoscit. infinita igitur diuinitas, & contēplatu haud facilis. ac penitus hoc solum ex illa deprehēsibile, quòd sit infinita. quod si quis existimet, eo quia simplicis sit naturę, aut penitus esse incomprehensibilem, aut perfectè discerni posse, ab illo secūdum quid ens simplicis sit naturæ quęremus. non enim natura eius est simplicitas, quemadmodū neq; in cōpositis, quoniam

composita sunt solum. Cæterùm cum infinitum dupliciter consideretur, & secundum initium, & secundum finem. quicquid enim super hæc est, nec in illis continetur, infinitum existit. Cum igitur mens in supernā respicit pro funditatem, nec habet ubi consistat, ac de Deo contemplatio deficit, tum in finitum illud, & impenetrabile, principio carens appellatur. cum uerò ad in feriora & postrema aciem deflectit, tum id immortale & incorruptibile uo catur. cum uerò totum connexum fuerit, tum æuiternū nuncupatur. æuum etenim, neq; tempus, neque temporis est particula aliqua. non enim mensu rabile est. sed quod nobis est tempus, solis cursu cōmensuratum, hoc æuiter nis est æuum. quod cum existentibus pariter extenditur, tanquam motus quidam, & spacium temporale. & hæc mihi de Deo nunc philosophāti suf ficiant. neq; enim ultra hæc tempus permittit. quoniam institutum nostrum non de Theologia, sed de Euangelica est dispensatione. cum uerò de Deo loquor, de patre, & filio, & spiritu sancto dico. neque enim diuinitas supra hæc à nobis diffunditur, ne deorum populum introducere uideamur: nec infra hæc constringitur, ne diuinitatis inopiam decernamus. aut propter monarchiam iudaizantes, aut propter multitudinem abundantem græ cissantes. in utrisque enim simile est malum, licet in contrarijs inueniatur. & ita se habent sancta sanctorum, quæ à Seraphin conteguntur, & trinis glo rificantur sanctificationibus, in unam coeūtes dominationem, & deitatem: quemadmodum & alius quidam qui ante nos fuit, pulcherrimè & subtilissi mè disseruit. postq; uerò bonitati diuinæ non sufficiebat, ut solum contem platione sui moueretur, sed oportebat bonū latius diffundi, & longius pro cedere, ut plura essent quæ beneficio afficerentur: id enim summæ erat bo nitatis: primùm quidem angelicas & cœlestes excogitauit uirtutes, statim'- que excogitatio opus fuit, uerbo pariter adimpletum, & spiritu consumma tum: & ita substiterunt splendores secundi, primi illius splendoris ministri, siue eos spiritus intellectuales, siue ignem immaterialem & incorporeum. si ue naturam quandam aliam appellemus. quoniam ijs quæ enumerauimus, admodum propinquos esse suspicandum est. equidem dicere nolo, immo biles eos ad malū, solumq; boni habere motus: utpote qui circa Deum uer santur, & primordio suo ex Deo resplendeant. nam quę sequuntur, splendo ris sunt secundi. quod uerò non penitus immobiles, sed difficulter mobiles, estimari & nominari debeant, ille mihi fidem facit, qui propter splendorem Lucifer, propter elationem uerò caligo, & factus & dictus est, ac pariter ob boni fugam, quæ sub ipso erant desertrices potentiæ, scelerum opifices, pari ter et nobis auctores. ita igitur, & propter hęc, sibijpsi intelligibilis constitit mundus: quemadmodum ego de his philosophatus sum, tenui sermone ar dua expendens. Cæterùm postq; prima rectè successerant, secundariò mun dum excogitauit materialem, & uisibilem. ac is est è cœlo, & terra, & eorum quæ in medio sunt, commixtio illa & cōcretio: laudabilis quidem, propter uniuscuiusq; rei industriā singularem: lōgè uerò laudabilior. ob concinnita tem & consonantiam, quæ ex omnibus constat, cum aliud erga aliud deco rè se habeat, & cuncta cum uniuersis, ad unius mundi perfectionē, rectè cō ueniāt: ut Deus ostēderet, non solū naturam sibi esse domesticam, sed quòd omnino alienam substituere potens esset. etenim naturæ intellectuales, & mente solum comprehensibiles, diuinitati sunt domesticæ. alienæ uerò pe nitus, quæcunq; sub sensu cadunt. & ex illis longè magis quæ omnino in animatæ sunt, & immobiles. Mens igitur, iam & sensus, ita inuicem discreta intra terminos constitue rant proprios, & uerbi creatoris excellentiam, in se ipsis extollebāt, taciti laudatores, & assidui magnificētiæ præcones. uerùm nondū ex utrisq; factum erat temperamentū: neq; contrariorū commixtio aliqua sapiētiæ maioris, ac uarietatis illius, quæ circa naturas uersatur, cogni tio: neq; bonitatis diuitię, omnes cognitæ erant. Hoc igitur opificis uerbum ostendere uolens, animal unum, ex utrisq;, inuisibilis inquam, & uisibilis na

Universidad de Deusto
Biblioteca

turæ,hominẽ fabricat,ex materiaq; iam existente,corpus sumit,à seipso uerò uitam immittit.quam quidẽ animam rationalem, & Dei imaginẽ scriptura nominat,tanq; mundum secundariũ quendam,in paruo magnum,in terra consistentem angelum alium,cultorẽ mixtum,uisibilis creaturæ spectatorem,intelligibilis uerò mystem,eorum quę in terra sunt regem,superno regi mini subiectũ:terrestrem,& cœlestem.temporariũ:& immortalem:uisibilẽ, & intelligibilem:mediũ inter magnitudinẽ,et humilitatẽ.eundem spiritum, & carnem:spiritũ propter gratiam,carnem propter elationẽ: illud ut secum maneat,ac benefactorem glorificet:hoc ut patiatur,patiensq; admoneatur, instruaturq; ut ad magnitudinẽ enitatur: animal quod hic informetur, aliò uerò trãsferatur.& quod finis est mysterij, si ad Deum declinauerit,diuinitatem assumat. ad hoc enim me dirigit, mediocre quod hic est ueritatis lumẽ, ut claritatem Dei & uideamus,& sustineamus, dignam illo qui nos colligauit,& dissoluet,rursusq; sublimius colligabit.hunc ergo hominem in paradiso collocauit,quisquis aliquando erat paradisus ille, libero arbitrio illum honorans, ut bonum eligentis non minus esset, quàm illius qui semina dederat: immortalium plantarum colonum, diuinarum forsitan cogitationum,simpliciorum pariter,& perfectiorum.nudum simplicitate, ac uitæ innocentia.absque omni uelamine,& prætextu.talem enim esse decebat, qui erat ab initio,deditq; legem,liberum habenti arbitrium, materiam nempe. at lex erat præceptum, quæ planta esset attingenda, & à qua abstinendum. illa uerò cognitionis erat lignum,haud malè sub initium plantatum, neque inuidiose prohibitũ,ne huc Deo rebelles linguas suas dirigant,serpẽtem ue imitentur,sed bonum quidem,si opportunè sumptum fuisset.Etenim secundum meam contemplationem, contemplatio erat planta, ad quam solum habitu perfectiores,tutè ascendere poterãt, minimè uerò simplicioribus bona,nec qui appetitu erãt auidiores. quemadmodum nec teneris,& lacte adhuc indigentibus,cibus solidior cõuenit. At postquã diaboli inuidia,mulierisq; trãsgressione,in quam uti fragilior incidit,& ad fidendũ aptior,perducta est. Proh meæ imbecillitatis. mea etenim fuit primæui parentis. traditi mandati oblitus homo est,amaroq; succubuit gustui,pariter & à uitæ ligno, & paradiso,& à Deo,propter prauitatẽ,extorris agitur,pelliceisq; induitur uestibus,carne forsitan crassiore,& mortali, & reluctanti.tumq; primũ propriã agnoscit turpitudinẽ,à Deoq; absconditur facie. indeq; lucrat quippiã, mortem nempe,ac peccati absciſionem,ne malum esset immortale.fitq; pœna misericordia. ita enim Deum punire arbitror. at homo multifariam antea,ob multa correptus scelera,quæ ob diuersas causas,ac tempora uaria,ex prauitatis germinauerunt stipite,uerbo,lege,prophetis,beneficijs, comminationibus,uerberibus,inũdationibus,incendijs,bellis, uictorijs,cladibus, prodigijs,ex cœlo prodigijs,ex aere,ex terra, ex mari, improuisis hominũ, ciuitatum,gentium,submersionibus,quibus omnibus de peccati tãtum agebatur exterminio.tandem ob grauiores morbos,sortiori opus erat pharmaco. propter homicidia mutua,adulteria.periuria,insanos masculorum amores, omniumq; malorum nouissimum & primum idololatriam, ac honoris adorandi à factore ad facturam translationem. hæc igitur postquam maiori indigebant auxilio, maius quoque assequuntur. hoc autem ipsum Dei erat uerbum,omnibus seculis antiquius,inuisibile,incomprehẽsibile,incorporeum,ex principio principium,lux è lumine,fons uitę,& immortalitatis. archetypi imago, signaculum immotum, similitudo incõmutabilis, patris diffinitio, ac ratio. ad propriam procedit imaginem, carnemq; ob carnem gerit,ac animæ rationali, propter meam miscetur animam, simili simile expurgans,exceptoq; peccato per omnia homo efficitur. nascitur quidem ex uirgine, cuius caro ac anima, iam antea à sancto purgata erat spiritu. decebat enim ut ita generatio ornaretur, prius tamen uirginitas honore decoraretur.procedens autem Deus,post assumptionem, unum ex contrarijs duo

bus,

bus,carne & spiritu,ex quibus hic quidem Deus erat,illa uerò in deitatis cõsortium assumpta.ô mixtura noua, ô temperamentum admirandũ.existens nascitur, increatus creatur. intangibilis tangitur,per medium animæ rationalis,inter carnis crassiciem,& diuinitatem interpositæ. ditans depauperatur.ob meam enim pauper est carnem,ut ego sua locupleter diuinitate. plenus exinanitur.siquidem parumper sua exinanitur gloria,ut ego suam consequar plenitudinem. quæ'nam bonitatis diuitiæ? quid hoc pro me mysterium illud? particeps fueram imaginis eius, uerùm non conseruaui: at ille meæ fit particeps carnis,ut & imaginem saluet,carnemq; immortalitate donet. secundam communicat communicationem,longè priore admirabiliorem.quoniam tunc quidem quod melius erat impartitus est, nunc uerò deterioris efficitur particeps:hoc priore diuinius,hoc mentem habentibus sublimius.sed cur nobis hæc,dicet forsitan aliquis feruentior, & admodum festi amore detentus.ad metam equum urge,& de ijs quæ festi sunt,ac ob quę hodie consedimus,nobis philosophare.faciam id quidem, & si paululum altius orsus fuerim,ita sermone & desiderio cogente.uerùm haud fortassis abre erit,discendi cupidis,& bonarum rerum studiosis,de ipsius paschæ appellatione,breuiter quid explanare. quandoquidem illa haud inepta ad audiendum erit introductio. Pascha hoc magnum & uenerandum, Hebræorum lingua,phaska appellatur.significat autem uox illa,transitum, historicè quidem,ex Aegypto fugam, & transmigrationem in Chananæam: spiritaliter autem ab inferioribus ad superiora,terramq; promissionis processum,& ascensum.uerùm quemadmodum sæpius in scriptura accidere inuenimus,ut illa nomen aliquod, ab obscurioribus ad manifestiora,aut à rudioribus ad uenustiora transmutet: ita & hic quoq; factum cernimus. quidam enim salutaris passionis nomen hoc esse existimantes, ad uocem adaptarũt Græcam.ut pha in pa,& k in ch transmutarent, ac diem Pascha nominarẽt. cumq; uocem hanc consuetudo suscepisset,fortiorem reddidit,cum multorum auditus,tanquam magis pio accessisset uerbo. Proinde legem tantummodo futurorum ac intelligendorum umbram esse,ante nos diuinus ostendit Apostolus: & ante illum Deus,cum Moysi de his legem ferens,per oraculum respondit: Vide enim,inquit,ut omnia facias perfiguram tibi in monte demonstratam: ostendens uisibilia,umbratilem quandã designationem, & rerum inuisibilium esse præmonstrationẽ.& credo sanè nil ex his temere, aut citra rationẽ,terrestréue esse institututũ.neq; quod Dei legislatione, uel Moysis indignum mysterio existat. quamuis admodum sit difficile, si quis ad tenuiora descendere uelit,ex singulis umbris, singulas inuenire speculationes.quemadmodũ quæ de tabernaculo ipso,& de mẽsura,& materia, & de Leuitis qui illud portabant,& ministris,quę etiam de sacrificijs,expurgationibus,& oblationibus sunt constituta. solum contemplabilia ijs qui Mosaica sunt uirtute,aut quàm propinquè ad illius accesserint doctrinã. quandoquidem & in ipso monte Deus per imaginationẽ deprehẽditur ab hominibus:& hoc ideo,quoniã ipse parumper è domestica descẽdit specula:illud uerò quia nos ex inferna eduxit humilitate,ut à natura mortali mediocriter, & quantum tutum esset, incapax capi posset. non enim aliter possibile erat ad Deum cogitatione peruenire,si materiali corpori,& colligatæ mẽtis crassitudini subuentum haud foret.Proinde non omnes dignitate prædíti,eiusdem ordinis & status esse uidentur, sed alter alterius, unusquisque ad mensuram,ut arbitror,suæ puritatis. ex quibus aliqui omnino sunt depulsi,ijsq; tantum permissum est uocem audire superiorẽ, tanquam beluinis moribus, & diuinis mysterijs indignis.nos uerò inter omnino crassiores sensu, & nimium speculatiuos,ac in altum sublatos,medij incedamus, ut nõ penitus segnes|& immoti maneamus, neq; curiosiores quàm deceat existamus,à proposito excidamus,ac alieni fiamus.ex quibus primũ Iudaicum est,& abiectum,alterum uerò somniorũ interpretationi simile, utraq; uerò reijcienda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cæterùm de his, quantum nobis erit possibile, ita disseremus, ut non nimium inepti, neq; multis ridiculi uideamur. existimamus igitur, cum ob originale cecidissemus peccatum, ac propter uoluptatem, ad idololatriam usq;, & illicitum deuoluti essemus sanguinem, iterum regredi, & ad pristinum redire statum oportebat. per uiscera misericordiæ Dei patris nostri, non toleran tis damno affici tantum propriæ manus opus, hominem nempe. sed quo pacto reformaretur, & rursus aliquid fieret? id quod uehementer medelā reiiceret: tanquam inobediens, & quod minimè propter longi temporis superbiam corrigi posset, nēpe ut mansueto & humano curationis modo, ad correctionem induceretur, cum neq; ramus incuruus, subitam inflexionem & producentis manus uiolentiam ferret: citiusq; frangeretur, quàm dirigeret. neq; equus ferox & adultus, absq; assentatione & demulsione, freni susciperet tyrannidem. Propterea lex nobis in subsidium datur, tanquam uallum quoddam, inter Deum, & idola medium. ut ab illis nos abduceret, ad illum uerò reduceret: ac paruum quid sub initium concedit, ut etiam quod maius esset, accipere posset. sacrificium enim eousq; concedit, ut Deum esse ostenderet, inde tempore suo sacrificia quoq; dissolueret: ac sapienter nos parua subalternauit surreptione: iamq; persuasione exercitatos, ad euangeliū traduxit. sic itaq;, & propter hæc, lex ingressa est scripta, in Christo nos congregans: & ista sacrificiorum est ratio, quemadmodum meus ostendit sermone autem sapientiæ profunditatem ignores, illiusq; inuestigabilium iudiciorum diuitias, neq; sacrificia penitus inania, neq; imperfecta, neq; ad uilem tantum procedentia sanguinem dimisit. sed magnum illud, & insacrificabile (ut ita dicam) sacrificium, quod in prima natura legalibus intermixtum est hostijs, non pro parua orbis parte, neq; pro paucis, sed toto mundo purgationem obtulit æuiternam. Quapropter agnus sumitur, ob innocentiam nempe, ac ueteris nuditatis indumentum. talis etenim hostia, propter nos oblata, incorruptibilitatis est, & uocatur indumētum: perfectius autem, non ob diuinitatem tārum, qua nil est absolutius: sed & propter unctionē, deitati adiūctam, factamq; illud idem quod eam unxit. quin dicere audeo, Deo æqualem: masculus autem, tāquam pro Adam oblatus: seu potius forti illo, qui primus sub peccati iugum cecidit, quid fortius. & quod potissimum, nil muliebre, aut minus uirile in seipso ferret. sed & iuxta multifariam potestatem, clamauit, uirginalium & maternorū ui uinculorum, masculumq; ex prophetissa genitum est. quemadmodum Esaias euāgelizauit. anniculus ut sol iusticiæ. aut quod inde defluxerit, aut uisibili circūscriptum, & in seipsum cōuersum sit, bonitatisq; corona benedicta, ac undiq; sibi ipsi æqualis & similis, nec solum illud, sed tanq; uirtutum circulum uiuificans, quę uirtutes suauiter amicitiæ & ordinis lege, inuicem cōmixtæ & temperatæ sunt. immaculatus autem & purus, tanquam maculas, & quæ à malicia pullularūt uitia & inquinamēta, sanans. quamuis enim peccata nostra susceperit, & infirmitates portauit, non tamen ipse quid sanatione dignum pertulit. etenim cuncta iuxta nostram expertus est similitudinem, peccato tantum excepto. qui enim lucidū in tenebris lumen persequitur, non cōprehendit. quid plus? mensem inchoat primus, quin potius mensis est initium, siue aliquis apud Hebræos à principio extitit, seu postea hinc exordium sumpsit, & primus esse suum à mysterio susceperit. At decima die mensis (numerus enim iste perfectissimus est) ex unitatibus, prima unitas perfecta et perfectionis generatiua. seruatur autem in diem quintum: forsitan, quoniam meum sacrificiū sensuum est purgatiuum, ex quibus peccatum oritur, & circū quos bellum uersatur, quiq; in se peccati stimulum suscipiunt. eligitur autē non ex agnis solum, sed & à specie deteriore, & sinistræ manus hœdis. quoniam non solum pro iustis, sed & peccatoribus iugulatur. forsitan & pro his magis, quāto plus indigemus misericordia. nil autem mirum, si potissimum per domos singulas requiritur agnus: sin minus, at per domos familiarum, ob paupertatem contributione

acquisitum. quandoquidem optimū est, ut unusquisq; sibijpsi potissimum ad perfectionem sufficiat, & uictimam sanctam, uiuētemq; Deo uocāti, qui pro toto & uniuersis oblatus est, adducat: sin minus, ut cooperatoribus ad hoc utatur, qui ob uirtutem consanguinei, & moribus similes existant. id enim mihi uelle uidetur, cum uicinis communicare uictimam, si indigeant. hinc sacra nox, & effusæ huius præsentis uitæ nocti contraria. per quam primæuæ soluuntur tenebræ, & cuncta in lucem, & ordinem, ac formam deueniunt, ornatumq; pristina accipit deformitas. hinc Aegyptum fugimus, tristę & persequens peccatum: Pharaonemq; tyrannum inuisibilem, & asperos operum præfectos. ad superiorem transmutati mundum, à lutoq;, & lateritio opere liberamur, nec nō à straminea et fallaci carnis huius commendatione, ne in tam multis stramineis superet cogitationibus. hinc agnus iugulatur. iugulanturq; sanguine precioso, opera, & sermones, pariterq; habitus, ac actus, hostiarum nostrarum ianitores. mentis inquam motus, & dogmata, qui ex speculatione, probè referantur & claudūtur. quandoquidem & in occupationibus quoq; modus quidam seruandus est. hinc extrema & grauissima persecutoribus plaga, & nocte quoque digna. Aegyptusq; primogenita domesticorum operum & cogitationū deplorat. id & semē Chaldaicum delendum à scriptura uocatur, & infans Babylonia, petræ allidenda & soluenda. Aegyptijsq; omnia clamoris & uociferationis plena. tū unctionis pudore & timore à nobis illorum recedet exterminator. inde septēnaria fermenti (hic enim numerus mysterijs est cōuenientissimus, & mūdo huic perquàm congruus) à ueteri & acida prauitate sublatio. nō fermenti illius exquo panis conficitur, & quo uescimur. sed ut nullam conspersionem Aegyptiacam, ac reliquias Pharisaicæ & sacrilegæ frumētemur doctrinæ. & illi quidem lugeant, à nobis uerò agnus manducatur, ad uesperā quidem, quoniam Christi passio ad consummationem seculorum. & quoniam in uespera discipulis mysterium communicat, peccati soluens tenebras. non elixatus, sed assatus, ut nihil contemplatione careat, neq; humidum aut dissolubile quid. sermo noster contineat, sed totus compactus sit, & solidus, ac igne lustrali probatus, & ab omni materia syluestri liber, & alienus. bonisq; adiuuemur carbonibus, qui intellectuale nostrum inflamment & expurgent, ab eo qui ignē super terram eiaculaturus est, malorum habituum consumptiuo, & ut inflammare possit festinātę. Quicquid igitur ex sermone carnale est & nutritiuū, cū intestinis, & mētis deuoretur occultis, cōsumaturq;, ac in spiritalē digestionem cōferatur, ad caput usq; & pedes. id & primas de diuinitate speculationes, & nouissimas carnalitatis sollicitudines designat. nec dimittamus quicq;, nec usq; mane relinquamus. quoniam multa ex mysterijs nostris, neq; externis sunt publicanda, neque super noctem hanc aliqua est purgatio. & illis qui rationis sunt compotes, haud laudabilis est dilatio. Quemadmodum enim in ira, die tota nō perseuerare, sed ante solis occasum illam dissoluere, bonū & Deo est acceptū, tēporaliter & anagogicè (siquidem nō est securū nobis iratis iusticię solem occidere) ita cibū talem non pernoctare, neq; in posterū usum reponere decet. quicquid uerò osseū est, & ad uescendū inutile, ac nobis cōtemplatu difficile, haud cōfringatur, malè diuisum, et intellectū. ut obiter dicere omittā, quod nihil nec secundū lesu historiam cōminutum sit, quāuis propter sabbatum, mortē celerem crucifigentes procurarēt. nil uerò abiiciatur, aut hinc inde trahatur. ne sancta canibus, & mālis dentē uerbi dilaceratoribus. quemadmodū neq; porcis, splendida, & margaritica uerbi. sed igne cōburantur, quemadmodū & holocausta. cūcta spiritui indaganti & scięti attenuata & saluata. non aquis perdita, nec tanq; à Moyse uituli caput dispersa, quod Israel ob duricięi exprobrationē segregabat. proinde dignū est, ut nec comessationis modum prætereamus, ne lex tibi quoq; speculationē laboriose in litera exerceat. absumimus enim sacrificium festinanter, azyma cum amarulentis comedentes. lumbos accin

Universidad de Deusto
Biblioteca

cti,& calciamentis induti,seniliter baculos tenentes. festinanter equidē, ne nobis tanq; Loth illi accidat,qui mandatū est transgressus.neq; circūspiciamus,nec in omni subsistamus loco,sed in monte saluemur,ne à Sodomitico & peregrino cōprehendamur igne,ne ue ob conuersionē ad deterius, in salis statuam uertamur. id enim cunctatio efficere solet.cum amarulentis aūt, propter amaram & arduam secundum Deum uitam,maximè inchoātibus, longè tamen uoluptatibus altiorem. Etenim si Christus nouū est iugum,ac onus leue,ut audis,id tamen propter spem & retributionem,quæ longè praesenti abundantior est,euenit.alioqui nemo nō diceret, euangeliū longè difficilius & laboriosius legalibus esse constitutionibus.nam legis finis,peccatorum est prohibitio,nos uerò causas fermè ut opera reprehendimus.Nō mœchaberis,lex inquit.tu uerò nec cōcupiscas.quoniam ex cōspectus curiositate & assiduitate passio hæc adurit.Nō occides,illa iubet.tu uerò neq; contra percutientem repercutias:sed teipsum tanto magis percutienti offeras,quantū hoc propius,quàm illud,ad sapientiā accedit. Non peierabis,illa præcipit.tu autem penitus neq; parū,neq; multum iurabis.quoniam iuramentum generat periurium.ne domū ita domui copules. illa præcipit, neq; agrum agro,ut pauperem opprimas:tu uerò prompte,etiam quæ iuste possides abijce,& pauperibus denuderis,ut expeditus crucem tollas,& eas cōsequaris diuitias,quę cerni nequeūt:Proinde lumbi irrationabilibus sunt dissoluti,quin nō ligati.neq; enim rationem habent, qui uoluptatibus subijciuntur.ut dicere obmittam, quòd animalia rationis expertia finem cōmotionis nouere naturalis.tibi autem castitatis zona astringatur,quæ concupiscibilem & brutam,quemadmodum diuina inquit scriptura, affectus turpitudinem cōstringat.ut purus comedas pascha, mortificans membra quæ sunt terrā,imitansq; zonam Ioannis heremitæ,& præcursoris,ac magni ueritatis præconis.scio & aliam esse zonam,militarem inquam, & uirilem, propter quam Azoni Syriæ quidam & Mozoni nominantur, de qua & Deus Iob de turbine dicit,non ita, sed accinge sicut uir lumbos tuos, desq; responsionē uirilē:quam diuinus quoq; Dauid, se Dei adiutorio accinxisse gloriatur.ac Deum ipsum uirtute amictū & præcinctū,propter impios nempe,inducit.nisi quis potius existimet,id quod potentiā ipsius ambit,& quasi eleuat, eo demonstrari pacto. quemadmodū cum & lumen tanq; amictū induit.etenim uirtutis eius & luminis potentiā,quis sustinebit? proinde & nouum quid lumbis,& ueritati perquiro, quid autem hoc est? beatum Paulum dicere nostis:State igitur lumbis uestris præcincti in ueritate,ne quādo cōtemplatiui instar,concupiscibile cōstringat, nec aliò ferri permittat. neq; enim quod amore erga aliquid affectum est, æquè uult ad alias uoluptates eandem uim habere.calciamenta uerò:is enim qui sanctam & diuini tramitis terram calcare debet,calciamēta soluat necesse est, instar Moysis illius in monte:ut nil mortuum ferat, neq; mediū inter Deum & homines. perinde ac si discipulus quispiam,ad euangelium mittatur philosophicè & tenuiter. quem ultra egestatem,baculi defectū,& uestitus simplicitatem,etiam nudis pedibus incedere oportet.ut pedes eorum qui pacem euangelizant,frugiferi appareāt,et aliud bonum omne.qui uerò Aegyptū fugit,& Aegyptiaca, calceos induat,cùm reliquæ securitatis gratia,tū propter scorpios & serpentes,quales multos nutrit Aegyptus,qui calcaneū obseruāt,quos calcare iubemur. de baculo uerò,& eius ænigmate,ita habeo. scio enim sustentatiuū unum esse,alium uerò pastoralem & instructiuū,quiq; rationales oues conuertat.nunc uerò lex ad illum quo te firmes,hortatur,ne alicubi cōsideratio ne labaris,cum de sanguine,& passione,necnon Dei morte audis. ne forsitā dum Deo patrocinari conaris,sacrilegus esse uidearis.sed absq; cōfusione & dubio,comede corpus,& sanguinē bibe,si saltē uitę desiderio teneris. neque sermonibus qui de carne habentur,fidem deneges,neq; ob passionem offendaris. constans esto,firmus,stabilis,in nulla re propter aduersariorum sermones

sermones fluctues,neq; suadelæ uerbis distraharis.super altitudine tuijpsius consiste,in aulis Hierusalem pedes tuos statue,super petram firma,ne secundum Deum gressus tui fluctuēt. quid ais? ita hęc uisa sunt,ut ex Aegypto camino ferreo egrediaris,deorumq; multitudinem ibi relinquas,ut Moysi, ac illius legi & militiæ subijciaris. adducam quid & non meum,seu potius admodum meum,si spiritaliter considerare uolueris,ab Aegyptijs uasa, aurea & argentea commodato sume, cum illis iter arripe. ex alienis commeatum quære:seu potius ex tuis, tibi debetur seruitutis, & latericij operis merces. quin tu quoq; de repetitione uafre quid excogita, honesta spolia, annitere: ibi enim uarias exantlasti ærumnas,contra lutum depugnasti,miserum scilicet hoc & sordidum corpusculum:ciuitatesq; condidisti alienas ac noxias, quorum memoria cum sono perdetur. quid plus? gratis & absq; stipendio egredere.at quid relinques Aegyptijs,& contrarijs potestatibus? ea nempe quæ malè peperere,& peius expendent. non sunt eorum. prædati sunt, rapuerunt ab illo qui dicit, Meum est argentum,& meum est aurum,ac cui uoluero dabo.heri illorum erat.permittebatur enim.hodie tibi contulit Dominus,& tribuit,bene et salutiferè utēti.faciamus nobis ipsis amicos ex māmona iniquitatis, ut cum defecerimus, recipiamus in tempore iudicij.etenim si quæpiam Rachel es,aut Lia,anima patriarchalis,ac magna,patris tui cum inueneris idola surripe:non ut conserues,sed ut deleas.si autem Israelita es sapiens,ad terram promissionis defer.& propter illa persecutor doleat, & sapiat deceptus.quoniam frustra tyrannidem exercebat,ac melores seruitio premebat.Proinde si ita facies,sicq; ex Aegypto egrediaris,planè noui, quod à columna ignis & nubis,die ac nocte deduceris. desertum mansuesset,mare tibi diuidetur,Pharao submergetur, panis de cœlo pluet, petra fonte scaturiet: Amalec debellabitur,non armis solum, sed & bellicosis iustorum manibus.interim oratione rem age, & crucis trophæo, insuperabile flumen deficiet,sol stabit,& luna firmabitur,muri etiam absq; machinis corruent,crabrones præcurrent,ut uiā præparent Israel,alienigenas uerò repellant.ac alia quæcūq; præter illa,& cū illis narrātur,ne in longū sermonē protrahā,à Deo tibi dabūtur.talē festiuitatē hodie peragis.talia pro te geniti natalia,& pro te passi celebras parētalia.tale tibi Paschæ mysteriū, hæc lex statuit,hæc Christus adimpleuit, qui literæ est dissolutor, spiritus adimpletor: qui per ea quę passus est pati docet,& ea per quę glorificatus est pariter gloriari donat. Cæterùm iam rē & doctrinā scrutemur, à multis neglectā, à me uerò diligenter inuestigatā.cui enim pro nobis sanguis,& cuius rei gratia effusus est,pretiosus ille & salutaris Dei,& pōtificis,& sacrificij.etenim detenti eramus à maligno,sub peccati iugū missi,ac prauitatis mercedem uoluptatem accipiebamus.si igitur solutio nullius est alterius,quàm eius qui detinetur,quęro cui hic effusus sit,et quā ob causam? etenim si improbo,proh quā ta erit iniuria,si non solū à Deo,sed & Deum ipsum redemptionis pretiū latro accipit,tam immensam tyrānidis suæ mercedē.propter quā iustius erat, ut nobis parceretur.si uerò patri,primò quæro,quo pacto? nō enim ab illo detinebamur.secundò,qua ratione unigeniti sanguis patrē oblectare poterat? qui nec Isaac sanguinē,à patre oblatū susceperit,sed uictimam immutauit, ac pro rationabili sacrificio, hircum subiecit. aut constat ne, quòd pater filij sanguinē susceperit,cum neq; peteret,neq; indigeret? Cæterū propter dispensationem,sanguis tam pretiosus effusus est,& quia Deum res humanas,per hominē sanctificare oportebat,ut ipse nos,ui tyrannū superans, eriperet, ac per filij interuentionē ad se cōgregaret, idq; in honorē patris ita disponētis. cui cuncta uidetur tulisse accepta.& Christi quidem res ita se habent,suntq; ut plurimum silentio colendæ.at anguis æreus, propter angues quidē mordentes pendet:non solum tanq; figura illius,qui pro nobis passus est, sed ue luti exemplar.saluatq; in eum intuentes,nō quia uiuere sit creditus,sed quia interfectus,& potestates quæ sub ipso erāt,pariter secū occiderit, dissolutus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut dignus erat. & quí nam illi decens à nobis sepulturæ honos exhiberi poterit? ubi mors est stimulus tuus? ubi inferne uictoria tua? in cruce uulnerans: uiuificanti occideris, exanimis, mortuus, immobilis, inultus, & si figuram anguis seruas, in alto turpiter suspensus. Cæterùm iam Paschæ fiamus participes, figuraliter tamen adhuc, & si Pascha hoc ueteri sit manifestius. si quidem Pascha legale, audenter dico, figuræ figura erat obscurior: at paulo pòst, illo perfectius & purius fruemur, cum id ratio nostra in regno patris nouum bibet, detegens & docens, quæ nunc mediocriter ostendit. nouum etenim semper existit id, quod nuper est cognitum. sed quale desiderium, qualisq; erit fruitio? nostra quidem ut discamus, illius autem ut doceat, ac discipulis suis sermonem communicet: siquidem doctrina etiam nutrientis existit nutrimentum. Sed adeste, & nos legis participes fiamus: Euangelicè, & non literaliter: perfectè, & non imperfectè: sempiternè, et non temporaliter. faciamus caput, nō Hierusalem inferiorem, sed metropolim supernam: non quæ nunc ab exercitibus subigi potest, sed illam quæ ab angelis glorificari est digna: sacrificemus non uitulos iuuenes, nec; agnos cornua producentes & ungulas, in quibus multum est demortui, & insensati: sed sacrificemus Deo hostiam laudis, super altare supernum, cum cœtu superno: uelum primum transeamus, secundo appropinquemus. ad sancta sanctorum penetremus. dicam quid maius: nos ipsos Deo sacrificemus, seu potius per singulos dies, & motus cunctos, sacrificemus, omnia pro uerbo suscipiamus. passionibus passionem imitemur, sanguine sanguinem decoremus. Crucem prompti tollamus. dulces claui, etsi ualde dolorifici. siquidem magis est eligendum, ut cum Christo, & pro Christo patiamur, quàm cum alijs delicijs fruamur. Si Simon es Cyrenæus, tolle crucem, & sequere. si latronis instar cum illo crucifigeris, tanquam gratificans, Deum cognosce: si ille cum iniquis, propter te & peccata tua, reputatus est, tu per illum fias iustus. adora illum qui pro te suspensus est. & suspensus aliquid etiam à malicia acquire. eme morte salutem, cum Iesu in paradisum ingredere, ut discas. à quibus excideris. pulchritudinem quæ ibi est contemplare, murmuratorem extra cum blasphemia mori relinque. si Ioseph es ab Arimathæa, pete corpus à crucifigente. tua fiat mundi purgatio. quod si Nicodemus es, nocturnus ille pius, unguentis illum sepeli: si uerò Maria aliqua existas, aut alia Maria, aut Salome, aut Ioanna, mane luge. prior uide lapidem reuolutum, forsitan & angelos & Iesum ipsum: loquere aliquid, uocē audi. quod si audieris, Ne me tange, à longe consiste. uenerare uerbum, sed nō contristeris. nouit enim à quibus primum uideri debeat, innoua resurrectionem. Euæ auxilium feras, ut quemadmodum illa prima cecidit, ita & tu primò Christum salutes, ac discipulis indices. Petrus fias, aut Ioannes, ad sepulchrum festina, præcurre. simul curre, pulchrum certa certamen. & si uelocitate præuenieris, studio tamen uince. ne prętergredere monumentū, sed ingredere. si uerò instar Thomę relictus fueris, discipulis congregatis quibus Christus apparuit, cum uideris, noli esse incredulus: & si incredulus sis, referentibus saltē crede. quod si nec illis, at clauorum uulnera fidem faciant. quod si ad infernū descendit, unà descende. cognosce & illic Christi mysteria, quæ nam dispensatio duplicis sit descēsus, quæ ratio. num cum ibi apparet, omnes pariter saluet? aut solum credentes. quod si in cœlū ascendat, simul ascende. angelis qui obuiam mittuntur, aut illum suscipiūt, intermiscearis. portas attolli iube, sublimiores fieri, ut ex passione sublimiorem accipiant. ijs qui propter corpus & passionis signa dubitant, cum quibus ascendens non descendit, & propterea interrogāt, Quis est iste rex gloriæ: respondе, Quia Dominus fortis & potens, in omnibus, & quę semper fecit, & facit, maximè in prętio, et trophęo pro genere humano. binæ quoq; interrogationi, binam des responsionem. quod si admirabuntur, ac secūdum Esaiæ dicēt oracula, Quis est iste, qui aduenit ex Edom, & terrenis? aut quo pacto rubra sunt uestimenta, sanguine & corpo-

& corpore carentis, tanquam unitoris & torcular calcantis? tu pulchritudinem stolæ corporis, quod passum, & passione decoratum est, prętende. quanil amabilius, nec; est speciosius. sed quid nobis ad hæc dicent calumniatores, amarulenti diuinitatis censores, rerum laudandarum accusatores, circa lucem tenebrosi, circa sapientiam indocti, pro quibus Christus gratis occubuit, creaturæ ingratæ, diaboli plasmata. num Dei beneficentiam criminaris? propterea est paruus, quia propter te humilis, quia propter errantem, pastor uenit bonus, qui animam pro ouibus ponit, montes & colles, in quibus idolis sacrificabas, peragrans, errantem inuenit, ac inuentum humeris imposuit, quibus et lignum, ac impositum ad supernam reduxit uitam, reductum uerò permanentibus annumerauit. quia lucernam accendit, carnem nempe propriam: domumq; uerrit, mundum à peccato mundans: ac drachmam quæsiuit, imaginem nempe regiam, uitijs confusam. atq; ob drachmæ inuentionem, amicas sibi conuocat uirtutes, ac læticię participes facit, quas & domesticæ conuersationis effecerat ministras: quia & lucernam præcursatricem, lumen quoque sequitur splendidissimum, uocemq; uerbum, sponsus pronubum, præparantem Domino populum acceptum, & præmundantem, ad suscipiendum spiritum per aquam. hæc Deo exprobras? propter hæc uiliorem reputas? quia linteo prącingitur, pedesq; discipulorum lauat, optimamq; uiam sublimitatis humilitatem esse demonstrat. quia propter animam humi incuruatam humiliatur, ut erigeret quod ob peccatum deorsum uergebat. Proinde, cur non & hoc criminaris? quod cum publicanis, & apud publicanos manducauit, publicanosq; instruit, ut & ipse quid lucrifaceret. quid nam tandem? peccatorum salutem. num quis ideo medicum accusat, quoniam ad morbos se demittit, fœtoremq; sustinet, ut ægrotantibus sanitatem restituat? num eum qui misericordia ductus in foueam se declinat, ut delapsum pecus ex legis instituto conseruet? demissus est quidē, uerùm ut homo. duplex enim erat, nam & laborauit, & esurijt, & sitiuit, & decertauit: fleuit quoq;, sed lege corporis. si autē ueluti Deus, quid hoc? bonam patris uoluntatem, legationem esse putato. ad quem refert, quę sua sunt: & tanquam principium honorat, eum qui æuo caret, & ne uoluntati diuinæ resistere uideatur. quoniam & traditus dicitur, sed & seipsum tradidisse, & à patre resuscitatus & resumptus esse scribitur: sed & seipsum resuscitasse, & iterum redijsse legitur. illa bonæ uoluntatis, hæc uerò sunt potestatis. at tu quæ illum minorem reddunt, enumeras: quæ uerò sublimiorem, retices. siquidem quòd passus sit, imputas: uerùm quòd sponte, non adiungis. quemadmodum & nunc quoq; uerbum patitur, à quibusdam enim ut Deus ueneratur & confunditur, ab alijs tanquam caro uituperatur, & à deitate separatur. quibus irascatur, seu potius, quibus dimittat plus? nū malè contrahentibus, uel malè separantibus? nam & illos diuidere, & hos connectere oportebat: illos quidem numero, hos uerò diuinitate. carnem cauillaris? uel eum Samaritanum appellas? ut quod est deterius taceam. hoc & Iudæi faciunt. fidem diuinitati denegas? at illud nec dæmones. ò & dæmonibus incredulior, et ludęis ingratior. illi filij appellationē, ęqualis honoris uocem existimabant. hi uerò expellentem Deū esse nouerant. credebant enim ob ea quæ patiebantur. tu autem nec; æqualitatem concedis, nec; diuinitatem fateris. satius tibi erat circūcidi, aut dæmonibus agitari (ut ridiculi quippiam dicam) quàm in præputio, & bona ualetudine, tam sceleratè & impiè sentire. Cæterùm bellum hoc aduersus illos, uel tardè resipiscentes, si uoluerint, dissoluetur, aut nolentibus, sed ut habent habentibus, transigetur. penitus re nulla indigebimus, cum pro trinitate, cum trinitate decertamus. nunc uerò nobis, ita sermonis summam facere necesse est. facti sumus, ut bene nobis eueniat. bene nobis euenit, postquam facti sumus. paradisus fidei nostrę commissus fuit, ut oblectaremur: legem accepimus, ut illam obseruātes, clari euaderemus: non ignorāte Deo, quid futurum esset, sed lege liberam uolunta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

luntatem refrenante. decepti sumus, postquam in nos inuidia grassari cœpit. excidimus, postquam transgressi sumus. ieiunauimus, postquam non ieiunauimus, cognitionis ligno succumbentes. etenim uetus erat mandatum, nobis'que contemporaneum, animæ custodia quædam, & deliciarum refrenatio. quod meritò susc epimus, ut si illud non seruaremus, excideremus, seruantes uerò reciperemus. indigebamus ut Deus carnem assumeret, & mortem subiret, ut uiueremus: unà moreremur, ut purgaremur: unà resurgeremus, postquam unà mortui essemus: unà gloriam assequeremur, postquam unà surrexissemus. equidem multa temporis illius extitere miracula. Deus crucifixus, sol obscuratus, & rursus illuminatus. oportebat enim creaturas, creatori compati, uelum scissum, sanguis & aqua ex latere profluens: hoc tanquam hominis, istud uerò tanquam ultra hominem. terra commota, petræ scissæ, mortui resurgentes, in fidem nouissimæ & communis resurrectionis: signa sepulchri, & post sepulchrum: quæ cuncta, quis' nam digne' laudare posset? nullum uerò sicut meæ salutatis miraculum. guttæ sanguinis paucæ mundum uniuersum reformantes. in omnibusq; hominibus, id quod coagulum in lacte fiunt, nos in unum colligentes & contrahentes. Cæterùm ô Pascha magnum & sacrum, totiusq; mundi expurgatio. tecum enim tanquam cum animato aliquo colloquar. O' uerbum Dei, & lumen, & uita, & sapientia, & uirtus, etenim cunctis tuis gaudeo nominib. O' mentis magnæ illius, fœtus, & cogitatio, & sigillum. O' uerbum intelligibile, & homo uisibilis, qui cuncta fers, coronatus uerbo potentiæ. nunc quidē sermonem hunc habes, non ut primitias aliquas, sed forsitan nostræ fructificationis supplementum, eundem gratificum & supplicem, ne mali quicquam patiamur. extra necessaria & sacra, quibus æquè uiuimus, corporis quoq; tyrannidem, quam contra nos gerit, siste. cernis qualem domine, & qualiter incuruet, nisi per tuum suffragium, aut à te ipso purgemur. quod si dignè ex desiderio nostro dissoluemur, & cœlestibus susc ipiemur tabernaculis, forsitan & ibi acceptabiliter tibi sacrificabimus, super sancto tuo altari. O' pater, & sermo, & spiritus sancte, quoniam tibi omnis gloria, honor, & potestas in secula, Amen.

GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI IN *sanctam Pentecosten Oratio quinta, Bilibaldo Pirchemero interprete.*

DE festiuitate ista, paucis philosophabimur, ut spiritaliter festiuitatem peragamus. alia enim circa alia est solēnitas. uerbi autem cultoribus, uerbū. ex uerbisq; potissimum uerbum illud, quod tēpori est conueniētissimū. nihil enim ex reb. bonis, ita delicatiorē quempiā oblectat, quemadmodū festi amatorem, ut spiritaliter festiuitatem peragat. proinde ita considerem⁹, solennitatem & Iudæus celebrat: uerùm secundum literam. nam cum legem sectetur corporalem, ad legem spiritalem peruenire nequit. celebrat & gentilis: uerùm secundum corpus, & deos suos, ac dæmones. ex quibus aliqui, & secundum illos ipsos, uitiorum sunt autores. alij autem propter uitia coluntur. quapropter etiam uitiosa est eorum solennitas, ut Dei sui honor sit, peccata perpetrare. ad quem, tanquam præstantissimum, uitia refugium habent. proin & nos quoq; festiuitatem celebramus, sed ut spiritui uidetur. uidetur autem, cum honestum quid dicimus aut peragimus. & hęc est nostra solennitas, ut animæ thesaurum quendam colligamus, ex rebus stabilibus & firmis, minimè' que fluxis ac labilibus, & quæ parumper sensui blandiuntur, plurimum uerò, iuxta meam opinionem lædant & offendant. sufficit enim corpori malicia sua. cur enim flammæ copiosior subijciatur materia, aut bestiæ cibus præbeatur lautior, ut insolentior fiat, & impetu uiolentior. Idcirco spiritaliter peragenda est festiuitas. initium autem uerbi (quan-

uerbi (quandoquidem latius aliquantisper dicendum est) nobis uerbum erit. politiorūq; gratia, sermonem nostrum elegantiorem esse decet, ut illum tanquam condimentum quoddam, festiuitati intermisceamus. Numerum septenarium, ex Mosis instituto, Hebræorum celebrant filij: quemadmodum post illum Pythagorici quaternarium, quem etiam iuramenti statuerunt formulam: sed & octonarium, & tricenarium, Simonis & Marcionis sectatores, à quibus & secula quædam, eiusdem numeri denominant ac uenerantur. quibus'nam proprietatis rationibus, aut propter quam numeri huius uim, ignoro. uenerantur igitur Hebręi numerum hunc, quoniam cōstat, quod Deus sex diebus, materiam substituit & formauit, omnibusq; speciebus & uarietatibus exornauit, & mundum hunc quem cernimus perfecit. septimo uerò ab operibus requieuit, quemadmodum et sabbati indicat appellatio, quæ requiem significat Hebraicè. quod si de his altior quædam est ratio, alijs explicandam relinquo. Cæterùm honor ille, non solum in diebus, sed etiam in annis, ab ipsis obseruatur. dierum igitur sabbatū illud est, quod indesinenter ab ipsis ueneratur. quemadmodum & æquali numero fermenti sublatio. ex annis uerò septimus, remissionis est annus, idq; non solum in septimanis, uerumetiam in septimanarum, tam dierum quàm annorum, obseruatur septimanis. dierum igitur septimanæ, quinquagesimum generant diem, qui apud eos dies sanctus appellatur. Annorum uerò septimanæ, annum illum, qui apud eos iubileus uocat' constituunt. qui terrę remissionem, pariter & seruorum continet libertatem, emptorūq; possessionum, ad priores dominos reuersionem. offert enim gens illa, nō solum germinantium, & primogenitorū, sed & dierum & annorum primitias, Deo. ita honorandus ille septenarius numerus, Pentecostes honorem introduxit: si enim septem, in semetipsa multiplicata fuerint, quinquagesimam generant, minus die uno, quem ex futuro præoccupauimus seculo, qui octauus est, ille idē & primus, seu potius unicus, & indissolubilis. ibi etenim præsentem animarū sabbatismum compleri necesse est, ut pars tribuatur his qui septem, & pars his qui octo. quemadmodum iam ante nos quidam, Salomonis dicta interpretantes, ostenderunt. Proinde de septenarij numeri honore, multa extant testimonia, sed nobis ex multis pauca sufficiēt. Septem igitur sunt, qui honorifici uocantur spiritus: siquidem operationes spiritus sancti, Esaiam spiritus uocasse arbitror. sed & secundum Dauid, eloquia Domini septies expurgata dicūtur. iustus quoq; sexies ex necessitatibus liberatur, in septimo autem malū ei nequaquā appropinquat. peccatori uerò nō solū septies, sed septuagesies septies dimittitur, & rursus ecōuerso. laudabilis etenim prauitatis est coercio. Cain enim septēpliciter condemnatur, hoc est ob fraternā cædem pœnas luit. Lamech uerò septuagesies septies. quoniā post legē, & cōdemnationem, homicidiū perpetrauit. mali quoq; uicini, septuplū in sinū suum recipiunt. septem quoq; columnis, sapientię domus firmatur. totidem etiam oculis Zorobabel lapis exornatur. septies quoq; in die Deus laudatur. quin & sterilis septem parit, numerum perfectum, qui imperfecto numero, in filijs est contrarius. Quod si uetustas etiam historias cōsiderare oportet, septenarium numerum in progenitoribus quoq; Enoch trāslatione honoratum perspicio. considero etiam Abraam, uigesimum primum patriarchatu glorificatum, mysterij maioris accumulatione. nam septenarius triplicatus, hunc cōstituit numerum. audebit forsitan quispiam, ex penitus modernioribus, & ad nouū Adam peruenire Deum meū & Dominū Iesum Christum, qui ueteri Adam illo, qui sub peccati iugum cecidit, septuagesimus septimus cō numeratur, si quis diligenter Lucæ genealogiam excusserit. Considero quoque septē tubas Iesu Naue, totidēq; circuitus, & dies, & sacerdotes, quibus Hierechuntici quatiuntur muri. quemadmodū & trinas Heliæ prophetæ mysticas sufflationes, quibus filio Sareptanæ uiduæ, uitam inspirauit: eiusdemq; numerū eūdem, in lignorū compositione, cum igne à Deo demisso,

sacrifi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sacrificium consumeret,& prophetas ignominia notaret, qui ex prouocatione illud idem facere nequibant. pariter & septimam nubis inspectionem puero iniunctam. Helisæi quoq; parem super filio Sunamitidis incuruationem,qua illi spiritum uitalem reduxit. eiusdem dogmatis esse arbitror, ut populi omittam candelabrum, septem cauliculis & lucernis fabricatum, quod in septem diebus sacerdos consummatur,in septem quoq; diebus leprosus mūdatur, totidē plebs innouatur, in septuagesimo anno populus à captiuitate reducitur: ut quod est in monadibus,id fieret & in decadibus,ac in numero perfectiore,septenarij numeri honoraretur mysterium. sed quid mihi remotiora dicere opus est? Iesus ipse,perfectio pura,in heremo quinq; panibus,quinq; millia pascere sciuit: sciuit & rursus septem millia quatuor: & satietatis quidem reliquiæ,ibi cophini duodecim,illic uerò sportæ septē: neutrum,ut arbitror,absq; ratione,seu spiritu indignum. Proinde,si cum temetipso considerare uolueris,multos obseruabis numeros, qui profundius quid,quàm quod apparere uidetur continent. at numerus iste,præsenti tempori est conuenientissimus,quoniam propter rationes forsitan prædictas, aut his proximas,seu quasdam diuiniores,Hebræi diem quinquagesimum uenerantur,quem & nos quoq; ueneramur. quemadmodum & alia quædam Hebræorum,figuraliter apud illos celebrata,mysticè uerò ad nos relata. Hæc itaq; de diei solennitate prolocuti sumus. nunc ad sermonis reliqua progrediamur. Pentecostē celebramus,spiritusq; sancti aduentum,& promissionis gratiam, spei' que impletionem, ac mysterium tantum, ut magnum sit,pariter & uenerabile. etenim corporalia Christi finem habent, seu potius quæ corporalis sunt aduentus. nam corporis dicere dubito: quoniam nulla mihi persuadebit ratio, quòd corporis abiecerit pulchritudinem: quæ uerò sunt spiritus,incipiunt: at que' nam Christi fuerunt corporalia? uirgo,natiuitas,præsepe,fasciæ,angeli glorificantes,pastores accurrentes,stellæ motus, magorum adoratio,& munerū oblatio, Herodis infanticidium, Iesus in Aegyptum fugiens,ex Aegypto rediens, circumcisus, baptizatus, supernè testimonium accipiens,tentatus,lapidatus propter nos, quibus ob uerbi afflictionem figuram dari oportebat,proditus,crucifixus,sepultus, resurgens,ascendens. qualia etiam nunc quoq; patitur,à Christi quidem osoribus,quæ sunt ignominiæ: & sustinet, nam longanimis est. à Christi uerò amatoribus,quæ sunt afflictionis, ac differt, quemadmodum illis iram, ita nobis commoditatis occasionem: illis forte pœnitentiæ tempus tribuens, nostri autem desiderij experientiam capiens,si non in tribulationibus, & pro pietate certaminibus deficimus. tanquam diuinæ dispensationis,& incomprehensibilium bonorum suorum,quibus sapienter nostra dirigit ratio superna. & Christi quidem res ita se habent,reliqua uerò uidebimus gloriosiora. & iam uidimus. quę uerò sunt spiritus sancti,adsit mihi spiritus,ac eam quam cupio eloquentiam tribuat: quod si non tantam,at quantam tempori huic conuenire nouit. aderit omnino heriliter,& non seruiliter,neq; ut quidam arbitrantur,mandatum expectans,spirat enim ubi uult: & super quos uult,& quando,& quantum. ita enim nos & sentire, & dicere,inspiramur à spiritu. spiritum igitur sanctum quidam ad creaturam deducunt,iniurioſi et seruj mali,malorumq; pessimi. siquidem mali serui,dominum irritare solēt, & contra dominationem insurgere,sibijpsisq;,id quod liberum est, conseruum facere. quidam autem Deum esse arbitrantur,numine afflati,& intelligentia clari: quidam uerò & prædicant,si fidelibus,alti: si uerò abiectis, minus sunt in gubernando periti: cum cœno margaritas,et debili auditui,tonitrus sonum, & oculis debilioribus solis splendorem, & cibum solidum ijs qui adhuc lacte aluntur,committant. ipsos enim paulatim ad ulteriora producere oportet, & perfectiores admonere,lumenq; lumini conferre, & ueritati ueritatem conciliare. quapropter & nos interim,perfectiorem obmittamus sermonem. nondum enim tempus est,sed ita cum illis disseremus. si enim

enim heus uos appello,neq; increatum confitemini spiritum sanctum, neque tempore carentem, contrarij spiritus manifesta in uobis est actio. date enim zelo quid,& ausibus parumper. si uerò adeò sapitis,ut manifestam fugiatis impietatem, & illum qui uos liberos fecit,extra seruitutem ponatis, reliqua uosmetipsi,cum spiritu sancto,& nobiscum cōsiderate. credo enim uos aliqualiter ipsius participes esse,& iccirco, tanquam cum domesticis iam cōsiderabo. aut date mihi medium inter seruitutem & dominium, ut ibi spiritus sancti dignitatem ponam: aut si seruitutem fugitis,non dubium est, ubi constituatis id quod quæritur. sed propter syllabas indignamini,& uoce lædimini. & hoc uobis offensionis lapis, & petra scandali efficitur. quandoquidē & Christus id nonnullis effectus est humanum hoc uitium. uerùm inuicem spiritaliter subsidium feramus, potiusq; fratrem,quàm opinionum nostrarum amatores fiamus. date nobis uirtutem diuinitatis,& uobis dabimus concessionem uocis. cōfitemini naturam diuinam, in uocibus dabimus concessionem uocis. cōfitemini naturam diuinam, in uocibus alijs plus uobis amplectendis, & tanquam languentes uos curabimus. in nonnullis quoque uoluptatibus uestris morem geremus. turpe enim,turpe est,& à ratione satis alienum,anima uos esse robustos,& in uocis sono tam abiectè sentire, thesaurumq;, tanquam alijs inuideatis, occultare, & non linguam quoq; sanctificare. turpe autem est,nosipsos illi quod reprehendimus obnoxios esse: & cum sermonis uilitatem cognoscamus, nos quoq; in literis tam abiectè sermocinari. unius deitatis,heus uos, trinitatē confitemini, aut si mauultis unius naturæ,& uocem illam Deus scilicet à spiritu nobis postulabimus. etenim planè scio,qui primum contulit, dabit & secundum. præcipuè si decertatio fuerit timiditas spiritalis,& non pertinacia diabolica. quin manifestius & succinctius dico: nolite nos ob uocē reprehendere altiorem,minimè enim ad altiora contendentibus inuidēdum est: neque uos, quòd illac peruenire nequistis, criminabimur, quoad per aliam uiam, ad idem feramini hospitium. non enim uincere sed fratres recipere quærimus, quorum separatione affligimur. hæc uobis dicimus, apud quos uitale quid inuenimus, & qui de filio rectè sentitis,quorum uitam admiramur, sermonē uerò haud laudamus. Proinde cum ea quæ spiritus sunt habeatis, spiritum quoque suscipite. ne solum decertetis, sed & legitimè. quo uobis corona illa conuersationis merces concedatur,ut spiritum perfectè confiteri,ac nobiscum,& ante nos quemadmodum dignus est,prædicare ualeatis. Audeo & quid maius pro uobis, Apostolicq; illud dicere. tātam uestri curam gero, tantumq; uestrum illum habitum decorum ueneror, ac colorem abstinentiæ indicem,& sacras has congregationes, necnon uirginitatem puram sinceritatemq;,ac peruigilem psalmorum resonantiam,pauperatis præterea,fratrum,& peregrinorum amorē,ut anathema esse à Christo,& tanquam condemnatus, quid pati sim paratus,tantum ut à nobis staretis, pariterq; trinitatem glorificaremus. de alijs uerò, qui manifestè mortui sunt,quid dicere oportet? quos solus Christus suscitare potest,ui uirtute sua mortuos uiuificat, qui malè loco separantur, sermone uerò colligantur: tantum' que inuicem discordant,quantum oculi strabi, idem uidentes, & non uisu,sed positione dissidentes. quibus & si quòd strabi sint, obijci possit,non tamen quòd cæci. Cæterùm postquam sufficienter quæ ad nos pertinent,roborauimus,age rursus ad flamen reuertamur. quin & uos quoq;, iam subsequi arbitror. spiritus sanctus,erat quidem semper,& est & erit: neque incipiens, neq; desinens, sed semper patri & filio coordinatus, & connumeratus. neq; enim decebat,aut filium aliquando defuisse patri, aut filio spiritum. in maximo enim ignominiam pateretur diuinitas, ac si ex pœnitētia,ad perfectionis plenitudinem peruenisset. erat igitur semper participās, non particeps effectus: perficiens, non factus perfectus: implens, non impletus: sanctificans, non sanctificatus: deificans, non deificatus, sibijpsi hoc semper,& illis quibus cum constituitur, inuisibilis, tempore carens, incōpre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

hensibilis, impermutabilis, absq; qualitate, absq; quantitate, absq; specie, intangibilis, per se mobilis. semper mobilis, libere agēs, per se potēs, omnipotens, si ad primam causam, quemadmodum unigeniti omnia, ita & ea quæ sunt spiritus, referantur. uita, et uiuificans. lumen, & luminis dator. per se bonus et bonitatis fons, spiritus rectus, principalis. Dominus, mittēs, segregās, sibijpsi templa constituens, dirigens, operās, gratias ut uult diuidens, spiritus adoptionis, ueritatis, sapientiæ, intellectus, scientiæ, pietatis, consilij, fortitudinis, timoris descriptorum. per quem pater cognoscitur, et filius glorificatur, à quibusq; ipse solus cognoscitur, una coordinatio, unus cultus, adoratio, uirtus, perfectio, sanctificatio. & quid multa? omnia quę pater est, filij sunt, prę terquā quòd ingenitus. omnia quę filius est, spiritus sunt, prę ter generationem. hæc autem secundū meum intellectū, substantias non separāt, sed circa substantiā separantur. parturis contradictiones? at ego sermonis cursum. honora diem spiritus, cohibe parum, si potis es, linguā. de alijs linguis sermo sit, has uenerare: aut quia cum igne apparent, pertimesce. hodie instruemus, cras decertabimus. hodie festiuitatē celebrabimus, cras turpiter confligemus. hæc mysticè, illa theatricè: hæc ecclesijs, illa triuijs: hęc sobrijs, illa temulētis, hæc sunt studiosorum, illa spiritui illudentium. Cęterùm post quam ea quę aliorum sunt dissoluimus, age nunc nostra astruamus. spiritus igitur, primùm in angelicis & cœlestibus, & quæ primæ post Deū, & circa Deū sunt, operatur uirtutibus. non enim aliunde perfectionem & splendorē, & quod difficulter, seu ad malitiam penitus non moueantur, quàm à spiritu sancto habent. dein in patribus operatus est, & prophetis. ex quibus ij Deū contemplati sunt, aut cognouerunt: illi uerò quod futurum erat prę sciuerunt, mente à spiritu informati, & futura tanquam præsentia cognoscentes. talis siquidem spiritus uis est. inde in Christi operatus est discipulis. si quidem in Christo dicere obmittam, cui aderat, non ut operans, sed ut ei, qui æqualis esset gloriæ, testimoniū perhiberet. & in illis trifariam, prout capere poterant, trinisq; tęporibus: nempe, prius quàm Christus passione glorificaretur, postquam resurrectione glorificatus esset, & post ascēsionem eius ad cœlos, aut reuersionem, aut quomodocūq; dicere oportet. & prima quidē operatio manifesta est, infirmitatum nempe, & malignorum spirituū purgatio, nō utiq; absq; spiritu facta. deinde post dispensationē, insufflatio, quæ manifestè diuinior erat inspiratio. Tertio uerò præsens ignitarum linguarum distributio, quam nunc peragimus. Cæterùm prima est obscurior, secunda uerò manifestior, præsens autem perfectior. non iam amplius operatione, ut antea præsto, sed existentia. ac si quis dicat, unà conuersans, & unà degens. decebat enim, cum filius corporaliter nobiscum cōuersatus esset, spiritū sanctū quoq; corporaliter apparere. cumq; Christus ad seipsum reuersus esset, spiritū quoq; sanctum ad nos descendere: uenientem quidem ut Dominum, non tamen ut Deo contrarium missum. tales enim uoces, non minus concordiā ostendunt, quàm naturam separāt. & ideo post Christum, ut tanquam consolator, haud nos derelinquat. alius autem, ut tu honoris æqualitatem consideres. siquidem alius, alius quàm ego intelligitur. illud autem eiusdem dominationis, & non ignominię est nomen. scio enim quòd alius, non de alienis, sed de consubstantialibus dicitur. in linguis uerò, propter communionē, quam cum uerbo habet. igneis autem, quæro utrum propter purgationem. sciebat enim uerbum, & ignem nobis, purgatiuum, quemadmodum si quis uoluerit, multipliciter discere potest. aut propter essentiam. nam ignis est Deus noster, & ignis consumens maliciam. licet iterum suspirans consubstantiali, indigneris. diuisis autem linguis, propter gratiarum diuersitates. sedentes autem, quia id regium, & propter requiem in sanctis. quoniam & Dei thronus Cherubin. in loco autem superiori (ne curiosior quàm oporteat esse uidear) propter ascensum illorum qui eum suscipiunt, & à terra eleuationem. quoniam & aquis diuinis, superiora quędā teguntur,

guntur, per quæ laudatur Deus. & Iesus ipse in superiori mysterium cōmunicat ijs qui altiora peragūt, ut illud ostendatur, quòd aliquantis per Deum ad nos descēdere oporteat, quod & prius super Moysen factū esse scio, nos autem ascendere, & ita fieri cōmunionem Dei, ad homines, cōmixtione digna. donec autē utrumq; in proprio manet statu, hoc quidē in specula sublimi, illud autem in humilitate depressa, incōmixta est bonitas, & incommunicabilis misericordia, & chaos ingens in medio, ac ineluctabile, nō solum à diuite illo ad Lazarum, quod & ab exoptato Abraam sinu prohibet, sed quod & naturam generatam & fluxam, ab ingenerata & permanēte excludat. proinde spiritus iste et à prophetis est p̄dicatus. ueluti, Spiritus Domini super me, & requieſcēt super eum septem spiritus. & descēdit spiritus Domini & deduxit eos, & spiritus sapiētiæ repleuit Beseleel, tabernaculi architectum, & spiritus exarcerbās, & spiritus Heliam in curru eleuans, & ab Heliseo duplicitер quęsitus, et Dauid spiritu bono et principali deductus et cōfirmatus. atqui & à Iohel antea prędictus est, dum dicit: Et erit in diebus nouissimis, effundam à spiritu meo super omnem carnem, credētem scilicet, et super filios uestros, & super filias uestras, & reliqua: quin spiritum postea filius glorificauit, quemadmodum & patrem. ab eo glorificatus est, quemadmodum à patre. sed & promissio illa tanq; abundans, quod perpetuò unà nobiscū conuersaturus, & simul permansurus esset, siue nunc, cum ijs qui in tēpore isto digni sunt: siue postea, cū illis qui in uenturo seculo digni erunt, si eum nostra saltem conuersatione, integrū conseruabimus, & nō assiduis peccatis repellamus. Proinde spiritus iste, cum filio pariter, & creaturam & resurrectionem cōdidit. quod tibi istud persuadeat: Verbo Domini firmati sunt cœli, et spiritu oris eius omnis uirtus eorū. spiritus diuinus qui fecit me, & spiratio omnipotentis quæ docuit me. & iterum: Emittis spiritum tuū, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. creat etiam regenerationem spiritalem, et hoc quoq; certissimè credas, neminem posse regnum uidere, aut accipere, qui nō supernè regeneratus sit spiritu, & à priori generatione, quæ noctis est mysteriū, purgatus fuerit reformatione diurna, & lucida, qua unusquisq; per seipsum reformatur. proinde spiritus iste, nam sapientissimus est, & prisimus, si pastorē acceperit, psaltem qui malignos incantet spiritus, facit, & in regē Israel exaltat: si capriū, morum euellentem, propherā reddit. Dauid & Amos considerato. si adolescentulum industrium acceperit, senio rum iudicem, etiam prę ętatem constituit. testis est Daniel, qui in lacu uicit leones. si piscatores inuenerit, per illos, uerbi nexibus, Christo mundum piscatur totum. Petrum mihi sume, & Andream, necnon tonitrui filios spiritalia intonantes. si publicanos inuenerit, discipulos sibi lucretur, & animarum negociatores constituit. indicat id Matthæus, heri publicanus, hodie Euangelista. si persecutores feruētes zelū transfert, & Paulos facit pro Saulis: & tanto plus ad pietatem immutat, quanto in maiore prauitate eos deprehendit. præterea spiritus iste mansuetus est, & à peccantibus exacerbatur. cur non igitur potius ipsius mansueti, & haud irati, dignitatem fateri, & blasphemiam fugere conemur? aut cur illum irremissibiliter irascentem uidere, uelle debemus? ille quoque spiritus, & hodie me uobis audacem præconem facit. si nihil persuadentem, gratias Deo: si uerò persuadētem, & ita gratias agimus. illud quidem ideò, ut ijs qui nos oderunt parcat, hoc autem ut nos sanctificet, mercedem hanc, pro Euangelij sacrificio sumentes, ut per sanguinem perfecti reddamur. loquebantur igitur, peregrinis & non paternis linguis. & hoc miraculum magnum, ut sermo ab ijs qui non didicerant, pronunciaretur. eratq; id incredulis, & non credentibus signum, ut per illud increduli accusarentur, quemadmodū scriptum est: Quoniam in linguis alienis & labijs alienis loquar populo huic, et neq; sic me exaudiet, dicit Dominus. audi autem parumper, hic subsiste & inquire, quomodo distingues sermonem? siquidem dictio ambiguum quid, & puncto segregādum con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tinet. audiebat enim unusquisq; linguam suam. ac si dicatur, una effundebatur uox, multæ uerò, aeris reuerberatione, audiebãtur. & ut apertius dicam, ex uoce fiebant uoces. aut quod ibi, audiret, sit cessandum. & lingua sua loquẽtes, reliquo sit addendum. ut loquentes uocibus sit audientiũ proprijs, sicut & uerbũ alijs. cui & magis accedo. illud enim audientiũ magis, quàm dicentium erat miraculum: & ita dicentium, ut de ebrietate criminarentur. unde patet, quòd ipsi in uocibus, ex spiritus gratia, operarentur mirabilia. proinde, & prisca illa uocum diuisio laudabilis, cum turrim ædificarent, qui malè & impiè eadem lingua colloquebãtur. quemadmodum & nunc quoque nonnulli facere audent. nam uocis diuisione, dissoluta fuit conspiratio. quæ & conatum dissoluit. at longè maiori laude digna, ea lingua, quę nunc mirabilia operatur. siquidem ab uno spiritu, in multos effusa, rursus in unã reducitur concordantiam. estq; gratiarum discriminatrix, quę alia indigent gratia, ad melioris discerniculũ. nam omnes laudabile quid continent. quin et illa pulchra esse ferũ, de qua dicit Dauid, Submerge Domine, et diuide linguas eorum. cur nam? quia dilexerunt omnia uerba submersionis, linguæ dolosæ: tantum non manifestè linguas has, quæ diuinitatem incidunt accusans. uerùm hæc de his sufficiant. quia autem Iudæis religiosissimis, Hierusalem habitãtibus, Parthis, & Medis, & Elamitis, Aegyptijs & Libyis, Cretensibus & Arabibus, Mesopotamitis, & meis Cappadocibus, ac ex omnibus gentibus, quæ sub cœlo sunt, Iudæis ibi congregatis linguæ loquebantur, dignum est uidere, si & id noscere lubet, qui'nam erant illi, & ex qua captiuitate. nam ille in Aegyptum, & Babylonem completæ erant, et pridem reuersione solutæ. at quæ sub Romanis accidit nondum facta erat, imminebat autem, propter crucis sceleratam audaciã debita. reliquum est ergo hãc eam suspicari, quæ sub Antiocho accidit, quæ non multum annis illis uetustior erat. quod si quis expositionem istam, tanquam curiosiorem non accipit, nec uetustam hanc esse captiuitatẽ, necq; quæ in magnam orbis partem effusa sit, contendit, ac probabiliorem quęrit, illi forsitan credere pręstiterit, quod cum populo sæpius & à pluribus, ut Esdras refert, translatus fuerit, quædam tribus reuersæ, nonnullæ uerò ibi relictę fuere, quas in gẽtes multas dispersas fuisse, ac tunc ex illis quosdã affuisse, & miraculi participes extitisse. & hæc propter discendi cupidos indagata sint. forsitan non frustra. et quia ad præsentem quid conferunt diem, & quia à nobis ita sunt collecta. Sed iam conuentum soluamus (sufficit enim sermo) festiuitatem uerò nunquam. celebranda enim est, nunc quidem corporaliter, paulo uerò pòst penitus spiritaliter. ubi & rerum harũ rationes agnoscemus, purius & manifestius, in ipso uerbo, & Deo, & Domino nostro Iesu Christo uera saluandorum festiuitate, & exultatione. cum quo gloria, & honor, patri, cum sancto spiritu, nunc & in secula, Amen.

GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI IN NOuum Dominicum, necnon in tempus uernum, ac martyrem Mamantem, oratio sexta, Bilibaldo Pircheimero interprete.

VT encænia honorentur, uetusta lex est, & quæ bene se habet, seu potius ut noua per encænia colãtur: idq; non semel, sed & sæpius. quoties unaquæq; anni reuolutio eundẽ reducit diem, ne bona tẽporis obliterentur iniuria, ne' ue obliuionis profunditate labefactata euanescant. innouantur equidem apud Esaiam, insulæ ad Deum, quemadmodum legimus. sed quas'nam insulas has esse suspicemur? ecclesias nempe ut arbitror, à gentibus nuper constitutas, & ex infidelitatis falsugine suspicientes, ac firmitatem stabilem Deo suscipientes. apud alium quoque prophetam, murus innouatur æneus, anima ut puto solida, & auro similis, ac pietati connexa. quin & canticum nouum Domino canere iubemur. siue quia in Babylonem, & confusionem prauam, à peccato detracti, ac inde in Hierusalẽ saluati simus, & quoniam illic canticum

canticum diuinum, tanquam in terra aliena canere nequiuimus, hic cantionem nouã ordiamur, & rempublicam statuamus: siue ut in bono perseueremus, nec non proficiamus: & hoc quidem iam rectè instituti, illud uerò innouatoris spiritus ope, rectè instituentes. innouatur & testimonij tabernaculum, idq; sumptu ingenti. quemadmodum Deus ostẽdit, & Beseleel absoluit, & Moses fixit. innouatur & Dauid regnum. ac non semel, sed primò quũ ungitur: secundò uerò, cum in regem promulgatur. facta sunt & in Hierosolymis encænia. hyems erat incredulitatis. & Iesus aderat, Deus & templum, templum nouum, quod uno die solueretur, & triduanum resurgeret in secula permanens, ut ego quoq; saluer, & à ueteri casu reuocer, fiamq; creatura noua, per misericordiã talem reformatus. Proinde diuinus quoq; Dauid, cor mundum in se creari, ac spiritum rectum in uisceribus innouari desiderat, non tanquam ac si non haberet. quis enim si non Dauid, tam magnus? sed quia cognoscebat illud quod tum habebat, nouum, & assiduè augmẽtandum esse. & quid mihi plura encænia adducere necesse est? quibus præsentia, & quæ hodie celebramus, dum uitæ post mortem appropinquamus, declarare ualeam. Encænia encænia fratres à nobis peraguntur. sæpius enim præ lætitia eadem repetere iuuat. & quæ'nam encænia, uos qui scitis docete: qui uerò ignoratis, auditum innouate. Deus erat lumen, inaccessibile, & incomprehensibile, necq; incipiens, necq; desinens, necq; mensurabile, semper fulgens, tripliciter micans, paucis quantũ sit, contemplatione cognitum. quin hæc paucis quidem, ut arbitror. sunt & lumina secundaria, à primo lumine splendorem trahentia, potestates nempe, quæ cum ipso uersantur, ac spiritus ministrãtes. At lumen hoc quod apud nos est, non solum posterius incœpit, sed et nocte intersecatur, & noctẽ pariter, diei æqualitate intersecat, uisu cognitum, in aereq; diffusum, ac recipiens id quod tribuit. nam uisui ut cernat largitur, & primum à uisu cernitur, uisibilibusq; circumfluens, fiduciam confert. Deus enim cum mundum hunc cõstituere uellet, qui ex uisibilibus pariter, & inuisibilibus consisteret, magnũ & admirandũ maiestatis suæ præconem (siquidem æuiternis ipse lumen est, & nil aliud, quid enim secundo indigerent lumine, qui maximum haberent?) inferioribus, & quæ circa nos sunt, primam luminis huius uim splendidam protulit. conueniebat enim lumini magno, ut opificium ex lumine inchoaret, quo tenebras, inornatam'que, & rudem, ac eousque cuncta obtinentem, dissolueret confusionem. & hoc sub initium, non per instrumentum aliquod, aut solem, ut mea fert opinio, ostendit: uerùm incorporaliter, & absque sole. postea uerò & soli quoq; lumen impartitus est, ut uniuersum illuminaret orbem. Etenim postquam alijs materiam subdidit, formam inde fecit, unicuiq; ordinem et figuram et magnitudinẽ attribuens: uerùm ut quid maiori admiratione dignum faceret, huic materiæ formam præposuit. solis enim forma, lux est. Inde uerò materiam quoq; introduxit, oculum nempe diei, solem hunc condens. ita igitur quid primum in diebus numeratur, et secundum, & tertium, & deinceps ad septimum usque diem, & operum quietem. quibus diebus ea quæ facta sunt distinguuntur: rationibus inenarrabilibus ordinata, & haud confuse ab omnipotenti edita uerbo: & cui solũ cõsiderare aut dicere, est opus constituisse. nil uerò mirum, si homo nouissimè prolatus est, manu Dei, & imagine honoratus. oportebat enim tanquam regi prius regiam constituere, & ita demum regem, omnibus iam stipatum, introducere. si igitur mansissemus quod eramus, mãdatumq; seruassemus, fuissemus equidem quod non sumus, post scientiæ lignum, ad uitæ lignum accedentes. & quid'nam facti fuissemus? immortales nempe, et Deo appropinquantes. Postquam uerò maligni inuidia, mors in mundum intrauit, & hominẽ dolose fefellit, tũ quoq; propter uitia hæc, patitur Deus, factus homo, mendicatq; caro ut deponat, quo nos illius mẽdicitate ditescere possemus. hinc mors, & sepultura resurrectioq; hinc creatio noua, & post festiui

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatem festiuitas,& iterũ ego concionator,meã innouans salutẽ.non'ne igitur,dicet quispiam,Dominica prima,quę noctem sacram & luminarium sequitur festum,encæniũ erat:cur igitur ut festiuitatis amator,& multas concinnans iucunditates,iterum hodie solẽnitatem illam introducis? cęterùm nox illa salutare erat,ipsa salutis natiuitas.hęc uerò sepulturæ,& resurrectionis est contermina.ipsa quoq; generationis secundæ expurgatio. ut quemadmodum prima creatio initiũ à Dominica sumit,id enim manifestum est. nam ab illa septima sabbatũ fit, quæ & operum est requies:ita & secũda rursus ex eadem initium auspicetur, cum prima sit illorũ quę post ipsam sequũtur, & octaua illorum quæ eam præcessere, sublimi sublimior, mirabili mirabilior.nam ad supernum transfert statum, quam & diuinus Salomon mihi innuere uidetur,cum numero septenario,partem tribuit, uitæ illum sanciens præsenti,partem quoq; octonario,seculo nempe futuro,& ex ea quæ hic est felicitate, & quæ illic existit instauratione.sed & magnus Dauid,eidem psalmos de octaua accinere uidetur,quemadmodũ & encæniorum di ei huic psalmũ alium,domus innouationẽ quandam appellans. quæ quidẽ domus nos sumus,qui Dei templũ esse & uocari,ac fieri digni facti sumus. Encęniorum igitur rationem habetis.uerùm innouamini,& ueterem hominem abijcite,ac in uitæ nouitate uersate,omnibusq; ex quibus mors oritur, frenum imponite, omnia membra gubernate, omne prauum ligni cibum odio habete, aut euomite,& propter hoc solũ ueterum reminiscamur,ut illa fugiamus.formosus erat aspectu,& esu suauis,qui me enecauit fructus fugiamus formosa,nos ipsos intueamur,ne te pulchritudinis uincat concupiscẽtia,neq; tuis rapiaris palpebris.si possibile est & ad despectũ usq; Euam considerabis.dulces illas illecebras,ac condemnabile uenenum. quo enim pacto facile mulier aliena saluabit, quẽ etiã propria perdidit. ne te gutturis irritet appetẽtia, per quod omne quod datum est absumitur,& prius quàm sumatur,honorum:sed postquam sumptum fuerit,inhonestũ. odor te effœminauit,odora fuge.tactu es emollitus,teneris & mollibus renuncia. auditus te decepit,ianuam fallacibus & superfluis appone sermonibus.os tuum Dei uerbo aperi,ut spiritum haurias,& non mortem attrahas.cum quippiam ex prædictis te illexerit,memineris qui' nam sis,& unde perieris.si parũ per à ratione deflexeris,ad teipsum redi,prius quàm omnino excidas, & in mortem feraris.sed & pro ueteri nouus fias,& animæ noualia perage. Contra solum serpentem,propter quem excidisti,irascere.omne desiderium tuum,ad solũ Deum,& nil aliud insidiosum & lubricum dirigatur, omnibus cõsideratio adhibeatur,nec quod melius est à peiore trahatur. ne fratrẽ tuũ odio habeas,idq; sine causa,pro quo Christus occubuit:tuusq; frater factus est,cũ Deus esset & Dominus.ne inuideas egregiè quid agenti,licet illi inuisus fueris: ac posteaq; inuidiam eius resciuisti, insidias quoq; ei struxeris. ne lachrymas sperne,qui multis lachrymis digna perpetrasti, & tamẽ postea misericordiam cõsecutus es.pauperem ne repellas, qui diuinitatis possides diuitias: sin minus,saltem ne pauperis iniuria ditescas. id enim apud insatiabiles frequenter accidere solet.hospitem ne contumelia afficias,pro quo Christus hospes factus est.cuius omnes nos peregrini & aduenæ sumus,ne & tu quoque paradisi hospitio, ut olim excludaris. impertias indigenti tectum, indumentum,cibum, qui in ijs etiam ultra necessaria delicatè oblectaris. diuitias ne ama, nisi ut pauperibus subuenias. dimitte,cum & tibi dimissum sit:miserere, cum misericordiam sis cõsecutus.humanitatem humanitati accumula. donec tempus est, omnis tibi uita innouetur,omnis conuersationis uia. uos mulieres quæ iugo subditæ estis,aliquid Deo quoq; date, nam mancipatę estis,uos uirgines,omnia Deo tribuite,nam solutæ estis.& cum libertatem fugiatis,nolite seruas uoluptates furripere:quia nõ uiris,& tamẽ uiris cohabitatis.non suscipio eas quæ semper uoluptatis recordatione fluctuant.quin & publicam odi conuersationem,uos principes potentiorem,

& qui

& qui in altis sedetis thronis,altiorem timete. nil non durabile mireris. nec quod durabile est,contemne. nil amplectaris, quod & detentum elabitur. noli imitari quicquam,non ex ijs quæ inuidia,sed quæ odio habentur. ne nimium attollaris, quo non altius ruas. ne studeimprobis melior uideri: cum uerò bonis deterior fueris,dole.ne casum proximi rideas: quantum uerò potes,securè transi. sed & humi iacẽti manum porrige. in aduersis prosperiora speres.Cum uerò feliciter agis,aduersa quoque expecta.annus unicus quatuor fert tempora,& unicum temporis momentum,rerum mutationes plurimas. solicitudo tibi uoluptatem interpollet, tristiciam uerò spes melioris. sic innouatur homo, sic encæniorum honoratur dies, huiusmodi delicijs, huiusmodi epulis. Ne cõspiciaris,inquit,uacuus coram me: sed si quid boni habes,cum temetipso afferto. nunc autem appareas nouus, moribus alius, penitus immutatus.uetera transierũt,ecce noua facta sunt omnia. hoc festiuitati fructifices.pulchra alteratione altereris, ne tam altè sapias. sed Dauid illud decanta,ipsa alteratio dextræ est altissimi,à quo omnis hominibus est emendatio. non uult te unquam ratio in eodem subsistere, sed semper mobilem,& ad bonum mobilem, ac penitus nuper conditum esse.si peccas, te conuertit:si emendaris,instigat:heri temporis fidem habebas, hodie Dei fidem cognosce.quousque ambobus claudicas poplitibus? quousque dispensabis? quin aliquando,ut ædificeris,annitere. heri ut aliquis uideri posses, magni æstimabas, hodie quod sis æstima. quandiu somnia? quin tibi ueritas aliquando elucescat. heri spectaculis oblectabaris theatralibus, hodie contemplationi incumbe.heri conuiciator fuisti, & animi impotens, hodie benedicus sis,& mansuetus: heri ebrius, hodie sobrius: hodie uinum, cras aquam bibens: hodie in lecto elephantino delicatè cubans, & odoriferis delibutus unguentis,cras humi stratus,& peruigil. pro scurra maturus, pro accuratè compto incultus, pro superbo & arrogante compositus, pro auro ornato frugalis, pro elato demissus. Si ita sentias, & ita facias, tibi cœlum nouum erit,terra'que noua, ac reliqua, ubi horum rationem habueris. Sed iam transeo, ut quæ tempori conueniunt,pariter celebremus.siquidem benignè cuncta ad celebritatem hanc confluunt, una'que exultant. cerne enim qualia sint quæ uidentur. temporis regina, dierum reginæ pompam instaurat, ac illi confert omne quod pulcherrimum est & iucundissimum, nunc cœlum splendidius, nunc sol sublimior, & auri similior, nunc Lunæ orbis clarior, & astrorum chorus purior. litoribus nunc undæ libant, Soli uerò nebulæ,aeri autem uenti,ac terra plantis,plantæ uerò oculis. nunc fontes limpidius scaturiunt, nunc flumina hybernis soluta uinculis, largius defluunt,prata redolẽt, plantæ pullulant, herbæ tondentur, & agni in uiridibus lasciuiunt aruis.iam adhortatione nautica è portubus naues educuntur. ac ijs quemadmodum plurimum Deo acceptis euenit, & pennas uela sumunt,lasciuiensq; cicunsilit delphin,quàm iucundè sufflans, & subinde gyrans,ac nautas lætè præmittens.iam quoq; aratrum cõponit agricola, suspiciens, & frugum largitorem inuocans. sub iugumq; arator bouem agit,& sulcos intersecat dulces,speq; lætatur.iam pastor, & bubulcus, fistulas adaptant,modulosq; pastorales, & plãtis et petris inspirãt uernantibus.iam herbas colit olitor, & auceps calamos adornat, & in ramos suspicit,ac alitum pennis insidiatur: piscatorq; profunda scrutatur, & rete expurgat,& petris insidet.iam apis operosa alas trahit,ex alueario q; emicans, propriam ostendit prudentiam,ac prata celebrat,& flores spoliat.& hæc quidem fauos conficit,sexangulas & oppositas struens cellas, rectasq; angularibus permutat. opus & pulchrum pariter,& tutum.alia autem mel in repositoria condit, & citra aratrum fructum hospiti colit suauem.utinam & nos Christi apiaria,tale prudentiæ ac sedulitatis exemplum accipiamus. iam ales nidum cõstruit: & hæc quidem reuolat, illa uerò incubat, alia autem circũgyrat.nemus resonat,& hominem murmure suo oblectat.omnia Deũ laudant, & glorificant

Universidad de Deusto
Biblioteca

uocibus canoris. in omnibus enim per me gratiæ reddũtur Deo. & ita illorum laudatio noſtra efficitur, à quibus & ego laudationem ſumo. nunc omne genus animantium ridet, & omni corporis ſenſu fruimur. nunc quoq; equus alticeruix, ac ſuperbus, ſtabulis indignatur, & diruptis uinculis per campos laſciuit, ac fluminibus abluitur. & quid plus? nunc matyres in apertum prodeunt, ac pompam inſtaurant, & ſplendidis altaribus Chriſti amantem conuocant populum, certaminaq; publicant. ex his unus eſt coronatus ille meus. meus etenim eſt, tametſi apud me nõ ſit, cedat inuidia, ſcientibus dico. Mamas celebris ille, & paſtor, & martyr, qui prius ceruos mulgebat, inuicem ſe prẽuenientes, ut hoſpitali lacte nutriretur iuſtus. nunc uerò metropolis populũ paſcit. hodieq; uernum tempus, multis milibus undiq; concurſantibus innouat, & uirtutis pulchritudine etiã paſtoribus præcipuum, epiniciſq; ſermonibus dignum. & ut ſuccinctius dicam: nunc uer mundanum, uer ſpiritale, uer animabus, uer corporibus, uer uiſibile, uer inuiſibile, cuius et illic participes erimus, cum hic bene ambulauerimus, ac noui, ad uitam tranſmittemur nouam. in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui omnis gloria, honor, & poteſtas, cum ſancto ſpiritu, in gloriam Dei patris, Amen.

D. GREGORII NAZIANZENI ANNOTATIO *in Ezechielem, Vuolfgango Muſculo interprete.*

Græcum exemplar habebat hanc cenſuram in margine.

Sciendum eſt, in dubium uocari, à nonnullis, ſit ne ſequens ſermo Gregorij Nazianzeni, uel ſecus. Ipſe uerò annotationes non Ezechieli tãtum, ſed & alijs ſcriptoribus competunt. forſan illas quiſquam ſic ut reperit, conſunctim ſcripſit, propterea quòd ipſum patrem (Gregorium) ad hunc modum eas in libello ſuo, cui huiuſmodi annotationes inſerere cõſueuit, inſcripſiſſe, ac principio quidem in Ezechielem nonnulla annotaſſe, ſubinde tamen & alias S. ſcripturarum annotationes adieciſſe inuenit. qui libellus omnium opinione profitetur, quod ſit ſancti huius uiri manu conſcriptus, alioqui admodum ambiguus.

ANNOTATIO IN EZECHIELEM.

NOſtro iudicio homo uis rationis eſt, leo uis animi, uitulus uis concupiſcendi: aquila, cõſcientia reliquis impoſita, quæ à Paulo ſpiritus hominis dicitur. Qui præſidet in ea uiſione, pater eſt: uẽtus, ſanctus eſt ſpiritus: nubes, filius. Ab aquilone uerò, eſt ab inductionis principio proficiſci ad meliora: ſplẽdor, propter illuminationem: ignis, propter eruditionẽ: fulgor ignis, caſtigatio, quæ fit per interualla: electrum, animi repurgatio dicitur. Annotandum etiam eſt, quòd hominis imago præponitur. Eſt autem quæuis rationalis natura, ueluti ſpiritualibus pennis alata. Complectuntur ſe inuicem, propter communicationem & concordiam. Manus hominis ſub pennis eſt propter rectam ordinationem: firmamẽtum, propter ſoliditatem: Iris, propter pacem & pactum Dei, quod nobiſcum pepigit: Sapphirus, ſecreta: Cryſtallus, propter puritatem & candorem: recti pedes, propter * firmitatem ac ſtabilitatem: ignis in medio conuerſatus, ne quid hiulcum ſit & fluidum: ſplendor uerò, propter finem quietis: ueſtigium, ſicuti Symmachus reddidit, pedum uituli, propter agriculturam: iuxta Aquilam uerò, rotundum, propter figuræ uenuſtatem. Species uerò rotarum, ſecũdum Symmachum, hyacinthina: recurua uerò, ſicuti ſpecies Beſeck, quòd inuia ſint, quæ cunctæ luce in uniuerſum carent, uerùm ſecundum ſpeciem Beſeck, id eſt, fulgoris, ſiquidẽ hominis ſimilitudo occurrerit, reliquis hominibus dominatur: ſin uerò minus, diuerſum cõtingit. Habet leo quiddam ſuperbũ et uehemens, ut illo commodè utamur. Vitulus innuit, ut decẽter concupiſcamus. Eſaias dicit, Sanctificabis ipſum in igne ardenti, à lumbis ſupernè electrum. Superiora ſiquidem caſtigatione nõ egent. A' lumbis infernè ignis, opera generationis innuuntur, caſtigationem exigentia. Spiritus primũ eximit quod purgatum eſt: deinde nõ purgatos, per ipſum purgat ignis. Splendor uerò commodus

Arcus cœleſtis.
** uel gradiendi facultatem.*

commodus hic finis eſt. Tales enim ſunt caſtigationes. Scopus unus eſt opificis, ut ſubiectam materiam pro ſuo arbitrio, & ut arti competit, operetur. Quemadmodum optimus ac ſapiens eſt Deus, nõ autẽ ſicuti nos, ſic & opifex eſt, ſiquidem ſimplex eſt, & non compoſitus. Nos enim, quoniam compoſiti ſumus, tales non ſumus. Iuſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis. Sapientes uocat filios. Et iterum ipſe ſeruator de illis dicit: Sapientiores ſunt filij huius ſeculi filijs lucis, in generatione ſua. filios lucis eos uocat, qui ſcientia ſunt illuminati. Et eramus natura filij iræ. Non de eo quod ſecundum naturam in nobis eſt, loquitur: ſed de eo, quòd qui peccant, reuera obnoxij ſunt iræ. Et de Iudah ſcriptũ eſt, quod ſit filius perditionis. Vocauit eum filiũ perditionis, propterea quòd ea quæ perditionis ſunt, perpetrabat. Eſaias triennium nudus ſine aliquo indumento peregit. Moſen ferũt, poſtquam audiſſet oracula Dei, uxorem ſuã non attigiſſe amplius, nec liberos procreaſſe. Abominatio deſolationis ſtans in loco ſancto. Templũ Hieroſolymitanũ tandẽ reædificandũ fore dicunt, eo quòd futurũ ſit, ut Antichriſtus à Iudeis Chriſtus eſſe credatur, ac cõſtituatur, & totius orbis Rex fore putetur. uenturus eſt autem ad deſolationem mundi. Eſt enim abominatio deſolationis. Tres pueri illi, in Babylone, qui in camino ardenti fuerunt, Ezechiæ filij fuiſſe feruntur: & de Ezechiele dicitur, quod primùm ſeruus Hieremiæ fuerit.

Ioban. 17. *Eſaias.* *Moſes.* *Matth. 24.*

Scholia Græca in margine.

Incredibile uidetur, Ezechielem fuiſſe ſeruum, propterea quòd de familia ſacerdotali deſcendit. Gregorius uerò id quod à quibuſdam dicebatur, non quod omnino uerum eſſet, annotauit.

METAPHRASIS D. GREGORII NAZIANZENI IN *Eccleſiaſten, Vuolfgango Muſculo interprete.*

Scholia Græca in margine, ex hãc lucubrationem Gregorij eſſe dubitant.

HAec Salomon Dauidis Regis & prophetæ filius, apud omnes mortales Rex honoratiſsimus, uniuerſæ Eccleſiæ Dei dicit, quòd uidelicet uana ſint & ſtulta hominũ facta & ſtudia, quatenus humana exiſtũt. Haud enim poterit quiſquam aſſerere, quod aliquid utilitatis per ea ſit perfectũ, quæ homines in terra repentes, tam corpore quàm animo efficere contendunt. Etenim & temporarijs inferiores exiſtunt: et cœleſtia quid nam ſint, generoſo mentis oculo ne aſpicere quidem uolũt. Et atteritur mortalium uita de die in diem, horarumq; & annorum periodis, ac determinatis ſolis curſibus, atq; ita ut alij naſcantur, alij ex hac uita diſcedant. Eſt autem res iſta non abſimilis immenſo torrentiũ tranſcurſu, qui ſe magno cum ſtrepitu in profundum maris exonerant. Et ea quidem quæ propter homines à Deo ſunt condita, in eodem ſtatu permanent: utpote, quod quæ ex terra proueniunt, ad terram reuertuntur, quod terra ipſa perſtat: quòd ſol ubi uniuerſam terram circuit, ad eundem terminum recurrit: & uenti conſimiliter, & fluuij quoque, tanta copia in mare influentes: & quòd uenti irruentes mare non cogunt, ut terminos ſuos tranſgrediatur, & nec ipſi leges ſuas excedunt. Et ea quidem quę uitæ noſtrę conducunt, ad hunc modum diſpoſuit: quæ uerò ab hominibus ipſorum induſtria fiunt, ſiue uerba, ſiue facta, menſuram non habent. Et uerborum quidem multa eſt copia, utilitas uerò nulla, propter nugacitatis fallitatem. Et inſatiabile eſt genus hominum cùm dicendo, tum alios loquentes audiendo. Oculis quoq; uanis quæcũq; accidunt, uidere geſtit. Et quid nam tandem fieri poteſt, quod non ſit factũ et antea? Aut quid noui ab hominibus deſignabitur, cuius nondũ extiterit experiẽtia, & quod memoratu nõ ſit indignum? Ego ſanè arbitror nihil eſſe quod quiſquam recens dicere, aut nouum, uel ueteribus incognitum ſi reputet, inuenire queat. Quemadmodum autem priora per obliuionẽ ſunt abſcõdita, ita & præſentia poſteris temporũ caligine obſcurabuntur. Et iſta nõ recens iam à me ipſo cõminiſcor et cõcionor, ſed tanquã Rex Hieroſolymitanus cuncta ſufficienter indagaui. Inquirens autem accuratè, & ſapienter uniuerſam

terrenarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

terrenarum rerum naturam considerans, admodũ illam uariam esse cognoui: quomodo datum sit homini, ut super terram laborando, interdum ad aliena & uaria laboris occasione sine ulla ratione deuoluatur. Abundãt autem omnia inferiora spiritu absurdo & impuro, sic ut restitui nequeant: imò ne intelligi quidem prorsus possit, quæ absurditas res humanas occuparit. Etenim cum aliquando mecum ipse reputarem, quòd omnibus qui me tunc antecesserunt, iam sapientior effectus essem, decreuissemq; parabolas & rerũ naturas intelligere, arbitratus sum me uanè & frustra huc incumbere, eo quòd sapientiam quidem scientia, scientiam uerò labor comitatur.

CAPVT II.

Cum hoc igitur sic comparatum esse iudicarem, ad aliud me uitæ genus conuertere decreui: ac tradidi me delicijs, uariarumq; uoluptatum experientiam cæpi. Verùm etiã talia simul uniuersa uana esse cognoui, ac risum temerarium cohibui, & uoluptatem iuxta normã sapientiæ castigaui: & acerbè increpaui, recogitans hanc esse animi facultatem, ut ebriam ac uini instar fluxam corporis naturam sistere, & concupiscentiam studio continentiæ in seruitutem redigere ualeat. Proposui etiam considerare, quid nam propositum sit hominibus studiose appetendum: & quod uerè sit bonum, quod sibi in hac uita conquirant. Nam reliqua transiui omnia, quæcunq; appetenda uidentur: utpote celsissimarum ædium structuras, uinearum plantationes, hortorum apparatus, omnis generis fructiferarum arborum copiam et curam: ubi simul & ingentia aquarũ receptacula ad hoc cõstructa sunt, ut irrigatio plantis largiter distribueretur. Erã etiã circumuallatus multitudine domesticorum, famulorũ ac famularũ, quorũ alios extraneos aliunde acquisieram, alios domi meæ prognatos lucrificeram. Animaliũ quadrupedum turmæ, partim armentariæ, partim gregarię in meam potestatem redactę, tam numerosæ erant, ut ante me nemo ueterum parem copiam sortitus fuerit. Thesauri argenti & auri affluebant. Nam Reges quorumcunq; uel dona ferebant, uel tributa pendebant, frequentes uirorum pariter ac mulierum chori suauissimis canticis oblectationis meæ gratia tripudiabant. Et præterea sympolia & pocillatores ex utroq; hominum sexu delectos, quos ad hoc ordinaram, ut delicijs istis tanquam pars quædam inseruirent, numerare nequeo: usque adeò antecessores meos, qui Hierosolymis ante me regnarunt, harum rerum copia excelluí. Interea diminuebatur mihi sapientia, augescebat uerò concupiscentia non bona. Nam quibuslibet oculorum illecebris, & intemperatis cordis mei affectibus indulgens, ac uoluptatum undequaq; adfluentiũ spei meipse tradens, propositum meũ omnis generis prauis delicijs obstrinxi. Etenim sic cogitationes meę ad hanc infelicitatem ferebantur, ut illa quidem bona esse: hæc uerò ut comparare, mihi conducere iudicarem. Pòst uerò, cum expergefactus suspicerem, considerauí quæ in usũ mihi erant, laboriosa esse pariter, & admodũ difficilia, et spiritus non boni studia. Nihil enim iam eorum quę ab hominibus appetuntur, gratũ, & rectæ rationi amplectendum esse uidetur. Reputans itaq; quæ insint sapientiæ bona, & stulticiæ mala, haud immeritò admodum admiror eum uirum, qui cum præter rationẽ aliquandiu uixerit, pòst sibijpsi redditus, ad ea quæ decent sese conuertit. Multũ enim discriminis est inter sapientiã et insipientiam: quarum differentia tanta est, quãta est inter diem & noctem. Quapropter qui uirtutẽ elegit, similis est ei qui singula perspicuè ac superiora quoque cernit, & iter suũ illustrissimi splendoris tempore conficit: qui uerò malitiæ, & omnis generis errori deditus est, similis est obscura nocte oberranti, cęcus uisu, & rerũ caligine adobrutus. Tandẽ cum utriusq; uitam, quàm inter se uiuendo discrepent, considerassem, nihilq; discriminis reperissem, ueluti consortem insipientium me constitui: atque ita insipientiæ authoramenta recipiam. Etenim quid boni sophismata illa adferunt? Aut quid utilitatis ex multitudine sermonum prouenit, unde nugacitatis fluenta uelut ex

lut ex quodam insipientiæ fonte promanant? Verùm sapienti & stulto nihil est commune, nec quod hominum memoriam, nec quod retributionem Dei concernit. Humanę uerò res dum adhuc in principijs uersari putantur, iam finem suum uniuersæ sortiuntur. Sapiens uerò nunquã eidem fini cum insipiente est obnoxius. Sum itaq; odio prosecutus uniuersam uitã meã uanè consumptam, quam egi terrenis laboribus impense addictam. Vt enim compendio dicam, cuncta mihi acerbè sunt exantlata, tanquam ex irrationalibus affectibus profecta: & succedet in illa alius quisquam, siue sapiens, siue stultus, & laborum meorũ fructibus sine sudore potietur. Cum autem ista reprobarem & abijcerem, uidebantur ea demum uerè bona proposita esse homini, scilicet sapiẽtiæ, & possessio fortitudinis. Quod si quis nullam horum bonorum curã gessit, sed alijs inhiauit, is pro bonis mala elegit, et maliciam pro bonitate, laboremq; pro tranquillitate, uarijs perturbationibus iactatus, noctesq; ac dies indesinenter occupatus, deniq; laboribus corpus fatigantibus, & curis animi indesinentibus, et corde propter res absurdas discruciato, miserè affectus exercuit. Perfectum enim bonum non est situm in cibo & potu. Nam licet mortalibus alimonia potissimũ à Deo proueniat (nihil enim eorum quę ad salutem nobis sunt tradita, extra prouidentiam ipsius contingũt) uerùm uir bonus sapientiam à Deo consequutus, cœlestem consequutus est læticiam: at malus, fatalibus malis impulsus, ac morbo auariciæ correptus, multa congerere satagit: & eum qui à Deo cohonestatur, contra Dominum omnium probris afficere contendit, dona protendens inutilia, subdola & uana, quæ tanquam miseri animi sui studia parauit.

CAPVT III.

Præsens uerò tempus omnis generis contrarijs est euentibus refertum. Quæ iam nascuntur, paulo pòst moriuntur: quæ plantantur, postea euelluntur: quæ iam sanantur, mox occiduntur: domus quæ nunc ædificantur, pòst destruuntur: qui iam plorant, alio tempore rident, planctum excipiunt saltationes: nunc terrena coaceruantur, pòst abijciuntur: qui nunc insanit in mulierem, aliquanto pòst illam odio prosequitur: & quod quis iam studiose quærit, pòst perdit: quod nunc custodit, paulo pòst prodit: qui iam occidit, pòst occiditur: qui iam loquitur, postea tacet: qui iam diligit, pòst odit. & res humanæ aliquando bello occupantur, aliquando pacem retinent: & quæ optima iam esse uidentur, repentè in manifestè mala decidunt. Cessemus igitur ab inutilibus laboribus. Nam hæc omnia ad hoc sunt disposita, ut mortales uenenatis aculeis uelut œstro quodam percitos exagitent. Cæroscopus autem quidam prauus ac uersutus, seculum hoc delere nititur, & intentissimè figmento Dei insidiatur, ad hoc deditus, ut illi inde à principio ad finem usque bellum inferat. Persuasus itaque sum maxima hæc esse mortalium bona, ut & bono sint animo, & bene agant: & temporariam quoque hanc fruitionem rerum à Deo proficisci, modò iusticiæ studium actibus nostris præsit. Et æternis & incorruptis rebus, quæ Deus ut firma sint determinauit, nihil à quopiam uel demi potest, uel addi, sed sunt illa reuerenda & admiranda: ex quibus alia facta extant, alia futura, quatenus præfinita sunt, iam & ipsa sunt facta. Qui uerò per iniuriam premitur, Deum habet adiutorem. Vidi in partibus inferioribus barathrum supplicij, quod impios capit: pijs uerò locum alium, remissum, deputatum cognoui. Cogitaui autem apud Deum omnia pariformiter reputari & iudicari, eadem sorte esse iustos & iniustos, rationalia & irrationalia, eo quòd tempus omnibus pariter admensuratur, & mors omnibus ex æquo imminet: & idem esse coram Deo utrunq; & iumentorum & hominum genus,

Cæroscopus, id est occasionẽ speculãs, & obseruans. Loquitur autẽ de Satana hoste & insidiatore.

Universidad de Deusto
Biblioteca

genus,niſi quòd ſola articulata uoce differũt. euenire autem illis pariformiter omnia:& mortis non minus homines, quàm reliqua animantia, eſſe capaces, denicp conſimilem cunctis ineſſe ſpiritum, nec eſſe hominibus amplius quiddam: ſed cuncta,ut uno uerbo dicam,exiſtere uana, quæ de terra conſtitutionem ſui accipiunt, & in terram eandem reſoluũtur. eſſe enim incertum tam de hominum animabus, an ad ſuperiora conſcendant: quàm de illis quas habet animantia irrationalia,an ad inferiora dilabantur. Et illud mihi uidebatur, nullum eſſe aliud bonum mortalibus, quàm ut delicientur, & præſentibus rebus fruantur. Necp enim arbitrabar fieri poſſe, ut ad eiuſmodi rerum iſtarũ fruitionem reuertatur quiſquã, ubi mortẽ ſemel guſtauerit.

CAPVT IIII.

Cum autem ab hiſce me cunctis cogitando auertiſſem, conſideraui & deteſtatus ſum quęuis calumniarum genera, quæ inter homines ſtruuntur, quarum impulſu nonnulli iniuria affecti illachrymantur ac lamentantur,eo quòd eorum qui defendere debebãt,uiolentia proſternuntur: uel quod nulla ſpes uſpiam eſt,fore qui ipſos ſaltem conſolentur. uiolenti uerò eriguntur in altum,unde & decident, & iniuſtorum ac temerariorum qui mortui ſunt, melius egerunt,quàm qui adhuc uiuunt: potior autem utriſcp eſt, qui ſimilis illis futurus,nondum eſt natus: eo quòd humanam nondum attigit maliciam. Et illud quocp mihi innotuit, quanta uirum inuidentia proximi quicp ſequantur, quæ œſtri inſtar eſt mali cuiuſdam ſpiritus, & quod recepto illo, ac uelut in pectore condito, nihil habetur aliud, quàm ut animus proprius exedatur,unacp cum corpore diſſecetur & conſumatur: propterea quòd qui hoc œſtro percitus eſt, aliorum fœlicitatem dolorem iudicat eſſe haud conſolabilem. Malit autem quiſquam ſapiens alteram duntaxat implere manum abſcp negocio cum placiditate, quàm utraſcp, cum labore, ac ſubdoli ſpiritus uerſutia. Eſt & aliud quidpiam, quod pręterquam conuenit,uiro illi euenire noui, qui mali propoſiti gratia prorſus ſolitarius eſt,nec quempiam habet,ne filium quidem,multis uerò opibus abundat: & tamen nec ſaturari poteſt,nec commoditati ſeſe dare ſuſtinet. Haud illibenter interrogarim qua tandẽ ratione qui huiuſmodi eſt laboret,ac tantopere ne boni quid faciat fugiens,uariis ſeipſe deſideriis cumulandarum opum gratia conficiat. Multo prudentius illi faciunt,qui dum uiuunt, ſocietati ſeſe accommodant: ex qua quæ ſunt optima lucrifaciunt. Etenim ubi duo uiri in rem eandem recte incumbunt, etiam ſi alteri ex ipſis accidat aliquid incommodi, haud tamen parum ex eo habet auxilij,quem in re eadem ſocium eſt nactus. Eſt autem maximum incommodum uiro infeliciter agenti, ſi refocillatore deſtituatur. Qui uerò coniunctim uiuunt, etiam uitæ ſuæ proſperitatem ſibijpſi duplicant,ſic ut & interdiu mutua inter ſe fiducia alacriter,et noctu honeſta te ſeruata hilariter agant. Qui uerò uitam ſocietatis expertem ducit,horridũ ſibijpſi uiuendi genus aſciſcit,nec experitur, quomodo etiam ſi quis inſidietur hominibus inter ſe connexis,haud certo, ſed temerario conſilio utatur, & quomodo funiculus triplex non facile rumpi ſoleat. Ego ſanè iuuenem pauperem,ſi ſapiens ſit,Regi ſeni ac ſtulto præfero, qui de eo nunquam cogitauit, quod fieri, poteſt ut è carcere quiſquam ad Regni ſolium ſubuehatur,& ipſe tandem iuſto iudicio iniuſtum potentatum amittat. Contingit enim, ut qui iuueni quidem,ſapienti tamen,ſubiecti ſunt, ſine moleſtia degant,hi uidelicet qui ætate prącedunt. Nam qui poſtea ſequũtur, quoniam alios rerum imperitos ſortiuntur, ne hunc quidem laudare poſſunt, acti & animo abſurdiſsimo,et impulſu ſpiritus aduerſarij. Eccleſiaſtes uerò prę oculis habuit: cùm ut ſuam ipſius uitam rectè tranſigat, tum ut pro inſipientibus precetur,quo accepta intelligẽtia,malorum perpetrationem fugere queant.

CAPVT V.

Bonum eſt cohibere linguam, & in ſtudio loquendi cor adhibere firmũ & conſtans. Haud enim conducit, ſi nulla adhibita ratione quęcunc in animum

animum incidunt,etiamſi ſint abſurda,mox uoce proferantur: ſed cogitandum eſt,etiamſi procul abſumus à cœlo,haud tamen ignorãdum eſſe,quòd ſub auditu Dei loquimur,& quod utile eſt,non per quamlibet occaſionem temerè profundere uerba. Quemadmodum autem uarias animi curas omnis generis ſomniorum phantaſia comitatur, ita & ſtultitiæ nugacitas adhæret. Promiſsio per uotum facta,opere adimpleatur. Proprium eſt inſipientium,ut ſint leues ad uouendum:at tu uerax eſto,ſciens multo eſſe ſatius, nec uouere quicquam,nec promittere quod ſis facturus, quàm cum uoueris,negligere uotum. fugiendus autem eſt inutilium uerborum effluxus, eo quòd audiuntur à Deo. Etenim nihil inde reportat amplius, qui talia cogitat,quàm ut opera ſua à Deo diſsipari ſentiat. Nam ut uana ſunt multa ſomnia,ſic & multa uerba inania exiſtunt. At timor Dei,ſalutaris quidem eſt hominibus, uerùm rarus. Quapropter admirandum nõ eſt,ſi quis pauperes calumnijs premi,et* iudices decipi uiderit. Auerſandum autem illud eſt,quòd maiores potentioribus quidam eſſe uidentur. Nam etiamſi id cõtingat,malicia tamen per ſe non liberabit te malis illis horrendis,quæ tibi ſunt euentura. Quemadmodum autem opes ex rapina collectæ,nocentiſsimæ ſunt, & impijſsimæ:ita & uiro pecuniarum cupido nulla eſt ſatietas, nec proximorum beneuolentia,etiamſi plurimum argenti poſsideat. Et hoc quidem uanum eſt:bonitas uerò exhilarans eos quibus eſt coniuncta,exhibita uirtute dextros ac fortes reddit ad conſiderandum ſingula. Magnum & illud eſt, non addictum eſſe talib. curis. Num pauper quidem etiamſi ſeruus exiſtat, nec uentrem ſuum plus quàm neceſſe ſit repleat,dormiendo tamen blanda quiete fruitur:uerùm opum cupido uigilias & animi labores ſecum trahit. Quid autem magis poteſt accidere abſurdum,quàm opes ingenti ſtudio & ſollicitudine coaceruatas,tanquam mille malorum cauſas habentes ſibijpſi aſſeruare? Et præterea diuitias illas omnino neceſſe eſt aliquando perire,ſiue liberos habeat poſſeſſor illarum, ſiue non habeat, & ipſum quocp nolit uelit talem in terram decidere,& hinc migrare,qualis aliquando ut eſſet, in illam aduenit. Cum autem uacuis ſit manibus abiturus,ſuã ipſius calamitatem per id cumulat,quòd non cogitat imminere uitæ ſuæ finem natiuitati conſimilem. Et quod inutilibus moleſtatur, magis in uenti cuiuſcquam impetum ſpargitur,quàm ſtudio ipſius reſpondet, eo quòd uniuerſam uitam ſuam impijſsimis concupiſcentijs & irrationalibus affectibus, immo & doloribus & infirmitatibus abſumit. Et ut conciſe dicam: Huiuſmodi homini dies tenebræ,& uita luctus exiſtit. Illud uerò bonum eſt, & non abijciendum(donum enim Dei eſt)ſi queat homo laboribus ſuis hilaritate diuinitus data perfrui,& opes habere nullo raptu acquiſitas. Talis enim nec doloribus adflictatur,nec,ut frequenter accidit,prauis cogitationibus ſeruit: ſed uitam ſuam beneficentijs accommodat,& erga quoslibet bene affectus, de dono Dei lætatur & exultat.

Vel, coram iudicibus falſam referre ſententiã.

CAPVT VI.

Commemorabo & eam infelicitatem,quæ mortales uelut unda quędam inuoluit: qua uidelicet,quando Deus quæ illis adlubeſcunt omnia ſuppeditat,nec quicquã eorum quæ concupiſcunt denegat,nec facultates, nec honores,nec reliqua quibus inhiant homines,ijs qui omnibus iſtis ex uoto potitur,perinde ac ſi diuinitus hoc ſaltẽ malo correptus ſit,ut bonis hiſce non fruatur,amico ſuo illa cumulat,dum ſine fructu & ſibijpſi & proximis inutilis moritur:id quod ego magnam coniecturam,et euidens argumentum ſingularis cuiuſdam duxerim eſſe maliciæ. Et uirum illum, qui cum ſit multorum liberorum pater, & multum temporis illæſè uixerit, animum ſuum cõmoditate pręſenti tandiu ſuperſtes non impleuit,ſed ſic mortem guſtat,ego nec propter numeroſam prolem,nec propter longęuam uitam, felicem eſſe iudico:ſed pręfero illi embryum,quod immaturè materno utero excidit. Illud enim quemadmodum fruſtra prodit,ſic abit etiam,idcp abſcondite, ſine

Universidad de Deusto
Biblioteca

recordatione, nec mali quicquam experitur, nec Solem aspicit: id quod leuius est, quàm quod malo homini accidit: qui etiam si uitam suam mille annis adæquet, huius tamen uitæ bonitatem non sentit. finis autem utriusq; mors est, præsertim ei qui insipiens esse deprehenditur, ob id quod ne unius quidem concupiscentiæ satietatem cæpit. Sapiens uerò passionibus istis non est obnoxius, sed plerunq; rectæ uitæ hominem paupertate ducit. Spectacula aũt gulosorum, multorum oculos contabescere faciunt, dum animum illorum irritant, & ad inane studium, propter uanam ostentationis cupiditatem trahunt. Quæ quidem fuerunt, iam notã sunt, manifestũq; est, quod homo illis qui supra ipsum sunt, aduersari nequeat. Nugæ autem uersantur inter homines, quæ insipientiam eorum adaugent, qui ipsis utuntur.

CAPVT VII.

Quamuis nihil amplius lucrifaciat ille, qui quæ in uita hac iucunda sibi sint euentura cognoscit (largiamur enim illud) nihilo tamen secius hoc machinatur humana curiositas, ut quæ post mortem quoq; cuiusq; sint futura, curiosè indagent, & se scire uideri uelint. Est autem memoria bona iucundior animæ, quàm oleum corpori: & exitus uitæ melior natiuitate, optabiliusq; lugere quàm conuiuari, & adesse lugentibus quàm temulẽtis. Potest enim fieri, ut qui ad hunc modum uitæ suę terminum sortitur, ea quę sibi imminent, nec obseruet, nec caueat. Ira quoq; cum prudentia coniuncta, præferenda est risui. Nam animus seuero faciei aspectu corrigitur. Itaq; sapientum animi uultum ostendunt seuerum & contractum, insipientium uerò elati sunt & hilares. Et multo est optabilius, unius sapientis reprehensionem amplecti, quàm integri chori prauorum et infelicium hominum audire cantilenas. Etenim insipientium hominum risus, spinarum igne uehementi ardentium sonitum exprimere uidetur. Est autem & hoc miserum. Maximum uerò malum est calumnia. Nam illa animabus sapientum insidiatur, & generosam bonorum instantiam impedire conatur. Sermonem laudare conuenit non in exordio, sed in calce: & moderati mores probandi sunt, non elati & fastuosi. Ira uerò admodum est cauenda, nec præpropere in illam proruendum, cui insipientes seruiunt. Peccant autẽ illi, qui maioribus nostris melius fuisse traditum uiuendi genus dicunt: nec intelligunt, quantum superet sapientia opum abundantiam, & quod tantũ est clarior, quantum argentum umbra sua illustrius. Siquidem uita hominis non marcidarum opum possessione, sed sapientia seruatur. Quis autem, dic quæso, tantam & tam iucundã Dei prouidentiam enarrare poterit? Aut quis ea reuocabit, quæ iustè à Deo neglecta uidentur, ut non delinquat? Prius ego cõsiderauí omnia: & iustum, qui iustitiæ inhęret, & ad mortem usq; ab illa non exorbitat, sed & propter eam insidias tolerat: & impium, qui immortuus est malitiæ suæ. Oportet autem eum qui iustus est, non admodum iustum, nec ualde & ultra mẽsuram sapientem uideri, ne si prolapsus fuerit, enormiter delinquat. Et ne sis temerarius & proteruus, ne morte abripiaris immatura. Maximum bonum est, adiuuari à Deo, & in illo existentem non peccare. Etenim abominabile est, quæ pura sunt, impura manu contingere. Qui uerò cum timore Dei obsequuntur, quæ illi sunt contraria fugit. Sapientia uerò ad auxiliandum, maiora perficere potest in ciuitate, q̃ acies potentissimorum uirorum. Rectè etiam illa sæpenumero illis ignoscit, qui ab ijs quæ facienda sunt aberrant. Haud enim est, ne unus quidem, qui non delinquat. Sermonibus uerò impiorum nullo est accedendum pacto, ne quæ contra te ueluti malæ nugacitatis seruum, dicuntur, ipse audias, deinde corde stimuleris, ac tandem in multis actibus eò prolabare, ut ipse quoque uicissim maledicas. Hæc omnia, sapientia à Deo accepta cognoui: qua postea amissa, similis mei esse non potui. Aufugit enim à me sapientia, sic ut infinitis me spacijs, & immensa profunditate desereret, usque adeò, ut ne nũc quidem eam recuperare ualeam, ac tandem perfectam illam ne quæram quidẽ amplius: nec

nec cogitaui etiam considerare impiorum insipientiam, consilia uana & uitam dissolutam. Sic autem animatus in ista sum perductus. Concupiscentia uerò mortifera detentus, agnoui mulierem, terram quandam, aut aliud quid tale existentem. Cor eius ueluti sagena quadam innectebat accedentes, etsi manu sua manum cuiuspiam contigisset tantum, detinebat, uel quasi uinculis quibusdam irretitum attrahebat, à qua solus ille liberabatur, qui Deum propitium & inspectorem præ oculis habebat. Sic qui peccati seruus est factus, non effugiet. Cum autem in cunctis mulieribus sapientiam quærerem, ne in una quidem ullam inueni. Virum uerò sapientẽ quisquam inter mille forsan repererit, mulierem uerò nequaquam. Considerabam potissimum & illud, quòd homines cum à Deo sint animo simplici cõditi, uarias sibijpsi cogitationes & infinitas quæstiones ascíscunt: & dum se sapientiam quærere prætexunt, circa dictiunculas uersantur.

CAPVT VIII.

Sapientia in homine exquisita & probata, etiam in uultu eius relucet. Nam possessorem suum illustrat: quemadmodum impudentia, mox eum, cui immoratur, eò deducit ac prodit, ut odio dignus appareat. Oportet autem sermonibus Regis diligenter ac sollicitè attendere: & iuramentum, præsertim quod sub nomine Dei fiat, quouis modo uitare. Malo quidem sermoni resistere conuenit, uerùm quamuis maledicentiam aduersus Dominum uitare decet. Neq; enim reprehendendus est, si quid induxerit. Nec contradicendum est decretis monarchæ ac regis. Melius autem est, & utilius, ut sacris præceptis adhærentes, alieni simus à sermonibus malis. Sapiens enim uir nouit, immo præscit iudicium opportunum, quod iustum sit futurum. Nam quæcunque homines in hãc uita faciunt, castigationem cœlestem expectant. Verùm malus non solet admodum agnoscere, quod prouidentia illa, quæ multa in ipsum est intenta, nihil eorum quæ facit, obliuioni in futurum tradit. Haud enim nouit quæ imminent. Nam nemo est, qui quicquam ex illis pro dignitate annunciare ualeat. Sic nanq; fortis ac ualidus nemo erit, ut angelum animam ipsius auferentem prohibere queat: neque methodus aliqua reperietur, qua tempori mortis præscribatur: sed perinde cuncta prorsus ineuitabilia uidebuntur, ac si quis in medio belli conflictu comprehendatur. Omnis uerò mortalium impietas simul perdetur. Obstupesco autem, quotiescunque considero quæ & quanta in detrimentum proximorum comminiscantur & instituant homines. Noui autem impios iam antea ex hac uita abreptos, & de medio sublatos, propterea quod uanitati sese tradiderãt. Quoniam enim prouidentia Dei non statim de quibuslibet supplicium sumit, propter multam patientiam, neq; mox in ipsis delictis uersantes punit, eam ob causam peruersus homo licere sibi putat, ut frequentius peccet, quasi impunè sit euasurus: non intelligens, quòd occultum non erit etiam plurimo pòst tempore, quod nunc iniustè perpetrat. Deum uerò reuereri, maximum bonum est: à quo quia decidit impius, stultitia sua non adeò diu utetur. Est autem & falsa gloria pessima, quæ homines sæpenumero depascitur. De iustis quoque & iniustis considerauí. Nam de utriusq; contraria sentiunt. Si quis iustus extiterit, talis non uidetur. Et impius sapiens esse putatur. Hunc errorem omnium esse pessimum iudico. Arbitrabar autem aliquando maximum bonum esse cibum & potum, & eum Deo esse acceptissimum, cui datum sit ut illis in uita sua quàm fieri poterit maximè fruatur: & huiusmodi iucunditatem animi solam uitæ huius iudicabam esse solatium. eamq; ob causam nulli alij rei nisi opinioni isti incumbebam, usq; adeò, ut neq; noctu, neq; interdiu ab omnibus illis abstraherem me, quæ deliciarum gratia commenti sunt homines. Vnde etiam tantum scientiæ reportaui, ut certò cognouerim, haudquaquam posse eum qui istis sese immiscuerit, uerum inuenire bonum, etiamsi magno labore contendat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT IX.

Arbitrabar tum temporis eadem quibuſuis eſſe conceſſa: & ſi ſapiẽs quiſpiam, iuſticiæ ſtuduiſſet, & iniuſticiam auerſatus fuiſſet, denicꝙ erga quoſuis integer exiſtens, inimicitiam effugiſſet, id quod Deo placet, is mihi inanem operam nauare uidebatur. Videbatur etiam unum eſſe finem iuſti pariter & impij, boni ac mali, ſynceri & inſynceri, Deũ placantis & nõ placantis. Nam & iniuſtus & bonus, & periurus & qui iuramentũ prorſus auerſatur, ad eundem finem peruenturi ſperantur. Videbatur autem quodammodo reprehenſibile eſſe, quòd pariformiter moriuntur omnes. Nunc uerò agnoſco, inſipientium eſſe haſce cogitationes, erroneasꝙ & ſeductrices. Et hoc frequenter dicunt: quod qui mortuus eſt, in uniuerſum abierit: & quod uiuus etiam in tenebris conſtitutus, præferendus ſit mortuo: quodꝙ etiam ſi in morem canis uiuat, melior ſit leone mortuo. Nam uiuẽtes quidem hoc ſaltem norunt, quòd ſint morituri, mortui uerò nihil prorſus cognoſcunt. Nihil uerò retributionis cuipiam eſt propoſitum, poſtquam ſolutum fuerit hoc naturæ debitũ. Et inimicitia tunc & amor erga mortuos finem habent. Nam illorũ & zelus deſijt, & uita eſt abolita: nec ullius rei commerciũ eſt ei qui ex hac uita migrauit. Huiuſmodi incãtationi error iſte, hæc quoꝙ uelut conſilia adijcit: Quid nam facis, cum talis exiſtas? Nec deliciaris, nec te omnis generis edulijs exaturas, nec uino abundãti indulges. Non intelligis iſta diuinitus eſſe data, ut ſine ullo impedimento ad fruendum uſurpentur? Induere ueſtimentis ſplendidis, & caput unguento delibutus, quamuis contemplare mulierculam. Vitam hanc inanem, inaniter etiam tranſeas. Neꝙ enim aliud quidpiam tibi, præter iſta, nec in hac uita, nec poſt mortem remanet. Aggredere quidlibet: nemo ſiquidẽ horum abs te rationẽ exiget. neꝙ extra homines cognoſcentur, quæ ab hominibus deſignantur. Et infernus (quicquid tandem ille ſit) in quẽ migraturi dicimur, & ſapientiæ eſt & ſenſus expers. Hæc quidem uani homines. Ego uerò noui, quod neꝙ qui uelociſſimi uidentur, magnum illum curſum perficient: neꝙ qui inter homines potentes & tremendi exiſtimantur, bellum hoc tremendum ſuperabunt. Verùm nec in multitudine ciborum ſapientia probatur, nec prudentia cum opibus communicare conſueuit. Vnde nec illis delector, qui paria quoſuis ſortiri putant. Admodum autem dormitare uidentur, qui talia cogitãt: nec conſiderant, quomodo piſcium inſtar & uolucrum abrepti, ac repentè condignis ſupplicijs traditi, in malis uerſabuntur. Ego uerò ſapientiam uſꝙ adeo magnificam eſſe iudico, ut exiguam etiam ciuitatem à paucis licet inhabitatam, magni tamen regis exercitu obſeſſam, magnam & amplam eſſe ducam, ſi uel unum, quamuis pauperem, ſapiẽtem ciuem habeat. Poterit enim ille tam ex ipſis hoſtibus, quàm ex aggeribus, ſuã ſeruare ac liberare ciuitatem. Et alij quidem huiuſmodi ſapientem, propter paupertatem non agnoſcunt: ego uerò ſapientiæ robur populari illi potentatui admodum præfero. Verùm hic quidem ſapientia cum paupertate coniuncta contemnitur: at poſtea audietur clarè uociferans aduerſum potentes & tyrannos, ea quæ mala ſunt appetentes. Eſt enim ſapientia quouis ferro potentior: uerùm unius hominis inſipientia, multos in diſcrimen rapit, etiamſi admodum contemptibilis eſſe uideatur.

CAPVT X.

Etenim & muſcæ, ſi incidant in unguentum, inꝙ illo ſuffocentur, unguenti illius & ſpeciem & uſum deturpant. Haud uerò conuenit, ut aliqua in eodem fiat ſapientiæ & inſipientiæ commemoratio. Sapiens ſeipſe ad ea quę dextera ſunt dirigit, inſipiens ad ſiniſtra declinat: nec unꝙ inſipiẽtia bonarum rerum ductore utetur. ſed uana ſunt ſtulti cogitata, & inſipientiæ plena. Si autem aliquando, ô amice, irruerit in te ſpiritus hoſtilis, reſiſte illi fortiter, ſciens Deũ propiciari poſſe quamuis multorum peccatorũ multitudini.

Sunt

Sunt autem hæc opera tyranni, & omnis malitiæ parentis, quando ſtultus in ſublime erigitur: & qui ſapientia diues eſt, humiliatur. peccati quoꝙ ſeruus equo ſublimis fertur, ſacri uerò uiri contemptim ingredi uiſuntur, dum interea mali ſuperbiunt. Si quis alijs inſidiatur, ignorat ille, quòd ſibijpſi cum primis & ſoli inſidias ſtruit. Qui aliorum ſecuritatem deijcit, incidet in morſum ſerpentis. Qui lapides eximit, ſufferet laborem haud modicum: ſed & qui ligna findit, armis ſuis in ipſa ſibi domo periculum aſciſcit. Si uerò acciderit, ut ſecuris manubrio excidat, turbabitur qui iſta operatus eſt, & iniuſtas ſuas ac citam perniciem afferentes uires quas ipſe intendit, non ad ea quæ bona ſunt contulit. Occultum ſerpentis morſum haud curant & mitigant incantatores: ſunt enim uani. ſed uir bonus operatur quæ cùm ipſi, tum proximis commodant. ſtultus uerò propter ſuam nugacitatem cùm ipſi, tum proximis commodant. ſtultus uerò propter ſuam nugacitatem incidet in exitium. Et ubi ſemel os ſuum aperuerit, exorditur inſipienter, & citò deſinit, perpetuò ſtulticiam ſuam oſtendens. Homini uerò impoſsibile eſt, ut aliquid cognoſcat, & ab homine quæ inde ab initio geſta, uel adhuc imminentia ſunt, diſcat. Quis enim illi ſignificabit? Homo uerò qui bonam ingredi ciuitatem non nouit, adflictionem & oculis & toto uultu patietur. Ciuitati autem illi mala futura prædico, cuius rex iuuenis eſt, & principes guloſi. felicem autem iudico terram illam bonam, cui imperat Liberi filius, in qua bonis tempeſtiuè fruuntur, qui hoc ſortiti ſunt ut illic regnent. Tardus autem & piger domum diminuunt, irriſores facti, & ad ſuam ingluuiem quibuſuis abuſi, argento uendibiles, & pro uili precio quiduis turpiter & abiectè facere ſuſtinentes. Regi, & principibus, & potentatibus obedire conuenit, & nec odio illos proſequi, nec ullum prorſus acerbum uerbulum aduerſum eos eiaculari. Verendum enim eſt, ne etiã quod ſeparatim dictum eſt, aliquando manifeſtum fiat. Habet enim ille qui ſolus Rex eſt ac diues, & magnificus, angelos ueloces & alatos, qui omnia perferentes, ſpirituale ſimul & rationale miniſterium exequuntur.

CAPVT XI.

Iuſtum eſt communicare panem, & quæ alia humanæ ſunt uitæ neceſſaria. Nam etiamſi confeſtim quædam amittere uideris, perinde ac ſi unde præterlabenti panem tradas, ſucceſſu tamẽ temporis apparebit, quàm non ſit tibi inutilis philãthropia. Dabis autem liberaliter, & quæ tua ſunt in plures diuides. Neſcis enim quid ſequens dies pariat. Neꝙ nubes quoquè uberem ſuam pluuiam continent, ſed imbrem telluri immittunt: & nec arbor perpetuò conſiſtit, ſed etiamſi pareant illi homines, uẽto ſaltem ſubuertitur. Sunt autem multi, qui quæ cœlitus uentura ſunt, præſcire uolunt. Et quis ita nubes obſeruat, & uentum expectat, ut meſſe & triturationi abſtineat, nulla in re certus, nec aliquid eorum ſciens, quæ à Deo ſunt uentura: quemadmodum nec illud ſcitur, quale ſit quod mulier prægnans eſt paritura. Semina igitur in tempore, & recollige fructus, quandocunꝙ tempeſtiuum fuerit. Incertum enim eſt quę nam ex ſatis meliora ſint futura: fiant autem omnia ſic, ut ſint commoda. Si quis autem reputat, quòd bonus ſit ſol, iucunda hæc uita, bonum etiam in continua hilaritate conſeneſcere, denicꝙ quòd mors ſit tremenda & ſempiternum malum, ducens in nihilum, arbitratur præſentibus omnibus & quæ iucunda uidentur, eſſe fruendum: quin & iuuenibus conſulit, ut tempore ſuo fruantur, & animos ſuos in quamcunque uoluptatem remittant, & concupiſcentijs indulgentes quæ ipſis uidentur faciant, ac quæ delicata ſunt reſpiciant, diuerſa fugiant. Huic iſta reſpondeo, Deſipis ô ſtulte, iudicium Dei non expectans, quod imminet omnibus. Mala eſt autem laſciuia & petulantia & exitioſa ſordida corporum noſtrorum procacitas. Inſipientia iuuentuti adhæret. Ducit autem inſipientia in exitium.

CAP. XII.

Debet autem timere Deum qui iuuenis eſt, priuſquam ſeſe malis tradat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

antequam ueniat dies Domini magnus & tremendus, quando nec Sol, nec luna, neque reliquæ stellæ lucebunt, sed cœlestes uirtutes, angeli uidelicet, custodes mundi, in tempestate illa & perturbatione mouebuntur: sic ut cessent uiri potentes, cessent mulieres operatrices, fugentes in tenebricosa ædium latibula, ianuis cunctis occlusis: & mulier molendino prę timore abstinēs, graciliſsima uoce instar uoluceris minutissimæ utatur: cūctę uerò non castæ mulieres in terram cadant, sicut & ciuitates, illarumq; principatus cruenti, cœleste supplicium expectantes, cum tempus illud acerbissimum & cruentum præ foribus erit, perinde ac si floreat amygdalus, & densabuntur imminentia supplicia, instar multitudinis aduolantium locustarum: & iniqui è medio abijcientur, quasi atramentum & despicabilis capparis. Virbonus autem in sempiternam suam mansionem cum gaudio ingredietur, & reprobi omnia sua lamentis implebūt. & nec argentum thesauri loco reconditum, nec aurum utut probatum alicuius erit momenti. Magna siquidem plaga occupabit omnia usq; ad hydriam, quæ stabit ad fontem aliquem, & rotam currus, deprehensam eo casu ad cisternam, cessante tum temporum circuitu, & seculo elapso, quod uitalis undæ in lauacrum attulerat. Erit autem una mortaliū in terra constitutorum salus, si animæ ipsorum agnoscant eum, & ad ipsum excitentur, à quo sunt conditę. Rursus igitur moneo, quæ suprà dixi: admodum uanè esse animatos homines, nec posse prorsus immēsam excogitatarum rerum uanitatem percipi. Frustra autem labore hoc sapienter concionandi fatigor, quo populum hunc indocilem et incurabilem docere conor. Oportet autem uirum generosum facultatem habere ad hoc paratam, ut sapientiæ sermones intelligat. Ego uerò iam senex, & prouecta ętate huc laborando contendi, ut per ueritatis mysteria, quæ Deo sunt placita inuestigarem. Noui quoq;, quòd sapientum monita animos excitent, pariter & pungant, non minus quàm si corpora stimulo boum dirigantur, aut claua figantur. Dabunt autem quidā & sapientia illa præcepta, quæ ab uno bono pastore ac doctore acceperunt, ac ueluti ex uno ore concredita cuncti concorditer ac largiter docebunt. Nulla est autem multorum sermonum utilitas. Nec consulo tibi, ô amice, ut inutilia & inconuenientia scribas, in quibus nihil habetur amplius quàm labor inanis. Verùm restat, ut epilogum quendam subijciam ad hunc modum. Ecce diserte uobis, ó homines, & breuiter hoc denuncio, ut Deum timeatis, Dominum & inspectorem omnium, ac præcepta illius custodiatis. credatisq; cuncta posthac uentura ad iudicium, & unumquemq; operum suorum cum bonorum tum malorum mercedem condignam recepturum.

GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI, IN *Iulianum Imperatorem Oratio insamatrix prima, Bilibaldo Pircheimero interprete.*

AVdite hæc omnes gentes, percipite uniuersi qui habitatis orbem terrarum. siquidem omnes adpello, tanquam è specula quadam sublimi & in medio constituta, magno & alto præconio. Audite populi, tribus, linguæ, uniuersum genus hominum. ætas omnis, & qui nunc uiuitis, & qui deinc nasciturí estis. & ut maius sit mihi præconium, omnis cœlorum uirtus, angeli omnes quorum opus est tyranni huius destructio, non qui Seon regem sustulere Amorræorum, neque Og regem Basan, principes paruos, & qui paruam orbis partem, Israel nempe, affligebant. uerum draconem, desertorem illum, animo elatum, Assyrium, communem omnium inimicum & hostem. multis quidem super terra insanientem ac comminantem, multa quoque contra cœli altitudinem impiè deblaterantem ac meditantem. Audi cœlum, & percipe terra, tempus enim aduenit, ut eadem cum Esaia prophetarum uocalissimo proloquar: in hoc tantū diuersus, quòd is ob populi Israelitici flagitia talia annunciat & obtestatur: ego uerò contra tyrannum & peruerse agērem, & ruina impietate sua dignissima cadentē. Audi & tu quoq; magni Constātini anima, si quis supereſt sensus, necnō reliquorum Imperatorum, quæcunq; ante illum Christo nomina dedistis. sed illius tanto inter omnes plus, quanto magis Christi hæreditate adaucta es, rursusq; illam in hanc auxisti potentiam, ac tempore ita stabiliuisti, ut omnium qui unq; extitere Imperatorū fueris laudatissimus. Proh dolor, errore erratū est, domestica pietate tua admodū indigno, quòd insciа Christianis Christi educaret hostē: & in hoc solo ex omnibus minus rectè humanitate est usa, ut seruaret, & ad regnum promoueret eum qui malè seruatus esset, peiusq; foret imperaturus. Quapropter admodum gaudendum est, tanquam ob impietatis dissolutionem, rebusq; Christianorum in antiquum statum reuersis, idq; præcipuè sermone. ac ideo sermonem Deo offeram gratificum, omni irrationali sacrificio sanctiorem & puriorem. nō iuxta sceleratos illius sermones & nugas, sacrificiaq; longè sceleratiora, quorum abundantia & opulentia, nisi nisi impietatis erat potentia, insipiensq;, ut ita appellem, sapientia: quoniam uniuersi seculi huius potestas & disciplina, in tenebris oberrat, longeq; à ueritatis exorbitat lumine. quæ quum talis sit, & apud tales, fructus quoq; habet tales, quales gramen citò exarescens, & herbæ uirentes, breui ruens, & patres perditos cum sonitu sequens, longè casu quàm impietate manifestiores. Cæterùm quis nam mihi hodie laudis sacrificium offerenti, incruentūq; sermonis honorem attingenti, theatrum exhibebit gratiarum actione dignum? aut quis mecum lingua tantum resonabit, quantum uoluero? quis ue auditum sermoni prompte accommodabit? Siquidem uerbo nō solum gratia quæ est per uerbum, domestica existit, quum inter alia sua nomina & hac quoq; gaudeat nomenclatura, tametsi uirtute differat ab adpellatione: sed & hoc uindictæ est conueniens, ut sermone plectatur inquitas contra sermones commissa. qui quum communes sint omnibus ratione præditis, Christianis tamen, ac si ipsius tantum fuissent, inuidit: planè irrationaliter circa sermonis rationes cogitans, omnibus, ut ipse putabat, ratione prœcellens. primùm quia peruerse adpellationem transferebat, perinde ac sermo Græcus ad religionem potius quàm linguam pertineret. ac ideo nos à sermonibus, tanquam alieni boni surreptione abegit, ac si ab eis quoq; artibus, quæ à Græcis sunt repertæ arcuisset. siquidem hoc sibi propter cognominationem differre putabat. Deinde quia nos latere censebat, quod nequaquam bono aliquo ex potissimis priuare deberet, qui alioqui sermonis ornatum contēnimus, ueruntamen pietatis formidabat argumenta. ac si ea uim suam in sermonis eloquentia, et nō potius in ueritatis haberet cognitione ac cōsideratione, à quib. nos prohibere impossibilius est, q̄ à Dei cessare cōfessione, donec linguam habemus. nam inter cætera sermonem non secus ac corpora Deo sacrū censemus, quoniam sermonibus pro ueritate decertare decet. Quapropter quum hanc promulgaret legem, Atticè quidem nos loqui prohibuit: sed uera dicere, haudquaquam potuit inhibere. quin potius, hoc pacto propriam redarguit uecordiam, non tamen effugit redargutionem: quoniam ignorabat, quòd ita sermonibus sè magis obnoxium redderet. Siquidem haudquaquam uiri erat confidentis, nec legitimis, & ad religionem spectantibus, sermonibus ue ipsis conueniebat, ut nostros coherceret sermones: non secus ac si quis seipsum præstantissimum censeat athletam, ac dignum putet præ omnibus superiorem pronunciari, obiter tamen iubeat, ut nemo strenuus decertet, aut in arenam descendat. quod quidem ignauiæ potius quàm fortitudinis est indicium. Decertantibus enim, & non ociosè spectantibus corona debetur, & ijs qui totis nituntur uiribus, non qui multa præditi sunt potestate. Sanè quū omnino nobiscum congredi, & ad manus uenire timuisti, hoc ipso te profligatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse ostẽdisti,ac uictoriam etiam non decertantibus concessisti, cum ne decertaretur,decertares. Et hæc quidem sapiens Rex noster ac legumlator egit, ut nil tyrannide sua careret, ac sub initium imperij sui rationis etiam se expertem esse manifestè ostenderet,præ cæteris aduersus sermones tyranni dem exercens. Proinde nos ob sermones ipsos Deo gratias agere decet, quòd iterum libertatem sint adepti:eumq; potissimè alijs etiã honorare oblationibus, sine ulla pecuniarum, opum' ue parsimonia,quos à temporis ac tyrannidis iniuria Dei benignitas conseruauit.Præ cæteris tamen sermonibus illum honorare conuenit, iusta ac communi fructificatione, omnium qui compotes facti sunt gratię. Et hos quidem de sermonibus sermones habuisse sufficiat, ne si longius euagati fuerimus,tempore excidamus, aliudq; potius quàm cuius gratia conuenimur,egisse uideamur. Nunc uerò ad celebritatem sermo mihi exilit & ruit, cum ijsq; quos adesse uideo congaudere incipit,& omnes ad spirituale conuocat tripudium,quicunq; ieiunijs, fletibus,precibusq; diurnis ac nocturnis incumbentes,liberationem à præsentibus orabant malis, ac per quàm commodum in afflictionibus remedium, spem non pudefacientem ostenderunt. uocat & eos sermo noster, qui maximis exantlatis laboribus & certaminibus,innumerisq; & grauissimis exagitati temporis calamitatibus, iuxta uocem Apostoli, spectaculum facti sunt mundo, angelis & hominibus, corporibus quidem laborantes, animabus uerò iuncti permanentes, omnia in Christo qui eos roborauit ualentes. Vocat & eos sermo noster, qui mundanam maliciæ deposuere materiam ac potestatem,raptum' que, seu bonorum direptionem cum gaudio pertulere. Nec non eos, qui,ut fertur,iniustè in exilium sunt pulsi, siue illi fuerint mariti,siue uxores,seu parentes,uel filij,aut quibuscunque alijs,modico in hoc contubernio cognominibus continemur: qui omnes ad breue tempus diuisi,pro Christi passionibus,Christi fructificauerunt sanguini, illud nunc idoneè dicant & canant:Bene traduxisti homines super capita nostra,transiuimus per ignem & aquam,& eduxisti nos in refrigerium. Quin & aliam partem ad Panegyrim uoco,qui Deum quidem uniuersorum confitentur, ac eousq; considerationibus suis sanè sentiunt, in rationibus uerò prouidentiæ haudquaquam incedunt, quæ sæpius ex contrarijs meliora dispensat, emendationemq; benignitate prouocat:sed propter animæ inopiam ac leuitatem,quum impium nimis insolenter agere cernunt,cogitatione exæstuant,& flagrant,peccatorũ pacem(ueluti Psalmus inquit) haudquaq; ferentes,neq; Dei consilium expectantes,aut ad finem usq; lõganimes permanentes,semper uerò præsentium & uisibilium serui existentes,talibus miraculis ad cognoscendam ueritatẽ confirmantur. Voco & eas animas, quæ circa mundi huius scenã & magnum affectæ sunt theatrum, idq; uerbis Isaiæ: Mulieres à spectaculo redeũtes huc adestote,& animę oculum ab externa oberratione conuertite,attendite & cognoscite, quoniam ipse est Deus, exaltatus in gentibus, exaltatus in terra,semper in omnibus quæ fecit admirandis, & mirabilibus etiam præsentibus manifestior. utinam mihi chori pars esset & illud systema. quod hactenus Deo accinit,carmen minimè absonum uel reprobum.Credo enim quod & paulo pòst dignum sit futurum, nescio quid patior, repẽtè immutat,& in diuersum abit,neq; propter cõmunem lætitiam(quod & magis miror)in chorum hunc exit, sed in stationem quandam propriam,nequaquam concinnam,nec bene resonantem choream hanc.tantum enim dicere forsitan ipsi concedent, sed qualem & quam, nam etiamsi zelus eloqui gestit,fides tamen uincit. reprimam igitur sermonis iniucunditatem spei pudore. adhuc membra mea foueo, adhuc plus dilectioni tribuo priori,quàm contemptui presenti.ac ideo ero longanimior, quo improperando fiam feruentior.unam partem è uiuentium genere,à panegyri arceo, suspirans quidem ac dolens, forte'que propriam nondum cognoscentes aut ignorantes perditionem lugens deploro, Siquidem hoc ex ca-

ex calamitate eorũ maximè est miserandũ.Repello & obiter eos, qui haudquaquã in solida & firma seminati sunt petra, sed in arido ac sterili. Sunt & qui ad uerbum accedunt leuiter,ac pauca fide suffulti:& quia terram profundam non habent,cõfestim pullulant & coalescunt,quo propinquis placeãt: deinde ob breuem maligni inuasionem, paruamq; tentationem & æstum marcescunt & emoriunt. Porrò adhuc deteriores illis & à panegyri sunt depellendi ij, qui nec parumper temporis restiterunt infelicitati,& ijs qui mala captiuitate nos captiuarunt, fussu eius qui in altum ascendit, & iustè nos captiuabat: uerùm ex superfluitate adparuere mali & uiles, nec ad paruum relistentes tempus,quum nulla urgerentur pressura aut tentatione, propter uerbum scandalisati: uerùm pusilli lucri, obsequij' ue, aut paruæ potentiæ gratia,propriam miseri uendiderunt salutem. Sanè postquam sermone chori purgauimus multitudinem, agite totis uiribus corpore expiati & anima, una resonãtes uoce,planeq; spiritu concordes, epinicium illud decantemus carmen,quod Israel cecinit super Aegyptijs,rubro mari submersis, inchoante Maria,tympanumq; pulsante·Cantemus Domino,gloriose enim glorificatus est:equum & ascẽsorem proiecit,non in mare,in hoc enim carmen immuto:uerùm sicut illi placuit,& quemadmodum is iustũ censuit,qui omnia facit & immutat.sicut quodam in loco Amos in Prophetia sua diuinissimè philosophãs inquit: Qui conuertit matutinum in umbram mortis, diemq; obtenebrat in noctem,& tanquam per circulum quẽdam dirigit, ac uniuersum mundum circumgyrat,necnon & res nostras fluctuãtes,mutationibus quidem mobiles ac circũuertibiles,aliterq; alias se habẽtes,ordine uerò proui dentiæ firmas & immobiles,etiã si per cõtraria meant,uerbo quidem manifestæ,nobis autẽ incognitæ.qui deponit potentes à throno,& nudum ornat diademate,& hoc è diuina decerpo scriptura. qui genua habentibus imbecilla audaciam præstat,& peccatoris ac improbi brachiũ cõfringit.& hæc ex alia scriptura secũdum quod unumquodq; mihi ad memoriã uenit, quo multa mihi cantationem cõpleant,et ad gratiarũ actionem redundent.Qui tribuit uidere, impij etiam super cedros elationem, rursusq; subuersionem, ut amplius non sit,quum maliciam ipsius ueloci ac securo pede euadere ualeamus. Quis hæc pro dignitate decantare, & tam diuine prolata enarrare posset? Quis domini potentias eloqui,seu laudes ipsius cũctas auribus inuulgare quiret? Quam' nam uocem,aut quam sermonis uehementiã aliquis miraculo huic adaptaret? Quis contriuit arma, frameam,& bellum? Quis confregit capita draconum super aquã? Quis dedit ipsum cibũ populis illis, quibus etiam tribuit? Quis tempestatem permutauit in serenum? Quis dixit mari,Sile,compescere,& in te tibi conterentur undæ? & contriuit quidẽ breui elatum ac efferuescẽtem. Quis supra serpentes & scorpiones ambulare dedit? non clam amplius calcaneũ obseruantes,iuxta damnationem,sed palàm inuadẽtes,caputq; attollentes, quod ad conculcandũ erat damnatũ. Quis fecit iudiciũ & iustitiam inopinatè? Quis non penitus dimisit uirgam peccatorũ? Igitur confidenter iustorũ sorti loqui decet, uel ut modestius dicam, sorti ipsum cognoscentiũ.Nõ enim tanquã iusti traditi sumus:id enim pauci ac rari,quo tanq; athletę generosi tentatorem pudefacerent:sed tanq; pecatores sumus damnati,inde misericordiã paterne ac benignè consecuti, quo saperemus percussi, ad ipsumq; reuerteremur admoniti. quandoquidẽ nõ in furore arguti sumus,neq; in ira correpti,sed in utriusq; & recordationis & remissionis amorẽ suum ostendit.Quis ultionẽ fecit in gẽtibus,redarguciones in populis? Dominus fortis & potẽs, Dominus potẽs in bello. Vnã inuenio uocem cantionis,rebus ferè dignã præsentibus,quã ante nos Isaias protulit,tempori huic admodũ cõuenientem,ac cũ magnitudine beneficentiæ decertantẽ.Lætetur cœlũ desuper,& nebulæ destillent iusticiam, emittãt mõtes læticiã,& colles exultationẽ. quãdoquidẽ omnes creaturæ ac potẽtiæ cœlestes,taliũ quoq;,quẽadmodũ & meus hic sermo sunt conscię.Nõ solum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſolum enim nobiſcū ſuſpirat & dolet creatura, quæ corruptioni huic deſeruit infernæ, de oriūdis loquor & deſinēdis, expectans finē horū ac reuelationē, quo & tum ſperatā cōſequatur libertatem, tanq; nunc audiens, illis propter cōditoris potentiā alligata, ſed & unà gloriatur ac exultat, pariterq; cū filijs lætatur Dei. quur igitur nō & ego diuinā enarrās potentiā, diuinas quoque uoces emitterē? Exultet deſerta, & ut liliū floreat eccleſia, uidua heri ac pridie, ut uidebat, et uiro orbata, ac omnis qui odioſa ac iniucūda impietatis hyeme hucuſq; perturbatus fuit: quoniā miſertus eſt Dominus populi ſui, & hæreditatē ſuam nō dereliquit, quoniā opera fecit mirabilia, conſiliū uerū antiquum. id autē erat, ut bonam ſuam oſtenderet uoluntatem timentibus eum, & qui in miſericordia eius ſperarent. quoniā portas æreas cōtriuit, & ſeras ferreas cōfregit. quoniā propter iniquitates noſtras humiliati ſumus, ſed reuocati ſumus, & cōtrito laqueo ſolidati ſumus, in gratia Dei nos uocātis, & humiles corde conſolantis. Cernitiſ ne quemadmodū connecto cātum, uerbis pariter diuinis ac ſententijs, et haud ſcio quomodo alienis efferor, ſermonēq; exorno, ac ob uoluptatē tanq; numine afflatus reddor. reijcio autē omne quod humile eſt & humanū, alia alijs cōcordans & coaptans, in unū quæ eiuſdē ſunt ſpiritus perducēs. Sanè prius Dei mirabilia oſtendit, Enoch translatus, Helias ſuſceptus, Noe ſaluatus: qui & ſemina generum ſaluauit, in paruo ligno mundū, quum homines orbis fugerent diluuium, quo rurſus terra magis pijs ornaretur colonis. Abraham uocatus, ac filio præter ætatem honoratus, in fidem ſeminis alterius promiſsi. unigenitum promptè offerēs in ſacrificium, & uictima hoſpitalis pro filio ſuppoſita. admirāda impiorum perditio igne & ſulfure ſubmerſorū, piorū ereptio, mirabilior etiam ſalis ſtatua de mala cōuerſione triumphans. Ioſeph uenundatus, & amatus, & continens, & à Deo ſapientiā edoctus, & libertate donatus, & dominans, & frumentum ad maiorē œconomiam expendens. Moſes Dei adparētia dignus redditus, lege inſtructus, ac legē inſtruēs, & Deus Pharaoni factus, & Iſrael ad terram promiſsionis educens. Aegyptiorumq; plagæ enumeratæ, & ſaluatio laborantiū in medio Aegyptiorū, ac mare cedens uirgæ, ſermonemq; intelligens, & hos quidem tanquā in arido tranſmittens, alios autē iuxta naturam eius obruens. & alia hæc ſequentia. columna nubis dies obumbrans, columna ignis noctem illuminans, ambæ uerò uiam oſtendentes. Panis in eremo pluuia delapſus, cibus è cœlo demiſſus: hic quidē uſui cōueniens, hic uerò uſum exuperans. Aqua ex petra, & hæc quidē data, illa uerò edulcorata. Amalec oratione debellatus, & occulto & myſtico manuū myſterio. Sol firmatus, & lunæ curſus precibus interpellatus, et Iordanis abſciſus. Muri ſacerdotum circuitu & tubarum clangore, necnon uirtute cantus rythmici cō quaſſati. Terra & uellus, uiciſsim & rigata & ſicca permanens. Vis in capillis, toti æquiualēs exercitui. Manipuli pauci lambentes, & uictoriā ſe conſequi poſſe credentes, paruusq; numerus ſpei innitens, plures ſuperant chiliades. Porrò quid neceſſe eſt ſingula enumerare, quæ per Chriſtū ipſum euenere ſecūdum ſalutarem eius præſentiā, & incarnationē? quæ miracula poſt eum, & per eum, à ſanctis apoſtolis eius & uerbi miniſtris ſunt facta? quot enim libri & monumenta hæc continere poſſent? & hæc hactenus. Adeſte igitur ac audite, & ego enarrabo uobis omnibus qui timetis Deum, quo generatio altera & ſucceſsiones generationū diuinæ potentiæ cognoſcant miracula, quoniam illa oſtendere poſſibile haud eſt, niſi periculi appareat magnitudo. Verùm id fieri nequit, niſi morū prauitatē Iuliani redarguamus, ac oſtendamus, ex quibus initijs & maliciæ ſeminib. in hanc inciderit infelicitatem, dum paulatim impietatem adauget tanquā uenenum reptilium, aut earum ferarū quę ſunt pernicioſiſſimæ, intermittens cūcta illius geſta, libris & hiſtorijs tragicè decantare: haud enim nobis ocium ſupereſt prolixiora quàm præſens patitur propoſitum corradere: ſed pauca quædam ex multis percurrentes, tanquā tituli inſcriptionē quādam poſteris relinquemus, ſermone

mone facta eius magis propria & manifeſta tantum recenſentes. Ille igitur & prius à magno conſeruatus Conſtantino, qui nuper à patre potentiā ſuſceperat, quoniam exercitus contra duces arma ſumpſerat, rerum nouarum timore innouationem quærens, ac ideo per nouos præfectos negocia adminiſtrabat regia. Seruatus igitur unà cum fratre, ſalute incredibili & admiranda, nec Deo ob ſalutem gratias habuit: neq; Imperatori, per quē fuerat ſaluatus, ſed erga ambos ſe malum eſſe oſtendit: huic quidem, propter defectionis parturitionem: illi uerò, propter rebellionem. Cæterùm prius mihi dicere neceſſe eſt, de eorum more uiuendi et obſequio, ac in qua nam regia prouincia regiè, à rege humaniſsimo, tanquam generis reliquias regno ſeruantes, fuerint educati. Primò enim ille excuſationem admittebat, quod ea quæ in principio regni fuerāt innouata, haudquaquam ex illius ſententia fuiſſent perpetrata. Deinde regni communione magnanimitatem oſtendere ſtudebat. Tertiò uerò principatum ſtabilire, ac collegarum augmento firmiorem reddere quærebat: quod quidem erat cogitantis utiliora, quàm ſapientiora. Poſtquam uerò ab omnibus rebus ocium ſunt nacti, de regno tamē futuro adhuc cogitarent, ætate autem ſimul & ſpe ſecundas principum partes non offerente, incumbebant quidem inter alias diſciplinas uniuerſæ ſcientiæ circulari, quum auunculi iuſſu, & regiè quidem inſtituerentur. Vtebantur autem ut plurimum philoſophia noſtra, non ea tantum quæ circa ſermones uerſatur, ſed & ea quæ per mores pietatem continet, cum uiris ſtudioſiſſimis conuerſantes, & rebus plurima refertis gratia, ac multum uirtutis ſpecimen habentibus incumbētes. ſiquidem ſeipſos cleri adſcripſere collegio, ita ut & ſacros populo legerent libros, nihilominus & hoc illis in honorem cedere arbitrantes. quin & quod longè maius erat ornamentum, pietatem tam martyrum memoria ſumptuoſiſsima, quàm magnificentia oblationū, necnon omnibus quibus diuinus timor deſignari poteſt colebant, ita, ut ueræ philoſophiæ & planè Chriſti præ ſe ferrent amorē. Gallus quidem uera nitēs pietate (plus enim erat, licet natura eſſet feruidior) recta tamē pietatis ſectabatur ſtudia. Iulianus uerò tempori obſecūdans, māſuetudinis ſimulatione mores celabat improbos. teſtimoniū autem erat (haud enim poſſem tranſcurrere miraculum quod accidit, quū ualde memoria ſit dignum, multoſq; impios erudire poſsit) quod ambo martyribus, quemadmodum dixi, operā impendebant, ac ſplendidè utrinq; certabāt, multa manu, & impenſis templum erigētes. uerū quia amborū labor haudquaq; eadem fiebat intentione, ideo nec ad unū procedebat finē. huius enim opus, de ſeniore loquor fratre, iuxta rationē perficiebat, tanq; Deo oblationē promptè, inſtar Abelis ſacrificio admittente, recte quidē oblatū & diuiſum, eratq; tanquā primogeniti cōſecratio & augmentū. alterius autē (proh ignominia impiorū, quę iam inde teſtimoniū præbebat, ac paruis indicijs ardua præſagiebat) tanq; Cain ſacrificiū, martyrū Deus repudiabat. & Iulianus quidē laborabat, terra autē quod laboratū erat, euomebat: at ille magis cōtendebat, illa uerò impuri fundamenta ad pietatē ſuſcipere reſpuebat, tanquā imminētem ex illo terræmotū, clamore præſagiens, martyresq; impiiſsimi honorans dedecore. Hoc igitur opus prophetia quædā erat poſterioris uiri procacitatis & uecordiæ, necnon in martyres uituperij, & cōtra ſacras ædes iniquitatis. alios quinem latēs, perſequutorē uerò à lōgè perſequens, ac impietatis conatus prę-ſignans. Proh anima ad malè agendū prudens, propriū autē non effugiens tormentum. Proh Dei potentia ingens, qua quod futurū erat abſcondebat, ut uel impietatem abſcinderet, uel futuri oſtenderet præſcientiā. Proh admirandum, plus tamē uerū quàm admirandū miraculum. Proh fraternus martyrum amor, non ſuſcipiebant honorē eius, qui multos martyres ignominia erat affecturus: nō cōueniebat, ut eius admitterent dona, qui multos in fide certatores erat oſtēſurus, ſeu potius ipſi quoq; certamini inuiſurus: uel ut ueius dicam, non ferebant. ut ſoli inter martyres afficerentur iniuria, quū aliįs

munera

Universidad de Deusto
Biblioteca

munera sacris manib. offerrentur, pieq; illi colerentur. nec sophistę malicię concedere uolebant, ut de iniurijs gloriari posset, ne eadem manu monimẽta quædam, martyrũ erigerentur, alia uerò diruerẽtur: & hi quidẽ martyres honorarentur, illi uerò ignominia afficerentur, quũ sub hoc honoris prætextu uerissima contineretur ignominia: & ne iuxta magnitudinem iniurię apud se ipsum sapiens esse censeretur, ac si coram Deo omnium perspicacissimo & sapientissimo, quemadmodmodum hominibus latẽre posset: qui sapientes comprehendit in malicia, haud quaquã inuolucro obscuro, sed cognoscit intelligens, nec superat deprehensus: etenim si martyrum Deus impietatem haud compescuisset, seu animo conceptam et latentem maliciam, tãquam fluuium malũ confestim exiccasset aut abscidisset, rationibus quas ipse secundũ ineffabilem sapiẽtiam suam & gubernationẽ nouit, per quam etiam Amorreorum iniquitates expleri disposuerat: oportebat tamen prauitatem odio haberi, honoremq; multorum gratia repudiari, quo Dei circa omnia incidentia æqualitas & puritas ostenderetur: qui enim dixerat, Israel impiè agenti, Si offeretis similaginem, uanum sacrificium, abominatio mihi erit. Neomenias enim ipsorum & sabbata, necnon magnum diem haud admittebat, utpote qui plenus esset, & haudquaquam rerum indigeret humanarum & paruarum, quo gauderet ijs quæ indignè offerrentur. & qui iniusti sacrificium, si etiam uitulus existat, tanquam canis fastidit, & thuris odorem quasi blasphemiam, necnon meretricis munus ex templo eliminat & repellit, solum autem sacrificium honorat, quod puræ manus offerunt purissimo, mensq; excelsa & sanctificata, quid mirum, si nec illius suscepit honorem, malignè & maligna intentione oblatum? equidẽ non uidet Deus ut homo, nec inspicit manifesta: sed in hominẽ latentẽ, ac internã maliciã aut uirtutis cõsiderat officinam. & hæc ita se habent. quòd si quis credere nolit, illos ipsos qui coràm uiderũt, testes adducemus. multi enim sunt qui nobis ac posteris miraculum hoc memoriæ tradiderũt, & adhuc tradent. Postquã uerò in uiros euasere, ac iam philosophiæ attigerãt dogmata (quod utinam nunquã euenisset) uimq; ex sermone acquisiuere, quæ mansuetis quidẽ uirtutis est armatura, scelestioribus uerò maliciæ fit aculeus, non iam amplius morbum penitus quantus erat celare poterat, nec; omnino impietatis dolũ in seipso tantum, philosophicè exercere ualebat, sed tanquam ignis in materia delitescens, & si nondum flammam claram emittat, è scintillis tamen qui busdam micantibus, aut fumo è profundo emergente, indicatur: aut si mauis, quemadmodum fontes, qui per fistulas quasdam ui spiritus sub terra feruntur, postea nec spacium latum, neque exitum habent liberum, sæpius terram inflant, & inferne submurmurant, impetu quidem spiritus impulsi, sed ui superna cohibiti & intercisi: ita & ille plurimum impietatis, ob temporis gratiam, & institutionem Constantij imperantis abscondebat. nondũ enim tutum erat, palàm impiè agere, nonnũquam tamen mentis detegebat arcanum, acutioribus impietate quàm intellectu, præcipuè in sermonibus ad fratrem, plus q; bene haberet, pro gentilibus cõtendens, nempe sub prætextu, tanquam sermonem exerceret tenuem. cæterũ hæc potius cõtra ueritatẽ erant excitamẽta, quũ omnibus gauderet quibus impij denotarentur mores. Postquã uerò humanitas Imperatoris, fratrẽ Gallum Regẽ declarasset, ac partẽ orbis haud paruã illi assignasset, obtigit huic, ut multa licentia & securitate, perditissimis frueretur sermonibus, & præceptoribus. Eratq; illi Asia impietatis schola, ubi circa Astronomiã, & natiuitates, necnon prænotionis deliratur phãtasiam, horumq; sectatricẽ incantationem. unum tamẽ adhuc reliquũ erat, nempe ut impietati potentia quoq; accederet. nec multũ intercessit temporis, quum & hãc illi obtulit, multiplex multorum ex nostris iniquitas, necnon laudabilis Christianorũ cõuersatio, quæ ad summum, ut ita dicam, peruenerat, ac mutationem quærebat contrariam. prẽterea potestas, honor, ac satietas, quibus reddimur procaces, constat enim longè difficilius esse,

esse, bona retinere parta, quàm quæ desunt acquirere: faciliusq; prosperitatẽ elabentem per diligentiam reuocare, quàm præsentem conseruare. nam ut parœmiæ rectè dicunt, Perditionẽ præcedit iniuria, insolentiam uerò humiliatio: uel ut apertius dicam, Iniuriam sequitur perditio, humiliationẽ autem gloria. Dominus enim superbis resistit, humilibus uerò præstat gratiã, contrariaq; cõpensat contrarijs, qui & uniuersa iustè metitur. hoc & diuinus callebat Dauid, quum inter bona etiam, afflictionem poneret, secq; gratias corripienti agere fateretur, tanquam ei iustificationes inde discere contigisset. Et priusquam humiliarer, inquit, ego deliqui, propterea eloquium tuum custodiui. mediam inter delicta & emendationem ponens humilitatem, tanquam ex delictis foret generata, delictaq; illam genera ssent. siquidem peccatum humiliationis est mater, conuersionis uerò humiliatio. Nos igitur quum mites essemus & modesti, sumus exaltati, paulatimq; adaucti, ac in hanc formam & multitudinem Deo manuducente progressi. Verùm postquam saginati fuimus, lasciuire cœpimus. Et quia alas dilatauimus, etiam illas contrahere sumus coacti. Et eam gloriam ac uirtutem quam in persequutionibus & tribulationibus acquisiuimus, hãc quũ bene ageremus dissoluimus. Nunc uerò ad reliqua sermonem conuertamus. Interea Cæsari Gallo regnum pariter cum uita ademptum est. quę uerò interim acta sunt, obticebo, utriq; parcens, & Constantio interficiẽti, et Gallo interfecto. nam ambo rum ueneror pietatem, non laudo audaciam. etenim quum oporteret, ut in aliquo delinquerent, nam homines erant, hoc forsitan est quod quis in ambobus laudare haud potest. nisi hunc uelimus accusare, alteri uerò culpam dimittere. At Iulianus confestim fraterni regni heres effectus, sed non pietatis, paulo pòst eius etiam à quo rex fuerat factus, fit successor: hoc quidem illo uolente, illud autem communi fine cogente, quum uinceretur morte, uniuerso mundo perniciosa ac mala. Cæterùm quid hoc rei est imperatorũ diuinissime, Christiq; amator præcipue? Cogor enim illum tanquam præsentem & audientem inculpare, etiam si eum reprehensione nostra longè meliorem esse sciam, cum Deo constitutum, & cœlestis gloriæ hæredem effectum, ac in tantum segregatum, quantum etiam ad melius trãsiuit regnum. quur' nam tale cepisti consilium? quum intellectu & prudentia omnes longe superes, non solum tui temporis reges, sed etiam priores: qui Barbaros in circuitu expurgasti, tyrannosq; domi mancipasti: hos quidem uerbis, illos autem armis. & hæc ita egisti, ut neutrũ ab altero turbaretur. quamuis enim trophæa tua cum armis ac bellis parta, magnifica extiterint, maiora tamen & illustriora fuere, quæ sine sanguine acquisiuisti. ad te enim undiq; legationes deueniebant, & preces, ex quibus quædam obediebant, aliæ uerò imperium expectabant. omne autem quod sperabatur, simile erat iam capto. qui manu Dei ad omne cõsilium & opus deducebaris, nec manu magis quam intellectu, quamuis manus potius quàm intellectus admirationi erat. magis tamen in ambobus pietate excellebas. quo' nam modo in hoc solo negocio imperitus apparuisti & incircũspectus? quid sibi inhumanæ humanitatis uoluit celeritas? qui' snam dæmon cõsilio accessit? quo pacto hæreditatem ingentem, paternumq; ornamentũ, Christi nomine insignitos dico, gentem ubiq; per terrarũ orbem resplendentẽ, regium sacerdotium, multo labore ac sudore adauctũ, ita in paruo tẽpore ac breui momento cõmuni persequutori offerens tradidisti? Proinde fratres his forsitan sermonibus impiè uobis et ingratè agere uideor, quoniã non cõfestim ad hęc accusationis uerba, uerita tem etiam adduco. atqui abundè respondi, per ea ipsa quæ obieci, si accusationi mentem adhibeatis. hinc solum enim accusatio remissionẽ habet. nam quum probitatem dixi, responsionem quoq; ostẽdi. quis enim ignorat, qui Constantium uel mediocriter nouit, pietatis gratia, & amore nostri, omnia bona nobis uoluisse, adeò, ut nõ solum Iulianum lubens præterijsset, aut generis totius honorem, imperijue additionẽ neglexisset, sed et regnum ipsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

& omnia quæ possidebat, quin & animam propriam, qua re nil homini est pretiosius, ob nostram securitatem & salutem, non difficulter impendisset. haud enim ulli unquam rei ullæ tam uehemens incessit amor, quemadmodum illi, ut res Christianorum adaugere, ac in plurimam gloriam & potentiam prouehere ualuisset. non enim gentium captiuitas, non beneuolentia publica, non pecuniarum multitudo, non gloriæ affluentia, nō ut rex regum et esset & uocaretur, nō quicquid alijs hominibus felicitas esse cognoscitur, nil tandem ex rebus omnibus illum adeò exhilarare potuisset, quàm ut nos per ipsum, ille uerò per nos, corā Deo & hominibus claresceret, & potentia nobis in omne tempus indissolubilis permanere potuisset. Siquidem iam hoc præ cæteris est manifestum, plus excelsum ac regium quàm à multis existimatur, quòd Christianorum rebus, Romanorum sunt adauctæ, accessitq; præsentiæ Christi, potentia, quæ antea nondum plenè in unam concesserat dominationem. quapropter longiori uisus sum uti circuitu, quo beneficijs nostra quoque decorarem. Proinde si nos etiam in re aliqua offendit, id non contemptus aut iniuriæ gratia fecit, neque ut alijs præ nobis gratificaretur, sed ut uniuersa unum essent, & ut unà sentiremus, ac haudquaquam dissidijs separaremur, & factionibus contenderemus, cohibuit. Verùm ut dicebam, potius incuria quadam & simplicitate, necnon humanitate erga Iulianum sceleſtum errauit: & quia minimè maliciam illius perpendebat, quum ab omni malicia esset liber, ac ideo quod futurum erat ignorabat, plasmaq; suum non exactè considerabat: sicq; paulatim subintrauit impietas, res'que duæ diuersæ in unum coiere, nempe ut in genere pijssimo, omnium numeraretur pessimus & sacrilegus. qui partim obtrectabat Christianis, partim uerò non habebat quo laudaret nostra. In Græcis autem eximium quid, & sermonibus insuperabile contineri censebat. Quali autem consequenter exemplo notissimum seipsum ex impietate exhibuit? qualem' que morem recentiorem certandi ostendit? siquidem postquam uirtute meliores superare haud poterat, quo saltem adpareret aduersarius, nimis immoderatè contra pietatem contendere, & deterioris gratia gloriari cœpit. Et hæc est Constantij pro Christianis, & erga Christianos apologia, ac apud mentis compotes tam iusta. Verùm enim uerò postquam quidam existunt, qui has etiam cassas nobis dissoluunt, nec alias admittūt, sed stoliditatem uiri accusant, quod infensissimo & bellicosissimo homini imperium permiserit, eundem' que prius inimicum, deinde etiam potentem reddiderit: inimicitias propter fratris cædem cōcitans, potentiā uerò regni traditione adiungens: necessarium erit & de his uel breuiter uerba facere, ac ostendere, humanitatē non omnino carere ratione, nec à regia magnanimitate & prudētia esse alienā. & meritò quidē mihi uitio uerteretur, postq; talem ab illo assequuti sumus honorem, ipsumq; tantū pietate differre credimus, si eū non iusta etiā defenderemus excusatione. quod & ijs quoq;, qui nulla nos demeruere beneuolentia, à nobis debetur, qui uerbum pariter & ueritatem colimus. & hoc postquàm à mundanis liberatus est uinculis, quo liber sermo adulationis uitium, sinistrasq; suspiciones effugere uideatur. quis enim nō speraſſet, si nulla re alia, honoribus saltē illum reddi potuisse mansuetiorē? quis non ex fide qua credebat, & meritò quidē, illum iustiorē fore existimasset? Ita ut uterq;, Gallus nempe, iusto & regio cōdemnaretur iudicio, Iulianus uerò altius etiam eueheretur. quū enim Iulianum ijs decorasset honoribus, quos nec ille ipse qui eos est assequutus, sperare fuisset ausus, palàm ostendit, quod de Gallo non sine iusta ira supplicū sumpsisset. & hoc quidem illius erat temeritatis, illud uerò honorantis humanitatis. habebat & pariter fiduciam (si id quod maius est effari oportet) non tam ex'istius fide, quàm ex potestate propria. qua, ut mihi uidetur, & Alexander admodum fretus, non solum uitam Porō deuicto cōcessit, idq; adeò iuueniliter de regno decertanti: sed & illi rursus Indorum imperiū permisit, tanquam magnanimitatem haud aliter quàm hoc pacto

pacto ostendere posset: à qua deturbari quū Alexander posset, turpius putabat, quàm si armis uinceretur, præcipuè quum illum iterato deprimere posset, si contra eum insurgeret, ac ideò illi confidendi occasio humanitas erat. Verùm quur' nam in his decerto? quum admodū facile sit uictos quoque superare. etenim si is qui credit, malus est, quid' nam de illo erit cui creditur? & si mores haud præuidere culpabile est, ubi' nam prauitatem ipsam constituemus? Verùm quum malicia res quædam sit incomprehensibilis, impossibile est, ut quis improbos reddat meliores. Quapropter iustū fuisset, ut & Iulianus se magis beneuolum ostendisset, & si aliquam maliciæ habuisset affluentiam, eam sustulisset. uerùm ex his in maius succensus est odium. & quo pacto benefactorem ulcisci posset, considerabat. Hæc ipsum Platones & Chrysippi, uenerāduſq; Peripatus, necnon Stoa, & qui splendida deblaterante, docuere. Hæc Geometriæ equalitas, & de iustitia erant sermones. & quod oporteret potius eligere, ut quis iniuria afficeretur, quàm quod iniuste ageret. hæc generosorum præceptorum erat doctrina, necnon regni concertatorum & legumlatorum, quos ex triuijs, & barathris, sibijpsi congregauerat. quorum mores haud laudabat, eloquentiam tamen admirabatur. & forsitan nec illam, sed impietatem solam, tanquam cōsultricem sufficientem tam agendorum, quàm omittendorū magistram. Cæterùm quo pacto illos admirari decet, qui uerbis fingunt ciuitates, quæ re ipsa consistere nequeunt? & qui uenerandas tantum non adorant tyrannides, obolūq; cum supercilio super Deos attollūt. & hi quidem neq; omnino Deum esse, illi uerò eum haudquaquam res quæ hic aguntur, prænoscere docent, sed fortuitò, & ut euenit, uniuersa ferri. alij astris duci opinantur, & necessitatis fato. haud scio à quo' nam agantur, & unde. nonnulli in uoluptatem cuncta reijciunt, eamq; finem humanæ uitæ esse arbitrantur. Virtus uerò penes eos nihil aliud est, quàm nomen decorum, & haudquaquam uita præsenti longior. nec ulla dein pœnarum exactio, corripiēs delicta hic cōmissa. Proinde nemo ex illorum sapientibus hæc intelligit, sed profundo, ut dicitur, luto hæret, & tenebrosa erroris & ignorantiæ obtegitur caligine: nō solum ut mens puros ueritatis radios aspicere nequeat, sed & quātum ad inferiora hæc pertinet, intellectum habeat obfuscatum, adeò ut nec super dæmones imaginari ualeat, & ita attolli, ut factore suo dignum foret. quod si quis uel parum suspicit, rationi confisus, & haud Deo utens ductore, à persuasibiliori seducitur. quod & multos quidem magis propter propinquitatem trahit. quid mirum igitur, quum ille ex talibus prorumperet doctrinis, à talibus' que dirigeretur gubernatoribus, si tam malus etiam adpareret credenti, & honoratus erga honorantem Cōstantium ingratus foret? Etenim si quicquam oporteat respondere accusationi, haud mihi uidetur Iulianus tantum ob fratris doluisse cædem, quem hostem religionis causa nouerat, quantum ob Christianorum incrementum, quod admodum ferebat molestè. et quia contra pietatem insaniebat, aduersus præsentem rerum statum audere & amentię libertatem quęrere uolebat, quoniam oportebat philosophiam & regnū iuxta illorum sermonem in unum conuenire, non ut ciuitates à malis liberarentur, sed ut illis implerentur. Sanè hoc primum procacitatis ac uecordiæ eius fuit signum, quòd seipsum coronaret, & magnifica illa appellatione honoraret. quam non fortunę raptus, sed uirtutis prēmium, aut tempus, aut regium confert suffragium, siue senatus sententia, cuius olim fuit iudicium, siquidem nemo honoris magnitudine, Dominus etiam fit imperij. Secundo autem (necesse enim erat ex ijs quæ iam ausus fuerat arrogantiam ei esse partam) quid' nam deliberat, & ad quam impietatem & audaciā progredietur? (Proh insana anima) Cōstantio etiā ipsi, bellum infert, & occidentem relinquit, sub prętextu reddēdę rationis, quòd diadema suscepisset. adhuc enim arrogantiam suam celare uidebatur. sed re uera uniuersam imperij potentiā in seipsum transferre cogitabat, quo ob perfidā ingratitudinē, admirationi

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiã esset. nec spe sua deceptus est. Proinde haud admirẽtur qui incõprehensibilem diuinarũ rationũ, quibus uniuersa feruntur, ignorant profunditatẽ, ne quaquã gubernationi artificis cedentes, lõgè nobis prudẽtiori: qui id quod eius est propriũ, quomodo, et quò uult perducit, omnino tamẽ ad melius, et medelam, etiã si ij qui indigent cura, indignentur. propter quas etiã causas ille non in maliciam est impulsus (quandoquidẽ numen penitus expers culpa existit) bonum aliquid à natura consequutus, licet ea quæ prauitatis sint prætulerit. nequaquã impetum compescuit, sed multa celeritate, & domesticum, & barbaricum transcurrit solum. magisq; latendo, quàm transitum occupando regijs militibus adpropinquauit, prænotione quemadmodũ prædicant ij qui secreta eius norunt ad expeditionem impulsus, quũ dæmones etiam motum illum, & quid futurum esset promitterent, necnon mutationẽ eorum qui præerant rebus. Iuxta ueridicum autem sermonem, præfinitum iam tempus aderat, magis arcanum atq; profundum. ad mortem itaq; accelerabat, cuius ipse artifex erat, celans à quodam internorum conatum illum, ac si haud à prænotione procederet, sed cognitione manifesta. & quod ea quæ fierent ob prauitatem, & haudquaquam dæmonum acciderent beneficio: uerùm quàm recta coniectura, Persia postea manifestè ostendit. quapropter desinant, qui illius celeritatem dæmonibus acceptam referunt, nisi & illis maliciam ipsam ascribere uelimus. Sanè si Imperatoris præfecti, tyranni occupassent ingressum, & non bellum occultum manifestæ prævaluisset uirtuti, cognouisset forsitan scelestus ille, quòd cõtrà seipsum festinasset: & priusquàm Persica clade refrenatus fuisset, in finibus Romanis uecordiæ pœnas, simul & ob ea quæ malè ausus fuerat, dedisset. cuius rei testimoniũ est, quòd quum progrederetur incognitus etiam, ut ipse putabat, à generosissimo Imperatorum exercitu circumseptus fuit: quin & illi fugam, quemadmodum postea cognitum est, intercluserat. & quum rerum quoque potitus esset, nequaquam tamen parui operis fuit, copias illas subiugare. nunc autem propter arrogantiam pariter & impietatem eius, indignatione exæstuans Constantius, sapientissimumq; Iulianum habens in retibus, proh nostra malicia, sub uiæ ingressum, uitam cum morte permutauit. non paruam rationem, tam Deo, quàm hominibus ob nimiam redditurus humanitatem. siquidem præter motum illum, Christianis etiam imminentes pro pietate ostendit turbas. Hic autem quantum mihi gaudium, lachrymis permixtum, ob sermonis exoritur reliquum? qualis'que maris & fluctuum conflictatio, permixtio, & turba, inuicem dissidentium & æstuantium? siquidem ex nouissimis mihi lætitia, ex prioribus autem oritur fletus. non propter Christianos solum, & accidentem ipsis afflictionem, quæ uel per maligni inuidiam, aut potius Dei incidit permissionem, ob eas quas nouit causas, & forsitan ob elationem nostram, quæ indigebat purgatione. Sed etiam propter illius animam, & eorum qui ab ipso ad eandem rapti sunt perditionem. ij siquidem ultimas eorum plagas, & quæ inde ortæ sunt deplorant calamitates: quoniam hanc solam esse uitam existimant, nec mente ad futurum pertingunt, necq; ullam rationem reddendã, aut retributionẽ expectandam esse censent, ob ea quæ in hoc perpetrata sunt seculo: sed uitam uiuunt irrationalem semper in diem, & præsentẽ uiuentes horam. Et ideò felicitatem, & infelicitatem, ex contrario incidentibus metiuntur. mihi autem plus ob ęrumnas futuras, pœnasq; improbis debitas uidentur deplorandæ, tametsi quod maximum est, haud depromam. Etenim qualis illis pœna erit, expulsio à Deo? quomodo non deplorarem miserum? quomodo non plus persequutorũ inuasores? & adhuc plus transfugientiũ ad maliciam lugebo abreptorẽ, seu potius lachrymas fundam, pro ijs quibus nihil graue fuit eorum quæ ob Christum sunt perpessi, omniũ beatissimis, non solum uenturę uitæ gratia, uerũ etiam propter gloriã præsentẽ, fiduciamq; cõstantem, qua semetipsos ubertim per pericula decorauere, aduersarijs uerò præludium exhibuere,

exhibuere, imminentium commutationum, ac eorum quæ iam sunt perpessi? Et profectò longè illis melius fuisset, si diutius hic fuissent afflicti, quàm quod futuræ thesaurisauerunt damnationi. Et hæc nobis secundũ legis formam sint dicta, quę homines ob inimicorum calamitatẽ gaudere prohibet, ac potius ut miseris compatiamur, exigit. Cęterùm ut rursus ad priorem redeam sermonẽ, quę'nam tanti mali concertatio? quis impietatis amor? quis perditionis cursus? Vnde tantum Christi odiũ, Christi cõtraxit discipulus? qui in tot ueritatis uersatus est sermonibus, nunc dicendo, mox audiendo, de ijs quæ ad salutis dirigunt uiam. Sanè nondum hæreditate imperiũ assequutus fuerat, & tamẽ impietatem ostendere est ausus, tanquam ipsum puderet, quòd aliquãdo Christianus factus esset: aut ægreferret, quòd cũ Christianis nomen haberet commune. Porrò hoc sub initium est ausus, quemadmodum retulere ij qui ei ab arcanis fuere ministerijs (heu in quales sermones incidere cogor) ut sanguine, nequaquam sacro, baptismum ablueret sanctum, expiationi nostrę, odij perfectionem opponens. Sus in luto, iuxta parœmiam, uolutatus. Mox incruẽti sacrificij, oblatione manus commaculat. per quod nos Christo unimur, necnon passionis ac diuinitatis eius participes reddimur, sectionibus & uictimis res stabiliẽs regias, malis consiliarijs, in malo utens principatu. Verùm quia sectionum incidit mentio, ac se occasio offert, ut de tali hominis infelicitate aut infortunio exactius dicã, nescio utrum diuulgatum miraculum literis commendare, aut potius referentibus fide dignis permixta esse soleant. Etenim quod aliquid, tanti mali & impietatis innouationi portendi debeat, nequaquam ex incredendis existit, quum sæpius iam taliter, in maximis etiam acciderit mutationibus. hoc itaque, & eo præcipuè modo admodum mihi admiratione dignum uidetur, omnibusq; qui pura purè ostendi cupiunt, idq; fieri posse existimant. Fertur igitur, cum immolaret uiscera, crucem apparuisse coronatam: quod alijs quidem ueneration em præbuit & timorem, necnon nostræ potentiæ assensum: at impietatis magistro audaciam præstitit, tanquam essemus circumuenti & coherciti: ita enim crucem & circulum interpretabatur. Et hoc meum est miraculum. Quod si falsum est, auræ illud ferant: sin uerum, rursus Balaam prophetisat, & Samuel excitatur, aut per incantationem ita uidetur. Dæmonesq; Iesum ultrà confitentur, ac ueritas per contraria, quo magis credatur, ostenditur. forsitan ille per hęc ab impietate desistere admonebatur. multas enim & admirabiles salutis uias numen innouare nouit, ad misericordiam inclinans. Sanè & ille, quemadmodum à multis refertur, nec à fide est alienum, in adytum quẽdam, multis inaccessum & horrendum descendit. utinam eam uiam ingressus fuisset, quæ ad infernum perducit, antequam ad tanta progressus fuisset scelera. aderat & multis adytis dignus. in his peritus quidam, aut potius sophista. est enim & id illis diuinationis species, ut de futuris consulturi, sub caligine quadam cum subterraneis congrediantur dæmonibus, uel quia tenebris magis gaudent (quoniam tenebræ sunt, tenebrarumq; hoc est prauitatis artifices) uel quia piorum hominum consortia fugiant super terra, ac ob illa reddantur imbecilles. quum autem generosum in progressione pauor inuasisset, ac assiduè augeretur, fieretq; terribilior, sonitus quosdam iniucundos eum audiuisse aiunt, necnon odores sensisse immundos, ac ignea uidisse phasmata, & nescio quas nugas & deliria. re igitur inexpectata perculsus (erat enim in talibus nondum ualde expertus) ad crucem, & uetus confugit remedium, hacq; ob timorem signatur, adiutoremq; facit quem persequebatur. at reliqua terribiliora etiam, prævaluit signaculum, superantur dæmones, soluuntur timores. quid inde? respirat malum, animatur rursus, iterum impetus & timores priores, denuoq; signaculum, & compescũtur dæmones. in dubio

Universidad de Deusto
Biblioteca

igitur mystes, iuxtà uerò mystagogus, exponens ueritatem. abominationi inquiens, illis fuimus, & nequaquam timori. Vincit quod deterius est. Hæc dixit, simul & persuasit, persuadensq; discipulum ad perditionis deduxit barathrum. nec mirum, quādoquidem prompta est malicia, ut potius quod deterius est sequatur, quàm quòd à meliore refrenetur. quæ uerò in adyto illo dixerit aut fecerit, seu quomodo deceptus fuerit remissus, norunt illi qui homines talibus initiant, suntq; initiati. regreditur itaq; & anima & operibus deuotus dæmonibus, oculis furorem indicans. nisi potius eo die dæmonibus est impletus, in quo tam scelerata aggredi est ausus. sed tum etiam manifestius, ne delitesceret, aut frustra cum dæmonibus consortium iniuisse uideri posset, quod illi afflationem appellant, magnificè nomina immutantes. & prima quidem fuere talia. Postquam autem doloris partus prævaluit, ac persequutio erupit, uidit aliquid: siue illud proprium ipsius fuit, tanquā hominis in malicia edocti, ac impietate præstantis: siue quia ab ijs qui eum instigarunt, instructus fuit, nempe ut apertum sumeret bellum, ac ipse impietatis autor præsideret, tametsi facinus illud audax & imprudēs esset, quinimo à scopo penitus alienum. quoniam uis nos contentiosiores redditura erat, & ut tyrannidi pietatis decertationem opponeremus. solet enim generosa prudentia, pertinacius uiolentiæ resistere, non secus ac flamma à uento agitata, tanto plus accenditur, quanto uehementius inflatur. & hoc nō solum consideratione didicit propria, sed etiam ex prioribus cognoscere potuisset persequutionibus. quæ Christianismum honoratiorem ferè, quàm imbecilliorem reddidere, quoniam ijs animæ magis impietate sunt obfirmatæ, & per discrimina tanquam ferrum candens aquæ ui temperatę, ac solidiores redditę. quod si arte potius pugnasset, ac uiolentiam persuasione colorasset, aut tyrannidem mansuetudine, tanquam hamū illecebris contexisset, prudētius egisset: ac forsitā possibile fuisset, ut in hoc certamine prævaluisset. nam præ cunctis alijs, martyrum athleticis inuidebat honoribus, ac ideo machinabatur, ut ui cogeret, nequaquam tamen cogere uideretur. nos uerò pateremur, nullum tamen honorem inde, tanquam pro Christo patientes, assequeremur. Proh stultitia. primùm enim si latêre putabat, cuius rei gratia periclitandum esset, & ueritatem impostoris celare contendebat, cur non ita de honoribus etiam sentiebat, quòd illos hoc pacto longè maiores & splendidiores redderet? Deinde si nos gloriæ desiderio periclitari suspicabatur, cur id non etiam ueritatis gratia fieri censebat? Verùm de talibus hudant apud ipsos Empedocles, & Aristei, necnō Empedotimi quidam, & Trophonij, ac infelicium horum numerus. ex quibus hic quidem, quemadmodum ex Siculis crateribus diuinitatem, ut ipse putabat acquirere, & ad meliorem sortem à nobis transmitti posset, sandalio charissimo, ab igne eiecto testatum reliquit. haudquaquam Deus post hominem ostēsus, sed homo post mortem inanis gloriæ cupidus, & à philosopho penitus alienus, necnon communis etiam sensus expers. quidam etiam ob eandem animi ęgritudinem ac philautiam, in cauernis quibusdam se abdidere, inde deprehensi, nō magis ob furtiuam deceptionem sunt honorati, quàm propter latendi conatum ignominia affecti. Christianis uerò iucundius est, ob pietatem pati, ac omnes potius latêre, quàm alijs cum impietate gloriosos uideri. nam ut hominibus placeamus, breuis penes nos est momenti: at honoris eius qui à Deo est, seu potius pro Dei honore, omne nostrum est desiderium. nam uerè philosophi, & Deum timentis, commercium cum honestate, propter honestum ipsum, haudquaquam ob inde accidentes diligunt honores. laudabilia enim opera, quæ mercedis gratia, & ob remunerationem fiunt. in secundo ab eis constituūtur ordine, quemadmodum in tertio, quum scelera pœnę fugiūtur timore. nostra igit̄ sunt talia, ac ita se habentia, quæ nolentibus per quam facile ex plurimis etiam ostendi possunt. Iulianus uerò tanquam magno honore Christianos spoliaturus (multi enim ex

proprijs affectibus aliorum dijudicant mentem) bonam nostram existimationem præ cæteris est persequutus. nec tamen magnanimiter, ut in alijs accidit persequutionibus, impietatē suā declarauit: neq; regiè, sed omnino tyrannicè de nobis deliberauit, quo magnificētior eius esset impietas, quum per uim orbis cogeret populum, tyranniceq; dogma omnium dogmatum præstantius uiolaret. Cæterùm admodum seruiliter & ingenerosè impietatem ostendit, quandoquidem deceptiones & uersutias cogitationibus suis in persequutione cōtra nos intermiscebat. Siquidem quum uictoria ex duabus his consistat rebus, persuasione ac uiolentia, hic quidem id quod erat inhumanius, tyrannidem nempe, populis immisit & urbibus. quibus socordia propter irrationalem & inconsideratum ad omnia impetum magis erat iucunda, uerùm haudquaquam edicto publico. Cæterùm ne abscinderetur impetus, legem sine scriptis proposuit, uidelicet quòd ita uellet. uerùm quod humanius erat et regalius, persuasionē nempe in seipsum retulit. Quā uis nec illam penitus conseruaret illæsam. haud enim natura permittebat, ut pardalis maculosam immutaret pellem, uel Aethiops nigredinem, aut ignis à calore cessaret, seu malignus humani generis odium poneret, quoniam abinitio homicida extiterat, uel Iulianus à prauitate, qua contra nos ruebat desineret. sed quemadmodū Chamæleontem facile ferunt uariari, omnesq; assumere colores præter candidum, ut interim fabulosum illū Proteum Aegyptium Sophistā omittam: ita & illa omnia præterquam māsuetus erat, & factus est Christianis, eratq; illi humanitas res admodum inhumana, suadelaq; nil aliud quàm uiolentia, & pro immanitatis excusatione probitas, quo iure uideretur ad uiolentiam confugere, quum persuadendo nil proficere posset. quod quidem inde liquet, quod apud ipsum parum suadelæ, multum autem erat uiolentiæ, quæ quidem confestim sequebatur, quo nos tanquam in uenatione uel laqueis, uel persequutionibus, aut omnino aliquo caperet modo. & ita ille deliberauerat ac constituerat. Accedebat & illud, quòd solummodo securè, licet ualde impiè bellum gereret. Cum manu enim admodū propinqua & coniuncta, & quæ totius persequutionis conscia erat, prauitatem suā inchoabat. quandoquidem impossibile est, res adgredi externas, nisi prius domesticæ rectè fuerint constitutæ. quemadmodum nec possibile est exercitum contra hostes ducere, quum milites seditione contra ducem tumultuantur. Propterea etiam aulam immutabat regiam. quosdam enim morte plectabat, alios autem non solum ideo expellebat, quoniam magno Imperatori fuissent fideles, sed & maiori nimis beneuoli, ipsi uerò propter utramq; causam inutiles. Quin etiam negocia castrē sia, partim per semetipsum, partim uerò per præfectos, quos sibi magis fideles esse suspicabatur, immutauit, legionesq; nonnullas honoribus sibi conciliabat, alias uerò simplicitate allitiebat, quo unā solam agnoscerent legē, nempe imperatoris uoluntatem: sed longè magis, exercitus partem haud minimam, quam aut corruptam inuenit & morbidam, ac tempori tam præsenti quàm priori inseruientem, obsequio demerebat, spemq; inijciebat melioris. Veruntamen non omnes ad suam pertraxit sentētiam. quandoquidem non tantum illi de nobis permittebat, qui per illū nos persequebatur: sed remansere ultra septem etiam milia, qui genua coram Baal non flexerunt, nec imaginem auream adorauerūt, necq; à serpentibus fuere percussi, quoniam in serpentem intuerentur suspensum, & Christi passionibus dissolutum. siquidem multi fuerere in potestatibus & sublimitatibus constituti, quos magis credibile erat, tam propter metum quàm spem superari posse: multi etiam ex humilioribus, & numero tantum noti, in quos ille irruens, non secus reiectus est, ac machina quædam haud tempestiuè generoso muro admota. Verūtamen non magis perturbabat effugium, quàm reddebat confidentem, instar captiui insanientis, uoluntatiq; spes, ac si iam superasset, affuit. Porrò audacia iam in magnū etiam cōuersa est uexillū, quod sub

Universidad de Deusto
Biblioteca

crucis signo pompam ait, in altumq; sublatũ exercitum ducit, laborum solutio existens. ita etiã à Romanis quoq; appellatum, et quod reliquis, ut ita dixerim, imperat signis, quę Imperatorũ gaudent imaginibus, et quę uarijs distincta sunt coloribus & picturis, necnon illis signis quæ horrendis extensa draconum hiatibus, in summis uolitant hastis, maculosisq; contexta squamis, gestando inflantur, ac iucundum pariter ac horridum spectaculum oculis præbere solent. Postquã autem illi propinqua ex sententia cessere, periculumq; ut putabat in manibus redditũ est melius, confestim & reliqua tẽtare cœpit, stolida & impia, necnon procacia ac magna. Sane tu ne contra tantam sortem, uniuersiq; orbis fructificationem, quę cunctos occuparat fines, per simplicitatem sermonis stulticiamq; (quemadmodum uos dicitis) præconij, quod sapientes deuicit, ac dæmones compescuit, tempusq; confixit? illud idem antiquũ pariter & nouũ existẽs, quemadmodũ uos de dijs uestris portentose quædã finxistis: antiquum quidem paucis, nouum uerò multis: antiquum propter obumbrationem, nouum autem propter perfectionem mysterij, quod temporibus proprijs reseruatum fuit. Tũne contra magnam Christi hereditatem? (quis enim eras, quantus, & unde?) magnã inquam, & haud cessaturã, neq; si quidam plus etiam quàm tu insanierint, sed semper plus ultrà progressurã, & altius exurrecturam (diuinis enim credo prædictionibus & uisionibus) quam Christus ut Deus condidit, & ut homo hereditate acquisiuit, quã lex figurauit, ac gratia impleuit, quam prophetæ compaginarunt, & Apostoli colligarunt, necnon Euangelistæ coaptarunt. Tu ne contra Christi sacrificium tuis spurcitijs? Tũne contra sanguinem, per quem expiatus est mundus, tuis sanguinis effusionibus? Tũne bellũ contra pacẽ? Tu ne cõtra manũ, quæ propter te, & per te clauis est cõfixa? Tu ne contra fel gustum tuum? cõtra crucis trophæum? contra mortis dissolutionem? contra resurrectionem, tua insurrectione? contra testem nihil testificans? cum Herode persequutor, cum Iuda proditor, præterquam quòd in strangulatione haudquaquam ut ille, pœnitẽtiam ostendisti: Christiq; cum Pilato interfector, & cum Iudæis Dei osor. Nunquid timuisti? nũ quid reueritus es, hostias pro Christo mactans? nunquid magnos timuisti certatores? Ioãnem illum, Petrum, Paulum, Iacobum, Stephanum, Lucam, Andream, Teclam quoq;, necnon alios, qui tam post, quàm ante illos pro ueritate sunt periclitati: qui contra ignem, ferrum, bestias, & tyrannos alacriter decertarunt, prẽsentibusq; malis ac cõminationibus, tanquam in alijs corporibus, aut corpore carentes restiterunt. cuius rei gratia? quo pietatem nec uerbo tenus quidem proderent, quibus magni repositi sunt honores & panegyres, à quibus dæmones expelluntur, infirmiq; sanantur, quorum sunt adparitiones & liberationes: quorum etiam corpora solum, siue tacta siue uenerata, eadem possunt quæ & sanctæ animæ. quorũ sanguinis aspersiones solum, ac minuta passionis symbola, eadem faciunt quæ & corpora. hæc tu haud ueneraris, sed dedecore afficis. qui Herculis pyram, ex infortunio, & mulierũ admiraris iniurijs, Pelopisq; carnificinã hospitalem illam, & Deo quoque acceptã, ex qua insignes orti sunt Pelopides, humeris quoque eburnei: pariter & Phrygum emasculationes, qui tibijs demulcentur, & sub illarum sono iniuria afficiuntur. necnon ob Mithri honorem tormenta, & inustiones mysticas, sed iustas quidem. In tauris etiam cædem hospitalem, & apud Troiam regiæ puellæ sacrificium, Menezoeiq; pro Thebanis sanguinẽ, & postea Scedasi filias in Leuctris. qui Laconicos laudas ephebos flagellis cæsos, sanguinem' que aris insperſum, deam oblectantem, castam ac uirginem. qui Socratis cicutam laudibus celebras, Epitecti' que crus, & Anaxarchi sacculum. quorum philosophia potius necessaria erat, quàm uoluntaria. necnon Cleombroti Ambraciotæ saltum, quum sermonem philosophicum de anima haberet. Pythagoricamq; super fabarũ natura decertationem. ac Theani mortis contemptum, uel haud scio cuius' nã

alius

alius qui illius placitis est initiatus, & in ijs philosophatus. Tu autem sapientissime ac generosissime, si haudquaquam illa, saltem admirare præsentia, ac Epaminondas, & Scipiones illos uirtute claros inspice. qui cum exercitu incedis, cibum capiẽs uilem, qui spontaneum Imperatoris laudas conatum. Equidem ad generosam ac philosophicam animam spectat, ut nec hostilem inhonoret uirtutem, ac plus tribuat inimicorum generositati, quàm prauitati ac molliciei domesticorum. Cernis semimortuos hos, ac sine laribus uagos: necnon ob macerationem carnis macilentos, quin & exangues ferè, Deoq; propter hæc adpropinquantes, pedibus illotos, humiq; cubantes, quemadmodum tuus inquit Homerus, quo dæmonem quendam suis laudaret fictionibus, infernos hos, sed super inferna elatos: qui inter homines uersantur, humanis tamen rebus sublimiores: ligatos illos, et tamen liberos: detentos, sed incomprehensibiles: quibus nihil est in mundo, sed omnia super mũdum: quorum duplex est uita, una neglecta, altera autem summopere exculta, qui propter enecationẽ, immortalitatem assequuntur, qui propter dissolutionem Deo adunantur, expertes concupiscentiæ, cum diuino et impassibili amore, quorũ fons est luminis, quorum & splẽdor suauis: quorum angelicæ sunt psalmodiæ, & perpetua statio nocturna, mensq; excessu ad Deum erepta: quorum est puritas & purgari, nullam mensuram eleuationis ad Deum ac deificationis scientes: quorum & petrę, quorum etiam sunt cœli: quorũ deturbationes, atq; throni: quorũ est nuditas, incorruptio tamen indumentum: quorum est desolatio, celebratio uerò quæ alibi peragitur: quorum est uoluptatibus uiolenter resistere, et quorum fruitio indissolubilis & ineffabilis: quorum fletus peccati est diluuium, ac mundi purgatio: quorum manuum extẽsio flammam extinguit, feras demulcet, enses hebetat, acies inclinat. Sed et impietatem tuam (rectè noueris) obturabit, tametsi parumper sis elatus, & impietatis drama, cum dæmonibus tuis ludas. Hæc autem cur non essent tibi formidanda, ô audacissime, quum morti sis obnoxius, ac si quis alius? cur non essent uerenda? Hæc igitur longè honorabiliora sunt Solonis insatiabilitate, sapientis illius, quem Crœsus Lydio redarguit auro, Socratisq; erga pulchros amore. nã erga pueros, dicere erubesco, tametsi mente castitatem simularet: necnon Platonis gulositate Sicula, ob quam & uẽditus est, & nec ab aliquo discipulorum suorum est emptus, sed nec à plenè Græco: quin etiã Xenocratis liguritione, Diogenisq; scurrilitate, qui dolium inhabitans, sub quo hospitibus stupori erat, licet et ipsi tyrannos ex tragœdia uili pane cibare solerent. Epicuri præterea philosophia, nihil bonum super uoluptatem definientis. Magnus uobis est Crates, quum sit & philosophicum pascere, ac dimittere substantiam, simileq; philosophis qui apud nos sunt. Verùm iactitat is libertatem præconio, quẽ admodum quum quis haud est sapientiæ, sed potius inanis gloriæ amator. Magnus & ille, qui quum nauis procellis agitaretur, omniaq; forẽt eiecta, gratias se fortunæ habere fatebatur, quæ illum ad uestem misisset tritã. Magnus & Antisthenes, quoniam quum facies illi à contumelioso quodam & proteruo fuisset contrita, tantummodo fronti, ac si statuam quandam erigeret, percutientis nomen inscripsit. ideo forsitan, quo feruentius hominem accusaret. Porrò laudas quendam ex ijs qui haud longè ante nos fuerunt, quòd tota constitisset die, ut solem adoraret, obseruans forsitan, ut fieret illi propinquior, & occidens orationem secum traheret, ac pariter soluere tur. necnon in Potidia stationem, quum hiberno tempore tota nocte speculationi indulgeret, ita ut nec frigoris uim propter excessum sentiret. aut Homeri industriam, de Arcadica quæstione. pariter & Aristotelis philosophiam, ac assidentiam ob Euripi mutationes, ob quas etiam occubuit. Cleanthisq; puteum, necnon Anaxagoræ corrigiam, & Heracliti tristitiam. Quæ' nam sunt hæc? & quousq;? Apud nos autem haud admiraris infinitos quodammodo numero, qui talia, & his etiam mirabiliora, per om

nem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem uitam, uniuersumq; , ut ita dicã, orbem philosophantur, uiri pariter & mulieres, uiriliter decertantes, ac solum ibi naturæ obliti, ubi per castitatem & tolerantiam Deo seruire oportet, nõ ex humilibus tantum, & ijs qui sem per ob indigẽtiam laboribus sunt assueti, sed etiam ex ualde aliquando sub limibus & splendidis, tam opibus quàm genere & potentia: qui per uitę no uitatem, afflictionibus se ad Christi subdidere imitationem: qui si eloquen tia etiam clari non erant, quoniam pietas haudquaquam in sermone consi stit, breuis' que sit fructus sapientiæ ex ore prodeuntis, quemadmodum & cuidam poetæ apud uos est uisum: rationem tamen ducem sequebantur, ac doctrinam operibus ostendebant. Cæterùm hæc ille omnia negligebat, & adhoc unum respiciebat, quo pacto dæmonibus, sæpius eum meritò a gitantibus, gratificari posset, ac ideo priusquam aliud quid ex rebus consti tueret communibus, in Christianos irruit, duæq; res præcipuè illum stimu labant: Galilæi nempe, ita enim Christianos contumeliæ causa adpellabat, ac Persæ qui in bello fortiter perseuerabant. Cæterùm res nostræ adeò illi maiores ac cura digniores uidebantur, ut bellum contra Persas nugas ac ludum putaret. uerùm illud haud manifestè ostendebat, sed magna celabat cura. persequutionem autem nostram (in tantum enim insaniebat) semper & coram omnibus iactitare non desinebat. Verùm nequaquam intellige bat, omnium prudentissimus & optimus rerum publicarum administra tor, quòd in persequutionibus prioribus minutum erat id quod confunde retur, & commoueretur, quum dogma nostrum nondum ad multos perue nisset, sed ueritas adhuc consisteret in paucis, cuius tamen splẽdorem eluce scere oportebat. nunc uerò salutis sermone iam effuso, & inter nos admo dũ potentia sua uigente, tentare res Christianorum, immutare et commoue re, nil aliud erat quàm Romanorum perturbare imperium, & rempublicam omnino subijcere periculis. Quare nec deterius quid inimici nobis im precari potuissent, quàm ut talia à uobis ipsis pateremur, necnõ à noua hac & admiranda philosophia, & regio imperio, sub quo nos felices redditi su mus, ad auream q; illam ætatem & ciuitatem peruenimus, bellis & factioni bus penitus liberam ac carentem. Proinde si populus clementer fuisset gu bernatus, aut tributa remissa, uel si noui electi fuissent principes, aut fures coherciti, siue alia fuissent facta, quæ uel tempestiuæ aut intempestiuæ sunt felicitatis & apparentiæ, magnam profectò Rebuspublicis utilitatem pe perissent, aures' que nostræ tinnire debuissent, quum talia fuissent laudata. Verùm populi ad seditiones incitati, urbes turbatæ, hominum genera con fusa, domus factionibus impletæ, coniugia separata, & cuncta alia quæ ma la hæc sequi par erat, quemadmodum & sequuta sunt, haud admodum il li cessere ad gloriam, siue Rebuspublicis ad securitatem, tametsi ei pulcher rima uiderentur. Verùm qui' nam alius ad impietatem tam pronus est, aut sensus communis expers, qui hæc utilia esse contenderet? Quemadmo dum enim in corporibus, quum unum aut duo membra malè sunt affecta, haud difficulter reliquis succurritur, sanitatis' que bonum maioribus subue nit partibus, quo celeriter & illa conualescant: quum uerò plura dissident & malè habent, nullo remedio subueniri potest, quin omnia ægrotent, peri culum q; illud iam manifestè se ostendit: ita morbi etiã, qui singulis accidũt subditis à communi populo, qui melius habet, sunt abscondendi: quum ue rò maior pars corrupta est, tum uniuerso imminet periculum. nec mihi se cus hoc tempore, ijs qui nos tam capitali prosecuti sunt odio, necnon tan tæ Christianorum retributioni euenisse uidetur. Cæterùm quia Iuliani im probitas sensibus obtenebrata fuit, ideo tam paruis quàm maioribus pari ter persequutionem nectere est aggressus. Verùm hoc ualde puerile fuit, ac leuitatis plenum, & nequaquam uiri regij, sed neque alterius cuiusam uel mediocriter animo fortis, quod nominis nostri immutatione existimatio nem nostram lædi, aut illa nobis contumeliam irrogari posse arbitratus est,

tanquam

tanquã à turpissimis cognominaremur hominibus. Cõfestim enim nomen claturam nostrã innouare cœpit, Galilęos pro Christianis appellsã, & lege etiam ita uocari iubens, quum reipsa, ob Christi appellationem honoratis simos nos esse censeamus, ac nomen illius maximã nobis conferre gloriam putemus. ac ideo ex qua re nos gloria priuare putauit, eadẽ nos summope re laudauit. nisi forsitan nomenclaturæ uim timuit, quemadmodũ & dęmo nes, ac ideo illam ad aliud transtulit nomen minus assuetum aut cognitum. At nos ipsis nomina haud inuertimus, quũ nil magis supersit ridiculum in quod cõuerti possint, utputa priapos, & phalos pruriẽtes, ac nigripodices, necnon hircopedes, & uenerandum illum Pana, ex omnibus procis unum Deum, nomẽ sortitum ex iniuria, quemadmodum & dignum erat. oportet enim apud illos unum & optimum in multos distribuere, ac unum ex mul tis fieri turpissimum. Nequaquam igitur ipsis, uel ob res gestas, uel nomina ipsa inuidemus, sed sua fruantur amentia, rebusq; glorientur turpissimis. Igi tur si uoluerint, boum illis relinquamus deuoratorem, necnõ triheſperum, quo magis illis gratificemur, ita generatũ & tam magnificè generantem, ac decimũtertium subeuntẽ certamen, quum in una nocte quinquaginta The stij stupraret filias, quo ex tam egregio facto Deus uocaretur. Sanè si & nos quoq; noui aliquid eius instar afferre uellemus, multæ Christianis suppete rent uocationes, lõgè ob eius gesta turpiores, malisq; illi cõueniẽtes. Quid enim prohiberet, nos etiã aduersus Romanorum, & ut ipse putabat, orbis Imperatorem, simili ludere cauillo? ac illũ, quoniã à dæmonibus deceptus fuerit, Idolianum appellare, uel Piseum, seu Adonium, siue Tauricremum. quemadmodum iam etiam à facundis quibusdam nostris est uocatus. Ma gna enim se offert copia, ut ex uera historiæ traditione multa nomina cõsin gi aut componi ualeãt. Cæterùm omnium fuit absurdissimum, saluatorem omnium & Dominũ, uniuersiq; opificem & gubernatorẽ, magni patris filiũ, ac uerbum, cõciliatorem, pontificem, & cõthronalem, qui propter nos imaginẽ eius dehonestantes, in terrã descendit, ac ignorantibus nobis ma gnum coniugij mysterium, non solum serui induit formam, sed & in crucẽ ascendit, quo etiam peccatum meum demortuum perduxit, hũc Samarita num uocatum, & quod longè deterius est, dęmonẽ appellatum, nec; pude factum, aut iniuriantes corrupisse, quũ ei perquam facile fuisset, angelicis le gionibus, sed & uerbo solo malignos ulcisci. Verùm quum ipse in parcẽdo contumeliosis, admodum mansuetus esset & mitis, ac etiam pro crucifigẽti bus lachrymas profudisset: planè incõueniẽs fuisset, nos tali appellatione in doluisse, aut pudefactos esse, siue ideo à boni decertatiõe destitisse, pluris q; fecisse sermonem calumniatorũ horum, quàm animarum & corporũ. quæ probè ob ueritatem contẽnere scimus, salutem. Verùm hoc, quẽadmodum antea dixi, potius ridiculum fuit, quàm acerbum, ac ideo scenę illud delega bimus: quandoquidẽ haud facile eos superabimus, qui cum Proserpina ta lia illic ludunt, talibusq; ludũtur. Verùm enimuero hoc iam admodum est improbum ac malignum, quod quum manifestè persuadere haud posset, ty rannicè autem cogere erubesceret, sub leonina pelle uulpinam, aut si mauis sub Minois facie, iustissimum abscondere uirum. Nam quo pacto exacti us dicerem? mansuetè cogebat. proinde alia, ijs qui ea scribere aut enarrare uolunt relinquo, quum alio meus festinet sermo. Cæterùm multis curæ fu isse arbitror, ut temporis illius, siue tragœdiã siue comœdiam dicere opor tet, explicare potuissent. quibus pars pietatis usum fuisset, sermone cõfode re sceleſtum, quo posterioribus rem talem, & haud latere dignã tradere ua luissent. Ego aũt pro omnibus, unum aut duo, exempli gratia, illis qui ad modũ facta eius admirantur, cõmemorabo, ut uideant, quo pacto eum lau de dignum cẽsere possint, cuius nec uituperatio digna inueniri potest. Lex est regia, num apud cunctos homines, qui regio subsunt imperio, ignoro: apud Romanos uerò summo studio obseruata, publicè imaginibus hono-

rare

Universidad de Deusto
Biblioteca

rare imperantes. Haud enim sufficiunt corone, & diademata, purpuraq; flo rida, & ut tributa ac præfecturæ enumerentur, ob quæ & subditorum multi tudo imperio applaudere solet. uerùm necesse est, ut etiam imperatores ipsi adorentur, quo magis uenerandi uideantur, & non solum ipsi, sed & imagi nes eorum pictæ ac fictæ, ut ueneratio sit inexplebilior ac perfectior. His imaginibus, alij aliud quid Imperatoribus appingere gaudent, quidã enim ciuitates clariores, dona ferentes adiungunt. alij aũt uictorias, capiti coro nas imponentes. nonnulli militiæ præfectos adorantes, ac principes signis honorantes. aliqui ferarum confectiones, aciesq; instructas. quidã multi plices barbarorum deuictorum, aut pedibus prostratorum, seu cæsorum fi guras. non solum enim rerum quibus maximè gloriantur ueritatem, sed & illarum amant simulacra. Iulianus uerò quid nã machinatus est? qualẽ ue dolum Christianorum etiam robustioribus struxit? siquidem quemadmo dum cibo admiscent uenena, sic etiam consuetis Imperatorum honoribus impietatem cõmiscuit, in unumq; Romanorum leges, ac idolorum contra xit adorationem. & hanc ob causam Imperatorum imaginibus dæmones quoq; appinxit, tanquam alias quasdam secundum consuetudinem pictu ras imagines q; has populis proposuit & ciuitatibus, præcipuè uerò princi pibus gentium, quo nemo mali expers remaneret, sed aut Imperatorum ho noribus, idolorum quoq; admisceretur ueneratio, aut detrectatione imagi nes imperatoriæ afficerentur iniuria, quum permixta esset adoratio. hunc dolum, ac tam uafre excogitatum impietatis laqueum, pauci effugerunt, ex cautioribus etiã ac prudentioribus, qui & rationem suæ reddiderunt inten tionis. Adorauimus, dicebant, tanquã in honorem Imperatoris, licet iniquè agentes, in ueritate autem propter uerum & pium regem periclitãtes. Mul ti tamen simpliciorum & inconsideratorũ capti sunt, qui tamen ob ignoran tiã ueniam sunt consequuti, quoniã arte quadam ad talem impietatem sunt pertracti. Et hæc ita sunt gesta, ac solum sufficientia, ut regis propositũ no tent infamia. siquidem haud eadem Imperatoribus ac priuatis conuenire ar bitramur hominibus, quoniam utriq; haud quaquam eadem censentur dignitate. priuato enim, si quid artificiose agit, parcimus: eius enim intentio qui apertè cogere nequit, uenia censetur digna. Regi autem quũ admodum turpe sit ui grassari, turpius etiam existimo ac indecentius, si conatus suos & propositum arte quadam suffurari ausit. aliud autem quod Iulianus egit, licet eiusdẽ fuerit intentionis & propositi, mensura tamen longè extitit dete rius & sceleratius, quoniã in plures malũ peruasit, & ideo hoc prædictis ad dendum censui. Dies aderat donatiui regij siue anniuersarius, seu quod Im perator improbitatis causa illum designauerat: eo die exercitũ adesse opor tebat, quo unusquisq; pro dignitate sua ac ordine quẽ ducebat, honore af ficeretur. Rursus igitur illiberalitatis scena, rursus impietatis drama, quo hu manitas inhumanissimo quodam inficeretur ueneno, ac militaris incõside rantia pecunia inescaretur, unà cum insatiabilitate, qua plurimũ homines il li laborare cõsueuerunt. Iulianus igitur præsedit splendidus, splẽdidè de pie tate concionatus, immensum machinamentis sapiens subdolis, Melampus puto quispiam aut Proteus, omnia existens & factus, ac facile seipsum spe cie transformans. At quæ circa ipsum, qualia? & quanto luctu rectè sentien tibus digna erant? nõ solum præsentibus, sed etiam ijs qui nunc auditu spe ctaculum illud percipiunt. Expositum erat aurũ, expositum & thus, ignisq; iuxtà accensus, ac propè aderant præcones, adeò ut forma rei planè credibi lis appareret, quasi lex ista regij donatiui esse uideretur, uetustioris simul eti am ac honoratioris. deinde quid? thure adorare oportebat, & ab imperato re perditionis susc ipere mercedem. Ob rem adeò paruam, tam magnam, & quę non solum in extremam animarum uergeret interniciem, sed & manife stè impietatem cõtra Deum testaretur. heu facinoris tanti, hei retributionis, uniuersus exercitus unius artificio uenundatur? & qui terrarũ orbem susten

tant,

tant, paruo igne, & auro, paruoq; concidunt nidore? ex quibus plures etiam iugulationem ignorabant propriã. & quod erat grauissimũ, aderat aliquis tanq; lucrum consequuturus, qui post lucrum nec sui ipsius compos erat. Im peratoris adorabat dextram, & quòd manũ qua ipse iugularetur adoraret, planè ignorabat. ijs uerò qui dolum deprehẽderant, nequaquam plus erat, quum semel malo essent præoccupati, legemq; indissolubilem priorem du cerent dementiam. Proinde, quæ Persarum myriades, qui nam sagittarij, qui funditores, facinus hoc expiare possent? quod ferrum militare, & undi que impenetrabile, quę nam machinæ murales, quę manus sola, ac tempus unicum, consiliumq; detestandum patrauit? Addo his narrationem prædi ctis etiam miserabiliorem. feruntur, quidam, qui ex ignorantia fuerant capti, postquam in hanc incidissent calamitatem, ac domum reuersi cum soda libus ad mensæ participationem consedissent, inde bibendi consuetudo ad frigidam processisset compotationem, tanquam nihil molesti fuissent per pessi, ad frigidi calicis haustum Christum inuocasse, ac crucis signatione in altum aspexisse. hic quum quidam contubernalis admiratione captus dixis set, Quid hoc rei est? Christum post abnegationẽ inuocatis? ipsiq; semimor tui respondissent, Et quo pacto negauimus? ac quid noui audimus? ille ue rò, quoniam per ignem, inquit, sacrificastis. quumq; id esse Christum abne gare docuisset, confestim è symposio tanquam insani ac attoniti exilierunt, zeloq; & ira excandescentes, ac per forum discurrentes, clamabant ac dice bant, Christiani, Christiani, animo sumus, audiat omnis homo, & præ om nibus Deus, cui & uiuimus & morituri sumus. nequaquam tibi mentiti su mus, Christe saluator: haud tuam beatam abnegauimus confessionem. nam si manus etiam in re aliqua errauit, animus tamen neutiquam consensit. Im perator nobis imposuit, cuius auro sumus uulnerati. emendabimus impieta tem, sanguine expurgabimus. Inde ad regem currentes uociferabant, ac au rum admodum pueriliter abijcientes: Non dona Imperator suscepimus, sed morti sumus adiudicati: non honoris causa sumus uocati, sed planè ignomi nia damnati. gratiam tuis concede militibus, Christo nos signato, cuius so lius subsumus imperio. Pro igne ignem retribue, pro cinere illo in cinerem nos redigito, manus quas malè porreximus, detruncato, necnon pedes qui bus peruerse cucurrimus. alios auro tuo honorato, quos accepisse, haud pœ niteat: nobis satis est Christus, quem præ omnibus habemus. Hæc quum di xissent, pariter & alios deceptionem agnoscere, ab ebrietateq; resipiscere, ac Christo per sanguinem respondere iubebant. His clamoribus quum Im perator grauiter indignatus fuisset, ab aperta tamen cæde abstinuit, ne mar tyres faceret, qui iam quantum in ipsis esset, martyres erant: exilio tamen eos damnauit. qua uindicta ingenti illos affecit beneficio: quoniam longè à suis ablegauit defœdationibus, & machinamentis. Sanè licet tali duceretur impetu, & eo ad multa mentis uteretur maleuolentia, nequaquam ta men uiri cogitationes firmitudinem habebant, neq; plus proprijs indulge bat considerationibus, quàm dæmoniorum iactationibus: nec sententiam in finem usque, minus prauitatis arcanum seruabat, sed tanquam Aetnæus ignis in imo montis reconditus sursum tẽdit, ac ui erumpit in apertum: siue aliud quid hoc est, seu halitus Gigantis supplicium expendentis, eousque terribiliter resonans, fumum'que ob prauitatis iudicium eructans, seu spi ritus est nimium alicubi assumens augmentũ, ita ut retineri nequeat, sed ex peculiaribus erumpens finibus, sursum delatus super crateres effunditur ex celsos, ac nonnunq; subiectam terram incredibili ac horrendo deuastat fluuio: ista & Iulianũ cernere erat, sub initium quodantenus, sui ipsius et cõficti dogmatis dominari, deceptioneq; res nostras malè afficere: ubi uerò aliquã do irę superabat exæstuatio, haud quaq; prauos mores celare poterat, sed cõtra Deũ, & piũ nostrũ ordinẽ aperta utebatur persequutione. nam ut edi cta cõtra sacras ędes omittã, publicè proposita, ac priuatè impleta, suppila

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionemq; munerum ac pecuniarum, non magis ex impietate quàm insatiabilitate, nec non uasorum sacrorum raptum, quæ à profanis manibus conspurcabantur, ac super hæc sacerdotes, cum subditis ductos & ligatos, plenasq; sanguine columnas, manibus laceratorum ac flagellatorum circundatas, & colligatas, sagittarios quoque per regiones & urbes discurrentes, crudelius ac feruentius etiam eo qui talia imperauerat, quo nos pro Persis, aut Scythis, alijs' ue barbaris corriperent. Et ne hęc solũ dicam, quis ignorat Alexandrinorum inhumanitatẽ, qui præ multis alijs, quę cõtra nos pueriliter egere, immoderatè etiam tempore sunt usi? Populus natura seditiosus & insanus, insuper & hoc cæteris feruntur addidisse impietatibus, ut sanguinis tam sacrificiorum quàm hominum inundatione, sacras impleuerint ædes. hæcq; acta esse, quum illos ductaret quidam è philosophis regijs, qui ex his solum nomine inclaruit. Quis præterea ignorat Heliopolitarum commilitium egregium? quis Gazæorum uecordiam? quum ob illam in admiratione & honore sunt habiti, quoniam bene de Iuliani sensissent magnificentia. Quem Arethusiorum latet dementia? qui eousq; fuerant incogniti, sed ex illo tempore admodum famosi. facit enim celebres, non solum actio dextra, sed & malicia, quæ improborũ superat existimationẽ. hi enim dicunt (oportet enim unum referre ex multis, horrore & sacrilegis etiam hominibus dignum) uirgines castas ac supermundanas, & quasi uirorũ oculis intactas, in medium produxisse, uestibusq; nudatas, ut eas uisu prius iniuria afficerent, concidisse, & bifariam diuidisse. O' qualiter tuam tunc Christe longanimitatẽ fero? Quidam etiam proprijs dentibus malè conuiuium peregisse feruntur. sed sua infelicitate admodũ dignè. nã iecinora cruda deuorasse, & post illum cibum alium cõmunem ac consuetum intulisse dicuntur. quidam palpantia adhuc uiscera, ante porcos, cibi loco proiecisse, ex suibusq; elegisse serociores, ut theatrum exhiberent, ubi cernerẽtur carnes cum ordeo deuorari ac dilacerari, cibum commixtum, & tunc primùm uisum & auditum. quo solum dæmones suos pascere dignus erat is, qui harum rerum artifex existebat, quemadmodũ probè illos ex proprio sanguine pauit, ac uulnere quod accepit per uiscera. tametsi miseri illi se insulse erga talia habeant, neq; eximpietate sapere norint. Proinde quis' nam tam longè ab orbe nostro remotus est, ut ignoret quemadmodũ cum Marco illo admirando ab Arethusijs sit actum? siue ad quem fama rei tam memorandæ non peruenerit? Hic enim quum per Constantium multa Christianis licentia concessa esset, dæmonum quoddam subuertit templum, ac multos Christianos à gentili errore, non minus per uitæ splendorem, quàm uim sermonis ad salutem conuertit. hanc ob causam, magnam sibi iram apud Arethusios, præcipuè dæmonum cultoribus concitauit. Quum igitur Christianorum res cõmotæ sunt, gentiliumq; tumescere cœperũt, temporis ille uiolentiã haud effugit. solet enim populus, etiam si ad præsens iram cohibeat, tanq; ignis in ligno delitescens, seu fluuius ui cohercitus, ubi tempus est oblatum, reaccendi & erumpere. Igitur quũ is popularem motũ, nil mediocre sibi machinari aut cõminari cerneret, primò fugã iniit, tam ob animi pusillanimitatẽ, quàm legis cõsilium, quę è ciuitate in ciuitatẽ fugere ac persequutoribus cedere iubet. Decet enim Christianos, non solũ res cõsiderare proprias, etiã si magno sint animo ac fortitudine prædити, sed etiam persequentibus parcere, ne fortè ipsis acceptum feratur, quod hostium periculo non subuenerint. Quũ uerò intellexisset multos propter ipsum esse tractos, multos quoq; ut animas à persequutorum conseruarent crudelitate aufugere, nequaquam tulit, ut ipse securus aliorum negligeret periculum. quapropter consilium cepit optimũ & sapientissimum, siquidem à fuga redijt, ac seipsum populo offerẽs tradidit, ut eo uteretur ex libito, penitusq; ad temporis se adaptabat difficultatẽ. Ibi ergo quid molesti defuit? quid non excogitabatur grauius? quũ alij cum alijs, ob unius malum, in eandẽ conuenirent sententiam, nec quispiam ex his qui ei molesti

molesti erant, uel philosophicũ illius (& si nil aliud) ueneraretur: sed propterea magis indignarentur, quòd tantam animi prudentiam, in homine contemptum potius quàm uirilitatem ad pericula subeunda putarent. Ducebatur igitur sacerdos senex, athleta spontaneus, per urbis medium, ætate uenerandus, uita etiã uenerabilior omnibus prætereq; persequutoribus & tyrannis. trahebatur aũt ab omni ætate ac fortuna, & non ab illo tantũ, ab alio autem minus: sed indifferenter ab omnibus, uiris, mulieribus, iuuenibus, senioribus, etiam ab ijs qui respublicas administrabãt, & qui inter digniores censebantur. quibus omnibus certamen unum erat, ut alius alium atrocitate, in affligẽdo senem exuperaret, ab omnibusq; pietatis pars censebatur, si multis illum afficerent malis, ac senẽ superarent athletam, qui pro uniuersa decertaret ciuitate. trahebatur per plateas, in lutum propellebatur, capillis rapiebatur. nec aliqua pars corporis erat, quæ non supplicij admisceretur iniuriæ. idq; ab ijs fiebat, qui Mithri pœnas sustinere digni erant. pueris à pueris sublimis remittebatur, qui generosum corpus stilis suscipiebant, ac ludicram repræsentabant tragœdiam. tibiæ ad ossa ipsa pressuris dilacerabantur, restibus lineis detruncabantur aures. tandem à robustioribus ac expeditioribus sporta in altum eleuatus, melle oblitus & garo, uespis & apibus in meridie quũ sol feruidissimè incalescere solet, exponebatur. quapropter ille carnes eius decoquebat, insectis uerò cibum beatæ carnis (neutiquam enim miseræ dixerim) calidiorem reddebat. Ibi fertur (quemadmodum & literis mandari dignum est) senex ille, sed ad certamen iuuenis, neq; in extremis doloribus alacritatem remisisse, sed in tormentis perquàm iucundè memorabile illud & decantandũ dixisse, tanq; recognosceret symbolũ, quum se sublimẽ, illos uerò humiles & infra constitutos cerneret. tantũ superabat superãtes, & adeò longè à tristicia aberat, perinde ac alteri assisteret periclitanti, pompam, & haudquaquam calamitatem rem hanc æstimans. Proinde quis hæc non ueneraretur, si saltem uel mediocri mansuetudine & humanitate præditus esset? sed id homines pios tempus illud haud sinebat: minus regis impetus, qui à populis, ciuitatib. & principibus nil aliud quàm quod inhumanissimũ esset exigebat: licet multis haud ita uideretur, qui malorum eius morum profunditatem haud cognoscebant. & tales nobis res fuere cõstantis illius senis. & quamobrem? quum nec aureum unũ tortoribus relinqueret, nempe ut manifestũ fieret, se omnia hæc pietatis causa toleraſſe, donec tandem grauissimam templi facerent repetitionem, omne ab eo aurum impensum exigentes, aut ipsum templum reædificare iubebant. sed uidebatur mãdati impossibilitas, potius quàm animę pietas certamini huic resistere. quumq; eos ex parte constantia sua uicisset, semper aliquid à summa exactionis subducens, demum eò deuentum est, ut ualde parum esset quòd peteretur, & quod facile exolui posset: eratq; certamen utrinq; æquale: his quidem, ut uincerent, ac saltẽ aliquid acciperẽt: illi aũt, ne uinceretur, ac penitus nil persolueret: licet multi adesset, qui plus etiã pro homine se soluere uelle offerrent, nõ solũ pietate, sed inexpugnabili & insuperabili hominis cõstantia moti. tũ manifestè apparuit, nõ pecuniæ, sed pietatis gratia certamen cõflatum esse. Cæterũ num hæc mansuetudinis seu clementiæ, uel è conuerso atrocitatis potius & inhumanitatis sint indicia, expediãt nobis ij qui Philosophum admirantur regem. ego enim neminem de iusta ac uera responsione dubitare arbitror. Cæterùm nondum addidi, quòd Marcus hic unus ex his erat, qui impurum saluauerant Iulianum, & clanculum subduxerãt, quoniam totum genus eius periclitabatur: ob quam rem fortè solam, iustè hæc perpessus est, ac plura pati dignus erat, quoniam tantum malum, quamuis inscius, uniuerso saluasset orbi. aiunt aũt propter hęc eũ qui tum præses erat, ac religionẽ sequebatur gentilem, licet moribus gentiles lõgè superaret, etiam optimos, & qui olim & nunc quoq; laudantur, audacter Imperatorem ita alloquutum fuisse, quum non ferret uaria uiri supplicia, fortitudinemq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

adeò constantem. num quid nos pudet Imperator, quòd adeò ab omnibus uicti sumus Christianis, ut ne senem unũ superare possimus, qui omnia pertulit tormenta? uerùm haud superare, forsitan non magnum: at uictos discedere, non'ne hoc extremæ est calamitatis? Cæterùm ut uidetur eisdem, præsides confunduntur, reges autem ornantur, ueruntamen hæc facientibus magis quàm patientibus sunt miseranda. Et hæc quidem ac talia apud Arethusios sunt gesta, ut Echeti & Phalaridis inhumanitas parua fuerit ad illorum crudelitatem cõparata, seu potius illius qui talia persuasit ac præparauit, quã doquidẽ germina sunt seminis, tẽpestatisq; naufragia. Cæterũ reliqua qualia fuere, & quanta? quis mihi Herodoti aut Thucydidis dabit ocium & linguam, quo uenturo tempori, uiri tradam prauitatẽ, nascituris q; hominibus temporis illius notem explicationes? Tacebo Orontẽ, & nocturnos mortuos, quos fluuius ille Imperatori celabat, defunctorũ mole coartatus, & interfectorũ corporibus defluens incertus. quandoquidem quæ sequuntur cõuenientius est referre. Omittam & Imperatoria loca cõcaua ac abdita, necnon ea quæ in lacubus ac puteis, fossis quoq; sunt reperta. cuncta enim malis thesauris & mysterijs fuere referta, nõ solum puerorum concisorũ & uirginum, tam animarum reuocandarũ, quàm uaticiniorum gratia, hostiæ haudquaq; legitimæ, sed & eorum qui pro pietate periclitati fuerãt. Proinde & ea illi, si uidetur, concedamus, quorũ ipsum quoq; pudebat: nã licet illa mediocriter etiam faciebat, planè propter celandi conatum ostendebat, quòd nequaq; decorum esset, ut scelus illud propalaretur. Cæterũ quòd & Cæsarienses nostri magnanimi illi, ad pietatem feruentiores, ita ab ipso exagitati & iniuria affecti sunt, exprobratione forsitan haud sunt digna sed iustius de fortuna cõquerendũ uidetur, quòd fortunato tempore, tam infortunatè ad talẽ cesserit retributionem: quando quidẽ & iniustitiæ, quĩ dominatur, aliquid cõcedere oportet. Porrò quis ignorat, quemadmodum populus quidã contra Christianos insanierit, ac multam cædem perpetrauerit, pluraq; fuerit cõminatus: deinde quũ gentis præses medium iter inter leges & tempus ingressus esset, existimans huic quidẽ inseruire, illas aũt mediocriter reuereri oportere, ac ideo plures Christianos in uincula coniecisset, paucos autẽ Græcos, quoniam illos honoraret, regi delatus, ac reus factus, ignominia propterea notatus est, & tanq; uiolator cõdemnatus: quumq; leges prætendisset, quibus consisus iudicasset, parum abfuit quin capitalem etiam subijsset sententiam: tandem uerò Imperatoriam cõsequutus clementiam, exilio est damnatus. Sed & sententia repetenda est, tanquam admiranda & humanitatis plena. Quid magnũ foret, iustus inquit iudex, & Christianos nequaquam persequens, si etiam manus una Græca, decẽ cõfecisset Galilæos? Nunquid hec crudelitatis sunt manifestæ? nũquid persequutionis præludia certa, ac lõgè ijs quę public è sunt, ppolita clariora ac formidabiliora? Quid enim interest, si Christianis publicè periculum inscribatur, aut quis ob Christianorũ persequutionem iucunditate afficiatur? magnumq; crimen mediocritatis conseruationem esse censeat? nam regis uoluntas citra scripturam, legis etiam uim obtinet, ui sua prę ualẽs, & longè scriptis illis fortior, quibus potentia nõ succurrit. Cæterùm qui res illius gestas uenerantur, & nouũ ex illo nobis Deũ confingunt, suauem & clementem, haudquaquam publico edicto, & ab illo promulgato, Christianos persequutionẽ sustinuisse, & omnia quæ persequutoribus uisa sunt perpessos esse asserũt, causas ipsas persequutionis omittentes. atqui nemo hydram ideo cicuram dixit, quòd nouẽ capita pro uno produxerit, si quid fabulæ est credendum: neq; Pataricensem Chimæram, quòd tria habuit & ea diuersa, quo appareret terribilior: seu Cerberum infernalem, quòd totidem fortitus sit, ac ea similia: uel marinum malum Scyllam, quod sex in circulo prædita fuerit, admodum fugiendis: cuius etiam superna pulchra fuisse dicuntur & humana, uisaq; haud iniucũda, uirgo enim erat, ac cognatum quid nobiscum habens: sed reliqua capita canina & monstrosa

strosa erant, ac nullius precij digna, quæ classes etiam totas rapiebant, ac quantum ad periculum pertinebat, nihil ab opposita Charybdi differebant: nisi tu sagittariorum & funditorum iacula ac lapides, & nequaquam funditores & sagittarios ipsos accusare malueris: aut etiam uenatorum canes, seu ueneficorum medicamenta noxia, necnon cornutorum boum cornua, aut ungues ferarũ dilaniantiũ: qui uerò talib. utanẽ, extra causam ponere uoluerís, nec participes censere eorum quæ perpetrare ausi fuerint. Cæterùm talia planè ratione carẽt, ac sophista aliquo indigent, qui eorum patrocinetur malis, ac ui sermonis id quod uerum est cooperiat: licet seipsum abscondere haud possit, etiam si multum se obtorqueat, & cogitatione in omnes uertat figuras, aut Orci (ut dicitur) galeam induat, siue Gygis usus annulo, aut fundæ stropha seipsum decipiat: è diuerso enim quanto plus fugere & euadere conatur, tanto magis à ueritate & prudentioribus capitur iudicibus, tanquam ea faciat & audeat, quibus neque ipse tanquam uir iustus astipulari possit. adeò facilis captu est improbitas, & ubiq; sibi ipsi incidens. Sed esto, quod ea quæ iam faciebat, haud talia, & tam lõgè à regia abessent nobilitate & magnificentia: at quæ deinde facere deliberauerat, humaniora, & magis regia, multo etiã digniora erãt, si prędictis non fuissent inhumaniora. quemadmodũ enim quũ se draco mouet, squamę quędam horrẽt, aliæ super horrent, nonnullæ mox horrebũt, sunt & aliquæ quę motu cessare nequeunt, etiam si eousq; quieuerint: aut si mauis, quemadmodum fulmine quædam iam tanguntur, alia autem denigrantur, quoad tandem & illa quoque uis mali occupet: ita & à Iuliano quædam præter leges agebantur, quædam spe & minis contra nos designabantur, & hæc adeò absurda & à consuetis aliena, ut ex illius cogitatione sola adinuenta esse deprehenderentur. Erant & aliqua de quibus adhuc consultabat, & ad opus perducere cupiebat. Sanè licet multi ante illum fuerint persequutores, & hostes Christianorũ: attamen quę nec Diocletianus, qui primus Christianos affecit iniuria, neq; qui illi successit, ac eum impietate superauit, Maximianus cogitauit unquã: nec Maximinus post illos, et super illos persequutor, cuius imagines publicè erectæ adhuc persequutionis illius symbola ferunt, corpusq; notãt infamia. hæc Iulianus deliberabat, quemadmodum secretorum illius sodales & testes propalarunt: cohercitus tamen est Dei clementia, ac lacrymis Christianorum, quæ multæ iam, & à multis erant effusæ, quum solum hoc contra persequutorem haberent remedium. Hæc autem erant quæ animo conceperat, ut Christianos omni loquendi priuaret libertate, eosq; ab omnibus eorum prohiberet cõuentibus, cõcionibus, panegyricis ac iudicijs, ita ut nec alicui licitũ foret his uti, nisi qui in aris coràm positis adoleuisset, sicq; ob rẽ tantam, mercedẽ persoluisset ingentẽ. Proh leges, et legumlatores, & reges, qui tanquam cœlorum pulchritudo, ac solis splendor, necnon aeris spiratio, omnibus communi expositi estis clementia, & abundè quidem: ita'ne legũ usurpationem omnibus ponitis hominibus liberis æqualẽ, & uniuersaliter uenerandam, ut Christianos priuare decernatis, ne tyrannicè etiam oppressi, pœnas exigere ualeãt, minus ob pecuniæ damnum illatum, uel quũ aliud quid paruum seu magnum contra interdictum sunt perpessi, sed ut extores agantur, & interficiantur, & tantum non à respiratione prohibeantur? Verũ hæc patientibus maius rectè agendi studium, & ad Deũ suppeditabant fiduciam: facientibus autem, iniquitatem maiorem, & ignominiam. Et sermo quidem homicidę illius, & desertoris, & uiolatoris, & legislatoris, seu ut magis propriè dicam, inimici, & nostrorum sermonum cẽsoris, admodum sapiens erat: nam in lege nostra contineri asserebat, ne nos uindicaremus, nec iudicaremus, ne quid possideremus sub initium, ne quid propriũ duceremus: sed ut alibi uiueremus, prę sentia q;, ac si non essent, contemneremus: malum pro malo non redderemus, neq; si quis maxillam percuteret: sed potius parceremus, & aliam præberemus uerberanti, tunicamq; post pallium exuere

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus: forsitan & his quoq; addidit, ut pro offendentibus oraremus, ac ópti-
ma uellemus persequentibus. Cur hæc autem non deberet exactè cognosce
re, qui olim diuinorum eloquiorũ lector fuerat, & qui magni gradus hono-
re decoratus, quiq; martyres templis ac delubris honorauerat? Cæterũ hoc
præcipuè miror, quî fieri potuerit, quũ tam diligenter in his sit uersatus, quo
pacto ignorauerit, aut data opera præterierit, quòd malus malè perdetur, &
omnium maximè qui Deũ abnegauit: & quod illo maius est, firmiter in pro
fessione permanentes expellere cõtendit, talibusq; inuoluit malis, in quę ip
se dignissimus fuisset incidere. Proinde si nos tales ex legis forma esse debe-
re cẽset, & ita obnoxios esse ostẽdere potest, ut in præscriptis maneamus mã
datis: sibi uerò iniunctum esse, ut si etiam bonũ illud assequi possit, pessimus
tamen cum deis suis remaneat, sicq; habitus in duo hæc dirimantur, uirtutẽ
nempe & prauitatem, & nobis meliorem congruere partem, ipsis autem de
teriorem relictam esse asserat: dicat hoc, & sub inimicis etiã testibus, & qui
nostra persequuntur, uincemus. Si uerò aliquam probitatis & humanitatis
partem sibi uendicant, sermone saltem, si non operibus ipsis, & si non adeò
sunt impudentes, etiam si admodum praui existant, malisq; gaudeant dæ-
monibus, ita ut affirmare ausint improbitatem hæreditario iure ad eos perti
nere, ostendant ubi & quomodo iustum sit, nos etiam in patiendo fortes es
se debere, ipsos autẽ neq; parcentibus parcere. Proinde ita considerate, quũ
aliquando tempus esset, ut & nos potentia præualeremus, uosq; ex his alia
aliter transgrederemini, et in ea cõmitteretis, quid nam tale uobilis in rebus
uestris, à Christianis, quemadmodum multifariam à uobis Christianis acci
dit? qua nam loquendi libertate uos priuauimus? in quos populum immisi
mus sæuientem? quibus præsidentes plus quàm impositum erat exegimus?
quibus animarum iniecimus periculum? sed potius quos nam à præfecturis,
aut alijs abegimus honoribus, quæ optimis debentur? & ut breuiter dicam,
cui talia intulimus, qualia multa contra nos ausi, aut nobis comminati estis?
uerùm ne uosipsi talia de nobis dicetis. qui nostram accusatis mansuetudinẽ
& humanitatem. Deinde ó omnium sapientissime & prudentissime, cur nõ
& hoc consideras, qui Christianos ad summum uirtutis coarctas? quòd lex
nostra in quibusdam ita necessitati est subiecta, ut cõtrauenientibus pericu-
lum immineat, in alijs autem necessitatem non habet, sed electionẽ, quę ijs
qui illam obseruant, honorem & retributionem cõfert: qui uerò eam nõ ob
seruant, haud ideo periculo fiunt obnoxij. Si igitur possibile existeret, ut om
nes essent optimi, & ad summum uirtutis culmẽ ascendere possent, hoc qui-
dem præstantissimum esset ac perfectissimũ: quoniam autem diuina ab hu-
manis sunt segregata, ac impossibile sit, ut hæc haudquaquam optimis par-
ticipent, illa autem magna sint, si mediocritatem etiam assequantur. quid ti-
bi uis, quum ea lege sancis, quæ nequaquàm sunt omnium? aut cur eos da-
mnare oportet, qui illa non obseruant? quemadmodũ enim qui supplicio di
gnus non est, haud ideo præconium meretur: ita & qui præconium non me
retur, iam supplicio est dignus. Verũ oportet ut in terminis nostræ philoso-
phiæ uiriumq; nostrarum maneamus, ac ita quod rectum est petamus. Cæ-
terum rursus mihi sermo de sermonibus repetendus est: haud enim facere
possim, quin hoc sæpius repetã, illisq; pro uiribus patrocíner. Etenim quũ
multa sint & grauia, ob quæ ille digne odio haberi meretur, in nulla tamẽ re
magis, quàm in hac deliquisse uideri potest. Mecũ igitur indignetur, quicũ-
que sermonibus gaudet, & hoc pariter fungatur officio: nam me quoq; ex il
lorum esse numero, haudquaquam negabo: alia enim uolentibus reliqui, di
uitias, nobilitatẽ, splendorem, potentiã, quæ infernæ sunt reuolutionis, deli
ciæq; somniorum: solum autem sermonem sum amplexus, nec egrefero la-
bores tã terrestres quàm maritimos. qui illum mihi comparauerunt. Mihi itaq;
& ijs qui amici sunt, sermonum uis existat ac copia, quod primũ cum primis
amplexus sum, & adhuc amplector: de reb, loquor diuinis, ac spe extra uisi-
bilia

bilia cõstituta: ita, ut si res etiam familiaris admodum, iuxta Pindarum, pre-
mat, necesse tamen mihi sit de his sermonem facere. nam & ualde iustũ est,
ita ut ignorẽ an iustius sit aliud, quàm sermone pro sermonibus gratias red
dere sermonibus. Vnde igitur tibi in mentem uenit ô omniũ leuissime, &
insatiabilitatis extremæ, ut sermone priuares Christianos? Hoc enim haud
quaquam ex comminatis erat, sed iam lege sancitis. Vnde & cuius rei gra-
tia? qui nam Mercurius tibi rationis causa fuit (quemadmodum tu dicis)
qui hoc menti tuæ infudit? qui nam præstigiatores praui ac dæmones inui-
di? Verùm si cupis, & huius nos rei causam proferemus: oportet enim te
quum multa & illegitima attentasses mala, ad hoc & finientẽ impelli, ac ma
nifestè prolabi, ut ubi potissimum sapere putabas oportere, ibi maximè te
turpiter agere ignorares, et ratione carere argui posses. Respõde enim, quid
sibi hoc uult edictum? & quæ ratio de sermonis innouatione? & si iuste di-
cere uisus fueris, nobis quidem persuaderi patiemur, nec reprehendemus.
etenim quemadmodum cum sermone uincere, ita & uinci pulchrum esse di
cimus. Nostri, inquis, sunt sermones & græcissare, quorum & deos cole-
re: uestra autem est irrationalitas & rusticitas, & nihil præter credere, uestrę
est sapientiæ. Cæterùm non, ut arbitror, hoc deridebũt, qui apud uos Pytha
goræ profitẽtur philosophiam, quibus ipse dixit illud, primũ & maximum
est è dogmatibus, & aureis uerbis, aut etiam plumbeis præstantius. post pri
mam enim & initiandis decantatam taciturnitatis philosophiam, quo ser-
monis mensuram silentio exercerẽt, præscriptum ipsis erat, ut si quis eos de
dogmatibus suis interrogaret, aut de eorum demonstrationibus rationem
aliquam exigeret, nil aliud responderent, quàm quod ita uisum fuisset Py-
thagoræ, essetq; assertio illa, dogmatis ratio inculpabilis ac irreprehẽsibilis,
ac ideo, ipse dixit illud, apud eos eandem uim obtinet, quam apud nos uer-
bum Credo. quãuis in syllabis ac uerbis diuersis, licet illud comicis cauillis
incessere nõ desinatis. exigit enim ratio, ne fidem denegemus ijs quæ à diui
nis dicta sunt hominibus, habeaturq; pro rationis demõstratiõe fide digna
illorum relatio, omni uirationabili & irrationabili ualidior. Sed esto, quòd
et hoc ex nostris conuicijs sit dignum: quo pacto ostendes sermones tibi es
se differentes? si autem & tui discrepant, cur nõ etiam illud idem iuxta tuam
legislationem & irrationalitatem nobis concedis? cuius enim græcissandi
sunt sermones? aut quo nomine uocantur seu cognoscũtur? ut tibi nominis
uim dispartiar, quemadmodũ habeas circa æquiuoca & manifesta, nũ ea so-
la appellatione sunt diuersa aut etiã diuersis, seu alia alijs? Aut enim linguę
uim religionis propriam esse dicis, aut gẽtis scilicet, ac eorum qui illam sub
initium inuenerunt. Si igitur religionis esset sensus, ostẽde ubi, & in quib. sa
crificijs græcissare sit legitimũ: quemadmodũ immolare, in quibusdam pro
prium est, & dæmonũ quorundã. haud enim eadem conueniunt omnibus,
nec uni omnia, neq; eodem modo, quemadmodũ uestris uidetur sacerdoti
bus, & sacrificiorum peritis. alicubi enim, ueluti apud Lindios, pium est bo
um execrari deuoratorẽ, creditur q; in Dei cedere honorem, si multa in eum
iacta fuerint conuicia: aut apud Tauros hospitum mactatio, uel Lacedæmo
nios puerorum super altari flagellatio: seu Phrygibus pium est sub tibiarum
concentu incidi, aut saltationibus effœminari: siue alijs puerorum turpis a-
mor: nonnullis etiam scortari: aut quæcunq; alia sunt mysteria, ne singula-
tim cuncta enumerem: ita & græcissare cuius nam Dei aut dęmonis est pre
cipuũ? quod si alicuius etiam est, nondũ tamen constat, quòd ideo Grę cum
sit, aut cõmune illud, alicui apud uos deorum seu dæmonum sit separatum,
quemadmodũ multa alia cõmuniũ sacrificãda sanxistis: quod si haud istud
dicis, sed linguę, tanquã uestræ illud uendicas, ac ideo nos lõgè abigis, tãq;
ab hæreditate paterna & nihil ad nos pertinente, primò haud uideo qua-
lis hic sit sermo, aut quomodo hoc dęmonib. applicare poteris. etenim si illi
lingua etiam græcissant & religione, non tamẽ ideo accidit, ut & religionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

sint sermones, aut nos propterea iustè extra illas scribamur. Verùm & hoc uestris sermonum artificibus malè concludere uidetur: nõ enim si ambo circa idem, ideo & eadem inuicem sunt ambo: aut ita, si aurifusorem, eundẽq; pictorem proponamus, num ideo aurifundendi ars in picturam, aut pictura in scientiam fundendi uertetur? Atqui multa talia sunt delitia. Deinde te ô rerum Græcarum & sermonum studiosè interrogabo, num omhino nos à græcissando prohibeas, ita ut etiam à uulgaribus & pedestribus uerbis, & quæ in usu sunt multorum, nos arceas, aut ab elegantia ac redundantia tantum, utpote quam nemo nisi eruditione excellat, assequi possit? Si igitur huius gratia? qualis nam est exhæredatio, quum uerba illa horrendus, & resonare, & an, & utiq;, & quẽdã, & omnino idiomatis sunt tãtum: alia autem in Cynosarges abijciẽda, quemadmodum olim nothi. Si autem simplicitas sermonis, & inconcinnitas græcissando similis est, cur nõ et ab hac nos prohibetis? ita enim habet, ut de his altius & perfectius tecum philosopher: etenim si diuinæ quædam sunt uoces, ex instrumentis uocalibus prodeũtes, & per aerem effuse auribus influunt nostris, longè meliores et clariores (rideo enim ueneranda illa uestra Moli, & Xanthon, & Chalcida) quæ per nudas notiones inuicem coeunt, & in cogitationes & conceptum nostrum incidunt, illas nostras dicere nequaquam conuenit: nostrũ uerò tale est, ut non solum uox sit inuentorum, sed omnium quæ participant: non ars quædam aut exercitatio, quam considerare uelis: sed quemadmodum in harmonia artificiali & musica, alius est sonus intẽsus, aut remissus, quum alia quædam chorda pulsatur, omnia autem unius sunt moderatoris & artificis, ad unam harmoniæ suauitatem tendentia: ita & in his opifex & magister sermo, in alijs quidem alius cuiusdam opificij aut artis proposuit uirtutem, cuncta autem in medium posuit, omnibus cõmuni ac humano commercio uti uolentibus, uitam nostram colligans, illamq; reddens humaniorem. Tuũ autem græcissare, dic mihi, quid nam? nónne Phœnicũ sunt literæ? aut ut quidam putant Aegyptiorum, siue illis etiam sapientiorum Hebræorum, qui & legem literis à Deo tabulis inscriptam esse credunt. At tuum atticissare, ludere, & numerare, necnon digitis mensuras, & pondera computare, ac etiã ante illa, bellica, & acies instruentia, cuius nam sunt? non ne Euboensiũ. quandoquidem Euboicus erat Palamedes, rerum multarum inuentor, ac ideo inuidiæ obnoxius, ob sapientiamq; in iudicio accusatus, & ab ijs qui ad Ilium militarunt, damnatus est. Igitur si Aegyptij & Phœnices seu Hebræi, quorum scriptis nos ad nostram utimur doctrinam, aut etiam ij qui Euboam incolunt insulam, literas sibi iuxta tuum argumentum, tanquam peculiares uendicauerint: quid faciemus, aut quomodo iustè illis respondebimus, domesticis capti legibus? nũ illis penitus nos priuari, & instar graculi nudos, ac alienis depositis pennis deformes esse necesse erit? Atqui cur non potius uetulæ illius existunt? quæ à prætereunte quodam, ut ferunt, percussa, inde ictus uiolentia admodum commota, uersum protulit fortuitò, qui à iuuentute exceptus, ac diligentiori cura emendatus, admirandæ illi tuæ poesi initium dedit. Quid autem de alijs dicam? Etenim si armis altè gloriaris, à quibus nam generosissime ea es sortitus? nónne ex Cyclopibus? à quib. & ars inuenta est ferraria. Quod si tibi purpura ex omnibus magnum est, & maximum, ob quam tu adeò sapis, & tales leges condis: cur non illam reddis Tyrijs, apud quos pastoralis canicula, quum conchylia deuorasset, ac labra sanguine infecisset, pastori coloris florem ostendit, ac ideo uobis regibus superbum hoc & malis luctuosum tradidit indumentum? Sanè quid de agricultura, nauiumq; dicemus structura? num Athenienses nos abijs depellent, Cereres, Triptolemos, & Draconem enarrantes, Celeos item et Icarios, nec non uniuersam circa hæc mythologiam, quæ & turpia uobis ex ijs fecit mysteria, uerè nocte dignar. Cæterùm alia consulto prætereo, & ad stupiditatis tuæ caput ipsum, seu potius diuinam recurro blasphemiam. Porrò unde tibi initiari

bi instiari illud & initiare, necnon Thracum ceremoniæ? Etenim à Thracibus illas sumptas esse, uel nomen tibi persuadeat. Immolare autem, nónne à Chaldæis siue Cyprijs ortum habuit? Astronomiæ uerò scientia, nónne Babyloniorum est inuentum? quemadmodum Geometria Aegyptiorũ. Magorum autem superstitio non ne Persarum? At per somnium uaticinium, quorum nam esse audis, quàm Telmisseorum? sicut & auguria, nequaquam aliorum sunt quàm Phrygum, qui primi auium uolatus obseruarunt & motus. Et ne longius sermonem protraham, unde tibi hæc singula? & nõ unum ex singulis, quæ omnia in unum collecta, mysterium constituunt infelicitatis. Cur igitur susciperemus cuncta, si in primos suos recciderent inuentores, ac nihil haberent mansueti, præter maliciam, & circa numinis culturam innouationem istam. Verùm enimuero primus Christianorum imperatorum à Domino tuo deficere deliberasti, nõ secus ac serui, ut ferũt, olim à Scythis. Atqui admodum decuisset, ut tibi edictum hoc iuxta definitiones tuas & leges fuisset dissolutum, quo à molestijs liberati, Romanum rursus imperium in antiqua felicitate nobis cernere licuisset, omni intestina purgatũ seditione, quod quidẽ omni bello externo formidabilius est, et magis fugiendum, quantum plus etiam cauenda est domesticæ carnis quàm alienæ consumptio. Porrò si hæc tibi nimis maleficè palliata, ac à regia magnificentia aliena esse uidentur: age adducam tibi his utiliora, cerno etenim sermonem nostrum magnum existere, dogmatibus testimonijsq; supernis, eundem ueterem & nouum, ueterem prophetarum prædictionibus, ac radiantibus diuinitatis motibus: nouum autem ultimæ Dei apparentiæ, huiusq; circa hanc miraculis maiorem etiã & notiorem, traditis & huc usq; seruatis ecclesiæ figuris: igitur ne & hoc scelus remaneat imporperatum, quid machinatur, & quid facit? imitatur Rapsacẽ Assyrium. is enim dux erat regis Assyriorum Senacharib, contra Iudæam exercitum ducens, ac multa ui & manu Hierusalem obsidet: assidensq; urbi, postquam illam ui capere nequit, neq; ipsi in ea aliquid de proditione succedit, sermonibus blandis & eiusdem linguæ, ciuitatem subijcere contendit. quod quum obsessi intelligerẽt, primùm recusasse dicuntur, iubentes ut Syriacè cum illis, & nequaquam Hebraicè loqueretur, ne fortè quempiam linguæ blandicijs ad seruitutem solicitaret. Illud idem & Iulianus facere deliberauit, siquidem scholas per totam ciuitatẽ erigere paratus erat, gradusq; & præsidentias, necnon subsellia, Græcorumq; dogmatum lectiones & explicationes, quæ mores dirigerent, & quæ etiam secretiora aperirent, cupiensq; in parte formam, & mediocrem delinquentium correptionem instituere, iubet ijs quę essent perfectionis ac manifestę disciplinæ nostrę. Insuper diuersoria & hospitalia struere iussit, necnõ sacraria & uirginum domicilia, infirmorũ item ac indigentium curã egit, pariter & aliorũ, quẽadmodũ & nos epistolis facere solemus commendaticijs, quibus pauperes de gente in gentem dimittimus, quæ quidem præcipuè ex nostris admirationi ei erant. Hæc itaq; animo uoluebat, nouus dogmatista ac sophista. Cæterũ haud scio an nobis ad lucrũ cesserit, quòd uiri conatus nec perfici, neq; ad effectũ perduci potuit, & quod tam citò à cõsilijs eius ac suorum liberati fuimus: an potius illi ad insomnia talia progresso. ostẽsum enim fuisset, quid inter motus humanos ac simiorũ interesset imitationes. nam & illi humanas quasdam deceptiones imitari ferũtur, quæ subdolè sunt instructæ, quibus & capiũtur, quum ad imitationem nostræ industriæ pertingere nequeãt. Etenim haud adeò equa Thessala, aut mulier Lacæna, siue uiri qui Arethusæ aquam bibũt, Siculos dico, quemadmodũ de illis est uaticinium, eximium cognationis suę retinent, quemadmodũ Christiani honestissimos mores, decentissimasq; suas obseruant leges, quas nemo alius qui nos sequi cupit, imitari potest, quandoquidem talia haudquaq; humanis potius cogitationibus, quàm diuina potentia, tẽporisq; firmitate suas acquisierũt uires. nihil autem prohibet admirandã hanc illorũ fictionem & refictionem, tanquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam in scena speculari & perdiscere, quis nã ipsis doctrinæ sit modus, aut qui finis cõtentionum eorum, quemadmodũ Plato in libris de Republica inquit. ac ideo opiniones ipsos mouentes inspiciamus. Igitur quum uniuersa philosophia in duas partes sit diuisa, speculatiuam dico et actiuã, sitq; hęc sublimior, sed difficilior, illa uerò humilior, utilior tamen: ambæ nobis partes æquè probãtur. Speculatiuam enim ad ea quę illic sunt peregrinantem facimus, actiuamq; speculatiuæ fundamentum cõstituimus. haud enim possibile est, quenquam sapientiæ fieri participem, qui per sapientiam haudquaquam immutatur. illis autem, quid ex utrisq; ridiculosius aut debilius uideatur ignoro, quum nequaquam ex inspiratione diuina potentiam habeant consistentiæ, quemadmodum radices quæ in aqua fluctuant, firmitudinem non habent. Cæterùm iam beatitudinem eorum tangamus, quo paucis cum ludentibus, ipsis & fabula fingentibus, tanquam in multis dramatis colludamus, copuleturq; gaudium cum gaudentibus, ac cum flentibus collachrymatio, cum delirantibusq; toleretur deliratio: nam & poetę risum in lachrymis agnoscũt: sit igitur theatrum decorum, uel potius ignoro, quo nomine iubeant ut domum illorum uocemus: clament igitur præcones, populus conueniat, subsellia occupet, siue canicie, ac ætate, aut publicis excellant officijs, uel genere & gloria sint conspicui, sapientia insuper ex infernis cõtexta, & quæ plus habet delectationis quàm ueræ pietatis, et ita nos cum illis agemus. At quid ipsi deinde faciant? suos depingant præsides, purpura eos adornet, & uita, necnon coronarum flores, & pulchritudo, quandoquidem sæpius cognoui, quantum affectent ornatum, & super priuatos emine re, tanquam id quod commune est & pedestre habeat contemptum: at superbum & difficulter adipiscendum contineat id quod est fide dignũ. proinde aut huc ad nos usq; descendãt, ac nõ arbitrentur, quemadmodũ et nos, elatum illud sub specie magis quàm moribus, ipsos decere. apud nos enim breuis est ratio apparentiũ, & rerum pictarum: maius autem nobis est negocium circa hominem internum, & ut spectatorem ad intellectũ dirigamus. quod potius & multos docemus, & hæc ita se habent. Sed quid inde? exhibebis eis interpretes, eloquiorũ scilicet diuinorum, quemadmodum ipsi docere solent, libros q; apertos, tam theologicos quàm morales. Sed quos nã? dic mihi & quorum? pulchrum ipsis est decantare Hesiodi Theogoniam, bellaq; & pugnas ibi contentas, Titanas nempe, Gigãtes, cum nominibus & rebus horrendis Cottos, Briareos, Gyges, Encelados, Draconipedes illi uestri & fulminiferi sunt Dei, cum insulis quæ illis sunt superiectæ, simul & iacula, sepulchraq; occurrentia, necnon amara horum germina & problemata, Hydræ, Chimęræ, Cerberi, Gorgones uniuersi mali gloria. Hæc sunt Hesiodi bona auditui exposita: adsit & Orpheus cum cithara, & omnia trahente cantu, infrendet Ioui magna & eximia Theologiæ uerba & sensa:

Iuppiter alme parens diuũm conuersile stercus,
Siue caballorum, mulorum, siue bidentum:

ut inde, quemadmodum arbitror, animantes generantem & uiuificantem Dei naturam ostenderet. haud enim aliter possibile erat ab alia abstinere iactantia,

Sic ait ore dea, & coxas contraxit utrasq;:

quo initiaret amatores ea corporis figura, quemadmodum & nunc quoq; initiat. prę omnib. autem Phanes et Hericapeus, qui omnes deuorat. moxq; euomit deos, quo nasceretur hominum pater atque deorum. Hæc inter admirandos Theologiæ auditores circumrotentur. inde illis explanentur allegoriæ, & monstra, donec sermo excidat à propositis, ac in barathrum & præcipitia eat, quum speculatio illa nullum habeat fundamentum. Cæterùm Homerum magnum illum deorum tuorum, comœdiarum, aut potius tragœdiarum scriptorem, quo nam in loco constituis? utraque enim in admirãdis eius inuenies poematibus, ex quibus aliqua calamitosa, alia uerò risu

sunt digna. siquidem non sine paruo periculo illud est cernere, quemadmodum Oceanus terrę per lunonẽ meretricièm ornatam conciliatus fuerit, quandoquidem periculum imminebat uniuerso, si ipsi uel paruo quodã tempore continuissent. Siue igitur aridum dicis & humidum sic conciliari, alio mihi opus est pleonasmo, ne uniuersa confundantur, aut si aliud quid tale isto etiam absurdius dixeris. Porrò quæ admiranda est commixtio, nubium congregatoris, & lunonis castæ, quam media die incestare haudquaquam erubuit: licet illi poetæ carminibus suis adulentur, lotum substernentes roscidum, crocumq; ex terra producentes, & hyacinthum: unde hæc? & quænam horum ratio? quomodo autem eadem apud uos Iuno magni Iouis soror est & uxor, nunc quidem in æthere & nubibus suspensa, ferreisq; cathenis è cœlo detracta, aureisq; honorata compedibus, albis ulnis illa, & digitis roseis: adeò, ut neq; deorum, qui intercedere uolunt, periculo careat humanitas: nunc autem totũ amorum cestum ad seipsum pertrahit, propter ortum Iouis gratia factum, ita ut omnes illi fateri cogantur, in omnibus amoribus lõgè se hoc uno superatos esse. Quis autem timor, ne dei ob Lacænam cõmoueantur adulteram, resonetq; cœlum, ac terræ rumpantur fundamenta, concrescat mare, & inferni regnum manifestetur, ac palàm fiant quę tam longo tempore fuere abscõdita. quæ autem nigrorum superciliorum nictatio? & ambrosiorum capillorum cõmotio? uniuersum concutiens olympũ. qualis aũt Mars uulneratus? aut ferrea olla inclusus? aureæ Veneris ineptus amator, adulterq; incõsideratus, & à claudo Vulcano superatus, deorumq; theatrum turpitudinis eius gratia collectum, & ipse ob paucam pecuniã dimissus? Hæc omnia & adhuc longè plura, adeò sapienter & multifariã commixta, ac penitus à legitimis aliena, quis uobis adeò altus est ac magnus, Iouisq; prudentia æqualis, ut speculationes nubibus etiam excelsiores, ac mentem uestræ deprehensionis exuperantes, ad decentem sermonis modum perducere posset? Proinde si hæc uera sunt, nequaquam erubescant, sed decertent: si uerò haud turpia, illis credant. Etenim cur eos ad fabulas confugere necesse est, tanquam pudoris uelamen: quandoquidem fabulæ haudquaquam sunt confidentiũ, sed potius cedentiũ. At si falsa sunt, primũ nudos nobis ostendant Theologos, quo cum illis sermonem conferre ualeamus: deinde dicant, quomodo nõ sit stultum, ijs quibus tanquam fabulosis credere erubescunt, tanquam ualidis adornari, & quæ multos latêre possibile erat (nõ enim omnium est eruditio) ea cunctorũ oculis, sub fictionibus & figuris publicare: & quod grauissimum est, cum qualí nam pecuniarũ iactura? in tẽplis, aris, & sacellis, oblationib. ac sacrificijs sumptuosissimis, & quũ liceret sine iactura pium esse, impietatem tamẽ cum damno eligere. Si autem dixerint, poetarum hęc fictiones ac delíria esse, qui duobus his ad poesis usi sunt iucunditatem, metro nempe & fabula, quo dulcedine auditum oblectarent, ipsis aũt sensum arcaniorem & profundiorem in his latêre, et qui à paucis sapientiorum etiam deprehendi possit: attẽdite quàm simpliciter ego accuste de his sim disserturus: primũ quidem quomodo laudant eos, quorũ uenerantur calumniatores, & quasi deorũ honore dignos censent? quibus prolucro esse deberet, si ob impietatem pœnas nõ expenderẽt. etenim si ijs qui unum eorum Deum & priuatim, ac nisi parũ blasphemant, pœna mors à legib. est cõstituta: quid eos pati oportet, qui omnes simul publicè turpissimis per poesim defœdarũt probris, comœdiamq; tam longo cõmendarũt tempori? Deinde & hoc cõsiderare dignum est, penes nos quoq; arcanos quosdam esse sermones, non negabo. Cæterùm quis nam modus ipsorum duplicitatis? quæ ue est uirtus? cuius manifesta haudquaquam sunt indecẽtia, occulta uerò admiranda, & planè splendida, præ ijs quæ in profundum perducunt, & quæ perinde ac corpus aliquod pulchrum & decorum haud mala ueste occultantur. Cæterùm quemadmodum mihi uidetur, oportet res diuinas nec demonstrationibus nec significationibus indecẽtes esse, minus

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudicantibus indignas,neq; tales ut homines moleste ferāt,quum de eis fiunt uerba, sed uel omnino se recte habere, aut saltem non turpissimè,quo hoc sapientiores exhilaret,illud uerò haud offendat plures. Cæterùm uobis nec notum quidem est fide dignum,propositum uerò pernicioſum, & quí nam intellectus ſit per lutum ad ciuitatem pergere, aut per scopulos & cautes nauem in portum subducere? quid enim ex illo accidet, & quí nam sermonum finis? tu quidem delirabis,et allegorijs infortunium tuū & phantasias manifestabis:at illi non persuadebitur,uisibile enim magis est persuasibile:ne igitur auditorem emas,spectatoremq; uisibilibus detentū perdas. Proinde speculatiuus ipsis locus talis est,& à suppositionibus eorum adeò remotus,ut facilius sit omnia prius inter se concordare, & ea quæ etiam longissimè sunt separata,in unum perducere,quàm hęc componere,aut coaptare,& eiusdem uiri esse affirmare,fabulosa inquam ac intelligibilia. Cęterùm quid de morali ipsorum parte dices? unde & ex quibus orti, quibusq; usi rationibus,seipsos ad uirtutem componere, necnon admonitionibus multo digniores facere possint? Optima est concordia,& ut unà consentiant ciuitates,gentes,familiæ,ac cuncta singillatim,naturæ legem ac ordinē sequantur,quæ omnia distinxit & composuit,totumq; hunc mundum unū ex pluribus fecit. At quibus hoc ipsi docent exemplis? quum deorum referant bella,seditiones,factionesq; contrarias,ac malorum cumulum, quem ipsi habent,alijs etiam subministrant, priuatim ac publicè: talibus enim tota ferè eorum poesis ac scriptura referta est. Verùm citius ex pacificis pugnaces,dementesq; pro sapientibus,quàm è diuerso,modestos & prudentes, pro temerarijs & indoctis, talibus reddent exemplis: eis enim,quos difficile est, etiam sine ijs quæ ad peiorem pertrahunt partem,à prauitate conuertere,et ad meliorem sortem à deteriori transmutare, quibus nam persuadebunt, mansuetos esse & continentes,quum deis passionū ducibus utantur & præfectis? unde malum esse,honorificum etiam exiſtit,tanquam deorū aliquis præsit,cuius affectus ille sit proprius,aris etiam & hostijs uenerandus,licentiamq; suppeditans legitimam:hoc enim grauissimum est,quod ea quæ legibus puniuntur,eadem tanquam diuina coluntur.tanta uobis iniusticię suppereſt copia.Secundò ipsis parentum proponatur ueneratio ac honor, & quod primam causam nostri esse post primam uenerari deceat,illudq; ratio confirmet,ac Theologia persuadeat. Verùm quo pacto illud Saturnus non persuaderet? cœlum castrans,ne deos páreret,facultatemq; undis tribuens, ut deam spumæ parum absoluere possent. Iupiterq; contra Saturnum insurgens,iuxta patris imitationem,dulcis genitori lapis,& amarus tyrannicida,aut si quid aliud tale,in honorem generatorum ipsis libri referūt. At tertiò pecunias contemnunt,nec passim lucro incumbunt, seu infelicitatis aram iniquè possidendi accipiunt. Quomodo igitur lucrosus illis Mercurius constat? & sacculus eminet? & furandi uis Dei colitur? & Phœbus sine ære nequaquam oraculum edit? ac nihil honoratius est obolo? hęc illorum sunt ueneranda & religiosa. At quid præterea castitatem doceant, continētiam introducant, accedatq; persuasor, omnia propter mulieres factus Iupiter, Phrygibusq; adolescentulis aquila amator charissimus,quo suauissimè cōpotent dei, uinū Iouis ministrantib. cinædis. Accedat & Hercules cū quinquaginta Thesei filiab.una nocte decertās,Trihesperus ille: sicq; decimum tertium absoluens certamen,haud scio cur nō & alijs sit adnumeratū. Marsiram compescat, ebrietatē Dionysius, inhospitalitatē Diana:deceptionem uates illorum obliquarius:risum immoderatū deus claudus, alijs mœrentibus deis:& qui gracilibus tibijs est robustus Iupiter gulam, cum alijs deis ad cœnam lautā,ad irreprehensibiles currens Aethiopes,necnō boū comestor Hercules,agricolam tyrannicè opprimens,aratoremq; bouē deuorans, ex qua re etiam nomen est sortitus,omnesq; qui ad nidorem & libationem adcurrunt.Proinde quomodo hæc cum rebus nostris conueniūt? quib. terminus

minus est amicitię,unusquisq; ipse,& ut eadem uelit propinquis,quę sibijpsi:non solū autem crimen,ut malū perpetretur,sed etiam ut cogitetur, ac parum mimis operæ,animi plectitur cōmotio: quibus temperantia adeò curæ est,ut & oculus refrenetur:manus autem tam lōgè à cæde arceatur,ut & animus cohibeatur:peierarè autē, uel solū iurare, adeò malū censetur & nefandum,ut solum nobis iusiurandum sit prohibitum: opes uerò multis non fuere,multis etiam propter hoc solum dulcis erat copia,quo plurima distribuere possent, quippe qui nihil habere omnibus anteponerent diuitijs: uentris autem cupiditatem multi abegerunt, non secus ac dominum animarum & detestandum,ac omniū malorum matrē, fortè non magnū est dicere, quod nec carnales esse cogi poterant,immortali immortale cōsumentes.Sanè unà illis lex est uirtus, et haudquaquā à rebus superari paruis,sed omnia despicere.Cæterùm hoc uel pulcherrimum est,quod aliorum fines secundum leges puniuntur,nos uerò principia etiam castigamus, tanquā riuum malū & incohibilem,procul deriuantes.Vbi autem & apud quos nam homines (dic mihi) consuetū est maledicentibus benedicere, ac blasphemantes cōsolari? quò non magis noceat accusatio quàm ueritas:persequentibus cedere: pallium auferentibus,tunicam etiam tradere: execratos pro execrantibus orare, sermonis suauitate temeritatem uincere, & eos qui lædunt meliores facere,à quibus patientes,robustiores etiam reddimur. Proinde etsi ipsis concederemus,ut maliciam ornatis castigarent admonitionibus, quo pacto tamen ad mensuram nostræ uirtutis & doctrinæ peruenire possent? quibus haudquaquam in bono proficere,neque nouos pro ueteribus fieri, sed semper in eodem permanere statu,malicia uidetur, quum trochorum instar circumagimur,haudquaquam tamen progredimur,ac in eodem hærentes uestigio flagelli ui (ut ita dicam) mouemur:sed oportet ut bonum perficiamus, illicq; adhæreamus,& ad finem usque ac deificationem adpetamus, propter quam nati sumus,& ad quam festinamus,qui mēte sumus transitiui,& quid Dei magnitudine dignum speramus.

GREGORII NAZIANZENI THEOLOGI IN IVLIANUM *Imperatorem infamatrix oratio secunda,Bilibaldo Pircheimero interprete.*

ITa sermonum meorum primum certamen finitum est & absolutum:siquidem abundè uiri ostendimus malignitatem, ex ijs quę contra nos perpetrauit,& adhuc perpetrare cogitabat, quum semper præsentibus grauiora meditaretur:nunc autem alium scopum,quem utrum quis tetigerit ignoro,sermoni prę figemus,Deo sacratiorem, ac nobis iucundiorē, necnon successoribus nostris utiliorem:etenim prędictis iustam Dei adiungemus staterā,et quo pondere prauitati rependatur,facinoribus quibusdam confestim, nonnullis autem paulo pòst occurrēs,quemadmodū ut arbitror artifici uidetur uerbo,rerumq; nostrarum dispensatori, qui calamitatē misericordia intersecare nouit,temeritatē autem refrenare ignominia,ac flagellis, ea qua ipse nouit disciplinæ mensura. Sanè iustas piorum infirmitates, ac uulnera non manifesta,uariasq; plagas alias,& flagella similia,quibus nos multimodè afflixere, necnon mortes non secundum consuetudinem procedentes, & in malis ipsis confessiones,pœnitentiasq; inutiles,& per somnia correptiones, ac quæ apparuere spectra,quís nam dignè tragico more explicare posset? quin etiā quæ per diuinas ædes uiolenter egere,aut circa sacras mensas iniuriosè fecere, seu circa mysticos crateres insanientes perpetrarunt, uel quibus passim corpora nostra afflixerunt, siue alia cuncta quæ facere sunt ausi, ob quæ iuueniliter agentibus, manifesta ipsis & aperta diuinæ iræ signa occurrerunt: hæc omnia lubens prętеribo,non quòd fidem haud adhibeam uisis & relatis, aut quòd hæc ultroneo alicui accidenti, & fortuitæ attribuam contingentiæ, iuxta eorum sententiam, qui talia sua sponte euenire putant. Verùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

rùm ne dum uersor circa parua, maiora omisisse uidear & potiora: diuulgatum igitur omnibus miraculum, & cui nec impij ipsi fidem denegare audẽt, dicere incipiam. Insaniebat contra nos Iulianus, semper plus in re aliqua tanquam undis exuscitans undas, quum prius contra seipsum insaniisset, ac sacra conculcasset, charitatis spiritum contumelia afficiens, quapropter Ieroboam illum rectius nominauerim, aut Achaab Israelitem, transgressores iniquissimos, siue Pharaonem Aegyptium, uel Nabuchodonosor Assyrium, seu ut omnia contraham, unum & eundem, suo uocitans nomine, quandoquidem omnes prauitates in seipsum collegisse uidetur, Ieroboam defectione, Achaab homicidio, Pharao duricie, Nabuchodonosor sacrilegio, omniũ uerò pariter impietatem. postquam autem omnia peregit talia, ac omnem contra nos tyrannidis speciem, tanquam parum quid & ingenerosum floccipenderet (haud enim unquam natura fuit ad maliciæ inuentionem & excogitationem agilior quàm illa) tandem Iudæorum contra nos gentem concitauit, ueterem eorum leuitatem, necnon odium quod in ipsis contra nos iam pridem flagrabat, pro adiumento artis suæ assumens, dementiam suam præcipuè ex arcanis eorum confirmans libris, quasi nunc tempus instaret ut remigrarent ad propria, ac templum reædificarent, paternamq; renouarent potentiam, consiliumque hoc beneuolentiæ contexit fictione. Igitur postquam ita deliberauit ac persuasit (omne enim cui uoluptas arridet, facile etiam deceptioni patet) Iudæi templum restaurare satagebant, ac multa manu & promptitudine operi instantes defatigabantur: ferunt etiam mulieres eorum cunctas, qui illa admirantur, nõ solum ornatum corporis detractum, promptè impendisse operi ac laborantibus, sed etiam proprio sinu terram exportasse, summamque pietatem censuisse, si nec uestium sumptuositati, nec membrorum pepercissent teneritudini, omniaque uilius quàm cõceptum æstimasse conatum. Postquam autem repentè uenti procella, terræq; concussione in sacello quodam propinquo cõflictati sunt, quidam tanquam supplicantes discurrebant, alij autem quemadmodum in talibus euenire solet, sacello illo proximo pro tutela utebantur, nonnulli alia agebantur perturbatione, in aliosq; incidebant currentes. Sunt enim qui dicant nec templum eos recepisse, sed quum ad apertas processissent portas, in clausas inciderunt, potentia quadam inuisibili & occulta, quæ miranda talia ad impiorum formidinem, piorum uerò operatur securitatem. Cæterùm hoc omnes dicunt & credunt, quod quum de ingressu enixè laborarent, & cõtenderent, ignem emicuisse ex templo occurrentem, qui illos cõcremauerit, & absumpserit, quo eis quidpiam accideret, quod simile esset Sodomitarum calamitatibus, uel Nadab & Abiud miraculo, quũ alienum ignem & incensum offerentes periclitarentur. ignis igitur quosdã in præcipuis mutilauit membris, statuam relinquens uiuentem, minarum & aduersus peccatores cõmotionum Dei. & hæc quidem ita se habent. Nemo igitur alijs quoq; Dei uirtutibus fidem adhibere dubitet: hic etenim mirabilius quid, & illo etiam manifestius ostẽdit. apparuit lux in cœlo crucem circumscribens, quæ prius in terra ignominia fuerat affecta, impijs figura & nomen solum, nunc uerò in cœlo omnibus pariter manifesta, fitq; trophæum Deo ob uictoriã ex impijs omni tropheo sublimius. Ad hęc quid dicent seculi huius sapientes? et qui illorum facta celebrant, profundasq; barbas trahunt, ac tumorem nobis subtrita ueste ostentant? Enumera & tu mihi tua quoq;, qui longos scribis sermones, incredendasq; componis historias, qui hiscere audes de supernis, & de rebus nugaris cœlestibus, ex astrorũq; motu natiuitates & accidentia cõnectis: enarra mihi & tuas stellas, Ariadnes coronam, & Berenices capillũ, necnon Cygnum petulantem, & uiolatorem Taurum, aut si mauis Ophiuchum tuum, & Capricorum, ac Leonem, & alias quoq; quas mali gratia cognoscis, aut Deos uel stellas effecisti: ubi tu in mathesi tua talem habes circulum? ubi stellam prius etiam ab oriente ad Bethleem currentem, magorum

tuorum ducem & directorem? nam & ego habeo quod ex cœlestibus referre possum. Illa stella Christi ostendebat præsentiam, hæc aũt uictoriæ Christi est corona. & hæc quidem ex cœlestibus & supernis, quæ unà nobiscum decertant, secundum magnam uniuersi harmoniam & proprietatem. Cæterùm reliqua mihi suppleat Psalmista, quoniam & ciuitates subuertisti, quemadmodum uetustas illas ob proprias illorum impietates: quasdam propter transgressiones contra nos in ipsis factas pelago submergens, alias autẽ terræmotu concutiens, ita ut reliquiæ illud uerè dicere queant, quoniã memoria eorum cum sonitu perijt, & fama perditionis: tanta enim calamitate, tantaq; attritione, tam ipsi quàm eorum uicini sunt afflictati, ac præcipuè ij qui pietatis gaudebant impugnatione, ut longo opus sit tempore, si quis omnia restaurare uelit. Hæc igitur in cœlo & terra acciderunt. Cæterùm uir ille nequaquam talibus insignitus est temporibus, nec tum passionis sanctificatus signis. Siquidem & nunc quoq; miraculi huius spectatores & mystæ uestimenta ostendunt, quæ tum crucis signata fuere notis: simul & hæc quispiã seu ex nostris siue exteris retulit, aut à referentibus audiuit, qui & miraculũ apud se ipsum aut propinquos factũ uidit, stellata existebat crux, aut illam talem in uestimẽtis cernebat, omni textorio opere, et uermiculato indumento uarior. Ex hoc autẽ quid accidit? tantus ob uisibilia hæc stupor homines inuasit, ut ferè omnes tanquã uno signo, ac una uoce, Christianorum inuocarent Deum, multisq; illum laudibus & orationibus placarẽt: multi etiam absq; dilatione & inter accidẽtia ipsa, ad nostros accurrerũt sacerdotes, multis rogantes, ut pars fierẽt ecclesię, & perfectionibus initiarẽtur. sacro expurgati baptismate, utilitatẽ cõsequuti ex timore. & hęc ita se habebãt. Iulianus uerò sua paulatim stimulatus & exagitatus uesania, ad caput ipsum uniuersum animi sui dirigebat cõceptum. postq; enim Christianorũ res sibi ex mente succedere æstimabat, necnõ & reliqua quæ iam perpetrauerat, omniaq; sibi dũ modò uellet possibilia, fore speraret, ac prosperum quendã successum contra occidentales barbaros rapuisset, in hoc uno tantũ modo uersabatur consilio prudentissimo quidẽ & humanissimo, ut contra Persas bellum sumeret, duplicem hic colligens exercitũ: unum quidem armatorũ, alium autem dæmonũ, qui ipsum impellebant, cui & præcipuè confidere poterat, temeritatis potius irrationabilitati, quàm fortitudinis credens securitati. nec illud sapientissimus ille intelligere poterat, quod licet cõfidentia ac temeritas nominibus ferè conueniunt, plurimum tamen ui sua sunt separata, fortitudo inquam & ignauia: siquidem in audendis cõfidere, fortitudinis est: quemadmodum animo deficere, seruile: nec maius est periculum contrà procedere, quàm abire retro. cæterũ haud subigi cõfidentię est, quemadmodũ cedere securitatis: nec eiusdem rationis censendum est, parta tueri, & quę nondum habentur occupare. hoc enim præcipuè & primũ mente præditis est honorandum. istud autem quum facultas se offert, quietè suscipiendum: si uerò contrà euenit, negligendũ. qui uerò ob possidendi spem, facultates suas cunctas periculo subijcit, admodũ fatuus existit, ac imperito pugili similis mihi uidetur, qui prius ictũ intentat, quàm se in statione firmat: aut gubernatori nauis sua corrupta, & ad nauigandũ inutili, nauẽ submergenti hostilẽ, aut submergere studenti. quorũ nil mihi Iulianus cõsiderasse uidetur, sed incircumspectè ea quę animo cõceperat, adgressum esse, re Romana & nũc quoq; deplorante, et malè ob illũ affecta. Verùm persequutione hac præcipuè aliena adoriri cogitabat, Salmoneusq; ex folle tonitrũ emittens esse cupiebat, ad Traianos illos & Hadrianos respiciens, quos non minus ob fortitudinẽ quàm securitatẽ admirabatur. Varum autem illum nequaq; præ oculis habebat, siue Valerianũ, qui pœnas dederunt ob motus omni ratione carentes, ne ipsis, ut Tragœdia inquit, fortunã improperẽ, in Persarum finibus, in summo fœlicitatis pessundati. Proinde & hoc usum fuit, & ad motũ illũ spectabat, ut uniuersum uaticinij & incantationis, fandiq; & infandi sacrificij mõstruosi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatem, in unum congregaret, quo breui tota dissolueretur. & hæc erat pulchra illa lætitia magna, O Christe, & uerbū, & passio impassibilis illius, mundiq; uniuersi mysterium, ut totum genus Christianorū dæmonibus subijceretur, si ille uoti compos euaderet. & hæc fuere principia conatus eius, admodum puerilia, quibus multi rerum eius periti reclamabāt. Porrò eam Assyriorum regionem per quam Euphrates fluit, et Persiden pertransiens, illic Tigri commiscetur, nemine defendente cepit, & uastauit: uel quia propter subitam irruptionē hostem fefellisset, uel ut hoc pacto insidiosè à Persis paulatim ultrà protraheretur: utraq; enim ferunt. Progrediens igitur exercitu concomitante, nauibus uerò frumento, ac impedimentis onustis per fluuiū sequentibus, iam non procul à Cteſiphonte aberat: cui appropinquare, uictoriæ partem præ desiderio existimabat. hinc retro cedere res cœperunt, perinde ac arena à pedibus diuulsa, aut nauis tēpestate disiecta. Cteſiphon enim propugnaculum ualidum est, & captu difficile, muro latericio circundatum, cum fossa profunda, limoq; fluuij munitū. insuper & aliud munimentum illud fortius reddit, quod Roche appellatur, cum pari tutela excitatum, ita natura & manuum opere unitum, ut ambæ partes, una ciuitas esse uideantur, quam flumen intersecat per medium. hæc igitur nec corona oppugnari, nec obsideri aut inuadi poterat, præcipuè classe: quæ si applicata foret, facile supernè repelli ualebat, quum utrinq; iaculorum ictibus exponeretur. quapropter retro iter conuertit, Euphratisq; fluuij maximi, partem haud paruā deriuauit: et ita circunduxit, ut classi quoq; esset nauigabilis, ex fossā cuius & uetusta asserunt apparere uestigia, quę paulo ultrà Tigri commiscetur: & ita classem de fluuio in fluuium saluauit, ipseq; periculum, quod ei ex munitionibus illis imminebat, effugit. quum uerò aliquantisper fuisset progressus, subitò uis Persica apparuit, quæ & assiduè est aucta, à tergoq; instans haud putabat sine magna necessitate periclitari oportere, quum alia uia superare posset. ex collibus autem & locis angustis Persę assultabant, iaculantes, & sagittis lacessentes, transitusq; opportunitatem prærripiētes, facile Iulianum à progressione arcebant. quapropter magna iam affligebatur solicitudine. & quum non haberet quò se uerteret, prauam cōsilij dissolutionē inuenit. Erat uir quidā inter Persas, nominis haud obscuri, Zopyri illius in Babylone Cyro tradenda imitator. is se cum Persarum rege, seu potius magno, ob res magnas dissidere simulabat: & quia illi admodum infestus uidebatur, Romanorum rebus præcipuè fauere credebatur, ac fidem iam ex fictione consequutus fuerat, hic, quid hoc rei, inquit, Imperator? quid attinet de re tanta adeò abiectè consulere? Quis iam hic commeatus naualis, onusq; superfluum, inertiæ magister: nihil enim uentre inexpugnabilius, & plus contentiosum, qui & impedimento est, ne salus adipisci queat. Cæterùm si meum sequutus fueris consilium, rem nauticam hanc, & generosi exercitus huius impedientem turbam ualere sines: tu autem per aliam uiam longè faciliorem & tutiorem, in qua tibi ductor ero (nam affirmare ausim, me Persicæ regionis, ac si quem alium, peritum esse) in hostilem irrumpes terram. & quum res tibi ex sententia successerit, lætusq; rediibis, tum etiam nobis benefacere poteris, quum re ipsa beneuolentiæ nostrę & admonitionis experimentum ceperis. & hæc ille locutus est, loquendoq; persuasit: facile enim persuadetur leuitati. Deo igitur præcipuè impellente, omnia pariter erant difficilia: nam ignis naues corripiebat, commeatusq; deficiebat, ac derisio aderat: nam proprijs quasi manibus iugulatio perpetrabatur. at spei leuitas, ductoreq; ille cum promissionibus suis pariter discessere. in circuitu igitur hostes, ac undique circumfluebat bellum, progressio uerò haud facilis, alimenta autem deficiebant, exercitusq; afficiebatur tristitia, ac regi irascebatur, bonæ autem spei relinquebatur nihil. unica tamen sola in rebus uidebatur præsentibus, nempe ut ab imperio prauo, ac militia absoluerentur durissima. & ita huc usque res fueræ gestę. at quæ sequuntur, non uno referuntur sermone. alij enim aliud adferunt

adferūt & cōponunt, tam ij qui bello interfuere, quàm illi qui longè etiā abfuere. quidam enim Iulianum à Persis iaculo uulneratum dicunt, quū inconsideratè excursiones faceret, & nūc huc, mox illuc perterritus rueret: quapropter idem illi quod Cyro Parysatidis filio accidisse, qui cū ingenti manu cōtra fratrem Artaxerxem ascendit, iuueniliterq; pugnans, uictoriam audacia corrupit. alij autem talem de eo referūt sermonē, In altum eum collem ascendisse, ex quo undiq; exercitum intueri, & quātę adhuc belli reliquiæ essent, discere posset. inde magnam illi apparuisse multitudinē, & longè spe sua copiosiorē, eumq; dixisse: Quàm indignū, hos omnes in Romanorū fines reducere: perinde ac illorū saluti inuideret. ob quod dictum militem quēdam indignatū, quum iram refrenare nequiret, illum per uiscera transfixisse, quū nec de sua cogitaret salute. uel ut alij dicūt, quendam ex ridiculosissimis barbaris hoc ausum esse, qui milites oblectationis causa, & ob potus exhilarationem sequi consueuerunt. Sunt & qui Sarraceno cuidam gloriam hanc attribuunt. uulnus itaq; accepit perq; tempestiuū, mundoq; uniuerso salutare, ac unica audacia multorum uiscerum malè concreditorū repetita est uindicta. & ideò mirum, quū stolidus ille omnia se ex uisceribus cognoscere putaret, unum hoc uulnus, nempe per propria uiscera infligendum, ignoraret. Sanè nec istud uiri huius prætereundum est cōsilium, quod inter multa alia maximum infelicitatis est indicium. Decumbebat in ripa fluminis, malè ob uulnus affectus. quū autem multos ante eum gloria illustratos nouisset, qui humanam conditionem supergressi censerentur, quoniā artificio quodam ex hominum disparuissent conspectu, ac ideò pro deis habiti fuerant, eiusdemq; gloriæ captus esset amore, quū eum inglorioſi quoq; finis & incōsultæ puderet ignominiæ, quid machinatur, & quid facit? neq; enim cum uita pariter consumitur improbitas. in flumen corpus proijcere nititur, ad hoc fidis quibusdam suis utitur cooperatoribus, & arcanorum mystis. & nisi regius quidam eunuchus rem animaduertisset, alijsq; indicasset, ac maleficij odio conatum illum prohibuisset, ex calamitate illa nouus quispiam deus stultis apparuisset hominibus. & ita Iulianus imperauit, ac ita bella gessit, ita denique uitam finiuit. suscepit autem imperium confestim post eum Iouinianus, qui & post eum in ipsis electus est castris, quum periculi magnitudo ductorem quæreret necessariò, uir inter reliqua pietate quoque illustris, ac corporis forma, regia etiam maiestate dignus. uerùm cum Persis ad manus uenire, aut ultrà progredi, impossibile erat (licet ipse fortitudine & promptitudine haudquaquam destitueretur) quum exercitus uiribus suis diffideret, pariter & spem omnem despondisset. abire igitur quærebat, & quo pacto id fieri posset, sapienter considerabat, tanquam haudquaquam imperij, sed clades hæres factus esset. utrum igitur Persæ uictoria modestè usi fuerint (ita enim lex apud eos iubet, ut in rebus ex sententia gestis modestia utantur) siue aliud quid ex ijs quæ fama ad eos pertulerat, timuerint, ad fœdera inunda sunt conuersi, inexpectata & admodum humana: nihil enim prohibebat, quo minus ne lixa quidem, ut aiunt, exercitui relictus fuisset, ita illos Persæ manibus habebant inclusos, in terra pugnantes propria, successibusq; rantis elati. ac ideo hoc ad prosperitatē aliquā adipiscendam, & spem futurā sufficiebat. Vnius igitur hominis, ut ita dicā, erat saluare exercitū, neruosq; relinquere Romanis. nerui enim erant, etsi infortunatè egerant, ductoris potius temeritate quàm inertia propria. Exercitus igitur in fœdera hæc tam turpia & Romanorum uirtute, ut breuiter dicam, indigna cōsensit: à quorū culpa si quis Iulianū liberare, ac successorē eius accusare uelit, admodū ingratus mihi est considerator rerū tunc temporis accidentiū: non enim metentis, sed seminātis est spica: neq; incendiū illius euenit culpa, qui id extinguere uallet, sed potius ignē prius admouentis: ac ideo Herodoti illud de Samiorum tyrannide haud ineptè usurpari potest, Calceum hunc Histiæus consuit, Aristagoras autē induit, qui id quod prius incœptum fuerat, suscepit. Proinde

Universidad de Deusto
Biblioteca

reliquũ erat, ut impij illius corpus ad Romanos reduceretur terminos, licet ita subuersum. Cęterùm postquã nobis etiã mortuus est ille, qui ante ipsum uitam dissoluit, inspiciamus & dehinc quid inter utrũq; interfuerit Imperatorem, si & hoc aliquid ad migrantiũ felicitatẽ aut infelicitatẽ pertinere uidetur. Cõstantius igitur cõmunibus omniũ elatus est laudibus ac pompis, ijsq; uenerandis ac nostris, necnõ cantibus tota nocte resonãtibus, ac luminaribus accensis, quibus Christiani transitũ honorare piũ censemus, panẽ gyrisq; post interitũ dictus est, et corporis facta deportatio. Notus pręterea sermo fidelis, et qui ad multorũ peruenit auditũ, quòd postq; corpus Taurũ montẽ superauit, ut in paterna eius cõderetur ciuitate, nempe in magnifica hac & cognominis eiusdẽ, uox quædã ex alto est exaudita, tanq; canentiũ & præmittentium, angelicarũ puto uirtutũ, ob honorẽ pietatis eius, ac retributionẽ sepulturæ. Etenim licet rectã opinionẽ immutare uisus fuerit, hoc tamen crimẽ imperitiæ regni optimatũ, & reprobæ acceptũ est ferendũ opinioni, qui simplicem illius animã, & ad pietatẽ flexibilem, ac haudquaquã præcipitiũ pręuidentẽ susciperites, quócunq; uoluerunt seduxerunt, et sub diligentiæ pretexu zelũ operati sunt maliciæ. Nos igitur quod magis commune est sequamur, patremq; nostrum agnoscamus, & quoniam Christianismo fundamentum regię iecit potentię, ac fidei, hæreditatemq; dogmatis ex successione accepit, ac speciem iusti imperij cõseruauit, uitam denicq; sancto fine absoluit, nobisq; potentiã reliquit, eum ob merita sua honoremus. Cæterùm postquam corpus magnæ ac regiæ appropinquauit ciuitati, quid referre opus est uniuersi exercitus concomitationẽ, ordinesq; armatos, nõ secus ac Imperatori uiuenti obuiã factos, aut ciuitatis illustris effusionẽ memorabiliorẽ, quàm unquã facta fuit, siue posthac erit. At Iulianus ferox ille & generosus, nuperq; purpura ornatus, ac propterea, ut decet, altas efflans glorias, et ipse quoq; pars sit illi in pompa tam honorifica, eandem reddens & accipiens gratiam: hoc quidem aliquantisper coactus, illud autẽ lubens, ut ferunt. Siquidem exercitus uniuersus, quamuis præsentis subderetur potentiæ, plurimam tamen defuncto tribuebat reuerentiam, quandoquidem beneuolentiores ferè sumus, ob passiones adhuc recenti abrepti amore, cui & misericordiam adaptare solemus. Et ideo milites nequaquam ferentes, ut ille haud regiè honoraretur ac susciperetur, persuaserunt apostatæ, simul & illum coegerunt, ut mortuo cum decenti occurreret habitu: at illud erat, caput diademate dehonestantem, & iusta regi subtrahentem, ita ad sepulchrum ducentibus, & ad Apostolorũ templum celeberrimum mittere, qui sacrum hoc genus susceperunt et custodiunt, uix unquam talem fructificaturi honorem. & ita cum nostro actum est Constantio. At Iuliani turpis belli illatio, à populis ac ciuitatibus perstricta est, uocibus publicis ac scurrilibus, quarum multi etiam nũc recordantur, reditus uerò longè etiam inglorioſior. Sed quæ fuit ignominia illa? mimi, ridiculũ dictu, ipsum deducebãt, turpissimisq; scenæ gestibus pompam instaurabant, tibia modulantes & tripudiantes, necnon abnegationem & profligationem, ac finem denicq; illi improperantes. & quid perpessus non est? aut quid ab illis non audiuit? quę petulanter ludere consueuerunt, artem ad iniuriam possidentes, donec eum Tarsensium ciuitas susceperit, nescio quomodo, & ob quam noxam hac damnata fuerit contumelia: ibiq; illi lucus est ignominiosus, ac sepulchrum execrandum, necnõ templum conspuendum, ac pijs oculis nequaquam inspiciendum. Et hæc breuiter percurri, tanquam maxima & peculiaria accusationis eius capita, haud nescius, duobus aut tribus adulatoribus regijs, & impietate illi haudquaquã dissimilibus (nam cæteros libens prætereo) tantam impietatis mercedem esse datam, ut nihil impedimento esse potuisset, quo minus ipsi in breui temporis spacio, omnẽ Romanorũ terram & mare deprędati fuissent, si nõ citò rebus finis accidisset opportunus, adeò rapina ac insatiabilitate Centimanos etiã illos exuperarunt. Gentium autẽ præfecturæ

cturę haudquaquam æquissimis, sed inhumanissimis committebantur, uni cumq; ad principatũ suffragiũ erat fidei transgressio: ita enim quis dona ab illo adipiscebatur, si pessimè de semetipso consuleret. Quid autem si iudicio rum recenserem immutationes, ac inuersiones, quum sæpius etiam media nocte peruerterentur, & inuersa tanquam fluminis diuerticula deriuarentur: nam generosus ille, ius dicere dignabatur, omnia ambitionis gratia faciens. Sed forsitan minuta ualdè criminari, ac maxima paruis calumniãdi gratia admiscere uideor. Atqui fateri necesse est, quòd hæc haudquaquam Elysijs campis, aut Rhadamanti illic sententia sint digni, qua illum mirificè extollunt, qui eiusdem sunt consortij & ordinis. Vnum præcipuè ex illius admiror gestis, multos enim moribus sibi similes & notos, præcipuè ex ijs qui in Asia conuersabantur, omni uocabat diligentia, tanquã perpetraret admirãda, quod illos spe captos, ac promissorum memores aduolare faceret. Postquam autem aderant, nihil præter suffragiorum defraudationem. & aspectus deceptionem sunt adepti: quum alios alio deciperet modo, quosdã etiam admodum festiuiter mensæ adhibuit, ac illis perquam amicabiliter præbibit, ac pro alia quadam deceptione susurrans, infecta re dimisit, non habentes quid magis inculparent, num fraudem illius, aut leuitatem propriam. Cæterùm hæc philosophi institutio quur non laudari deberet? quod adeò ab ira uacuus erat, animiq; passiones superabat præ cũctis regibus qui unquam fuerunt, immutabilis & immobilis, ut nunquam faciem etiam conuerteret, aut passionum uestigia ostenderet, ac ita etiam, ut quum regia clamoribus ac strepitu impleretur, iudicaret, tanquam ipse esset qui tyrannidẽ & pœnam toleraret, & non alijs qui hęc paterentur auxilium ferret: sed hęc nec sermone quidem digna censebimus. Hoc autem quis nam ex omnibus ignorat, quòd multos publicè missos, aut etiam ex hominib. agrestioribus, ob rem aliquam, in qua homines regum indigent opera accedẽtes, pugnis publicè cæciderit, & calcibus perculerit, ac ita malè tractauerit, ut pro gratia habuerint, quod nihil durius fuerint perpessi. Sufflationes autem & reflationes, per quas admirandus ille & nostra diffamans, uetularum æquipa rans fabulis, altaris ignem accendit, quo nam sermone prosequemur? num pulchrum est Romanorum regem tam indecenter genas inflantem cerni, multamq; ridẽdi materiam præbere, non solum exteris, sed illis ipsis etiam quibus se ita agendo placere putat. Non ne audiuit Palladem deam suam tibias detestatam esse, postquam se illis deturpatam fuisse didicisset, quum unda pro speculo fuisset usa. Porrò propinationes & potationes, quas publicè meretricibus exhibuit, & prębibitas ipse hausit, impudicitiam sub mysterij prætextu abscondens, nónne admiratione sunt dignæ? Verum hæc alijs experientia ostendit, potentiaq; potestatem assequuta: mihi autẽ multo antè modo quodã perspecta fuere, postquã cũ homine Athenis sum congressus: illàc enim accesserat, quum res nuper contra fratrem eius fuissẽt innouatæ, ut se ob eandem causam Imperatori purgaret. Duplex autem peregrinationis eius causa fuit: una quidem decentior, propter Græciæ lustrationem, & institutionem disciplinarum: altera autem arcanior, & haud multis cognita, ut cum sacerdotibus & deceptoribus qui illic erant, de rebus quibusdam per seipsum congrederetur, quum impietas nondum licentiam cõsequuta esset. Tum ego me haud malum uiri coniectorem factum esse scio, tametsi nequaquã ex eorũ sim numero, qui in talibus sunt periti: sed me uatem fecit morũ eius inconstantia, & stuporis excessus. Vates enim est optimus, quicunq; bene coniecturare nouit: etenim nullum in eo signum mihi uidebatur bonum, ceruix rigida, humeri subsultantes & mobiles, oculos superbus & subinde uagus, ac furiosum quid uidens, pedes instabiles et uariãtes, nasus contumeliã spirans et contemptũ, uultus species ridicula, idipsum præ se ferens, risus immodestus ac concutiẽs, assertio ac negatio sine ulla ratione, sermo compressus, & spiritu interruptus, interrogationes inordinatę

Universidad de Deusto
Biblioteca

& stultę, nec responsiones his meliores, inuicem coincidētes, & nequaquā constantes, aut ordine doctrinæ procedentes: sed quur singula depingo? talem eum ante opera conspexi, qualem etiam in operibus ipsis cognoui: & si quidam adessent, qui tum præsentes fuere & audiuere, haud difficulter mihi testimonium præberent: ijs enim post quam hæc conspexi, confestim dixi, O' quale malum Romanorum respublica alit: & licet hæc præsagijssem, precatus tamen sum, ut uates fierē fallus. nam satius hoc esse iudicaui, quàm orbem terrarum talibus repleri malis, taleq; manifestari monstrum, quale antea nunquam fuisset, tametsi multa diluuia, multaq; diuulgata fuerint incendia, terræ quoque apparuerint hiatus, necnon homines ab humana natura penitus diuersi animalia mōstrosa, & diuersimode composita, quæ natura innouando producere solet. Talem igitur finem sortitus est Iulianus, superbiæ suæ dignissimum, quum solum hic Deus solita sua longanimitate uti indignum putaret, ubi multis indulgentia mali causa erat futura, ac multam tristiciam illatura hominibus probitate conspicuis, multumq; peccātibus paritura contemptum, tanquam nostra haberet neglectui, aut nulla esset gubernatio & retributio, sed fortuitò cuncta agerentur ac circumuerterentur: quod quidem opinionis est reprobæ, & quæ ingens periculū in rebus etiā maximis afferre solet. Et hæc sunt Galilęorum nostrorū, hęc abiectorum narratiunculæ, hæc qui crucifixum adoramus: hęc eorum qui piscatorum discipuli sunt et imperitorum, quemadmodum ipsi dicunt: hęc eorum qui aniliter unà confidimus, & psalmos pariter decantamus: hęc eorum qui longis ieiunijs macerati semimortui sumus: hæc eorum qui frustra uigilamus, & nocturnis deliramus stationibus, ac nosipsos destruimus. Vbi sunt Grammatici? ubi sunt consiliarij? ex quibus ego apud uos imprudens quidem, ut uobis uidetur, sumo epinicium? Vbi sunt sacrificia? initiationes, & mysteria uictimæ, manifestæ & occultæ? ubi ars in incisionibus experta? ubi præscientiæ monstra & signa, uiscerumq; aruspicina? ubi Babylon glorioſe diuulgata? ac orbis uniuersus, animo propter parum detestandi sanguinis comprehensus? ubi manibus deuicti Persæ ac Medi? ubi præmissi & emittentes, ac præmittentes, necnon præbellantes, ac simul bellantes Dei? ubi contra Christianos uaticinia ac minæ? & iuxta prædesti nationem ad nomen usque abolitio nostra? Omnia disparuere, ementita fuere, defluxere, somnia apparuere, ac iactātiæ impiorum. Porrò Iezechias rex Iuda, quum rex quidā ui magna alienigenarū contra eum moueret, ac Hierusalem exercitu circundaret, sermonesq; blasphemos & impios tam contra regē, quàm Deum ipsum amarulenter euomeret, post quam impossibile erat, ut ui propria ciuitatem saluaret, templum est ingressus, ac uestę concisa lachrymarum fontes effudit, manusq; in cœlum tetendit, ac Deum nefandæ blasphemiæ testem inuocauit, ac orauit, ut ille tam superbarū minarū uindex fieret, Cernis Domine, inquiens, quę tibi Deo Israel improperauit alienigena? cernis Domine? ne sileas. Nec sua deceptus est imprecatione, sed re ipsa contra Deū belligerans ille, propriā sensit insaniam, req; infecta discesit, cum minis suis quę repentè ab inuisibili quadam dispersę sunt potentia, quæ multitudinē exercitus illius perdidit, ac nūcio amaro reuerti coegit, quæ etiam inexpectatè obsidionē, ac spem eius dissoluit. & ita cum Iezechia actum est, qui ingenti potentia circūmunitus erat, qui magnę Hierusalem rex erat, qui iam fermè à proprio hoste expulsus erat. Nos autem, quibus solum pro armis & muris, ac telis reliquis ad Deum spes relicta fuit, quum omne consilium humanum penitus nobis ademptum & intercisum fuisset, quem' nam alium quàm orationis auditorem, quàm minarum prohibitorem, quàm iurātem contra superbiam, Deum Iacob adiutorem habere deberemus? O' narrationes incredendæ, ô sperantiū confidentia: promissi sumus pro alio quodam sacrificio dęmonibus, et magna Dei hereditas, gēs sancta, sacerdotium regium, unius spei pręmium, ad unius pręlij uictoriam, facti

facti sumus remuneratio. Hæc à te Christianis facta est retributio, ob id q̄d ab eis malè es conseruatus, hæc tu Domino Deo tribuisti. Prius igitur quoniam adhuc Deus iram super nos extendebat, & protelabat, ac nōdum omnem zelum suum extinxerat, sed manū adhuc cōtra impios in alto tenebat, arcumq; tendebat ac dirigebat, ui tamē continebat nō secus ac morbum aliquem marcidum & magnum, donec malicia eius tota consumeretur: quem admodum lex est iudicij Dei, ut uel pœnitētia sanet, aut iustius plectat. tum enim grauiter ferebamus quæ fiebant, & anhelantes ad futurum. non enim bonitatem abscōditam, quam electis eius impartiri solet, toleramus, & ideo uoces illas ad Deum emittebamus, quibus dā illum ut Dominū inuocantes, alijs autem tanquam patrem bonum desiderantes, nōnullis uerò quasi improperantes, et contra illum tanquā in iudicio contendētes, Quur Deus dicentes, repellis in finē? Iratus est furor tuus super pecora pascuæ tuæ. Et memineris congregationis tuæ quam posuisti ab initio, quam passionibus unigeniti uerbi tui decorasti, quam testamento tuo magno dignam esse fecisti, in cœlumq; nouo mysterio ac spiritus arrabone traxisti. Et extolle manus tuas super superbias eorum in finem, recordentur quantum sint indignati contra sanctos tuos inimici, & aduersus festiuitates tuas sunt gloriati, rompheam deprecamur, plagasq; Aegyptiacas, & doce nos iusticiā tuam rogamus: & ut aliquā do contra impios insurgas, oramus, Quousque peccatores Domine, inquiētes, quamdiu peccatores gloriabūtur? Nā & populū tuum humiliant, & hereditatem tuam affligunt, loquunturq; pariter iniusticiā & faciunt. Sanè flebiliores etiam uoces & his magis proprias, in contradictionem & iniuriam uicinis nostris, parabolamq; gentibus, & risum cunctis hominibus usurpare solebamus, ac uineā quādam dicebamus, & ex Aegypto translatam tenebrosa illa idololatrice, ac in pulchritudinē fidei, necnon magnitudinem auctam: deinde interstitium dirutum, quod eousq; nos custodierat, curam nempe Dei, et omnes qui per regionem malis potestatibus uicinam, & à syluestri sue deuastatam incedunt, qui propter improbitatē maligno assimilatur, & malicię cœno est refertus. Hęc igit' prius cōsiderabam, & ad Deum clamabam: nunc autem quales, pro qualibus assumam uoces? deplorem' ne dehinc impiorum perditionem, fiamq; osoribus humanus, ac talia dicam? Quomodo facti sunt in desolationem, repentè destituti sunt. perierunt propter scelera eorum, tanquam puluis qui disperditur à procella, tanquam arena uento disiecta, tanquam ros matutinus, tanquam sibilus sagittę emissę, tanquam ictus tronitui, tanquam coruscatio perstringēs. Sanè si & nūc quoq; immutarentur, & ab ingenti desinerent errore ac ebrietate, sequerenturq; ueritatem, fortè illis lucrum fieret ex ruina, quando quidē correptio sæpius in bonū cedit afflictis. quòd si in eadem sentētia permanere cogitarent, & adhuc detinerētur ab idolis, nec stolidos illos Iulianus erudiret, saltem ob acceptam modestius agerent calamitatem. Porrò Hieremias tantum deplorat Hierusalē, ut & inanimata quoq; lugere iubeat, & à muris exigat lachrymas. At hominib. his qui' nā luctus dignus inueniri poterit? aut quis deploraret præsentia, ut interim futura & lugeri digna omittantur supplicia, quoniam ita desipuerunt & reprobi facti sunt, ut colerēt condita supra conditorē? Nec solū hoc, sed & Deū colētibus restiterunt, manumq; extenderūt impiè, & talibus malis dignam. Et uox quidem Deo accepta ita se habeat, Quis scit, nū Deus qui soluit colligatos, & ex tenebris mortis degrauatum & deorsum mutantē educit, qui non uult mortem peccatoris, sed conuersionem, qui et nos sedentes in tenebris et umbra mortis illuminauit, & intellectum nobis tribuit, etiam hos aliquando sit reparaturus, & pasturus uirga pastorali, grauem illis ac ferreā imponens. Mihi uerò rursus sermo ad idem recurrit epinicium, Cecidit Bel, confractus est Dagon, calidus factus est Saron, confusus est Libanus. Non amplius dicet stolido ut imperet, immobili nempe & insensatæ idolorum compositioni. Non amplius muscam

quærent

Universidad de Deusto
Biblioteca

quærent deam Akaron, aut si quid musca est ridiculosius. Non amplius per lucos & excelsa, necnon omnem montem frondentem & umbrosum oberrarunt. Non amplius filios suos ac filias suas offerent dæmonibus: quē admodum olim Israel à prophetis obproperatum fuit. Verùm quid mihi de his? ad præsentia & nostra me conuertam. Non amplius ædes nostras sacras sinistrè aspicient. Non amplius sanguine detestando, purissimi ac incruenti sacrificij purissima inquinabunt altaria, nec aris sacrilegis inaccessa defœdabunt. Non amplius deprædabuntur, & prophanabunt ea quæ oblata sunt ecclesijs, impietati auaritiam commiscentes. Non amplius sacerdotum caniciem, uel puritatem diaconorum, aut pudicitiam uirginum afficient iniuria. Non amplius uisceribus sanctorum detestandos pascent sues, ut cibo pariter & hominum satientur intestinis. Non amplius ignem martyrum injcient monumentis,, quum alijs occupati sint certaminibus, proprijs nempe ignominijs. Non amplius igni sanctorum consument reliqua, ossibus ignominiosissimis ossa afficientes ignominia: nec uentis tribuent, quo debito honore à talibus priuentur. Non amplius in cathedra pestilentiarum unà plaudent, contra episcopos & sacerdotes, necnon prophetas & apostolos, imò Christum ipsum, blasphemijs se oblectantes. Non amplius panegyricis contra nos lasciuient, lege ab adulterina doctrina excludentes, ut ea linguas etiam pariter nostras coerceant. Da mihi sermones hos regios et sophisticos, syllogismos tuos ineuitabiles & enthymemata: uideamus qualia apud nos piscatores etiam & agrestes loquantur: immuta sonum cantus tui, & Psalmum organorum tuorum: nam ita te propheta meus adhortatur. Decantetur autem rursus cum libertate Dauid, qui excelsum Goliath mysticis deiecit lapidibus, qui propter mansuetudinem multos deuicit, & per spiritalem harmoniam Saul à maligno dæmone suffocatum sanauit. Extinguat ignem tedifer, incendantq; prudentes & sacrę uirgines lampades suas sponso, exuat Hierophantes meretriciam stolam, sacerdotes induamini iustitia, & amictu gloriæ, pro spiritus pigritia, necnon magna & immaculata Christi tunica, nostro ornamento. Taceat præco tuus ignominiosa, loquatur præco meus diuina: claudātur libri tui incantationum, & uaticiniorum, solumq; propheticæ & apostolicæ aperiantur. Compesce turpes & tenebris refertas noctes tuas: nam ego contra illas sacras & splendidas exuscitō uigilias. Adyta tua & uias ad infernum ducentes claude, ego manifestas & ad cœlum ferentes prædicabo. Quæ nam amorum præparationes, & machinationum excogitationes hæc perficere potuissent? quantus hominum numerus & phalangæ, quæ solum precationibus nostris, & Dei nutu peracta sunt? Verbo tenebræ sunt dissolutę, uerbo lux constitit, uerbum terram fecit, cœlum gyrauit, stellas ordinauit, aerem seminauit, mare discreuit, flumina traxit, animalia uiuificauit, hominem ad suam imaginem formauit, mundum omnibus posuit, uerbo etiam præsens caligo dissoluta est, omniaq; in lucem, ordinem & eandem reducta sunt harmoniam: non amplius lampades & fallaces dæmones imperant, non amplius conditura sub honoris figura pro Deo culta afficitur iniuria. Deijce Triptolemos tuos, & Celeos, ac Dracones mysticos. Pudeat te aliquando librorum theologi tui Orphei. suscipe in tempore donum, quod inuerecundiam tuam recondat. Si autem hæc sunt fabulæ ac fictiones, ego tibi noctis reuelabo mysteria. non amplius loquitur quercus, non amplius peluis uaticinatur, non amplius Pythia impletur, nescio quibus nisi fabulis & delirijs. Rursus Castalia silebit, & silet, aquaq; est non uatidica, sed ridicula. Iterum Andriensis Appollo mutus, iterum Daphne planta est, fabula deploranda. Rursum Androgynus, Dionysius chorus'que ebriorum ornatus, & magnum tuum mysterium Priapus. & ad pulchrum hymnū deus grauia sufferēs. Rursus Semele fulmine trāsfigitur, iterum Vulcanus utrinq; claudus, sed uelox ad mœchorum deprehensionē, & Deus in cinerē redactus, licet sit arte nobilis,

bilis, ac Thersites Olympius. Rursus Mars ob adulterium ligatus, cū terrore timore, tumultu, uulnere, & audacia. Iterum Venus turpiter est meretrix facta, turpiumq; nuptiarum conciliatrix. iterum Minerua uirgo est, & draconē parit. iterum Hercules furit, seu potius insanire desinit. rursus Iupiter ob petulantiam & immundiciem in omnia uertitur, deorum ille moderator ac supremus, & qui solus omnes cum omnibus existētibus deos sursum trahit, quum ipse interim ab omnibus deorsum trahi nequeat. Iterum Iouis sepulchrum in Creta ostenditur. Sanè quum lucratiuum illum tuum & prudentem aspicio Mercurium, oculos etiam claudo, Deumq; illum ob spectaculi turpitudinem cursim prætereo. Tu uerò mihi id quod uerbo est consonū & simile adora, unum solum ex tuis est uenerandum, honor nempe qui apud Aegyptios ab effœminatis illis uiris Nilo impēditur, necnon Isides, Mendesij que dei, ac Apides, & alia quoq; quæ fingis aut pingis animalia composita & monstrosa. Rideo Pana tuum, & Priapum, necnon Hermaphroditum, & eos qui ob insaniam efferati & dilacerati sunt dei. Verùm hæc scenæ ac poetis illos ornātibus relinquo. Ego autē sermonem in admonitionem quandam resoluam. Viri igitur pariter & mulieres, iuuenes ac senes, quicunque ad hunc perfectionis gradum ascendistis, aut qui in inferiori classe estis constituti omnes quos Dominus redemit, prius quidem ab errore, & Dei ignorantia, nunc autem ab insolentia gentium, tam à præsentibus malis, quàm futuris, audite sermonem uiri haud mediocriter in his eruditi cùm ex euentibus quotidianis, tum ex ueterum historijs, gestis ac libris: res magna est, ut quis à nulla tentetur molestia, aut fortè haud magna, si uerus est sermo, quod quem diligit Dominus, hunc etiam corripit, flagellat autem omnem filium quem suscipit, & eius curam gerit. Sed magnū est, neq; ab initio peccare, aut saltem non in maximis delinquere: quoniam penitus à peccato liberum esse, Deus supra humanam naturam ordinauit. Secūdò autem quemadmodum mihi uidetur, magnum est, ut qui in re aliqua peccauere & correpti sunt, ac deinde renouati, ut in sensu permaneant disciplinæ, fugiantq; secundum ex secunda prauitate flagellum. Quapropter & nos cum diuinæ correptionis opere emersimus, ostendamus nos dignos, non eorū quæ prius sumus perpessi, sed quæ postea sumus consequuti. respondeamus ad calamitatem quæ nos comprehendit, quoniam non ut malefici gentibus traditi sumus, sed ut filij modestiores sumus facti. non obliuiscamur tempestatis, postquam in supernam saluati sumus Hierusalem. nec Aegypti post Aegyptū memores simus. nec faciamus melius afflictionis tempus, quàm quietis. ostendemus autem, si uidebimur tunc quidem Dei timore correpti, modestè egisse, & spes omnes in cœlum posuisse. nunc autem postquam laudem & relaxationem assequuti sumus, haudquaquam ad eadē rursus peccata recurrisse, ob quæ in euenientes nobis impegimus calamitates. Non ita filij mei, dicit alicubi sacerdos Heli, filios suos in Deū peccantes admonens, sed scitote facilius esse prosperitatem abeuntem reuocare, quàm conseruare, cum ex Dei gratia contingit: nam quum discesserit, modestia illā reducit: quum uerò præsens est, socordia eam dissoluit. Siquidem & corpora ægrotantia medela restituuntur & abstinentia, ob paruam autem negligentiam & repletionem, iterum prior morbus affluere consuevit. Hæc scientes & inuicem docentes, nostrorum ipsorum fiamus proprij, ac modestè tempore utamur. Primùm enim fratres festiuitatem peragamus non corporis hilaritate, neque uestimentorum cultu & uarietate, non comessationibus ac ebrietate, quarum fructum cubilia & lasciuias esse didicistis. non floribus uias coronemus, nec unguentorum confusionibus mensas, neque fores ornemus, non lumine sensibili domus resplendeant, neq; concentibus resonent aut plausibus. Hęc enim gentilium solennitatum lex existit. Nos autem Deum nequaquam talibus honoremus, neque præsens tempus rebus haud dignis extollamus, sed animæ potius puritate, ac mētis hilaritate,

Universidad de Deusto
Biblioteca

hilaritate, lampadibus quoq; quæ totum corpus ecclesię illuminẽt, diuinis dico contemplationibus & cognitionibus, quæ ad sacram suscitent lampadem, uniuersumq; illuminant terrarum orbem. Ad hoc lumen parua mihi sunt omnia, quæ priuatim aut publicè homines festiuitates peragentes accendunt. Sanè & unguẽtum quoddam habeo, sed quo solum reges ac sacerdotes utuntur, uarium et preciosum, ac pro nobis euacuatum, magni unguẽtarij artificio compositum. Vtinam mihi contingat unguenti huius odorẽ bonum apponere Deo. Habeo & mensam spiritalem illam & diuinam, quam mihi pręparauit Dominus cõtra tribulãtes me, uel in qua requiesco, & delicijs fruor, & nequaquam propter satietatem iniuriam committo, sed & omnem passionum rebellionẽ sedo. habeo & flores omnibus uernis floridiores & durabiliores: agri pleni, quem benedixit Dominus, sacerdotes nempe, & bene redolentes pastores ac doctores, necnon populum quantum est purus ac electus. His coronari uolo, ac pompam ducere, certamen bonum decertans, cursumq; perficiens, ac fidem secundum sacrum custodiens Apostolum. Sumamus hymnos pro tympanis, psalmodiam pro carminibus turpibus & cantilenis, plausum gratificatiuum pro plausu theatrico, ac manuum complosione bene resonante, grauitatem pro risu, pro ebrietate sermonem prudentem: pro delicijs decorem uenerandum: quod si etiam saltare oportet, tanquam panegyristem & festiuitatis amatorẽ, saltetur quoque, uerùm nequaquam Herodiadis tripudio, cuius opus fuit mors Baptistę: sed Dauid saltatione, propter requiem arcæ, quam bene mobilis & multimodi secundum Deum itineris mysterium esse puto: & hoc primum est et præcipuum meæ admonitionis. Secundò autem scio me molestum dicere sermonem, & quem multi difficulter susciperе poterunt. Solet enim homo quum ad potestatem retaliationis deuenit, præcipuè quum iustam habet iram, haud facile ob ea quę perpessus est, rationis cohiberi freno, ac iram deponere: audiendum tamen, & sermo ut suscipiatur planè est dignus: nequaquam inexplebiliter tempore abutamur, nec ob potestatem delicijs diffluamus. & non fiamus amari ijs qui nos iniuria affecere. Non quæ nouimus faciamus, sed quantum ob malorum fugam mutatione fruimur, tantum ad retributionem peruenire odio habeamus. Sufficiens est ultio modestis eorum, qui læsere timor, & ut talia pati expectent, quibus ipsi digni existunt, propriaq; conscientia torqueantur. Quæ enim quis uelut passurus timuit, hæc quoq; perpessus est, etiam si nequaquam patiatur, ac plus à semetipso quàm ab alijs faciẽtibus plectitur. Non igitur iram remetiri uelimus, neq; punitores præter dignitatẽ appareamus. Sed postquam uniuersa reddi nequeunt, infecta uniuersis etiam indulgeamus. Fiamus in hoc meliores offensoribus nostris, & animo sublimiores. Ostendamus quid illos erudierint dæmones, & quid nos docuerit Christus, qui ob ea quæ passus est inclaruit, & nihilominus uicit ijs quæ quum posset, nequaq; faciebat. Verùm in uno gratias Deo retribuamus, augeamus probitati mysterium, tempore ad hoc utamur, uincamus mansuetudine tyrannide grassantes, ac præcipuè humanitas sit quæ remittat, & mandati uis eandem nobis retribuet humanitatem, in ijs quæ nos quoq; indigemus. Scimus enim, quod qua mensura metiti fuerimus, eadem remetietur & nobis. Si autem quispiam ualdè amarulenter est affectus, relinquamus offensores Deo, iudicioq; uenturo, & nihil de futura ira nostris diminuemus manibus: nequaquã bona corũ publicare cogitemus, non coram tribunalibus illos statuamus, non è patria in exilium pellamus, nõ flagellis cędamus: neq;, ut breuiter dicam, faciamus quale fumus perpessi. reddamus illos nostro exẽplo, si saltem fieri potest, modestiores, siue quid filius alicuius est perpessus, aut pater, aut uxor, aut consanguineus, aut amicus, aut alius quispiam honorabilium, omnibus passiones pro mercede statuamus, quo persuadeamus, ut fortiter ferant quæ sunt perpessi. Hoc ipsis melius est, quàm si in alio quopiã illis gratificaremur. Sanè

& quod

& quod maximũ est ex bonis ijs quę nobis inde accidẽt, expediã. Apud populos hæc & ciuitates, quæ nos persequutę sunt, proclamabunt, in theatris, in foris, in cõgregationibus, antiqua beata fuisse prędicabunt, noua uerò notabunt infamia, etiam à persecutoribus ipsis, quod & mirandum erit: ab ipsis corũ dei cum magno trahãtur clamore: quoniam eos longo deceperũt tẽpore, & tarde à deceptiõe cessauere: & qui heri fuit adorator, hodie fit cõuiciator. & quid his maius quæremus? Forsitan hęc nũc parua sunt miseris. Erit tempus quando meos uidebo conuiciatores, unà cum magno suo magistro luliano propriam deflentes maliciam, quandoquidẽ uniuersa iudicabitur et examinabitur improbitas, ut interim omittã diuina ac nostra, necnõ imminẽtia illic pro propter nos flagella. Proinde ad tuos accede sermones, & timores, non qui Poẽtis solum, sed & sapientibus placuere uiris, ad Phlegethõtes tuos, ac Cocytos, & Acherontes, quibus iniusticiam puniũt, Tantalus, Tityus, Ixion. quibus & Iulianus eiusdem farinæ Imperator uester adnumeretur: imò, iuxta meam opinionem & definitionem, preferatur. Nõ siti punitus in paludibus affluentibus, aut petram super cacumen tollere timens, quemadmodum tragœdiæ uidetur, semper quidem sursum uolutam, semperq; deorsum tractam, nec assidua reuolutione promotam, neque epar ab auibus depastus, nunquam deficiens, sed semper renascens: nam siue hæc ueritate nituntur, seu fabulosa existunt, illis tamen ueritatem ostendis figmentis. Sed uideamus quibus & qualibus illic plectatur, his etiam longe grauioribus, si ad peccantium mensuram retributiones exigis. Proinde munus hoc tibi hospitale ante pedes est ô optime & prudẽtissime, ut tuis te alloquar uerbis, & hæc nos à sermonibus iuxta magnam & admirandam legislationem tuam prohibiti depromimus. Vides quòd non in finem usq; taciturі, neq; irrationabilitatis condemnaturі eramus dogmatibus tuis, sed liberam aliquando uocem emissuri, & tuæ stultitiæ redargutricem: siquidem impossibile est Nili cataractas, fluuij impetum ab Aethiopia in Aegyptum ruentis compescere, aut Iliacum litus abscondi, etiam si ad tempus nebula contegatur: aut Christianorum linguam impedire, quo minus res uestras notet infamia. Cuius tibi rei Basilius & Gregorius testes erunt, quemadmodum & tu quoq; existimabas, ac alijs persuadebas, tuis nos onerans minis, ac magis ad pietatẽ acuens, quos tam uita quàm sermone ac concordia mutua conspicuos, & cognitos in Græcia uidisti, & Homerici Cyclopis honore honorasti, ac nouissimos persequutione exercuisti, & forsitan epinicium donum magnum & magnificum dæmonibus deuouisti, si te à Per side susciperent redeuntem, uel ad barathrum tuum abripere speraste, malè sentiens: siquidem nequaquam nos adolescentibus illis sumus ingenerosiores, qui in igne rore perfundebantur, & qui feras per fidem superabant, ac unà cum matre sacra & generosa promptè periclitabantur, ostendebãtq; solam ex omnib. fidem esse inexpugnabilem. Nec sumus ingenerosiores tuis illis adolescentibus, ex quibus quum unus deorũ tuorum matrem illam iniuria affecisset, aramq; euertisset, detentus est tanquam damnatus, exiuit autem tanquam uictor, pluribus purpuram tuam & sermones ueluti calculorum suffragatores & ridiculos deridẽs. Quin & cum maiori egressus est confidentia, non secus ac si quis à cœna reuersus splendidè esset cõuiuatus: postquam uerò totũ corpus eius flagellis dilaceratum fuit, & ad profundũ usq;, ac parum adhuc ob uulnera spirabat, tantum abfuit quo moueretur tormentis, aut molesta censeret præsentia, ut postquam corpus in quadã adhuc parte plagis uidit illæsum, tortores tanquam iniurios reprehenderet, quòd non totum corpus ulti fuissent, sed aliquid illaceratum & integrũ reliquissent, ostendens obiter tibiam, quòd sola ungues effugisset, iubens ut nec huic parceretur. Proinde sit tibi sermo hic pro Porphyrij mẽdacijs & delirijs, quibus uos ut diuinis exultatis uocibus: aut pro sermone tuo quem osorem barbæ, aut Antiochensem inscripsisti, utrunq; enim titulũ præfixisti, quo nihil Chri

Universidad de Deusto
Biblioteca

stianis est contemptibilius, quē tunc purpura reddebat magnum, necnon adulatores qui cuncta tua admirabuntur: nūc uerò barba est destructa & euulsa, ac sermo tuis pariter collaboratoribus factus ridiculus, in quo tu superfluum corporis cultum conspuis, & nihil nunquam ex insatiabilitate assequi magnum esse dicis, ac si mirandum quid afferres. Quod uerò Christianos tam acerbe persequutus sis genus tale et tam sanctum infestans, lubens transcurris. Sane quum tantum damnum rebus acciderit publicis, unico uiro tantum expuente, aut naturales eructationes emittente, tantamq; persequutionē ac tam immensam confusionis innouationem concitante, non'ne est necesse res Romanas uniuersas male habere? quemadmodum (ut apparet) & habent. Proinde hæc tibi statua à nobis sit locata, Herculeis etiam columnis altior & manifestior: illæ siquidem in uno loco sunt erectæ, ac solum ijs qui illac applicant conspicuæ: fieri autem nequit, quum hęc nostra haudquaquam sit immobilis, quin in omni loco omnibusq; pateat hominibus: sed & futuro, quemadmodum planè noui, commendabitur tempori, te ac facta tua infamia notans, ac reliquos omnes erudiens, quo non tam effreni audacia Deo resistere audeant, ne quum talia fecerint, æqualia etiam illis contingant.

BEATI GREGORII NAZIANENI THEOgi ad Clidonium Epistola Prima.

HOnorandissimo ac Deo acceptissimo compresbytero Clidonio, Gregorius in Domino salutem. Intelligere cupimus, quę nam hæc sit innouatio in ecclesia, ut liceat unicuique uolenti, & incedenti secundum quod scriptum est, per omnem gregem rectè pastum, furtiuis grassari ingressibus, seu potius doctrinis prædatorijs. etenim si ij etiam qui iam irrumpunt, in aliquo de fide nostra certiores fieri cuperēt, non tamen absque monitione nostra id audere deberent: siquidem prius persuadere oportuisset, aut etiam perpeti debuissent, ut eis fuisset persuasum, si saltem rationem quandam nostri haberent, tanquam timentium Deum, & pro uerbo laborantium, ac ecclesiam iuuātium, sicq; inde innouare. hoc pacto enim conuiciatoribus etiam nostris respondere possemus. postquam autem cum, & sine scriptis, tam hic quàm remotius, & cum, & sine periculo fides nostra prædicata est, quomodo hi quidem talibus nos adoriuntur, illi autem quiescunt? nec solum illud graue est, licet graue sit, quod homines ij, uanam eorum gloriam animabus simplicioribus per deteriores instillant: sed quia nos mendacijs suis differūt, quasi illis astipulemur, & eadem cum eis sentiamus, hamum illecebris cōtegentes, & per fictionē hanc, uoluntatem eorum malè adimplentes, sinceritatemq; nostram, qua ipsos fraternè & nequaq; alienè aspicimus, maliciæ uiaticum facientes. nec solum hoc, sed quia ab occidentali synodo se susceptos esse dicunt, quemadmodum audio, à qua prius fuerant damnati, sicut norunt omnes. Si enim aut nūc, aut prius suscepti sunt, qui cū Apolinario sentiūt, ostendant hoc, & nos acquiescemus. constabit enim quòd recta coadunati sint ratione: nequaquam enim aliter suscipiuntur, etiamsi suscipiantur. ostendant autem planè, aut per communionem meam, aut per epistolas communicatuas: ita enim lex exigit synodalis. Si aūt hæc uerba sunt, & fictio decoris grātia, & ut multis persuadere possint adinuenta, ut fidem faciāt per personas, doce eos quiescere, & redargue. siquidem hoc professionem tuam decere existimamus. Non decipiantur homines, nec decipiant, hominem stultum suscipiētes dominicum: quemadmodum ipsi dicunt. seu potius Dominum nostrum & Deum. non enim segregamus hominem à deitate, sed unum & eundem esse docemus. prius quidem non hominem, sed Deum & filium solum, & ante omnia secula, sine corpore & ijs quæ sunt corporalia, carnem pro nostra assumpsisse salute, passibilem carne, impassibilem deitate, corpore

pore circumscriptibilem, incircumscriptibilem spiritu, eundem terrestrem & cœlestem, uisibilem & cognoscibilem, capacem & incapacem. Vt toto homine, eodem & Deo, totus homo reformaretur, cadens sub peccatum. si quis igitur uirginem Mariam nequaquam Dei genitricem esse credit, is etiam à deitate sit separatus. Si quis dicit Christum per uirginis uterum tanquam canalem cucurrisse, & non in ipsa formatum fuisse, diuinè pariter & humanè: diuinè quidem, quia sine uiro: humanè autem, natiuitatis lege: pariter impius habeatur. Si quis dicit formatum fuisse hominem, deinde subingressum esse Deum, is sit damnatus. hoc enim nequaquam generatio, sed generationis est fuga. Si quis duos introducit filios, unum quidem ex Deo & patre, secundum autem ex matre, & non unum & eundem: adoptione filiali, quæ promissa est ijs qui rectè credunt, exciderit. natura enim sua duo sunt, Deus & homo, quoniam & anima ac corpus. filij autem non duo, neque dei. non enim hic duo sunt homines, licet Paulus id quod internum est hominis & externum, sic uocauerit. & si breuiter dicere oportet: aliud quidem aliud est, ex quibus est saluator, nisi idem sit inuisibile, uisibili, & quod tempore caret illi quod tempori subiacet. non alius autē & alius: hoc enim absit, ambo enim in commixtione: Deo quidem homine facto, homine autem facto Deo, aut quomodocunque quis uocauerit. dico autem aliud & aliud rursum prout de trinitate habet. ibi enim alius & alius, ne quis substantias confundat: non aliud autem & aliud. Vnum enim tria, id'que diuinitate. Si quis dicit in Christo tanquam in propheta secundum gratiam operationem factam, & non iuxta essentiam coniunctam & admixtam fuisse: uacuus sit operationis melioris, seu potius plenus contrariæ. Si quis non adorat crucifixum, anathema sit, ac Dei adnumeretur interfectoribus. Si quis Christum ex operibus sanctificatum, aut post baptisma, aut post resurrectionem ex mortuis, diuinæ filiationis dignum factum dicit: sicut ij quos Græci ascripticios uocant, anathema sit. quod enim coherebile est, aut promouibile, aut sanctificabile, nequaquam Deus est, tametsi paruæ demonstrationis gratia ita dicatur. Si quis dicit Christum sanctam nunc carnem deposuisse, diuinitatem'que nudam esse à corpore, & non cum carne uel uenturum uel esse, non uideat gloriam aduentus eius. Vbi enim est corpus, si non cum eo qui illud assumpsit? non enim secundum Manicheorum nugas in sole repositum est, ut honoretur per ignominiam: aut in aerem diffusum uel dissolutum, tanquam natura uocis, aut fluxus odoris, & coruscationis cursus, nequaquam consistens. ubi autem est quod post resurrectionem tangebatur? aut quod uidebitur aliquando à configentibus? Deitas enim secundum seipsam inuisibilis est, sed ueniet cum corpore, quemadmodum meus est sermo talis, qualis uisus' est à discipulis in monte, aut ostendatur quod deitas superauerit carnale. quemadmodum autem hæc dicimus, deponentes suspicionem: ita & illa scribimus. emendantes innouationem. Si quis dicit Christum carnem è cœlo traxisse, & non hinc & à nobis esse, anathema sit. nam illud, Secundus homo è cœlo, & qualis cœlestis, tales etiam cœlestes. &, Nemo ascendit in cœlum, si non è cœlo descendit, filius ille hominis, & si aliud tale. censendum est quod dicatur propter unionem cœlestem, sicut per Christum facta sunt omnia. & Christum in cordibus nostris habitare dicimus, non quòd Deus appareat. sed cognoscatur. sicut naturis commixtis, ita etiam uocationibus & deprehensionibus, inter se cognatis, rationi innotescat. Si quis in hominem sperat dementem, demens est, & planè indignus ut saluetur. quod enim indeprehensibile. illud etiam immedicabile est. quod autē mouetur Deo, illud & saluatur. si Adam ex dimidia peccauit parte, dimidium quoque id est quod comprehendi & saluari debet. Si autem totus, toto expurgatur genito, ac totus saluatur. non igitur nobis ob salutem inuideant uniuersalem, neque ossa solum, & neruos, & hominis figuram, saluatori circumdent. si enim homo anima

Universidad de Deusto
Biblioteca

caret, illud etiam Ariani dicunt, quo & super diuinitatem passionem illam inducant, ut quum corpus moueatur, id etiam patiatur. si autem animatus est, & nequaquam intelligens, quomodo erit homo? homo enim non est animal quod ratione careat. & necesse est figuram quidem esse humanam, animam autem equi cuiusdam, aut bouis, aut bruti alterius ratione carentis. hoc igitur erit quod est saluandum, ego' que à ueritate aberraui, dum alium honoraui, & alius gloriatur. si autem homo intelligens est, & non ratione carens, desinant aliquando tam stolidè sentire. Sed sufficit, aiunt, diuinitas pro mente. quid hoc ad me? diuinitas enim cum carne sola non est homo. nec cum anima sola, neque ambobus sine mente, quæ & magis homo est. seruat igitur hominem totum, & admiscet deitatem, ut me perfectè beneficio afficiat. sed non capit, inquit, duo perfecta. nequaquam, si corporaliter consideraueris. sacer enim modius non capit modium, neque corporis unius locus, duo aut plura corpora. si autem tanquam intelligibiliter, & incorporaliter, considera quod animam, & uerbum, & mentem, & spiritum sanctum ille idem cepit, & ante me patrem & filium & spiritum sanctum mundus iste. compositio hæc inquam, quæ ex uisibilibus constat & inuisibilibus. talis enim est intelligibilium natura, ut incorporaliter, & indiuisibiliter, & inuicem & corporibus admisceantur: quoniam & uoces plures, unus separando discernit auditus, & aspectus multorum, uisibilia eadem, & odorifera odor, quum tamen sensus inter se non coangustentur, aut comprimantur, neque sensata minuantur multitudine susceptionis. ubi autem & perfectum, mens hominis aut angeli comparatione deitatis, ut alterum attenuetur præsentia maioris. non enim splendor quispiam soli comparari potest, nec humor paucus flumini, ut parua assumamus: domus quidem splendorem, terræ autem humorem. & ita separantur maiora & perfectiora. quomodo enim separari possent duo perfecta? à domo splendor & sol, à terra autem humor & fluuius. hoc consideremus, quandoquidem res hæc multa cura est digna. Num ignorant, quod id quod ad aliquod est perfectum, ad aliud est imperfectum? sicut collis se habet erga montem, & granum sinapis erga fabam, aut aliud quid ex seminibus maioribus, etiam si ex homogenis maius esse dicatur: aut si uis, angelus Deo comparatus, homo uerò angelo. mens igitur nostra perfecta est, & principatum obtinet. quod uerò animæ est & corporis, non simpliciter perfectum est. Dei autem seruum, & subditum, attamen non una dominatur, aut honoris est eiusdem. Quoniam & Moyses Deus erat Pharaonis, Dei autem seruus, quemadmodum scriptum est: Et stellæ quidem nocte lucent, oriente autem sole occultantur, ita, ut in die cognosci nequeat, num supersint. & lampas parua, si magno igne fuerit fota, nec extinguitur, nec apparet, neque separatur, sed tota relucet igne, quum superet id quod excellit. Sed mens nostra inquiūt est damnata. at quid caro, non'ne & illa est damnata? igitur & illam abijce propter peccatum, aut hanc aggrega per salutem. si id quod deterius est assimitur, quo per incarnationem sanctificetur, cur non & id quod melius est assumeretur, ut sanctificaretur per humanitatem assumptam? si cœnum fermentatum est, & noua massa facta, ò sapientes, cur non etiam imago fermentaretur? & ad Deum exclamaret, per diuinitatem facta diuina? sed & hoc addendum est, si mens tanquam peccatrix omnino despicienda est, & condemnanda, ac propter hoc corporis cura habenda, mentis uerò est abijcienda, parcendum est ijs qui mente aberrant: Dei enim testimonium manifestè ostēdit seruitutis impossibilitatem. Dicam quid maius. Tu uir bone propterea mentē meam ignominia afficis, tanquam pro hominis cultore, carnis etiam sim cultor, quo Deum colliges carni, tanquam aliter non possit. ac ideo muri interstitium tollis. at meus sermo quis? hominis minimè philosophi, & indocti. mens commiscetur menti, tanquam proximiori, & magis domestico, ac ideo carni, per medium deitatis &

tatis & crassitudinis. Sed & quis' nā illis sermo sit de humanitatis assumptione, uideamus. si enim incarnationis, ut ipsi dicūt, & ideo capitur Deus, qui aliàs incapax existit, ac sub carne tanquam inuolucro cum hominibus conuersatus est: uenustum habent prætextum, ac fabula est nō ineptè simulata, ne dicam quòd aliter conuersatus est nobiscum, quātum possibile erat: uelut in rubo ignis, et prius in forma humana. Si autem ideo, ut solueret damnationem peccati, simile simili sanctificans, tanquam carni colligatus, propter condemnationem carnis, & animæ propter animam: ita & menti propter mentem, non solum aberrantē in Adamo, sed prius malè habentem, quemadmodum medici dicere solent in ægritudinibus. quod enim mandatum suscepit, illud & mandatum non seruauit: quod autem non seruauit, illud & transgressionem est ausum: quod autem transgressum est, hoc potissimum salute indigebat: quod autē salute indigebat, hoc & assumptum est. mens igitur assumpta est. hoc iam ostensum est: etiam si haud uelint, geometricis, ut ipsi dicunt, adactionibus & demonstrationibus. tu autem æquè facis, ac si quis oculum hominis aberrantem curet, quum pes ægrotat: aut pictorem non aptè pingentem imitaris. nam quod pictum est, immutas, at pictorem nequaquam emendatum exhibes. Si autem impediti intellectu, ab his fugiunt ad possibilitatem, asserūtq; Deo possibile esse, hominem etiam sine mēte saluare, possibile etiam est sine carne, solo uelle. quemadmodum & alia cuncta operatur, & operatus est incorporaliter. tolle igitur cum mente & carnem, ut uecordia tua planè sit perfecta. Verùm à litera decipiuntur, ac ideo ad carnem procurrunt, scripturæ intellectum ignorantes: quapropter nos quoq; hoc eos docebimus. Quum enim ubiq; in scriptura homo & filius hominis appellatur, quid oportet scientibus dicere? si aūt in hoc fūdamentum ponūt, Verbum caro factū est, & habitauit in nobis, ac propterea ab homine adimunt quod est pulcherrimū, perinde ac ij qui pinguiora auferūt cum pellibus, quo Deum prohibeāt à carne, tempus est ut illis dicatur, Deum solū carnis esse Deū, & non etiam animarum, secundū quod scriptū est, Quēadmodū dedisti ipsi potestatē uniuersæ carnis. &, Ad te omnis caro ueniet. &, Benedicat omnis caro nomen eius sanctū, hoc est omnis homo. nū oportebit patres nostros rursus incorporaliter & inuisibiliter in Aegyptū descendere? ac solā Ioseph animā, à Pharaone ligari, quia scriptū est, In septuaginta quinq; animabus descenderūt in Aegyptū, et ferrū pertransiit animam eius, rem quæ ligari nequit. ignorāt enim qui hæc dicunt, quòd per synecdochē sint prolata, à parte totū ostēdentem: sicuti & pulli coruorū inuocant Deū, quo uolatilis demonstraretur natura. & Pleiadum & Vesperis & Arcturi mentio fit pro omnibus astris, & horū dispensatione. sed nec aliter possibile erat Dei circa nos dilectionem ostēdere, quàm carnis facere mentionē. & quòd propter nos etiā ad id usq; quod deterius est descendit. siquidem carnem anima esse uiliorem, unusquisq; confitebitur prudens. illud igitur, Et uerbum caro factum est, idem mihi posse uidetur, sicut quum dicitur, peccatū eum factum esse, & execrationē, non ideo quòd in hæc trāsmutaretur. quomodo enim? sed ut per hæc ostenderet, quòd iniquitates nostras suscepit, & infirmitates nostras portauit, & hæc sufficiant in præsenti, quoniā manifesta sunt, & multis captu facilia. nō enim quia libros exarare, sed quia deceptionem cohibere uoluimus, hæc scribimus: perfectiorem uerò de his sermonem, si uidetur per diffusiora etiam dabimus. Cæterum nequaq; obmittere decet, id q̄d his est grauius: necesse est ut excindātur ij qui uos perturbant, ac secundum Iudaismum, secundam q; circumcisionem, secunda etiam introducunt sacrificia. Si enim hoc eis concedatur, quid prohibet rursus nasci Christum ob iniquitatē eorum? ac rursus à Iuda tradi, nec non crucifigi, sepeliri, & resurgere, quo cūcta eiusdem impleant consequētia, secundum reuolutionem solarem, quæ hæc circumuertit, eodem motu

Universidad de Deusto
Biblioteca

astrorum. quæ enim responsio hæc est? quædam ex ijs quæ tum acciderũt, euentura, alia autem nequaquam. hoc ostendant sapientes, & qui librorum decertant multitudine. Proinde quũ sermone etiã inflati de nobis circa trinitatẽ mentiantur, quasi nequaquam sanè circa fidem sentiamus: sicq; multos decipiunt, necessarium est & illud cognoscere. Quoniam Apollinarius quidem diuinitatis nomen sancto tradens spiritui, uirtutem diuinitatis haud custodiuit. quum enim ex magno, & maiori, ac maximo trinitatem constare asserit, tanquam ex splẽdore, & radio, & sole, spiritus & filij & patris, scala hęc est diuinitatis, quæ nõ in cœlũ perducit, sed ex cœlo deducit. Nos aũt Deũ cognoscimus, patrẽ, & filiũ, & spiritum sanctũ: & hæc non ut nominationes nudas dignitatum & potentiarũ, secantes æqualitates: sed unicam & eandẽ tanquam appellationem, ita & deitatis naturam & essentiam & potentiam. Si igitur hæc rectè dici censet, accusat autem hæreticorum communionem, ostendat quis hoc faciat ex nostris: & persuadebit nobis, aut resipiscemus. sed ante dijudicationẽ, nec in alia re tutum est quid innouare. Nos igitur de his, tam Deum, quàm homines testamur, & obtestamur: ac ne nunc quidẽ, ut rectè scias, hæc scripsissemus, nisi uideremus ecclesiam dilaniatam & inciam, tam alijs culturis, quàm hoc cõsessu stulticiæ. Si quis autem hæc quæ dicimus & obtestamur, aut propter necessitatem, seu timorem humanum, uel propter pusillanimitatis absurditatem, siue propter pascendi & gubernandi defectum, aut quia ad opiniones peregrinas & innouationes sit inclinatus, nos contemnit, tanquam precij nullius: accurrit autẽ ad talia, ac pulchrũ ecclesiæ corpus conscindit, ipse condemnationẽ suam portabit, quicunq; ille tãdem sit, rationemq; Deo reddet in die iudicij. Si aũt longi sermones, et nouа psalteria, nec non resonantiæ Dauid æquiparatæ, ac carminum gratia tertium esse censetur testamẽtum: nos quoq; psalmos loquemur, & multa scribemus, uersusq; componemus, quoniam & nos spiritum dei habere uidemur: si tamẽ hoc spiritus gratia existit, & non potius innouatio humana. hęc coram multis obtestata esse uolumus, ne conscientiã nostram degrauemus, si malum hoc neglexerimus, & prauum dogma à nostra socordia occasionem & uires sumat.

EPISTOLA SECVNDA AD *Clidonium.*

QVoniã multi reuerentiã tuam adeũt, ac plenariã de fide institutionem quęrunt, per quam amanter à nobis breuẽ quandam definitionem, & nostræ regulã opinionis requisiuisti: propterea tuæ scripsimus reuererentiæ, id quod & ante literas cognoueras: quòd nihil ęque ac fidem Nicenã à sanctis patribus, qui illic ob Arianę hæreseos purgationẽ cõuenerant, honoramus, aut honorare ualemus: sed eiusdẽ fidei sumus, & Deo dante erimus, supplentes id quòd illis de spiritu sancto non plenè dictum est. quoniã quęstio illa nequaquam tum mota fuit, quòd scire oporteat unius deitatis esse patrẽ, & filiũ, & spiritum sanctum, eos qui deum & spiritum cognoscunt. Qui igitur ita sentiũt & docent, ijs communicato: id enim & nos facere solemus. qui uerò aliter habent, ab ijs auerseris, alienosq; existima tam à Deo q̃ ab ecclesia catholica. Quoniam autem de Deo homine facto, seu incarnatione quoq; mouet quęstio. & hanc omnibus ita secundum nos definias, quod filium dei natum ex patre, & postea ex uirgine Maria in unum contrahimus, & non duos filios uocamus, sed unũ & eundem in indiuisibili deitate & honore adoramus: quod si quis his nõ astipulat, uel nunc uel postea, ipse deo rationẽ reddet in die iudicij. Hoc igitur firmamentũ, & oppositio nostra, erga stultã eorũ de mẽte opinionem, breuiter talis est, & ita se habet. ferè enim soli docẽt, & ita sunt affecti, ut stultã mentẽ resecent. Cæterùm ne nos accusent tanquam fidem Vitalij dilecti, quã tu repetis, à beato Damasio episcopo Romano in scriptis

scriptis datam, prius quidem susceperimus, nunc uerò reiecerimus: age breuiter de de his quoq; tractemus. hi enim cum discipulis suis addictis, & mystis, de absconditis theologicum instillant sermonem, quemadmodum & Manichæi ijs quos electos uocant, totum eis morbum reuelantes, uix carnem etiam saluatori tribuunt: quum uerò communibus de incarnatione opinionibus, quas scriptura subministrat, redarguũtur & premũtur, pijs quidem dictis assentiuntur, circa mentem uerò malè sunt affecti, nõ sine anima neq; ratione, uel absq; mente seu imperfectum confitẽtes hominẽ. animam autem & rationem ac mentem deitatem ipsam introducunt, tãquam ipsa sola carni sit admixta: sed non nostræ & humanæ, si & id quod peccato caret, melius q̃ nos erat, & passionũ nostrarũ expurgatio. & ita hoc. quod nos autem Christi mentẽ habeamus, malè & admodum fatuè reprehendunt, mentem diuinitatem Christi dicentes, & non sicut nos accipientes: quoniam ij qui eorũ mentem expurgãt, imitatione mentis illius, quam saluator pro nobis suscepit, & ad ipsum tanquam comprehensibilem dirigunt, illi mentem Christi habere dicũtur: quemadmodũ testimonium præbere possent, quod carnem Christi haberent, qui carnẽ suam refrenarent, ac propterea eiusdem corporis fierent, ac participes Christi: & quemadmodũ tulimus imaginem terrestris, ita (inquit) feremus & imaginem cœlestis. sic autem & perfectis illis, homo, non qui tentatus est per omnia nostra, excepto peccato, sed illud quod ex Deo & carne commixtio esse docetur. hoc enim, inquiũt, quid perfectius? Eandem etiam improbam uocem, de susceptа ingerũt humanitate. nam humanitatem illam nequaquam in homine factam fuisse, quam ipse assumpsit, exponunt. secundum dictum illud, Ipse enim nouerat quid esset in homine. Sed cum hominibus egit & conuersatus est, inquiũt, ac docent: ad illamq; cõfugiũt uocem, Et posthac in terra uisus est, et cum hominibus (dicunt) est conuersatus. & cur quis ultra certaret? quid ea quæ hominum sunt tollunt, & imaginem internè, externum nostrum, per personam nouam & uisibilem expurgant: adeò sibi ipsis repugnantes, ut per carnem aliquando, alia etiam crasse & carnaliter interpretẽtur. Hinc enim secundi eis Iudaismi impetus exordium sumit, nec non mille anni illi, & ementitæ in paradiso deliciæ. Et nos eadem fermè rursus in eisdem resumere asserunt, nonnunquam autem opinionem potius quàm ueritatem carnis introducere: ac si nequaquam nostri instar patiatur, nec ea quę à peccatis sunt libera. ad hocq; Apostoli abutuntur uoce, nequaquam Apostolicè intellecta aut dicta, Saluatorem nostrum in similitudine hominum esse natum, & forma inuentum esse sicut hominem, quasi haudquaquam humana figura in his sit ostensa, sed imaginatio quædam deceptiua & putatiua. Quoniam igitur illæ eædem uoces rectè intellectæ piæ sunt, malè autem expositæ impium quid habent, quid mirum, si nos Vitalij quoq; sermones in magis piam susceperimus partem? quum ita uoluntas nobis persuaderet. Alij autem erga mentem eorum quę scripta sunt efferuntur, quod & mihi Damasus ipse docere, ac unà marcescere, in prioribusq; permanere enarrationibus uidetur: sicq; illos releuare à culpa, & literulam cum fidei inuertere detestatione: obiter tamen ob deceptionem eorum, quã ex simplicitate est passus, indignari. Ob hæc igitur redarguti nequaquam indignentur, sed conuertantur: nec falsè traducantur, sed corripiantur: à ianuisq; deleant magnam illam, & admirandam eorum rectæ opinionis superscriptionem, ac præconium, cum qua confestim ingredientibus cum quæstione ac disceptatione occurrunt, ac dicunt, adorare oportere non hominem diuinitate præditum, sed Deum carne circumseptum. qua re quid fieri posset absurdius? Tametsi noui ueritatis præcones, admodum uerbo illo glorientur. siquidem gratiam quandam habet sophisticam, ob conuersionis dexteritatem, necnon suffragium monstrosum, indoctos oblectantem. Est tamen ridiculis ridiculosius,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac ſtultis ſtultius. ſi quis enim uocem Homo, & uocē Caro, in Deum mutaret, ex quibus hoc quidem nobis placet, illud uerò ipſis: deinde uteretur cōconuerſione hac admiranda, & qua Deus cognoſcitur: quid reſtaret, quàm quod adorare oporteret, nō carnem Deum celantem, ſed Deum hominem ueſtientem. proh abſurditas, ſapientiam cum Chriſto reconditam. & hodie nos irrident, quum potius lachrymari deberent. ſi enim ante hos annos triginta fides incepit, quum quadringenti ferè ſint anni, ex quo manifeſtatus eſt Chriſtus, Euangelium noſtrum in tempore tanto fuit inane. Inanis & fides noſtra, & iſ qui teſtimonium præbuerunt, fruſtra ſunt teſtificati, fruſtra etiam populo præfuere præſules tales ac tanti: gratiaq; eſt menſurarū, & nequaquam fidei. quis autem non eorum oblectaretur doctrina? quum manifeſtè ea quæ Chriſti ſunt diuidunt. Sanè natum eſſe, & tentatum, & eſurijſſe & ſitiuiſſe, laboraſſeq; & dormiuiſſe, humanitati attribuunt: quod autem ab angelis glorificatum eſt, & tentatorem deuicit, & contriuit, ſimul & quod ſuper mari inceſſit, deitati aſcribunt. & hoc quidē, Vbi poſuiſtis Lazarum, noſtrum eſſe dicunt. at clamare illud, Lazare ueni foras, & quatriduanum ſuſcitare mortuum, ſuper nos. & quod decertauit, & cruci eſt affixus, & ſepultus, cooperimenti. ſed illud, Confiſus eſt & reſurrexit, & aſcendit, repoſitionis. deinde nos accuſant, tanquam duas introducamus naturas ſeiunctas & pugnantes, & quę immenſam ac admirandam menſurēt unitatem. decet autem ne ipſi id agant, propter quod nos accuſant, aut non accuſent ob ea quæ ipſi faciunt. nam ſi ſeipſos ſequi uelle deliberarunt, nequaquā ea quę illorum ſunt propria, aduerſariorū eſſe dicāt. ſed talis eſt rationis defectus, ut & cōtra ſeipſum & ueritatē decertet: ac ideo nec ipſi ad ſe ipſos reuertuntur, aut cognoſcunt, uel erubeſcunt. quòd ſi quis putat ſpōte nos hæc utl ſcribere uel dicere, & nō ui adactos, unitatemq; deſtruere, & minimè illā aſſerere, is ſe malè ſentire ſciat, nec rectè de noſtro coniecturare deſiderio, quibus nil pace precioſius eſt, nec fuit, quemadmodum & opera ipſa oſtendunt, tametſi ea quę ipſi contra nos agunt & innouant, concordiā penitus excludant.

DIVI GREGORII NAZIANZENI DE FIDE, *Ruffino Presbytero interprete, tractatus.*

FIdes conſcripta apud Niceam à rectè credentibus epiſcopis trecentis decem & octo. Credimus in unum Deum, patrem omnipotentem, omnium uiſibilium & inuiſibilium factorem: & unum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, filium Dei, natum de patre unicum: hoc eſt de ſubſtantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine: Deum uerum de Deo uero, natum non factum: unius ſubſtantiæ cum patre: quod Græci dicunt ὁμοούσιον, per quem omnia facta ſunt, ſiue quæ in cœlo, ſiue quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus eſt, paſſus eſt, reſurrexit tertia die, aſcendit ad cœlos, inde uenturus iudicare uiuos & mortuos. Et ſpiritum ſanctum. Eos autem qui dicunt, erat quando non erat, & priuſquam naſceretur, non erat: & mutabilem, uel conuertibilem eſſe filium Dei, hos anathematizat catholica & apoſtolica eccleſia. Amen.

Amore catholicæ fidei ductus, iampridem aduerſus Arianos libellum edideram, quem cum amico legendum dediſſem, quia placuit, credidit trāſcribendū. A' quo hoc ego magnopere poſtulaui, ut interim diſſimulato autore, doctis uiris & prudētibus legeret: ut ſi quem mouiſſet, quòd illic plus aut minus poſitum uideretur, poſſet plurimorum conſilio emendari. Nemo eſt enim qui ſibi tam arrogāter ſummam doctrinæ cœleſtis aſſumat, ut putet ſe omnia myſteria liquidò cōprehenſa retinere, cū Paulus Apoſtolus dicat: Qui ergo putat ſe aliquid ſcire, necdū ſcit, quemadmodū oporteat ſcire, & modò per ſpeculum in ænigmate uidemus, tūc facie ad faciē. Sin uerò

cunctis omnia quæ illic ſcripta erant, iuxta fidem ueram cōſtare uiderentur, tum & ipſe petentib. nō negaret. Quod eum ita feciſſe, manifeſtū eſt. Et quia res digna, tam catholicæ confeſsioni, quàm hæreticæ reſponſioni, uniuerſorum iudicio æſtimata eſt, multi eum uel legere, uel deſcribere uoluerūt. Sed non defuit qui uel pro ſtudio doctrinæ, uel pro charitatis officio, ea quę à nobis dicta ſunt, ſcrupuloſius retractaret, & quædam ille uel ſuperflua, uel ambigua diceret, quę aliter poſsint à quibuſdam, quàm à me dicta ſunt accipi. Proinde rurſus ea ipſa planiori ſermone in hoc libello digeſsi, ut & ſimplicitatem ſenſus mei oſtenderem, & ſcrupulū legentibus amputarem. Nam hoc eſt quod aiunt poſſe reprehendi, quod ubi uerbum Dei ex perſona filij poſuimus, tale hoc uerbū intelligere putemus, quale grammatici tradunt, ſpiritu oris aerem offenſum, intelligibilē auditu. Sed nos ſapientiam non huius mundi quæ deſtruitur, ſed illam quę ex Deo eſt, nouimus, quę uerbum Dei Deum eſſe inſinuat, cum dicit: In principio erat uerbū, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Vnde mirari me fateor, hocita ſentiri potuiſſe, quaſi nos perſonam propriam uerbi, quod eſt filius, negaremus, quem tot locis uerum filium, de uero patre natum, nō factum ingeſsimus. Nemo uerbotenus nominat, quem uerè eſſe in perſona ſua ſępius profiteſ. Nam quomodo aut uerū filiū, aut uerum patrem cōfeſsi ſumus, ſi nō uerè proprietatē perſonarū, tam patris quàm filij ſeruauimus? Sed quia unius Dei uocabulū diximus, perſonas negaſſe putamur. Et hinc ueriſimile uiſum eſt, quod poſuimus. Nos patrem & filium ita nominamus, ut unum Deum in his perſonis & nominibus aſsignemus. Porrò iterum pater & filius, etſi duo nomina appellantur, ratione tamen & ſubſtantia unum ſunt. Et cum patrem & filium ſtatuo, unitatem aſsigno generis. Hæc omnia intelligi poſſe, æſtimata ſunt, quaſi iſta uocabula inter patrem & filium ita poſita ſint, ut eſt nomen & cognomen, unius tamen perſonæ, cum ex ſuperioribus aut inferioribus dictis potuerit hæc ſuſpicio nō admitti. Qui enim filium Dei non aliunde natum dixeram, quam propriè de patre, totum de toto, integrum de integro, perfectū de perfecto, conſummatamq; uirtutem, quomodo potui ipſum patrem, ipſum ſibi filium ponere, & hoc modo unam perſonam duobus nominibus appellare? Quippe cum & hanc ſectam, id eſt Sabellianam in eodem libello damnauerim, et perſonarum diſtinctionem, ſecundum uocabulum ſcripſerim. Nam et nemo pro una perſona poteſt, unum ſunt, dicere, uel unitatem generis, niſi perſonis aſsignare. Quis autem catholicorum ignorat patrem uerè eſſe patrem, filium uerè filium, & ſpiritum ſanctū uerè eſſe ſpiritum ſanctū? Sicut ipſe Dominus ad apoſtolos ſuos dicit: Euntes baptizate omnes gentes, in nomine patris & filij & ſpiritusſancti. Hæc eſt perfecta trinitas in unitate conſiſtens, quam ſcilicet unius ſubſtantiæ profitemur. Non enim nos ſecundum corporum conditionem, diuiſionem in Deo facimus: ſed ſecundum diuinæ naturæ potentiam quę in materia non eſt, & nominum perſonas uerè conſtare credimus, et unitatem diuinitatis eſſe teſtamur. Nec extenſionem patris alicuius ex parte (ut quidam putauerunt) Dei filium dicimus: nec uerbum ſine re, uelut ſonum uocis accipimus, ſed tria nomina et tres perſonas, unius eſſe eſſentiæ, unius maieſtatis, atq; potentiæ credimus. Et ideo unum Deum confitemur, quia unitas maieſtatis, plurium uocabulo deos prohibet appellari. Deniq; patrem & filium catholicè nominamus. Duos autem deos dicere, nec poſſumus, nec debemus. Non quòd filius Dei Deus non ſit, imò uerus Deus de Deo uero: ſed quia non aliunde, quàm de ipſo uno patre, Dei filium nouimus, perinde unum Deum dicimus. Hoc enim prophetæ, hoc apoſtoli tradiderūt, hoc ipſe Dominus docuit, cum dicit, Ego & pater unum ſumus. Vnum ad unitatem diuinitatis (ut dixi) refert: Sumus autē, perſonis aſsignat. Sic & Apoſtolus ait, Vnus eſt (inquit) Deus pater, ex quo omnia, & nos in ipſo. Et unus Dominus Ieſus Chriſtus

per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per quem omnia, & nos per ipsum, sed non in omnibus est scientia. Qua de re explanatis his uerbis, quæ scrupulum non mihi qui scio quod dixerim, sed alijs inferebant, puto occasionem malæ interpretationis fuisse sublatam. Nam & professio fidei manifesta est, & persona cum uocabulis constat, & una diuinitas assignata est. Vel si est adhuc aliquid, quod legentibus ambiguum uideatur in uerbis, ad sensus debent uerba conferri. quia non simplitas uerborum, sed mali intellectus obstinatio, culpam olet. At cum sensus noster cum ueritate concordet, & uerba debent cum ratione sinceríssima. Vnde à simplicitate Christiana, Academicus disputator abscedat. Multas quidem & graues hæreses nouimus à plurimis ebullire, & ueneni uice, ad intimum pectus cancri sui uirus infundere. Sed uinci uel facile possunt, uel facile uitari. Quarum prima propositione, omne consilium pectoris proditur. At uerò hi quibus multa nobiscum paria sunt, facilè possunt innoxias mentes, & soli Deo debitas, fraudulẽta societate percutere, dum malorum suorum uirus, per bona nostra defendunt. Nihil enim periculosius his hæreticis esse potest. qui cum integre per omnia decurrant, uno tamen uerbo, ac si ueneni gutta, uerã illam ac simplicem fidem Dominicam, & exinde apostolicæ traditionis inficiunt. Vnde uehementer nobis cauendum est, nec se uel sensibus uel auribus nostris huiusmodi aliquid latẽter insinuet. Quia nihil tam cogit in mortem, quàm sub obtentu fidei integritatem eiusdem fidei uiolare. Vt enim gypsum aqua permixtum, lactis colorem mentitur, ita hic per uerisimilem confessionem, traditio inimica suggeritur. Qua de re, non similitudo confessionis, sed sensus mentis est ponderandus, quia confessio ipsa firmatur. Deniq; si diligentius & accuratius attendatis, cur uoluerunt de euangelica & apostolica fide, ac æquè patrum traditione, unius essentiæ nomen auferri, proculdubio probaris heresim Arianam subtili compendio, breui iam sublato hoc nomine intromissam. Ne hoc quidem ego suspicione aut opinione collectum affirmo, nec (ut ipsi putant) Academicus disputator assisto, ut simplices uerborum subtilitate contorqueam: sed ut cõtortos & prauos, & tenui argumento compositos, in lucem cognitionis exponam, quo facilius possit cognita & comperta iniquitas ab omnibus euitari. Quæ etenim causa, quæ uerò ratio extitit, ut quod docendũ, quod credendum cunctis ecclesijs fuerat traditum, quodq; patres nostri apostolici uiri contra uniuersas hæreses, uel maximè Arianam, quasi quendam obicem ueritatis, quo omnes aditus pestiferæ doctrinæ obstruerent, sancto spiritu mundati, catholica ratione posuerunt, nunc magno nisu ab his qui tunc elogio Arianæ labis addicti sunt, laboretur auferri, nisi ut filium Dei mutabilem & conuertibilem, utpote non de propria patris substantia constitisse confingant. Et qui initium ex tempore, & ortum ex nihilo, & nomen ex altero habere semper docuerunt, propter quod sæpe damnati sunt, nunc iam liberè & securè cũctis ecclesijs tradere & insinuare possint. Videtis ergo omnia eos in tractatu ipsorum, nõ euãgelica fide, sed subdola malignitate ad seducendos simplices quoscp posuisse. Vnde non tam suspectum, quàm manifestum omnibus esse debet, ita eos Deum ex Deo posuisse (ut Arius tradere solebat) ut ex Deo factus sit, nõ de Deo natus. Qui si natus est, unius substantiæ est: Si factus est, filius uerus non est. Et si uerus filius non est, nec etiam uerus Deus est. Aut si uerus Deus est, & de patre non est, duo sunt, habentes singuli & uoluntates proprias & imperia diuersa. Vel si cõcordia tãtum & societate unum sunt, non tamen & substãtia, uerus (ut iam dixi) Deus nõ erit, & sic erit Deus, ut Moyses Pharaoni, potestate, non genere. Filius quoq; ita credẽdus est, ut per Isaiã populo dictum est: Filios generaui, & exaltaui. & alibi, Dij estis. &, Filij altissimi omnes uocamini. Sed & primo genitus ita habebitur, quomodo & Israel à Deo primogenitus filius appellatus est. Necnõ et primogenitus totius creaturę, quasi in ordine factorũ primogenitus habeat, ut ex eo seriẽ quandam creãdis mundi rebus assignent.

De-

Deniq; sublato ὁμοούσιον, id est unius substãtiæ uocabulo similitudinẽ genitoris posuerũt, cum aliud sit similitudo, aliud ueritas. Nam & homo ad imaginem & similitudinẽ Dei factus est: nec tamẽ quod est Deus, hoc etiã homo cõstitisse credendus est. Ita et filiũ Dei, ita Dei similẽ uolunt, ut aliunde simílem, nõ de una ipsa sancta et beata patris substãtia dicũt, qui si de patris substãtia nõ est, ex οὐκ ὄντων est, id est ex nullis extãtibus, ut idẽ Arius dixit. Sublato enim illo quod ex patre est, undecunq; fuerit filius, necesse est ut & initium ex nihilo, & ortũ ex tẽpore habeat. Nihil enim sine initio nisi solus Deus, unde & filius, sicut ipse Dominus ait, Ego & pater unũ sumus. Quod ideo dixit, ut duarũ personarũ uocabula, unius deitatis maiestatisq; demonstraret. Sicuti & propheta ex uoce Dei, Eructauit (inquit) cor meũ uerbum bonum, dico ego opera mea regi. Vides ergo hoc uerbum bonum filiũ Dei esse, quem non aliunde, quàm de paterno pectore, et (ut ita dixerim) de utero cordis Dei credimus extitisse. Et proinde eum regem appellauit, quia ipse est rex regũ, & Dominus dominorũ. Cui & omnia opera diuina subiecta sunt: Omnia (inquit) patris mea sunt. De hoc et Euãgelista, In principio (inquit) erat uerbũ, et uerbũ erat apud Deũ, et Deus erat uerbũ. Omnia per eũ facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Igit̃ q̃d in principio erat, semper fuisse credendũ est. Sed nec aliũde esse q̃ de Deo, q̃d principiũ nõ habet, id est de corde patris: quia eructauit (inquit) cor meũ uerbũ bonũ. Nõ enim dixit, In principio factũ est uerbũ, sed in principio (inquit) erat. Quodcũq; principiũ uerbi assignare uolueris, præiudicatũ habebis: quia in principio, inquit, erat, nõ quod duo principia ex rerũ diuersitate dicamus: sed quia sermo filius semper cũ patre, & de patre natus est, ac perinde cuius origo principium nõ habet, sempiternus cũ patre credẽdus est: quia nec pater potest unq; sine filio nominari, nec filius sine patre uocari. Ac per hoc si semp nõ fuit, uerus Deus esse nõ potest. Sicut in sophiæ nomine, quia secũdũ Apostolũ, ipse est sapiẽtia patris, ego (inquit) ex ore altissimi prodiui. Non ergo aliũde q̃ de patre, quia semper cũ patre. Et ideo sapiẽtia Dei appellat̃, ut nunq; pater sine sapiẽtia, hoc est sine filio suo esse credat̃. Hæc est illa sapiẽtia ineffabilis, quę initio uiarũ Dei apud Salomonẽ, uel cõdita, uel genita, uel creata describit̃. Quã tamẽ sic conditã dicit, ut semper eam cũ Deo fuisse demõstret. Quod enim initiũ Deo dabit, ut initiũ, quod Christus Iesus sapiẽtia patris sit, et nũquam pater sine sapiẽtia sua sit, possit sapiẽtiæ ipsius cõsignare? Nõ enim ita Deus sapientiã suam cõdidit, quasi aliquãdo sine sapiẽtia sua fuerit: sed cum initiũ uiarũ dicat, initiũ motus operis alicuius ostẽdit: ut hoc initiũ habeat sapientia Dei, quod de Deo, pcessit ad creãda omnia, tã cœlestia q̃ terrena, nõ q̃ cœpit esse, ita creata est sapiẽtia, imò genita. Nõ sibi, quia semper erat, sed his quæ ab ea fieri oportebant: ut quia qualis & quanta esset, sciri non poterat, de effectu operum suorum, uirtus eius & potentia nosceretur, ut dum conditorem de conditis æstimamus, tum magis timeamus, cum facta miramur. Hæc est illa (inquã) sapientia Dei quæ dicit, Ego ex ore altissimi prodiui. Vniuersitatis conditrix & effectrix, id est filius Dei, per quem omnia, & in quo omnia. Quia Apostolus dixit, In ipso constituta sunt uniuersa, in cœlis & in terra: uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue uirtutes, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso condita sunt, & ipse est ante omnia, & omnia ipsi constant. Hinc & Salomon, Cum sit (inquit) una, omnia potest, & permanens in se, omnia innouat, & per nationes in animas sanctas se transfert. Quod firmans Apostolus, ait, In interiori homine habitare Christum. Vt per quem à principio omnia facta sunt, per ipsum in fine cuncta saluentur. Si dicis mihi ὁμοούσιος (quod est unius essentię nomen) ob hoc nominari non oportere, quia in scripturis diuinis non contineatur. Quæro autem ô homo, qui hoc prohibes, utrum ideo nominari nõ debeat, quia scriptum non est, an quia credi ita non licet? Quod si ita credendum est, cur non ita profitendum? Corde enim (inquit) Apostolus, creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. Aut si

ideo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ideo nominandum non est, quia nec ita credendum, obtinuit Arianæ labis assertio. Quæ ideo patrem & filium unius essentiæ denegauit, quia filiũ Dei modò ex nihilo, modò ex patre, sed ab alia substãtia, quando uoluit, et quomodo uoluit, & unde uoluit, factum inducit, dummodo aliũde eum, & non de eo, quod pater est extitisse confingat. Quem & si natum dicit, sed hoc dicto tenus, quia rursus omne quod natum est, factum intelligit, eo quòd & nos à Deo geniti appellamur, quos cõstat esse facturam. Vel si Arianus nõ es, uerum filium de uero patre natum, nõ factum, agnoscis, cur nõ eum cum patre unius substantiæ confiteris? Frustra times ò homo profiteri quod credis: aut frustra credis, si ita non profiteris: & meritò hæreticus denotaris. Et quanquam nunc immutaueris dictum, quo putaris prohibuisse Dei filium nuncupari facturam: sed cum subiungis, sicut aliquid horum quod factum est, ex aperto ostendis, non ob hoc facturam dici uoluisse, quasi non debeat factus intelligi, sed non ita factum uis, sicut aliquid horum quod factũ est, sed tamen factum. Aliter enim dicis factum, utpote perfectam creaturam, per quem facta sint omnia, dum modò & ipsum factum intelligas, licet non ita ut cætera. Sed ut ad id reuertar quod dicis in scripturis diuinis, ὁμοούσιον, id est unius essentiæ uocabulum non inueniri. Finge hoc interim, sic sit, ut ubi cunq; substantia legitur res Dei, non Deus accipiatur. Quid quòd & aliud tu quod scriptum non est pariter profiteris, id est Deum ex Deo, & lumẽ ex lumine? Quid ad hæc dicis? Aut totum mecum tene, aut totum omitte. Si unius substantiæ uocabulum ideo times dicere, quia scriptum non est, timere identidem debes, Deum ex Deo, & lumen ex lumine profiteri. Sed ego probo Deum de Deo, lumen de lumine unius substantiæ uocabulum in scripturis dominicis contineri, cum ipse Dei filius, qui Deus est, in Euangelio suo dicat, Ego de Deo patre exiui. Iurè & merito Deum de Deo profitemur: quia de Deo patre filium Dei, Deũ uerum de Deo uero natum esse cognoscimus: sed nõ eo genere, ut nos dij sumus appellati, uel ut Moyses Pharaoni Deus sit dictus: sed quia uerus filius de uero patre natus, non factus est, uerè & confidenter Deus de Deo dicendus est. Sic & lumen de lumine, quod scriptum non est, mecum quidem dicis, sed mecum omnino non sentis. Et quia scriptum est de patre Deo, lux est, & de filio: hoc uerum lumen, quod illuminat omnem hominem uenientem in mundum, & lux lucet in tenebris, id est Christus in seculo, & tenebræ eum non sunt assecutæ. Hi scilicet homines, quorum ignorantiæ tenebris occęcatum cor, Christũ Deum et uerum Dei filium nõ agnouit. Sed ipse Dominus dicit, Ego sum (inquit) lux mundi. Qui me secutus fuerit, in tenebris non ibit, sed habebit lumen uitæ. Ergo quia lumen pater, & lumen filius, rectè lumẽ de lumine credimus. Tu autem non lumen de lumine, sed lumen ex lumine ita asseris, quasi à patre, qui uerum lumen est, aliud lumen sit factum, quod de ipsa patris substantia nõ sit: sed sicut aliud quodlibet lumen, quanquam à Deo sit factũ, longẽ tamen aliud sit ab eo qui fuerit. & ideo lumen ex lumine, non de lumine dicis. Cum ergo hæc quæ prolocutus sum, mecum ita non intelligas, tamẽ ea ipsa quomodocunq; pronuncias, cum scripta non sint, cur non & unius substantiæ uocabulum, quod in scripturis non putas contineri, mecum pariter profiteris? nisi quia tu in illis tuis habuisti, quomodo malignos sensus tuos occulta fraude in utroq; contegeres, ut mecum hoc ipsum sono uocis exprimeres, & tamen longe dicti intelligentiam separares. Sicut & illi hæretici, qui resurrectionem carnis negant, & ad decipiendas animas simplices, Væ dicunt his qui non in carne resurgunt. Sed si discutias eos qui hoc dixerint, cum scias illos carnis resurrectionem omnino negare, dicent tibi: Væ illi utique erit, qui in carne baptizatus non fuerit, ut anima ipsius dum in corpore est, de morte delictorum suorum, & sepulchro criminum, per baptismum in eadem carne resurrectionem negat. Sicut ergo hi uerbo tenus defendunt (nam ipsius carnis salutem excludunt) ita

ita & hi per uerisimilem cõfessionem, innocentiũ mentes occulta fraude seducũt, & ut solet lethale poculum, mellis dulcedine temperatum, suauitate fallente perimere: sic & hoc malum per blandimenta auriũ, audientium sensus quadam labe contaminans, contagione adhærentes inficit. Denicq; & nunc potuissent homousion, sicuti et cętera uerbotenus nominare, si habuissent quomodo illud ad aliam intelligentiam sæuo sensu peruerterent. Sed cum uiderent se in hoc uerbo concludi, nullam omnino mentionem huius rei fieri uoluerunt, ne aut profitendo crederent, aut credentes professi uiderentur, subtili ingenio excusantes, quod aut scriptum non esset, aut Deum in substantia dici nõ oporteret, ne corporeus crederetur. Deus etenim (inquit) efficit ut sit substantia, non tamẽ ut ipse Deus in substantia deputetur. Quippe aiunt, Cum omnis substantia contraria recipiat: Deus uerò, qui nihil diuersum admittere potest, substantia dici non debet. Ignoscerem tibi, si hoc simpliciter diceres: si rationem uelles scire, si rudis ad hanc quæstionem accederes, si non ipse esses qui semper de alia substantia, uel de nullis extantibus Dei filium assereres. At cum idem ipse sis, qui hinc sæpe conuictus, sæpe confessus, sæpe negando, sæpius ut aliter immutando damnatus sis, qui etiam nũc me ambitione & potentia regum exagites, ac turbes omnia, quomodo me putas ignoscere tibi posse, frequentius eadem retractanti? Sed ne uideatur hæc peruersitas præiudicata magis quàm examinata damnari, breuiter tibi de hac oppositione respondeam. Prohibes itaq; in Deo substantiã nominari, quasi omne quod substantia dicitur, res ipsa unius generis habeatur. An ignoras aliter cœlestia, aliter etiam terrena cõstare, sed & in ipsis cœlestibus atq; mundanis rebus magnam differentiam intercesse? Aliter enim angeli, aliter singulæ quæq; uirtutes constitutionum suarum substantias acceperunt, sicuti Apostolus ait: Alia claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarum. Sic & in hoc mundo, ut diuersa genera rerũ, ita & diuersa corpora animalium. Et omnia sui cuiusque generis substantia noscuntur, sicut Apostolus dicit, Non omnis caro una atq; eadẽ caro. Si ergo ea quæ à Deo facta sunt, diuersas qualitates substãtiarum suarum habent, tu putas in Deo talem esse substantiam, qualem habet aliquid horum, quod factum est ut possit cõtraria recipere? Absit. Quæ est enim substãtia Dei, nisi ipsum quod Deus simplex, singulare, purum, nulla concretione permixtum, limpidum, bonum, perfectum, beatum, integrum, sanctum, totum? An tu putas inane aliquid esse & uacuũ quod Deus est? hoc enim dici, blasphemia est, ut inane putetur, per quem cuncta consistunt, qui omnia uerbo edidit, ratione composuit, uirtute perfecit. Cuius nutu & imperio uniuersa geruntur, cuncta deseruiunt: & bene quod de Deo in lege scriptũ est, Ego sum qui sum. &, Qui est, misit me. Et ipse saluator et Dominus, Hæc est (inquit) uita æterna, ut cognoscant te solum uerum Deũ, & quem misisti Iesum Christum. Est ergo in essentia sua Deus, cuius cognitio uita æterna est, qui est tantus, quantus dici non potest: qui tunc dignè æstimatur, cum inæstimabilis dicitur. Est utiq;, uelis ac nolis. Ergo ipsum quod est, hoc erit substantia huius rei, quę esse defenditur. Quod tamen (ut iam dictum est) quantus & qualis sit, nec mente concipi, nec sensu æstimari, nec animo definiri potest, dummodo constet esse quod creditur, ut de eo ipso quod Deus est, inde sit filius, et uerus sit filius, et uerus sit pater in filio, & filius in patre. Hoc erit ὁμοούσιος, hoc est, unius essentię cum patre: sicut ipse Dominus ait, Ego in patre, et pater in me. Ego & pater unum sumus. &, Ego de Deo patre exiui. &, Qui me uidet, uidet & patrem: non immeritò, quia filius Dei de Deo patre natus est, & ideo de unitate substantiæ, & de maiestate diuinitatis unum sunt, sicuti & Ieremias propheta ait: Quis stabit in substantia Domini? Et iterum apud eũdem, Et si stetissent in substantia mea, auertissem eos ab studijs eorum pessimis. & apud Salomonem, Substantia mea, dulcedo mea est. Cum ergo hanc unitatem substantiæ in patre & filio, non solum prophetica, sed euangelica autoritate

Universidad de Deusto
Biblioteca

cognoscas, quomodo dicis in diuinis scripturis ὁμοούσιον non inueniri, quasi aliud sit homousion, quàm quod dicit, Ego de Deo patre exiui. et, Ego et pater unum sumus: uel quod prophetæ ex aperto substantiã dei intimarũt. Hæc est autem omnis ratio in patre & filio, ut unitatem substantiæ credas, licet rem ipsam quæ est inenarrabilis, definire non possis: ut siue lumen de lumine dicas, siue uirtutem de uirtute, siue spiritum de spiritu, siue deum de Deo, quodcunq; de Deo dixeris, unius tamen essentiæ patrem et filium credas, id est, de eo ipso quod pater est, filium natum intelligas. Nam si aliquã comparationem de his rebus quæ uidentur in eo, facias, ipsa dissimilitudine rerum, non rationem ostendis, sed altercationem disputationis inducis. Et quia ex uoce Dei scriptũ est, Cui me cõparabitis? ac perinde Deus, cui assimilari nihil potest, sufficiat credi quod esse sentitur, quia ipse credi se uoluit, non indicari, nec examinari. Deniq; de hoc ipso quod mecum profiteris, si aliquam similitudinẽ uelis in Deo cõferre, nescio an quod cõparaueris, possis expressius definire, ut puta cũ dicit, Lumẽ ex lumine, si ad explanandũ illud scrupulosa narratione cogaris, quero quomodo lumẽ ex lumine credas, utrum quasi lucernam ex lucerna, uel quasi solem ex sole, ut aut duas lucernas, aut duos soles, quasi duos deos sub hoc exemplo inducas, in splendorem luminis eiusdem de lumine, uel claritatem solis de eodem sole fulgentem, de lumine lumina signes, ut in matrice luminis patris figuram assimiles: filium uerò in splendorem eiusdem claritatis ostendas, ut ex eo propheta dixerit: Apud te est fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumẽ. Vel Salomon cum dicit, Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula, Dei maiestatis & imago bonitatis illius. Apostolus hinc prædicauerit, saluatorem nostrum imaginem esse inuisibilis Dei, eo quòd & imago solis lux sua sit, quæ de eodem sole procedit. Sed quanta ad hæc responderi possunt, quæ lites generant, quod Apostolus prohibet, longum est dicere: quippe cum constet lumen illud quod est, æstimari, comprehendi & definiri non posse, nec debere ex his quæ in mundo sunt, maiestati diuinæ aliquid comparari: quia nihil de omnibus istis quæ uidentur aut dicuntur, secundum hoc quod Deus est condigna similitudine æstimari potest, quippe cum ipsis intellectibus & sensibus maior sit. Et ideo præmonui, ut tantum de unitate substantiæ crederes, & uerum filium de uero patre cognosceres: de qualitate autem rei requirere non deberes, quia quale aut quantum sit, scire non potes. Hoc enim prophetæ, hoc apostoli prædicauerunt. denique pro captu, pro uiribus, pro fide intueamur Deus quid sit, & uideamus an ei aliquid possit comparari. Certè hoc est Deus. quod cum dicitur, non potest dici: cum æstimatur, non potest æstimari: cum definitur, ipsa definitione crescit, quia cœlum manu sua cooperuit, pugno omnẽ mundi ambitum concludit: quem omnia nesciunt, & metuendo sciunt. Cuius nomini & uirtuti famulatur hic orbis, & ipsa elementorum sibi succedentium momentanea uicissitudo testatur. Hoc inquis. Vide ergo si potest aliquid esse, cui possit pater & filius comparari, quia talis est filius, qualis & pater. Non enim ipse unum cũ patre se diceret, nisi talem se de patre, qualis est et pater sciret. Ratio quædam quę apud Græcos nuncupatur λόγος, quę inter patrẽ & filium, personas uel uocabula distinguit, quia & ipse filius ratio dicitur. Quæ tamẽ ratio multis nominibus appellatur, modò uerbum, modò uirtus, modò sapientia, modò dextra, modò brachium, modò margarita, modò thesaurus, modò retia, modò aratrum, modo fons, modò petra, modò lapis angularis, modò agnus, modò homo, modò uitulus, modó aquila, modò leo, modò uia & ueritas & uita, cũ sit Deus omnia in omnibus, ut per hęc uocabula diuinarũ dispositionũ mysteria cognoscãtur, non ut ipsa maiestas filij Dei propriè definita monstretur. Hęc est enim filius Dei, eo quòd pater est alius idem, per quẽ facta sunt omnia. Nã ob hoc uerbũ nuncupatur, quia semper in patre, et de patre, et nihil sine eo pater iussit, aut fecit. Virtus dicitur, quia propriè

propriè de Deo est, & omnis potestas patris in ipso consistit. Sapientia appellatur, quia non aliunde quàm de patre ueniens, credentibus arcana cœlestia reserauit. Dextra nuncupatur, quia per eum omnia diuina opera perfecta sunt. Brachium dicitur, quia ab ipso omnia continentur. Margarita appellatur, ut nihil illo pretiosius habeatur. Thesaurus dicit, ut in ipso omnes opes & diuitię regnorũ cœlestiũ reconditę cognoscãtur. Retia dicitur, quia per ipsum, & in ipso de mari seculi diuersa gẽtium multitudo, more piscium per baptismum in ecclesia congregatur, ubi bonorum malorumq; discrimẽ agnoscitur. Aratrum nuncupatur, quia signo crucis eius, dura pectora subiguntur, ut necessariò semini præparentur. Fons aquæ uiuæ appellatur, quia ex eo sapientium corda cœlestis aquæ gratia irrigantur. Petra dicitur, quia credentibus fortitudinem, incredulis duritiam præstat. Lapis angularis dicitur, quia utrosque parietes noui & ueteris testamenti, ipse unus & mediator in semetipso continens cõpulauit. Agnus appellatur, ut innocentia Christi & passio demonstretur. Homo dicitur, quia secundum carnem propter nos homines nasci dignatus est. Vitulus dicitur, quia propter nostram salutem immolari sustinuit. Aquila dicitur, quia post uenerabilem resurrectionem, ut rex alitum ad patris reuolat sedem. Leo est dictus, quia ipse est rex regum, qui mortem ac diabolum uirtutis suæ potestate comminuit. Via est, quia per ipsum ad patrem accessus est. Veritas est, quia mendacium nescit. Vita est, quia dat uitam, & ipsum hæc uniuersa significant. Vides ergo propter hæc uocabula, significationes dispositionum & operum diuinorum præostensas, non tamen ipsum propriè definitum. Est ergo Deus pater, immensus, æternus, incomprehensibilis, inæstimabilis. Est & filius Deus, & Dominus noster, tantus quantus & pater, sed non aliunde quàm de patre. Quia ego (inquit) de Deo patre exiui, hoc est, lumen de lumine. Sed ne ex eo occasionem aliquã hæreticus rapiat, cum duo nomina uel duas personas, id est patris & filij statuo, quasi duos deos, ex diuersitate confingam: nos uerò patrem & filium ita nominamus, ut unum Deum in his personis et nominibus consignemus. Viderint philosophi, uiderint hæretici, discipuli philosophorum, cum dijs & nominibus & cœlis suis, apud quos iste numerus deorum, potestatum diuersitate uariatur, nobis tamen unus est Deus pater, ut Apostolus dixit, ex quo omnia, & nos in ipso: & unus Dominus Iesus Christus, Deus Dei filius, per quem omnia, et nos per ipsum. Nam duo, quid aliud intelliguntur, quàm duorum per partes diuersa substantia, & cum ipsis nominibus dissocia natura agendi ac iuuandi, tam uoluntas quàm imperia diuersa? Porrò pater ac filius, etsi duæ personæ creduntur, ratione tamen & substantia unum sunt. Nam inæqualium societas, melioris offensa est, & iniuria eius qui uerus Deus est, si ei non uerus alius comparatur, Deum cui iniustè comparat, uiolat. Cum autem ego patrem & filium statuo, unitatem generis assigno. Etsi illa in personis diuido, discretio tamen personarum rursus eadem nomina in unitatem sui naturalis fœderis lege consignat. Vnde & tantus est filius, quantus uidebitur pater: totus de toto, integer de integro, perfectus de perfecto, consummataq; uirtute, sicut Apostolus dicit ad Colossenses, In quo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniã in ipso condita sunt uniuersa in cœlis & in terra, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, &c. & Ieremias receptissimus prophetarum hanc unitatem deitatis in patre & filio sciens, ait: Hic est Deus noster, & non reputabitur alius absque illo. Qui inuenit omnem uiam prudentiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto sibi. &, Post hæc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Et hoc ipsum prędicat Isaias, dicens: Hęc dicit Dominus Deus: Fatigata est Aegyptus, & negotiatio Aethiopum, & Sabaim uiri excelsi ad te transient, & tui erunt serui: & post te ambulabunt, uincti compedibus pergent, & in te precabuntur, quoniam in te est Deus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& non est alius præter te. Tu enim es Deus saluator Israel, & nesciebamus. Quod ne putes me eo supercilio dixisse, quo Sabellius, frater, qui ipsum patrem, ipsum filium profitetur, non ita nos totum in unam essentiam cogimus, ut aliorum hæreticorum fraude capiamus: sed quia ipso nomine personarum autoritas indiscreta cognoscitur, & filius non genere, sed persona alter à patre nominatur. Proinde totum patri asscribimus, quod est filij: & totum filio, quod patris est. Nihil enim non uidebitur patris, quod iudicabitur filij: nihil non filij, quod iudicabitur patris. quia unitas maiestatis non sinit Deos plurali uocabulo nuncupari: quippe cum constet patrem & filium; unius esse substantiæ, unde uterque unus Deus est dictus: illud ante cuncta metuentes, ne si pater & filius unum non sunt, in inuidiam recurrat autoris interpolata natiuitas. Hoc enim placuit hæreticis, ut si sit Deus ille omnipotens, inuisibilis, immensus, degeneraretur in filio, non modo potestate, sed & conditione mutata. quasi non potuerit pater de semetipso talem habere filium, qualis ipse est. Et proinde nos filium uerum, de uero patre natum, non factum, unius substantiæ cum patre defendimus. Et hoc est quod Græci homousion appellant, id est, alium ipsum, ut audientia nominum personæ fierent, non ut substantiam uocabula separarent. Sed ut omne mysterium hæresis Arrianæ tradatur, cur noluit filium Dei de patris substantia credi, breuiter intimabo. Aiunt etenim: Cum sit Deus pater omnipotens, inuisibilis, inconuertibilis, perfectus, semper idem, æternus: filius uerò uisibilis, quia sæpe à patribus uisus est: & conuertibilis atque mutabilis, quia uarijs figuris singulis quibusque sese monstrauit. Quia si de patris (inquiunt) substantia esset, fieri posset ut & carnem assumeret, & inuisibilis tamen atque immutabilis cerneretur: sed potius in ea qualitate qua pater est, permansisset, ex cuius substantia erat. Quia quod de patre est, nec uideri, nec mutari, nec conuerti posse credendum est. Accedit ad causam, quia cum illapsus est in Mariam, cum uirginis uterum oppleuit, aliud utiq; ex illa, quàm quod uenerat, natum est. Vnde iam (inquiunt) corrupta substantia, statum uertit, ordinem perdit, cõtinuò immutatione ipsa formatus de Deo in hominem, de spiritu in carnem: & utique translatio omnis, interemptio est pristini. Ac per hoc aiunt, Si filius de patris substantia esset, posset etiam pater minor uideri substantiæ suæ uel translatione, uel fine. Et proinde filium ex alia substantia credere maluerunt, quæ uerti & mutari & uideri posset, quia hæc de patris substantia credi non liceat. Hæc est causa erroris, hæc origo hæresis Arrianæ, dum non intelligunt uirtutem Dei, neque tanti sacramenti dispositionem agnoscunt, ut Deum humanis conditionibus compararent. Quibus primò in loco respondendum est, filium Dei non ita uisum, ut Deus erat, sed ut homo poterat. Deinde in uarijs figuris non mutabilem & conuertibilẽ ipsum, sed esse hoc potentiæ Dei, ut cum se singulis prout uult reuelare dignetur, habitum mutet, non substantiam uertat: nec proprietatem qualitatis amittat, sed iuxta meritum uidentis, temperamentum maiestatis adhibeat: ipse tamen idem ut semper est, in substantiæ suæ proprietate permaneat. sicut scriptum est, Mutabis eos & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Nam etsi multa sunt ex his quæ in hoc mundo uidentur, quę ex alio conuertuntur in aliud, ut desinant esse quod erant, & hoc sint quod retro non fuerant: ut limus, cum in hominem figuratur, limus esse iam desinit: ut lutum figuli cum solidatur in testam, ut lapis cum dissoluitur coctus in calcem, ut arena cum mutatur in uitrum, & cætera, quæ longùm est recensere. Sed multùm interest stulte hæretice, inter ea quæ facta sunt, & eum qui fecit: cum omnia quemadmodum uoluit fecit. Quæ autem facta sunt, ascriptæ conditioni deseruiunt. qui uero fecit, suæ uoluntatis & proprij iuris est: neque potest in aliud quàm est, aliquo cogente mutari: sed prout uult, & cui uult sese demonstrat. Nam si angeli in figura hominum sæpe sunt uisi, & tamen aliud non sunt quàm quod esse

esse norunt: neque substantiam mutant, cum formam humani corporis sumunt, quãto magis ipse Dominus, qui omnia fecit, qui ipsis angelis, ut hoc possint, sua institutione concessit? Huc accedit, quòd filium Dei (ut iam dictum est) ita uisum à patribus approbamus, ut non totum in illo, quod est Deus uideretur: sed ut dispositiones rerum futurarum, quæ suis quibusque temporibus complendę erant, in illo per imaginem cernerentur. Nam quis filium Dei uidere potuit, antequam conspicabilem materiam quæ ei complacuit, assumpsit, uel ipsum hominem induere dignatus est? Qui si Abrahæ uisus est, sed in forma humani corporis uisus est, quòd scilicet postremis temporibus in homine uenturus esset, ostendit. Iacob etiam alibi in angelo, alibi æquè uidetur in homine. Qui ideo se in angelo demonstrauit, ut nuncium se magni consilij indicaret. In homine uerò cum quo colluctatus fuisse describitur, ut imaginem futuræ colluctationis, quam cum Israel habiturus erat, cum secundum hominem aduenisset, perspicuè indicaret. Sed ut Deum crederet, cum quo tanto certamine sub figura hominis luctabatur, Israel, homo uidens Deum, nomen accipit. Vidi enim (inquit) Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Et utique figuram hominis uiderat, quam Deus Dei filius induerat. Moysi in rubo in flamma ignis apparuit, ut lumen credentibus, incredulis iudicium ostenderet: quia Christus credentibus salus est, non credentibus pœna, ut Apostolus dicit. Alijs odor uitæ in uitam, alijs odor mortis in mortem. Populum Israel in columna nubis per diem, & per noctem in columna ignis quasi dux itineris præcedebat, ut baptismi gratiam per nubem, & donum sancti spiritus per ignem ostenderet. Vnde & apostolus Paulus, in nube patres baptizatos scribit. & spiritum sicut ignem esse, apostolorum acta declarant. Vides ergo per omnia signa diuinarum dispositionum in honore Dei patris præostensa, non tamen ipsum Deum, ut est, propriè reuelatum. Denique cum Moyses rogaret, ut faciem Dei purè uideret, quid ad illum continuò dixit Deus? Non enim uidebit homo faciem meam, & uiuet. Hoc ipso quod negatur aspectus, claritas indicatur. Quæ scilicet tanta est, quanta credenda est, quæ inuisibilius indicatur. Cum ergo Moyses, qui scilicet cœli ordines, mundi elementorum uices, totius denique orbis ornamenta digesserit, indicari expresserit, cui ipse Dominus testimonium omnium perhibuit, dicens: Nemo erit ex prophetis ut seruus meus Moyses, cui facie ad faciem, & ore ad os locutus sum: Deum tamen purè uidere non potuit. Meritò quidem prophetiæ omnis dignus, sed non usque adeò, ut intueri Deum posset, qui homo tantummodo esset. Et utique hic omnia filij uerba defendimus, quem in monte Sina cum Moyse locutum esse scimus, qui agendis explendisq; rebus à patre aduenerat. Quia omnia à principio per ipsum ordinari, explicari, & manere conuenerat, ut habendi filij hæc præcipua ratio constaret, & tamen sic eius incarnatio accipiatur, ut alicuius conspicabilis (ut dixi) materię dispositio assumpta uideretur, salua scilicet inuisibilitate eius, quam à conspectu omnium maiestas interfusa sepposuit. Non enim si humanis aspectibus reuelatus est, ut tota in illo deitas appareret. Sed ad uicem speculi, cum conceptos infra lucem suam uultus, quasi ad plenam effigiem hominis includit, ita maiestatis eius præeunte fulgore infra id, uia est, ut imaginem ueritatis, non ipsum Deum propriè demonstraret. Sic & cum hominem induere dignatus est, non labem æternitati intulit, ut spiritus se mutaret in carnem, sed ut susceptio hominis immortalitatem atque æternitatem cœlestis uitæ præstaret. Nam etsi Apostolus semetipsum exinanisse dicit, formam serui susciendo: non utique sic exinanitum accipimus, ut aliud quàm quod fuerat, idem spiritus fieret, sed ut sepposito interim maiestatis suæ honore, humanum corpus indueret: quo suscepto, salus gentium fieret. Vt enim sol cum in nube tegitur, claritas eius comprimitur, non cæcatur: & lumen illud quod toto orbe diffusum, claro splen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dore cuncta perfundit, paruo admodum obstaculo nubis includitur, non aufertur: sic & homo ille, quē Dominus saluatorq; noster (id est, Deus Dei filius) induit, deitatem in illo non intercepit, sed abscondit. Denique cum se in monte paululum extra ipsum hominem extulisset, fulgore luminis eius penè occæcati apostoli sunt. In terram quippe homines ceciderunt, periclitati de uita, nisi eis Dominus compresso rursus maiestatis suæ honore, ut misericors subuenisset, secundum illam sententiam scripturæ diuinæ, dicentis: Deum nemo uidit, & uixit, Vt ergo claritas solis non usque ad nostros emicat uisus, sed sibi salua est, quia quod non uidetur, infirmitatis est nostrę, quorum oculos nubiū texit obscuritas: ita & maiestas illa diuina, quæ (ut dixi) corpus induerat, probat se nō suo detrimēto proprio latuisse fulgore, sed carnis (ut dixi) beneficio, cuius causa filius Dei filius hominis esse sustinuit. Nempe enim de spiritu Dei uirgo concepit: & quod concepit, hoc peperit, id est, Deum, carni & animæ suæ, id est, homini (ut iam dixi) personæ unitate sociatum, sicut ipse ait, Quod nascitur de spiritu, spiritus est: quia spiritus est, ex Deo natus est. Sicuti & angelus ad Mariam uirginem dicit: Spiritus Dei uenìet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Propterea & quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius Dei. Vides ergo ipsum uerbum, ipsum Dei filium uenisse in uirginem, & in Dei & hominis filium processisse, nec tamen ipso indumento carnis Dei filium esse mutatum, sed eundem ipsum esse in homine, qui fuerat ante mundum apud patrem Deus, per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil, sicut euangelista ait, Mundus per eum factus est, & mundus eum non cognouit. Cæterùm amentia est credere, posse ab eo liberari, qui ut liberaretur missus est, ut ad immortalitatem redigeret, qui transit ad mortem, qui ut nasceretur oppressus est. Sed absit hæretice, ut sensus tui iniquitas à catholicis admittatur. Nos enim credimus immutabilem & inconuertibilem, sicut patrem, ita & spiritum sanctum & filium Dei. Qui cum hominem induit, non statum uertit, non ordinem perdidit, non substantiam immutauit, sed indumento eiusdem corporis, æterno claritatis suę lumine illustrato, uirtute ad nos per tramitem corporis eius lux sancti spiritus, & æternę uitę gratia redundauit. Quem etsi passum credimus & sepultum, sed homo ille passus est, quem filius Dei suscepit, quem induit, quem portauit. Sed quia totum ad autorem referebatur, quicquid ille homo patiebatur, ideò mors & passio Domini dicebatur. Est enim in Christo sicut gemina & duplex, diuina scilicet humana'que substantia, ita una eademq; persona. Sed constat immortale esse, quod Dei est: hominis, quod caducum. Tertia quoque die resurrexit, non Deus in homine, sed homo potius in Deo. ascendit in cœlos, obtulit patri suo humanam illam, quam suscepit pro hominum salute, naturam, gratissimum munus. Consedit'que ad dexteram patris, secundum quod scriptum est, Dixit Dominus Domino meo, Sede ad dexteram meam. Misit nobis spiritum sanctum de propria sua, & ex una eadem'que substantia, protectorem, signatorem & ductorem in uitam ęternam, sicut scriptum est ex uoce Dei: Effundam de spiritu meo super seruos meos, & ancillas meas. Et iterum, Spiritus ex me prodiet. Et ipse Dominus saluator'que noster, De meo, inquit, accipiet. Ex eo utique quod est filius, quia & filius de eo quod pater est. Exinde præfinito tempore uenturus, uiuos mortuos'que iudicaturus, ut reddat credentibus prędmia, non credentibus uerò supplicia. Cuius regnum ęternum, immortale, nec initium habet, nec finem. Cuius est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Hæc qui legis, per Deum obsecro, ne simplicitatem sensus in ambiguum torqueas, aut aliàs quàm dicta sunt trahas, quia nos patrē, uerū patrem confitemur & filium Dei: uerum filiū Dei, & spiritū sanctū: uerè spiritum sanctum credimus: tres personas unius substantiæ, & unius diuinitatis confitentes: Sabellij autem & Photini, necnon Arij sectam, & si qua alia sunt, quæ

quæ contra regulam ueritatis ueniunt condemnamus. Nicenæ autem synodi tractatum, omni animi nisu ex tota fide seruantes, amplectimur. Hunc enim tractatum scimus contra omnes hæreses inuicta ueritate oppositum.

DIVI GREGORII, COGNOMENTO THEOLOGI, Episcopi Nazianzeni, de fide Nicena, Russino Presbytero interprete, tractatus.

CRedimus in unum Deum, patrem omnipotentem, & in unigenitum filium eius Iesum Christum, Deum & Dominum saluatorem nostrum, & spiritum sanctum Deum, non tres deos, sed patrem & filium & spiritum sanctum, unum Deum esse confitemur. Non sic unum Deum quasi solitarium, nec eundem qui ipse sibi pater sit, ipse & filius, sed patrem uerum, qui genuit filium uerum, ut est Deus de Deo, lumen de lumine, uita ex uita, perfectum de perfecto, totum à toto, plenum à pleno: non creatum, sed genitum: nō ex nihilo, sed ex patre, unius substantiæ cū patre. Spiritum uerò sanctū, Deum, nō ingenitū neq; genitum: non creatum nec factū, sed patris & filij, semper in patre & filiō coæternū ueneramur. Vnum tamen Deum, quia ex uno patre totum quod patris est, Deus natus est filius, et in patre torū quod ineſt, totò genuit in filium. Pater filium generans, non minuit, nec amisit plenitudinis suæ deitatem. Totum autem quod Deus pater est, id esse & filium ab eo natum certissimè tenentes, cum spiritu sancto unum Deum pijssimè confitemur. Credimus Iesum Christum Dominū nostrum, Dei filium, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlis & in terra, uisibilia & inuisibilia. Propter nostram salutem descendisse de cœlo. Qui nunquam desierit esse in cœlo, & natum de spiritu sancto, ex Maria uirgine. Verbum caro factum, non amisit quod fuerat, sed cœpit esse quod non erat. Non Deum mutatum, sed Deum permanentem, etiam hominem natum non putatiuè, sed uerè: non aereum, sed corporeum, non phantasticum, sed carneum, ossa, sanguinem, sensum & animam habentem. Ita uerum hominem, ut uerum Deum unum eundem'que uerum hominem & uerum Deum intelligimus, ita ut uerum Deum, uerum hominem fuisse, nullo modo ambigamus, confitendum, hunc eundem Dominum nostrum Iesum Christum, adimplesse legē & prophetas, passum sub Pontio Pilato, crucifixum, secundum scripturas tertia die à mortuis resurrexisse, assumptum in cœlos, sedere ad dextram patris. Inde uenturum iudicare uiuos & mortuos. Expectamus in huius morte & sanguine emundatos remissionem peccatorum consecutos: resuscitandos nos ab eo in his corporibus, & in eadem carne quæ nunc sumus, sicut et ipse in eadem carne qua natus & passus & mortuus est, resurrexit, & animas cum hac carne, uel corpora nostra accepturos. Ab eo autē uitam æternam, præmium boni meriti: aut sententiam pro peccatis, æterni supplicij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

GREGORII NAZIANZENI
THEOLOGI EPISTOLAE, VVOLFgango Musculo interprete,
AD NICOBVLVM.

1 ET semper honoris gratia mihi magnũ Basilium præposui, ſi-cet illi contrarium uideatur, & nunc quoq; præpono, non minus ueritatis, quàm amicitiæ gratia. Quapropter præmíſsis illius Epiſtolis, meas ſubijcio. Cupio enim nos ubiq; alterum alteri coniungi, ut ſimul typum quoque alijs modeſtiæ ac ſubmiſsionis exhibeam.

AD EVNDEM.

2 LAconicè ſcribere nõ hoc eſt quod putas, paucas uidelicet ſyllabas ſcribere, ſed de plurimis rebus paucas. Ita ego Homerum quoq; breuiloquum dico, & multiloquum Antimachum. Quomodo? Ex rebus ſcilicet, non literis, prolixitatem iudicans.

CELEVSIO PRINCIPI.

3 QVoniã taciturnitatẽ mihi & agreſtẽ inertiã uitio uertis & opprobras, ô elegãs, & urbane, age fabulã tibi nõ amuſam narrabo, ſi quo pacto queã te ab iſta nugacitate cohibere. Cygnis olim chelidones uitio dabãt & obijciebãt, q̃ nec cũ homnib. cõuerſari, nec muſicã ſuã publicè p̃fiteri uellẽt, ſed circa prata & fluuios agerẽt, ac ſolitudinẽ amarent, deinde pauca q̃dẽ canerẽt: q̃ uerò canerẽt, canerẽt inter ſeipſos, tanq; quos muſicæ ſuæ puderet. Noſtrę uerò ſunt, dicebãt, urbes, homines ac thalami: garrimus cum hominibus, et res noſtras illis narramus. Illę uerò ſunt illę, inquã, antiquę et Atticę, utpote, Pantidon, Athenę, Tereus, Thrace, peregrinatio, luctus, illata iniuria, exciſio linguę, literæ & maximè Itys, & q̃modo ex hominib. mutatę ſimus in aues. Cygni uerò uicíſsim illas uix reſpõſione dignabant̃, odio uidelicet nugacitatis. Poſtq; uerò dignabant̃: Sed nos aiebãt, quorũ gratia quiſq; uel in ſolitudinẽ cõceſſerit, ut muſicã audiat, ſi quãdo Zephyro ſpirãti alas noſtras p̃miſerimus iucundũ quid & concinnũ modulamur: ita, ut etiã ſi nõ multũ, nec in multis canimus, hoc ipſum tamẽ pulcherrimũ eſt, q̃d iuxta mẽſurã in concẽtu philoſophamur, et muſicã noſtrã nulla tumultuatiõe cõfundimus. Vos uerò, licet domeſticas, egrè tolerãt homines, et canẽtes auerſanť, et ualdè meritò. Necq; eñ ſilere poteſtis, etiã ſi linguę excidanť, ſed ipſam uocis priuationẽ, morbũq; ueſtrũ lamẽtaremini, quoniã garrulæ q̃dã eſtis, nec eloquẽtes, nec cõcinnæ. Intellige, inquit Pindarus, q̃d dico: Et ſi inueneris taciturnitatẽ meã loquacitati tuę p̃eſtare, ceſſã ſilentiũ meũ nugis tuis obtũdere: uel certè parœmiã tibi dicã maximè quidẽ breuẽ, ſed maximè quoq; uerã, uidelicet tũ cantaturos cygnos, cũ obmutuerint graculi.

AD NECTARIVM.

4 REs noſtrę utcũq; ſuo more habẽt. Sine bello & negotijs quieti ſumus, ſecurã p̃ ſilentiũ ſenectutẽ prę omnib. cõplexi. Quanq; et miſericordia Dei p̃ imbecillitatẽ quã ſatis magnã perferimus, quietè hanc lucrifacimus. Tu uerò, p̃ſperare ac regna quẽadmodũ diuinus Dauid dicit. Et ſacerdotiũ tuũ ſimul dirigat, qui te iſto honore decorauit Deus, ſacerdotiũ iſtud quãuis calũniam ſuperãs largitus. Vt uerò declaremus qua ſumus mutua p̃diti fiducia, necq; humanũ q̃d patiamur corã Deo agẽtes, ego quidẽ iſta apud te ago & expeto: tu uerò mihi alacriter annue. Pãcratij, qui ueſter ſummè germanus filius eſt, curam agimus, multis de cauſis hoc neceſſariò facientes. Hunc & admittere uelis benignè, et commẽdare amicis, quos ſui ſtudioſiores habet, ut ad deſtinatum ſcopum pertingere queat. Is autem eſt, ut expeditionem aliquam ad quietem inducat, quandoquidem, ut & ipſe noſti, nullum uitæ genus malis hominibus offenſum eſt.

AD EVNDEM.

5 QVid'nam faceres, ſi mihi ipſi coram obeundũ eſſet negotiũ? An non manifeſtum, quod omnẽ diligentiam impenderes, quò moleſtia liberarer? Si quidem quid opus eſt indicijs inſtrui, illis, qui cognitione ſua quę diſcẽda ſunt, præuertunt? Hoc itaq; beneficij nobis & nunc largire per honeſtiſſimam conſobrinam noſtrã, quæ tibi per nos ſuppliciter aduoluit, ueneratus ætatem ſupplicantis, ueneratus mores & pietatem, quam non apud multas mulieres inuenies: ueneratus præterea & tranquillã illam mulieris innocentiam, & quod illi nunc cum domeſticis eſt negotiũ, ante omnia uerò ueneratus et noſtrã obſecrationẽ. Augmentũ erit gratię, ſi petitum beneficiũ cito p̃eſtes. Viduę namq; humanitatẽ iniuſtus etiam ille in euãgelio iudex exhibuit: at poſt diutinam ſupplicationẽ et aſsiduitatẽ. Verum. Sed apud nos ſit celeritas, ne diu curis et moleſtijs, quę ut extraneæ accidere poſſunt, adfligať. Quanquã ſatis ſcio quod illi pietas tua peregrinationẽ iſtam ſit in domeſticã quaſi familiaritatẽ cõmutatura.

AD HELLADIVM.

6 DElectatus ſum literis tuis. Quomodo uerò nihil prę ſe tulerunt, memoriã tibi eſſe mortuorũ? Preſentiũ uerò et ad feſtiuitatẽ conferentiũ potior eſt gratia. Sed tu adhęreto illis, quib. des quę ipſe petas. Precare uerò p̃ nobis. Siquidẽ prodeſt iterũ nos admoneri pariter et admonere feſtiuitatis. Si uerò minus, trãsferri ad ea q̃ futurę ſunt uitę, & uerã feſtiuitatẽ apprehẽdere uel cõtueri, ubi omniũ lætantiũ eſt habitatio. Strophis enim huius uitę exaturati ſumus.

AD EVNDEM.

7 E'Longinquo aſpicere ad ea quæ ſperanť edocti (utar enim tuo proœmio) et de ijs quæ iam adſunt lętamur. Sacrũ enim Paſchatis diem, quem apprehendimus, cœleſtium bonorum myſtagogiam eſſe noui: eo quòd ſit feſtiuitas tranſitoria. Rectè autẽ feciſti, q̃d & ipſe nos per ea quę ſcripta miſiſti, horũ admoniſti. Ego uerò iam pluries iſtam feſtiuitatem paſchatis pertranſiui, & uel hoc ex prolixiore hac uita lucrifeci. Nunc uerò purius paſcha deſidero, ut Aegyptũ iſtã præſentis uitæ moleſtã ac tenebricoſam egreſſus, & à luto latericióque labore cui obſtricti ſumus, liberatus, ad promiſsionis terrã tranſmigrem. Hãc nobis precator, ſi tibi curæ eſt quàm maximo nos afficere beneficio. Tibi uerò ſpe longioris uitæ prędito, contingat cum eccleſia communia feſta celebrare. Si uerò mihi conceſſeritis ſenectutem iſtam cum honeſtate abſoluere, & huic eccleſiæ epiſcopum dederitis, quem deſignabit ſpiritus ſanctus, opus bonum feceritis, et ut ita dicam, paternis benedictionibus dignum.

AD BASILIVM MAGNVM.

8 VT iuſſui tuo obtẽperetur, partim quidem in nobis, partim uerò, et ut puto, plus aliquanto in pietate tua ſitum eſt. In nobis eſt, quod ad animi uotum et alacritatem attinet. Necq; enim unquam conuictum tuum fugimus, ſed ſemper perſequuti ſumus, et nũc amplius deſideramus. In ſanctitate uerò tua eſt, ut quæ nos impediunt, dirigas ac diſponas. Aſsidemus enim dominæ matri, multum iam temporis ex infirmitate laboranti: & niſi cũctaremur illam in ambiguo deſerere, præſentiæ tuæ fructum, quod probè ſcias, non negligere mus. Precibus tantum, matri ad ſanitatem, nobis ad iter obeundum, ſuccurre.

EIDEM.

9 PRomiſsioni quidem, fateor, haud ſteti, ut tecum eſſem, unaq; philoſopharer: conſtanter adhuc amicitiam illam, & cognationem cum Athenis cœptam, tum illic quoq; ſeruatam profeſſus. Non enim habeo quod iſtis familiarius dici poſſet. Peſelli autem non liberè, ſed lege per legem deuicta: lege amicitiæ & mutuæ conſuetudinis ſuperata, per legem quæ præcipit ut parẽtes honoremus. Non tamen omnino fallam, ſi hoc ipſum promiſſum receperis. Partim quidem nos tecum futuri ſumus, partim uerò ipſe nobiſcum eſſe uoles, ut ſint omnia communia, et amicitiam pari utrinq; honore prędítam habeamus. Ita enim futurũ eſt, ut & parentes mœſtitia non afficiã, & copiã tui obtineam.

EIDEM.

10 NOn fero mihi Tiberinam opprobrari, & quæ hic ſunt rupes ac tempeſtates, ô admodũ expers luti, ſublimis incedens, & tabulata pedib. calcans, pennate, excelſe, & cum Abaridis iaculo aera penetrãs, ut cum Cappadox ſis, Cappa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cappadociam fugias. An iniuriam inferimus, quòd uos quidē palleſcitis, atq; ęgrè reſpiratis, ipſumq; ſolem tranſcēditis: nos uerò ſaginamur, ac ſaturamur, et circumſcripti non ſumus? Sed iſta uobis ſunt. Deliciamini uerò et diteſcitis, ac in foro uerſamini. Hoc non laudo. Aut igitur ceſſa lutea nobis exprobrare (neq; enim tu ciuitatem condidiſti, neq; nos tempeſtatē) aut & nos ubi obijciemus pro luteis cauponas, & quęcunq; reliqua ciuitates incommoda ferūt.

AD EVNDEM.

11 TV quidem quę noſtra ſunt, ſalibus impetito et cōuellito. Siue ioco id facias, ſiue ſtudio, nihil iſtud retulerit. Riſu duntaxat et ad ſatietatem uſq; carpe, & amicitia noſtra fruere. Omnia tua nobis ſunt iucunda, qualiacunq; ſint, et quomodocunq; habeāt. Etenim & quæ hic ſunt, mihi cauillari uideris, non ut cauilleris, ſed ut ad teipſum trahas (niſi ego tuorū nihil intelligo) quemadmodū ſolent qui fluenta obturant, ut aliò transferāt. Talia ſunt perpetuò quæ tua ſunt. Ego uerò Pontum tuum, & Ponticā iſtam caliginis procreationem ac ſolam fuga tua dignam, & qui capiti imminent tumulos pariter et feras, fidem noſtrā probantes, ſubiectamq; ſolitudinē celebrabo. Murium cateruam honeſtis nominibus phrontiſteriį, monaſteriį, ac ſcholę ornabo. Syluas illas agreſtiū plantarū, montiumq; profundè præcipitum coronam, qua tamen nō coronamini, ſed concludimini: aerē quoq; temperatū, ac ſolem deſideratum laudabo, quem tāquam per fumū aſpicitis, ô Pontici Cimmerij, ſoleq; priuati, & nō ſemeſtri tantum nocte, quod quidam dicunt, damnati. Sed ne aliquam quidem uitæ partem non umbratilē, unam uerò noctē diutinam per omnem uitam acuerè mortis umbram, ut ex ſcriptura aliquid proferam, habētes. Laudabo etiam actam illam ac ſtrictam uiam, neſcio an ad regnum uel ad infernum ducentem: tui uerò gratia ad regnum ducat. Ipſam in medio planiciem quid uis uocē? An mentiendo uocabo eam ædem, ac fontem in quatuor principia diuiſum, unde & ipſe orbis irrigat? an uocabo eam aridā, ac ſiticuloſam ſolitudinē, quā Moſes quiſq; ex petra per baculū excuſſo fonte mitiorem habitabilemq; fecerit? Nam ubi petras quidē declinauit, ibi mox hiatus: ubi hiatus, ibi ſpineta: ſupra ſpinas uerò præcipitiū: ſupra pręcipitium uia præceps, & utrinq; prærupta, uiatorum mentē cogens, et ad ſolicitam cautionē exercens: Fluuius uerò inferne reſonat. Is tibi pro Amphipolitano Strymone eſt, ac placidus, & non magis piſcibus quàm lapidibus fœcundus, neq; in ſtagnum aliquod refuſus, ſed in profundum uorticem præcipitatus, ô ſublime loquēs, nouorumq; nominum fictor. Eſt enim magnus iſte fluuius & terribilis, & ſupernè pſalmodias reſonās. Hic nullius æſtimantur cataractæ, infernique ſtrepitus, tantū uidelicet ſonitus noctes atq; dies auribus ueſtris ſuggerit. Aſper quidē eſt, ſed tranſitū negans: turbidus quoq;, ſed quem potare nequeas. cui hoc tantum humanitatis eſt, quòd manſiunculā ueſtram hiatibus ac procellis iritatus, non ad ima ſecum deturbat. Iſta igitur nos beatorum inſulis conferimus. Hęc ueſtra ſunt, qui adeò felices eſtis. Tu uerò admirari noli cubitos illos lunares, qui gradus hyporiæ ueſtræ in arctum magis conſtringunt atq; intercludūt, q̄ cōmuniunt: neq; collum illud, quod ſupra uerticem oritur, quod Tantali uobis uiram efficit: neq; delicatā ac mollem auram, telluriſq; exhalationes, quæ uos animo deficiētes recreāt: ſed neq; canētes uolucres, quæ quidem canunt, ſed famem: & circumuolitant, ſed ſolitudinem. Accedit uos nemo, inquis, niſi qui uenationis gratia accedunt. Adde & ut mortuos uos inuiſant. Iſta modū forſan excedunt epiſtolæ, uerùm ad comœdiam haud ſufficiunt. Tu ſi modeſtè pædiam iſtam tuleris, rectè feceris: ſin minus, plura addemus.

AD EVNDEM.

12 QVoniam pædiam modeſtè fert, addemus & ſequentia. Sit autem ex Homero procœmium: Sed age progredere, & internum quoque ornatum cane, habitationem tecto carentem & foribus, focum frigidum & ſine fumo, parietes igne ſiccatos, ne luti ſtillulis conſpergamur, intus Tantalici quidam & condemnati, in medijs undis ſitientes, & ad menſam illam miſeram

ram unde nemo cibatur, licet omniū ciborū genere inſtructa ſit, anhelātes: ad quam ex Cappadocia, non tanquam ad Lotophagorum, ſed uelut ad Alcinoi menſam, recens naufragi & calamitoſi uocati ſumus. Recordor enim panum illorum ac iuſculorum (nam ita nominabantur) quin & ipſi dentes in memoriam redeunt quomodo morſibus illapſi ſtatim emergebant, ſurſumq; ueluti ex cœno quodam retrahebantur. Hæc ipſe ſublimius declamabis, cui ex cognatis affectibus datur magnificè loqui: ex quib. niſi nos uerè magna ac pauperum altrix (matrē tuam dico) tanquā portus quidam tempeſtate iactatis opportunè comparens, liberaſſet, iam olim mortui eſſemus, Ponticæ fidei non tā laudi quàm miſerationi futuri. Quomodo tranſeo hortos illos incultos ad holera minus idoneos, deinde & augeri ſimum, domo expurgatam, quo illos replebamus, quando luto uehendo deputatum plauſtrū, ego inſtar botryunculi, tu audacter iſtis ceruicibus & manibus, quæ laborum adhuc ueſtigia retinent (ô terra, et ſol, uir ac uirtus: declamabo enim parumper) non ut Helleſpontū iungeremus, ſed ut præcipitiū complanaremus. Iſtis ſi nihil grauaris cum dicuntur, omnino neque nos: ſi uerò grauaris, quantū, quæſo, cum fiunt? Nos etiam plura tranſimus, alios reuertiti, quorum multos ab inſtituto forſan repelleremus.

EIDEM.

13 QVæ hactenus de Pontica conuerſatione ſcripſimus, ludicra fuere, non ſeria. Quę uerò iam ſcribo, uehementer ſeria ſunt. Quis mihi dabit, ut priſtinorū dierum afflictionē in quibus tecū iucundiſsimè uixi, uel menſem unū ferre liceat? Quoniā res triſtes, quę ſpōte ferunt, coactis delicijs potiores habent. Quis dabit mihi pſalmodias illas, & uigilias, & ad precādum receſſus, uitamq; iſtam quaſi ſpiritualē & incorporalē? Quis fratrū, qui abſte in pietate inſtituuntur & in ſublime eriguntur, unanimitatem & concordiam? Quis uirtutis certamen & acumen, quod præſcriptis modis ac canonibus ſtabiliebamus? Quis diuinorum oraculorum exercitium, in quę illis cum ſpiritus moderamine inuentam lucem? Aut ut minora & leuiora dicam, quis dabit quotidianas illas ac manuarias operas? Quis lignorum findendorum ac componendorū laborem? Quis latomias? Quis conſitiones & irrigationes plantarum? Quis platanum auream illam & ea quæ Xerxis erat precioſorē, ſub qua ſedebat non rex delicatus, ſed monachus ex labore defatigatus? quam ego plātaui, Appollos, hoc eſt, dignitas tua, rigauit: Deus uerò incrementum honoris noſtri gratia dedit, ut uidelicet ſeruaretur apud uos exercitij & induſtrię noſtrę memoria, quemadmodum in arca uirga illa Aronis quæ floruerat, ſeruata dicitur ac creditur. Iſta optari quidem facile poſſunt, apprehendi uerò non ita facile. Sed tu mihi adeſto, & uirtutē precibus tuis aſpira, ac cooperare, et quem aliquando fructum collegimus, conſerua, ne paulatim umbræ inſtar inclinātę iam die euaneſcamus: quēad admodū ego te ſpiro magis quàm ipſum aerem: & hoc tantum uiuo, quod tecum uiuo, ſiue preſens, ſiue imaginationibus abſens.

AD EVNDEM.

14 QVomodo nobis poſtremo loco ſunt, quę tua ſunt, ô diuinū & ſacrum caput? Quod uerbū dentium tuorū ſeptū tranſiluit? Aut quomodo auſus es hoc dicere? (ut & ipſa modica quadā confidentia utar.) Quomodo animus ad hoc impulit? Aut atramentū ſcripſit? uel charta excepit? ô literarū ſtudia, et Athenę, et uirtututūq; & ſtudiorū labores. (Nam me ſcriptis tuis propè tragœdū facis.) An uel nos uel teipſum non agnoſcis, cum oculus ſis orbis, magnifica uox ac tuba, regiuſq; dicendi ſplendor. Sūntne tua modica Gregorio? Eſt'ne quiſq;, qui aliquid eorū quę in terra ſunt uſpiā ita admiretur, ut te Gregorius? Anni tēpeſtates uere uno, & aſtra ſole uno decorant: cœlū unū complectit omnia: ita uox tua omnes una ſuperat. (Siquidē aliqua mihi eſt talia iudicādi facultas: nec, q̄d nō puto, uis amoris imponit.) Quod ſi hoc accuſas q̄ te nō ſatis ꝓ dignitate admirer, q̄n accuſas uniuerſos

mortales;

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortales? Neq; enim alius quisquam dignè satis admiratus est aut admirabitur, nisi tu tuaq; magniloquētia. (Si quidem fas est, ut seipsum quis laudet, et hoc nobis studiorum ratio permisit.) Si uerò propterea accusamur, quòd te contemnamus, cur non eadem opera insaniæ prius arguimur? Sed id ægrè fers, quod philosophamur? Da ut hoc solum liceat dicere, quod & studijs tuis sublimius est.

AD EVNDEM.

15 LAudo procemium epistolæ tuę. Sed quid tuorum non laudabile? Et tu captus es, quemadmodū & nos circumscripti, postquam ad presbyterij gradum coacti sumus. Quanquam hoc nobis minimè quærebatur. (Sumus enim inuicem alter alteri, fide digni testes, quòd quasi pedestrē & humi repentem philosophiam, amplexi simus. (Verùm satius forsan fuerat istud non fieri. Aut non intelligo quod dico, donec œconomian spiritus cognouero. At cum ita factum sit, ferre necesse est ut mihi quidē apparet, idq; maximè propter præsentem tempestatē, quę multas nobis hęreticorū glossas inducit. Nec pudore suffundenda est uel spes, qui nobis hoc muneris eorum concrediderunt uel ipsa uita nostra.

AD EVNDEM.

16 TEmpus hoc & boni consilij prudentiam exigit, et continētiam, et quisquam nostrûm cupiat uideri animosior, neq; multorum sudorum atq; laborum opus in breui uelle absoluere. Quamobrem ista scio, et unde? Deo dilectissimus Episcopus noster Eusebius (ad hūc enim modum de illo iam & sentiendum) admodū se nobis amicè accommodat, & uelut ferrum igni ista successa temporis emollitur. Et puto literas quoq; illius ad te uenturas, quibus te sit & consolaturus & uocaturus, quemadmodū & mihi significauit, multiq; nobis fidem faciunt, quibus cogitationes illius probè cognitæ sunt. Pręueniemus eū, siue præsentes siue per literas. Imò primò scribemus, deinde pręsentes agemus, ne pudore suffundamur, si tādem uicti fuerimus, cum liceat obtinere ut bene & philosophicè minores habeamus, quod & multi à nobis petunt. Facta est itaque reuera mihi fides, tam huius gratia, quàm propter occasionem temporis: quoniam hęreticorum coniuratio ecclesiam peruagatur: partim eorum qui iam adsunt, & turbas dāt: partim eorum, qui, ut fertur, futuri sunt. Est autem periculū, ne dissipaturi sint sermonem ueritatis nisi uelocissimè excitetur spiritus ille Beseleel sapientis artificis sermonū ac dogmatū. Quod si uidebitur operęprecium, ut ipse adsim, et coràm ista peragā, & simul proficiscar, ne hoc quidem detrectabimus.

AD EVSEBIVM EPISCOPVM CAESARIAE.

17 QVoniam ad uirum loquor, qui & mendacium detestatur, & ad deprehendendum illud in alijs etiamsi astutissimis ac uarijs labyrinthis intricetur, omnium acutissimus est: & præterea neq; ipse artificio delector (dicēdum enim est, etiamsi importunius sit) ita quasi natura comparatus, deinde & per doctrinam formatus hac de causa quæ in mentem absq; ulla præmeditatione ueniunt scribo. Fiduciam hanc meam placidè suscipias, aut certè iniuria me afficies, si libertatem istam ademeris, mœstitiæq; dolorem in meipso uelut morbidū quid supputridum & cacoethes, cōtinere coegeris. Gaudeo quidem quòd abs te honore afficior (homo siquidem sum, ut quidam etiam ante me dixit) & ad concilium synodosq; spiritales uocor: contumeliam uerò honestissimo fratri Basilio illatam, & qua etiamnum à pietate tua afficitur, non fero. Nam illum & uitæ & doctrinę supremæq; philosophiæ socium ab initio elegi, & nunc quoq; habeo: neq; meipsum reprehendo in isto meo de illo iudicio (modestius enim arbitror ad hunc modū loqui, ne dū quæ illius sunt celebro, meipsum laudare uidear.) Tu uerò mihi uideris, dum illum uilipendis, idem facere atq; si quisquam unius uiri, altera quidem manu caput demulceat, altera uerò maxillam feriat, aut si fundamētis domus cōcussis, parietes depingat, & quæ exteriora sunt exornet.

Itaq;

Itaque si mihi quicquam habes fidei, hoc facies. Peto autem ut mihi credas. Iustum est enim. Si illū pro meritis coleris, uicissim & ab ipso coleris. quod uerò nos pusillos, & ad pacem paratiores concernit, id illi coniunctum est uelut corpori umbra. Neq; enim ita misere habemus, ut in reliquis quidem philosophari, & potiorē partem sectari: iuxta uerò id quod in doctrina nostra caput est, uidelicet dilectionē, contemnere uelimus, præsertim erga uirum & sacerdotem, & tantum, quem cùm uita, tum doctrina, canicie quoq;, omnium quos cognouimus optimum esse scimus. Nihil enim ueritatem obscurat, quod molestia afficitur.

AD CESARIENSES VELVT EX PATRIS SVI PERSONA.

SVm quidem exigui momenti pastor, & gregi exiguo præfectus, minimusq; inter ministros spiritus: gratia uero non est in arctum coacta, nec locis circumscripta. Quapropter & pusillis data est loquendi fiducia, præsertim cum & de publicis ac tantis rebus sit habendus sermo, & ijs qui tanta canicie prediti consuluntur, quę fortè quiddam multis alijs prudentius habet. Consulitis non de leuibus aut uulgaribus rebus: sed talibus, quæ si uel bene uel malè habeant, necesse sit et publicum statum uel isto, uel illo modo habere. Est enim nobis sermo de ecclesia, pro qua mortuus est Christus: deq; eo qui illam sit Deo administraturus, & adducturus. Nam corporis quidem lychnus est oculus, quemadmodum audiuimus, non is tantum qui corporaliter uidet, & uidetur: sed & qui spiritaliter considerat, & consideratur: ecclesiæ uerò lychnus est episcopus. quod uobis clarum est, etiamsi nos illud nō scribamus. Necesse est igitur, ut, quemadmodum rectè agitur corpus, si oculus sit purus: & peruerse, si sit impurus: ita cum ecclesiæ præfecto, utroli bet modo disposito, omnino simul uel periclitetur, uel seruetur ecclesia. Igitur cuiuslibet quidem ecclesiæ, tanquam corporis Christi, habēda est ratio, maximè uerò nostræ, quæ propè mater omnium ecclesiarum & fuit ab initio, & nunc quoq; est & nominatur: quam Christiana respublica uelut centrum suum circulus, undique obseruat: non solum propter orthodoxam doctrinam ubiq; ab initio prædicatam: sed & propter conspicuam illam concordiæ gratiam, quam diuinitus accepit. Quoniam igitur nos quoq; ad istam de futuro episcopo consultationem rectè ac canonicè uocastis: detinemur uerò & senectute, & corporis infirmitate, siquidem & nos spiritu corroborati adfuturi sumus (nihil enim incredibile credentibus) id & quibusuis melius, & nobis iucundius erit, ut & uobis nonnihil conferamus, & ipsi benedictionis consortes reddamur. Si uerò superante infirmitate, abesse cogemur, quantum possibile est, absentibus cōferemus. Crediderim quidem & alios esse, qui ut ecclesiæ apud uos præficiantur, digni sint, utpote ex urbe tanta, tam sanctè & à talibus uiris iam inde ab initio instituta: nequeo tamen quenquam eorum qui apud uos suspiciuntur, uni pijssimo filio nostro Basilio presbytero præferre (loquor autem tanquam coram Deo teste) uiro & uita & doctrina syncero, & qui solus omnium maximè, quod ad uterque attinet, presenti tempestati atq; inualescentibus hæreticorum nugis ob sistere poterit. Ista & sacerdotibus scribo et monachis, atq; illis quoq; qui ex ordine sunt magistratus ac senatorio, simulq; populo omni. Quod si hoc complacuerit, sententiaq; mea obtinuerit, quæ ita integrè ac rectè habet, ut coràm Deo prolata, et adsum spiritaliter, atq; adero, imò iam quoq; manum isti negotio bona spiritus fiducia præditus admoui. Si uerò non hoc, sed aliud quid placuerit, iuxtaq; phratria & cognationes decretū fuerit, turbulentaq; iterū manus ac uis quod iustum est peruerterit, facite quod uobis ipsis uisum fuerit: nos quiescemus.

AD EPISCOPOS CESARIAE VELVT EX *persona Patris.*

QVàm iucundi uos, & humani, excellentiq; dilectione prædíti estis? 19
Quocastis nos ad metropolim, super Episcopo creando, ut puto, consul

Universidad de Deusto
Biblioteca

turi. (Istud enim inter uos agi sentio) neq; tamẽ quòd comparendum sit, ne que quid tractandũ, ne tum quidem iudicastis, cum tumultuariè cõpellatis nobis proruistis, tanquam qui nec honorare, nec præsentes nos habere, sed magis negligere decreueritis, ut ne ad inuitos quidem quicquam huius negotij deueniat. Vestrum itaq; institutum tale quidem est, quod & nos feremus contempti: nostrum uerò quomodo habeat, indicabimus. Alij alios designabunt: iuxta suos quisque mores ac quæstum id quod in hususmodi causis plerunque contingere solet. Nos uerò neminem honestissimo filio nostro Basilio sympresbytero præferre possumus. Neq; enim fas esset. Quẽ nanque inueniemus, eorum quos nouimus, uel uita probatiorem, uel doctrina potentiorem, & undiq; ad uirtutis honestatem æquè instructum? Si uerò uiri huius infirmitas prætexitur, non athletam, sed doctorem designaturi estis. Et præterea quoq; possibile est ut infirmos ipse, si qui fuerint tales, & confortet ac corroboret. Si simul sententiam hanc nostram acceptaueritis, adero, & operam meam impendam, siue spiritu, siue corpore. Si uerò causam hanc ex præhabitis conuentis & pactionibus egeritis, futurumq; est ut contra iustum & æquum obtineat seditio, gratum erit quòd contemnimur, atq; tum uestrum sit hoc opus, nostrum uerò sit ut uotis ac precationibus agamus.

AD BASILIVM MAGNVM.

20 EGo te & præceptorem uitæ & dogmatum doctorem, & quicquid bonorum quisquam proferre poterit, æstimaui, & ab initio, & nunc quoque æstimo: & si quis alius tua celebrat, uel mecum hoc facit, uel in eo me sequutus est. Vsque adeò scilicet à pietate tua uincor, atque ita syncerè tuus sum. Neque mirum hoc uideri debet. Vbi nanque plus est conuictus & familiaritatis, ibi plus est & experientiæ: ubi uerò plus est experientiæ, ibi & perfectius testimonium dari potest: & si qua est alia mihi uiuendi utilitas, illam amicitiæ tuæ & conuictui deputo. Sum itaque in istis hunc in modum affectus, & porrò talis ero. Quæ iam uerò scribo, inuitus quidem scribo, attamen scribo. Tu uerò istud in me haud ægreferes, alioqui & ipse admodum egrelaturus sum, si fidem tibi non fecero, quod animo ista beneuolo ad te dico & scribo. Sunt qui nos arguãt quamplurimi, quòd in fide fortes non simus, quotquot scilicet (neque id immeritò) nostra communia nobis faciunt. Et alij impietatem manifestè opprobrant, alij ignauam timiditatem. Impietatem, qui nos nihil rectè dicere credunt: timiditatem uerò, qui fugam ac subtractionem obijciunt. Quæ alij accusent, quid attinet dicere? Quod nuper accidit, narrabo. Conuiuium erat. In illo aderant non pauci ex illustribus uiris, nobisq; amicis. Inter illos uerò aderat & uir quisquam & nomen & habitum religionis indutus. Nondum bibebatur, & sermo iam miscebatur de nobis (id quod in conuiuijs euenire solet) atque fabulæ cuiusdam loco proponebamur. Cum omnes tua admirarentur, nosq; tibi coniungerent, utpote qui eiusdem philosophiæ studio tenearmur, deq; amicitia nostra, & Athenis denique quàm in omnibus unanimes simus & concordes, dicerent: rem malã philosophus ille inferebat. Et quæ nam illa, inquis? Magno & feruenti clamore prorumpens, Heus, aiebat, quàm estis uehementer mendaces & assentatores. In reliquis quidem laudentur isti uiri, si uidetur, neque ipse contradico: quod maximum uerò est, illis non concedo. Quod ad orthodoxiam attinet, uanè laudatur Basilius, uanè & Gregorius. Ille propterea, quòd fidem per ea quæ disputat prodidit: iste, quòd illam simul prodidit, dum illius disputatiões tolerat. unde hoc, aiebam, ô uane, & propter arrogantiam recens quidam Dathan & Abiron? Vnde nobis appares dogmatistes? Quomodo teipsum tantorum uirorum iudicem constituis? Ex Synodo eupsychi, inquit, iam primum eius quod dixisti testis aduenio (atq; id ita uerum erat) ubi Basilium Magnum differentem audiui de patre quidem & filio optimè ac perfectissimè, atq; ita, ut non facile

facilè alius quisquam ad eum modum dicturus sit, spiritũ uerò malè tractantem. Et adiecit similitudinem, perinde, inquit, atque fluuiorum quidam saxa prætercurrentes, fabulosam terram excauant. Quamobrem aiebam, præclare uir? Tu quidem, ad me respiciens, aiebat, apertè iam diuinitatem spiritui adscribis. Et quanam occasione, inquam, hoc dicis uel de me, uel de meis sumpta, ut qui in Synodo magna hominum frequentia referta spiritui diuinitatem differendo tribuerim, postea uerò diuulgatum hoc intra me succinuerim nempe, usquequo sub modio lucernam abscondemus? Tum ille sermonem tuum delineabat, obscurè quidem, et quasi per umbrã: ueritatem uerò non liberè proloquebatur, ciuilius magis quàm religiosius auditorem in uoluens, dicendiq; facultate uersutiam obtegens, quod ego scilicet obscuro loco degens, ac multis incognitus, ita ut non solum quid doceam, sed & an doceam plerosque lateat, sine periculo philosopher: alterius uerò maior sit ratio, utpote celebrioris & apud se, & apud ecclesiam, & quicquid is dicat publice ad populum dicatur: deinde quòd plurima sit ipsius nomine contentio, querentibus hæreticis nudæ uoci ipsius quoque Basilij adhærere: quòd is quidem ex ecclesia sit eiectus, qui solus propè reliqua sit ueritatis scintilla, & uiuida quædam omnium circumquaque residuorum uirtus & facultas: malum uerò in urbe radicetur, unde & quasi ex carcere quodam ecclesiæ in uniuersum orbem excurrat. Melius igitur est, domi ueritatem administrare, dum nubilo isto tempore parum suspicimur, q; manifesta illam & publica prædicatione subuertere. Nobis quidem nihil est etiam ab alijs dictionibus periculi, quibus hoc colligitur & adfertur, quod spiritus Deus agnoscatur. (Non enim in sono uerborum magis, quàm mẽte & sententia, sita est ueritas) ecclesiæ uerò plurimum adfertur detrimenti, quòd per unum uirum propulsatur ueritas. Institutionem meam tanquam uanam, & qua luderentur, non recipiebant qui aderant, sed reclamabant etiam nobis, ut qui timiditatem magis, quàm ueritatis doctrinam, profiteamur. Multo nanque satius nobis quod nostrum est per ueritatem custodire, quàm & illud inutiliter amittere, & alienum non assequi, si ueritatis dispensationem simularemus. Verùm singula quæ & illi dixerint, & ego audiuerim, quam que indignatus sim contrà nitentibus, id que præter mensuram & consuetudinem meam, longum fuerit, si nunc recensere uellem, & fortè non necessarium. Ad finem uerò sermonis, illos quidem ita repuli. Tu uerò, ô diuinum ac sacrum caput, doce nos, quousque progrediundum nobis sit in adscribenda spiritui diuinitate, & quibus utendum uocibus, & quousque ista doctrina sit administranda, ut habeamus ista contra aduersarios. Ego enim si uererer nunc hoc discere, qui & te & quæ tua sunt omnium maximè cognoui, deque illis iam sæpenumero plerophoriam & dedi & accepi, omnium utique essem indoctissimus simul, & miserrimus.

AD EVNDEM.

HOc ipsum scilicet erat, quod quidem alius quisquam prudentiorum suspicatus fuisset: ego uerò uehementer stolidus ac demens, cũ ad te scriberem, nihil sum ueritus. Contristarunt te literæ meæ. At, quemadmodum ego assero, non rectè, neq; iustè: sed admodum uanè, ac frustra. Et mœstitiam dissimulasti quidem: occuluisti autem (quanquam istud sapienter feceris) tristem uultum pudore, quẽadmodum facies larua quadam obtegi solent. Ego uerò si quæ scripsi, dolose et animo maligno scripsi, nõ plus per mœstitiã tuam nocumẽti accipiam, q; per ipsam ueritatẽ. Si uerò animo simplici & ex familiari beneuolentia hoc feci, peccatis meis hanc tristitiam tuam, nõ affectui tuo adscribam. Veruntamen satis fuerat ista corrigere, quàm bene cõsulentibus succensere. Itaq; res tuas ipse curabis, qui & alijs eadem consulere potes. Me uerò paratum, si Deus dederit, ac præsentem unaq; decertãtem & pro uiribus adiuuantem habebis. Quis enim imbecillis erit? quis non fiducialiter aget, sub te & unà tecum de ueritate dicturus ac certaturus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD EVNDEM.

22 NOn cessas maledictis nos impetere, tanquam imperitos, rudes, ad amicitiam ineptos, & ne uita quidem dignos, propterea quòd commemorare ausi simus quæ perpessi sumus. Non enim aliud quicquam est, quo te laudamus (ipse alioqui proferres) neque conscij nobis sumus, quòd te malo siue parum siue multum, affecerimus. Neque nobis ignosceretur. Nisi hoc tantũ cognouimus, quòd seducti sumus, serò quidem ualde, cognouimus tamen, ac sedi episcopali acceptũ ferimus, ut quę te subitò sublimiorem nobis reddiderit. Et iam laboramus ex eo, quòd causa tua nobis opprobrat, illãq; apud eos sustinemus, quibus res nostræ priscæ & iam præsentes notæ sunt. Hoc enim eorum quæ patimur summè ridiculum est, aut maximè miserandum, quòd ijdem & iniuria afficiuntur & culpãtur, id quod iam nobis quoque uisuenit. Culpant quidem alij aliud, & quisque quod libet pro sua sententia, uel iuxta quod nobis irascitur: qui uerò humanissimi sunt, illi obijciũt fastum & contemptum, & quòd posteaquam usui fuimus abijcimur, tanquam ignobilissima quædam uasa, quorum iam nulla est reputatio: aut fulcra illa quibus imponuntur apsides, quæ, posteaquàm illę stabilitæ sunt, tolluntur & contemnuntur. Istos quidem ualere sinemus, & dicere quicquid tandem dicãt. Licentiã istam ac libidinem linguę nemo cohibebit. Et tu mihi mercedẽ obijce, beatas illas ac uanas spes, quas contra maledicos excogitas, quasi mercedis gratia nos uituperent, leues & ad talia paratos. Ego uerò quod sentio aperiam. Nihil autem mihi indignaberis. Dicam enim, quæ & statim citra animi perturbationem breui tum sententia complectebar, non usque adeò uel ira feruidus, uel eo quod factum est perculsus, ut excederit quid senserim, aut ignorem quid dixerim. Neque armaturam mihi comparabo, neque militaria discam, quæ antea cum opportunius esset, propterea quòd passim omnes & armabantur & insaniebant, non didici. Nosti imbecillium ægrotationes. Neque Martium illum Anthimum, quanquam intempestiuum & immaturum bellatorem, nudus, imbellis, & ad uulnera exhibitior sustinebo: sed illum ipse, si ita lubet, impugnato: (Etenim plerunq; fit, ut etiam imbecilles usus reddat bellatores) uel quære eos qui aliquando pugnârunt. Si quando mulos tuos apprehenderit, is qui angusta uiarum obsidet, quemadmodum & Amalech Israelem impediendo faciebat. Nobis uerò pro omnibus detur quies. Quid enim opus fuerit pugnare, propter lactentes adhuc, & auiculas, id' que peregrinas, quasi periculum sit animarum & ipsorum canonum? Quid necesse est etiam illustribus Sasimis priuare metropolim? Aut denudare ac reuelare consilij arcanum, quod erat contegendum? Attamen tu uiriliter agito & confortator, atq; omnia ad opinionem tuam trahito: quemadmodum fluuij ad se recipiunt torrentes, neq; amicitiam, neque consuetudinem honestati ac pietati præferens: neque curans qualis nam ex isto instituto tuo uidearis, sed unius spiritus ductui obsequens. Nos uerò hoc solum ex amicitia tua lucrifacimus, quòd iam amicis fidem non habemus, neque quicquam Deo præferimus.

AD EVNDEM.

23 ARguis nos ocij ac socordię, quòd Sasimorum tuorum præsulatum nõ accepimus, neque episcopaliter permouemur: neque quasi si in medium canum sit proiectus cibus quisquam, alius aduersus alium armamur. Mihi uerò maximum negotium est quieta ista tranquillitas. Et ut aliquid commodorum meorum cognoscas, usque adeò ad ociosam hanc tranquillitatem contendo, quasi omnibus lex quędam de ista magnanimitate lata putetur. Quod si nos nemo non fuisset imitatus, neq; ecclesijs iam ullum esset negotium, neq; fides diuulsa propriarum quibusuis contentionum, quasi quædam armatura existeret.

AD

AD EVNDEM.

QVàm calidum & equestre prosilis in literis? At nihil est, quòd admire 24
mur te, iam nuper celebritatis splendorem adeptum, ostentare nobis uelle quam sis gloriam nactus, ut hoc te pacto grauiorem reddas: quemadmodum solent pictores, qui anni tempestates depingunt. Mihi uerò si res episcoporum narrandæ sint, & quæ continuerit epistola, ob quam indignaris. Vnde cœperimus, quò progressi simus, & in quid desierimus, prolixius uidetur, quàm quod cõpetat epistolæ: & non magis apologiæ, quàm historiæ opus futurum. Vt uerò breuiter declarentur ista, uenit ad nos generosissimus ille Anthimos, quibusdam episcopis concomitatus, siue tanquam parentem meum inuisurus: (nam & hoc præseferebat) siue ut satageret quæ satagebat. Multa uerò de que multis experiundi gratia uenabatur, de parœcijs, de Sasimis paludibus, de nostra electione ac manuum impositione, indulgens, postulans, minitans, in ius uocans, improbans, laudans, ambitus quosdam sibi ipsi circunducens, quasi oporteret nos ipsum suspicere solum. deinde & nouam metropolim obijciebat esse maiorem. Quid urbem nostram, aiebam, circunscribendo coarctas: cum nos illam & ecclesiam, ut reuera est, ecclesiarum ab initio quoque matrem faciamus? Tandem re infecta abiuit, plurimum minarum spirans, & Basilissimum nobis tanquam Philippissimum quendam opprobrans. Num hac in re iniurij tibi uidemur? Non puto. Considera & reliquã epistolæ partem, num quid habeat in quo nos tibi iniurij fuerimus. Conuocationem Synodicam obijciebat ac depingebat nobis. Cum autem ego contradicerem, assererem q; rem istam contumeliosam esse, is secundò petebat, ut ego uos aduocarem de his rebus cõsulturos. Atque istud pollicitus sum, ne quod primum urgebat fieret, totum in uestrum arbitrium collocans, an uelitis ipsos in unũ cogi, idq; ubi, & quando. quod sanè honorantis est, nõ contemnentis. Quoniam uerò neq; hic iniuriam intulimus, dicatur reliquum. Si hoc uobis per me discendum est, ipsam uobis Anthimi epistolam legam, quam cum in lacu esset, nosq; renuisse mus, interminatiq; essemus, ad nos scripsit, uituperans ac maledicens, & uelut epinicion quoddam tanquam uictis occinens. Iam quid rationis habet, quòd cum illi renitar propter uos, uobis displiceo, quasi illi obsequutus sim? At ista oportebat primùm, ô prędare, discere: et postea non uituperare nos, si nihil aliud saltem ut presbyteros: si uerò uehementer ostentabundè & cõtentiose animatus es, atq; gloriose & cum fastu nobiscum disputare uolueris, tanquam metropolitanus micropolitanis, uel extorribus quoque, est & nobis supercilium obijcimus. Est enim hoc cuiuis facillimum, & forsan etiam rationabilius.

AD EVNDEM.

POstquam te sublimi throno impositum cognoui, & spiritus obtinuit, 25
ut lychnus candelabro publicè imponeretur, iam etiam antea non obscurè splendenti, gauisus sum, fateor. Quid autem facturus non eram, cum rempublicam ecclesiæ malè habentem, talem aliquam episcopi electionem efflagitare uiderem? Accurrimus autem non statim, neq; accurremus. Nec tu ipse hoc expetes. Primùm quidem, ut autoritatem tibi conseruem, & ne tui studiosos per insolentiam & temeritatem congregare uidearis, cuius te calumniatores forsan insimularent. Alterum ut mihi ipsi stabilitatem quandam ac uitam ab inuidentia liberam procurem. Quando igitur, inquies forsan, aduenies? & quousq; tergiuersaberis? Donec, scilicet, diuinitus iussus fuero, prętereantq; umbrę eorum qui iam irruunt, inuidiæq; zelo accensi indignantur. Neq; enim obtinebunt amplius, euidenter scio, leprosi illi, qui Dauidem Hierosolymis excludebant.

AD EVNDEM.

AVdio te perturbari propter nouam illam rerum immutationem, nego 26
tiumq; tibi fieri per fraudem ac consuetam curiositatem eorum qui re

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum potiuntur. Nihil est autem quod admirer. Neq; enim ignorabam istam inuidiam: & quòd multi eorũ qui circa te sunt, quæ sua sunt ipsorum, per te curant, ac pusillanimitatis huius scintillam accendunt. Itaq; illud quidẽ non sum ueritus, ne quid alienũ à philosophia, uel quod te aut nobis indignũ sit, in hisce rebus tristibus designares. Sed arbitror me nunc potissimũ Basiliũ meũ cognituru̇m, illumq; quã philosophiã mecum semper amplexus est, declaraturum iam, insultusq; istos uelut altos quosdã fluctus superaturũ, ac reliquis perturbatis immotè prẽstiturũ esse. Si uerò uidẽt, & ipse adero, & cõsilij quicq; fortè communicabo. (Quanquam si pelagus aquam, & tu consultorem desideras.) Omnino autem utilitatem aliquam, & philosophiæ nostræ profectũ præsens accipiã, uidelicet quòd unà tecũ contumelijs afficiar.

AD EVNDEM.

27 NOn admiraberis, si paradoxũ quid, & quod antea nemini dictũ est, dicere uisus fuero. Videris mihi opinionẽ quidem ac nomen habere uiri magnę experientiæ, cautionis, animiq; solidi & cõstantis: attamẽ multa imprudẽtius magis, quàm cautius & deliberare & factitare. Liberũ enim esse à malitiæ studio, & tamẽ ita agere, ut formidãda sit aliorum malitia, ignauius est, q; quod in talẽ uirum cadere debeat. Tale quid & prẽsens hoc factũ est. Vocasti nos ad metropolim, proposita de episcopo eligẽdo consultatione. Et quod decorũ ac fidẽ rei adferebat, uidebaris ægrotare et in extremis esse, cupereq; & uidere nos, & exodia loqui. Non intelligebã cur uocaremur, & quid ei negotio prẽsentes collaturi essemus. Properabã uerò, ob eã rẽ admodũ anxius ac tristis. (Quid enim mihi uita tua sublimius est? Et quid extorri profectione uicissim molestius?) & lacrymarum fontem profundebam, plorabamq;, ac sentiebã tum primùm me haud philosophicè animatum. Ec quid enim eorũ quæ ad funebralẽ luctũ pertinent, non absoluit? Positq; uerò sensi ad urbẽ concurrere episcopos, cohibui impetũ aduolãdi: admiratus uerò sum, primùm an nescires & ipse decorum, cõpluriumq; linguas quas cauere oportebat, quę omnium uelocissimè syncerioribus calumniã struũt. Deinde, an non arbitreris eadẽ et nobis & tibi competere, quibus & uita & doctrinæ studium, atq; omnia communia sunt: ad hũc modum ab initio diuinitus coniunctis. Tertium (dicatur enim & hoc) & si putaueris eos qui religiosiores sunt, ita animatos esse, ut prætendant hic & conijciant, id quod res est, non tamen idem facient, qui potẽtiores sunt, & multitudini familiares. Hac itaque ratione puppim cohibui, atq; moram iam necto. Tibi uerò & ipsi, si uidetur consilium hoc meum approbatum, sit uidelicet, ut turbas illas quæ iam palàm uersantur, prauasq; suspiciones effugiam. Pietatem uerò tuam tunc uidebo, quando & res tuas pacatiores reddideris, opportunumq; erit, ut & plura & grauiora obijciam.

AD SIMPLICIAM HAERETICAM.

28 LAudas sanctũ ac cõmunem patrẽ nostrũ, tanq; fidei sulcimẽ, ueritatis canonẽ, ecclesię characterẽ, canicię prudentia refertã, humanę uitæ ac uirtutis uictorẽ, fidũ ministrũ, sacerdotẽ magnũ, mediatorẽ inter Deũ & hominẽ, & spiritussancti habitaculũ. Hoc quidẽ rectè facis. Nam nullus sermo par est, ad celebrãdũ sanctã illã ac beatã animam: nisi me seducat uis amoris, & pro ratione affectus ex desiderio de uiro hoc iudicat. Illud uerò in te uehemẽter admiratus sum, quomodo illũ quidẽ celebres ut sanctũ, & hactenus, ut par est cohonestes: opus uerò illius dissoluere coneris, quasi profani sint, & uehementer conuicijs digni, qui illic uixerunt, illoq; migrarũt. Siquidem instar proprij mãcipij communẽ pastorẽ tibi ipsi uendicas, & exiguum hoc lucrum persequeris, rem facis admodum magnanimitate tua indignam. Quomodo enim absurdum non est, auro quidem & argẽto colere numen, & ijs rebus quæ in creatura superfluæ sunt & inanes, ubi & magis ostentationi forsan, quàm pietati seruitur: sacerdoti uerò ecclesiam uelle damno effi-

cere, & quod sanctissimum est anathematum deprędari? Si uerò molestè fers, quòd potestate nostra usi sumus, nobilitatem uerò tuam non admonuimus, neq; magnificentiæ locum dedimus: dixeris quidem iustum aliquid, et quod resipiat affectum humanum, attamen humanum. Scito autem tãto maiorem iam esse tibi donandi occasionem, quàm quę tum erat: quãto magnificentius est accipiendi copiam permittere, q; si ipsa dedisses. Et illo modo soli Deo quidem gratificari uisa fuisses: isto uerò & nobis, illius ministris, & adportandum ipsius nomen ex diuina dignatione selectis. Molesta itaq; nec illi sis, nec nobis. Qui enim tyrannidem passus est, nulla in re læsit. Nos uerò, quid mirum, si bonitate tua confisi, deinde simul publico totius regionis decreto fidem habentes, permoti sumus, ut hoc faceremus? Quòd si quidã gratificandi gratia, uel ex dolo istuc decreuerũt, ipsi uiderint, qui & Deo rationem reddẽt. Nostrum enim nõ est hoc cognoscere, neq; omniũ animos penetrando scrutari. Nos uerò quomodo causam hãc neglexissemus? Aut quomodo spreuissemus tantas lacrymas, tãtamq; loci illius solitudinem, usq; adeò desolati, ut nec ministrũ haberet, nec pastorem, nec aliquam spiritalẽmoderationem? Illud autem tibi, idq; cum primis notũ sit, quòd qui tum cõsentiebant, nũc uerò negãt, rem faciũt nec piam, nec ingenuã. Et multo satius fuisset, si tum cõtradixissent, q; quod nunc demũ assentantur: & quod semel statuerũt, rursus demoliũtur: hominesq; metuũt magis, q; Deum uerentur. Hos puta iterum, si rogentur excusandi gratia, pro ipsorum leuitate dicere, quòd metu indignationis tuæ sententiam mutauerint. Et quod multo uerius est, quoniã illis necesse est semper terreri, necesse iuxtà est & falsas ac sophisticas defensiones comminisci. Si uerò ista tibi rectè quidẽ dici uidentur, œconomiæ tamẽ ratio exigitur (nam & hoc audio, in literis siquidem nihil huius postulasti) iustè et humaniter repetatur, & nihil cõqueremur. Neq; enim nobis placet, ut dominorum lædatur mansuetudo & humanitas. quid iam restat? forte ut manus injciantur uiro, & huius gratia mãdetur seruãda publici status tranquillitas: hoc enim quodammodo decẽtius est, quàm criminari. Ad istud uerò apertè & facilè respondero. Nos nec aliũ quenquã eorum qui accusantur, nec etiãsi maximè amicus generosusq; sit, examinatione liberamus. Nihil enim Deo ac canone uenerabilius. Sed si quis habet q̃d accuset, siquidem uoles te præsente unàq; iudicãte fiat: sin minus, uel coràm nobis absente te, examinetur. Quod si insons inuentus fuerit, absoluatur, etiam si seruus sit. Nam idem & seruorũ & dominorum pater est ac Deus: & iustitia nõ secundũ personarũ dignitates decernitur. Si uerò reus quisquã deprehẽsus fuerit, tum scilicet ex proprio peccato condemnabit: atq; ita nec ca non uituperabitur, neq; ignominiam patietur, qui euaserit. (Quod ad nos enim attinet, forsan non admodũ curandũ est, ac nullius momẽti) et ipsa malã effugies suspicionẽ, quasi ista: ꝓpterea quòd erga nos & sanã fidẽ aliena es, machinata sis sophistícè magis q; generosè: & aliud quidẽ iudicaueris, ad alia uerò respexeris, q̃d tibi, cõsulo, accidere ne patiare, tanq; quod nec pium nec decorũ est, neq; uelis nostris contẽptis legib. ad externas cõfugere, neq; nobiscũ cõtẽdere: sed ignoscere, si quid simplicius et apertius, ꝓ libertate gratię egimus: et reputare satius esse bene uinci, q; malè reluctãte spiritu uincere.

EVDOCHIO RHETORI.

29 ROgas ut res nostræ habeant? Vehementer acerbè Basilium nõ habeo: non habeo Cæsariũ fratrem & spiritalem & carnalẽ. Pater meus & mater mea deseruerũt me, ut cum Dauide loquar. Quæ corpus concernunt, malè habent. Senectus super caput meum, curarũ implicationes, incursus negotiorum, fides amicorũ incerta, ecclesia pastoris cura destituta. Pessum eunt quæ bona sunt & honesta, sine pudore uigent quæ mala sunt. Nauigatio est in nocte, fax ad lucendum nulla usquam: Christus dormit. Quid putas accidet? Mors una est, quæ me ab his malis absoluet. Et quę illinc futura sunt, ex præsentibus mihi coniecturam capienti, terribilia sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD EVNDEM.

30 CAesarium nō habeo. Dicam enim, etiamsi philosophica non sit ista affectio. Quæ Cæsarij sunt, amo. Et quicquid uideo quod insigne ac specimen habeat Cęsarij, mox complector & exosculor, & quasi ipsum uidere, coramq; esse ac confabulari uideor. Et tale quid mihi iam in literis tuis accidit. Nam simul atq; inscriptionem epistolæ legi, mox rei suauitas quædam, & nomen illud Philagrion, atq; omnia illa animum meum subierunt, quæ nobis olim iucunda fuere, ipsæ ciuitates, ipsæ conuersationes, ipsa mensa, ipsa paupertas, iucundiq; conuictus, ut inquit Homerus, uel ludicra, uel seria, studiorū labores, communes præceptores, conceptę spei sublimitas, & quicquid dici potest eorum quæ tum bona habebantur, quibus ego præcipuè, etiam recordādo, delector. Vt itaq; adhuc amplius istis tuo beneficio immoremur, excita in nobis illorum historiam, ac largire scribendi occasionem. Nam prorsus neq; hoc nobis leuiculū erit, licet quod maximū esse poterat, conuictum uidelicet nobis abstulerit liuor, erga res nostras acerbè affectus.

AD EVNDEM.

31 QVomodo corpore habes? An epistolę breuitas ostēdit quomodo habeas? De anima, quomodo illa ualeat, non rogabo. Non enim quòd admodum rectè, quādoquidem præclarè in illis quę corpus concernūt, philosopharis, ut qui quod accidit pro uirtutis experimento, nō ipsius materiæ disturbatione habeas, ut beatior sis, dum malè afficeris, quàm alij dum sani sunt. Et in eo quoq; philosophiam abundè satis declaras, quòd talia nobis ac de talibus præcipis quæ etiamsi nos alijs præscribere non dubitemus, iudicium tamen tuum, si debeant experiri, ueremur ut firma sint futura: conabimur tamen non contradicere præcipienti.

GREGORIO NISSENO.

32 AEgrefers istum tuum circuitum, uideriscq; tibi ipsi uagus, instar lignorum, quæ proaquarum impetu feruntur. Nequaquam ò præclare. Non ita habet. Nam sunt quidam qui præter animi sententiam iactantur: tuus uerò iste circuitus secundum Deum est. Et ut multis benefacias, fixum est, non uagum, etiamsi loco non sis affixus. Nisi Solem quis culpare uelit, quòd dum radios suos effundit & uiuificat quæcunq; calore suo penetrat, non certo cœli loco fixus est, sed ambitum illius circumquaq; percurrit: aut stellas fixas ita laudare, ut errantes uituperet, quarum & error cōcinnus est.

AD EVNDEM.

33 NE feras admodum molestè res tristes. Si enim minus tristamur, & illæ minus sunt tristes. Nihil habet periculi quòd hæretici, ut scribis, reflorescunt, & è latebris prorepentes, de uerna temperie præsumunt. Haud diu cantillabūt, certò scio: pòst iterum occultabuntur, & ipsa ueritate & tempore expugnati: idq; hoc amplius, quo magis nos totam causam Deo commiserimus.

AD EVNDEM.

34 DE quibus scripsisti, sic habemus. Neque molestè ferimus despecti, nec lætamur honore affecti. Hoc enim nos quidem digni sumus: illud uerò nostræ competit ambitioni. Precare pro nobis. Breuiloquio ignosce. Nam omnino hæc etiamsi modica, silentio tamen sunt prolixiora.

AD EVNDEM.

35 ETiam hoc uitæ meæ, alioquí satis adflictæ reseruatū erat, ut audirē mortem Basilij, & sanctę illius animę profectionē, qua peregrè à nobis profecta est, ut præsens sit apud Dominū, quā peregrinationē ille per omnem uitam meditatus est. Quin simul & hoc incommodi accedit, ut propter malam & ualde periculosam corporis mei ualetudinem, sanctos cineres complecti, ac tibi, ut decet ac par est philosophanti, adesse, communesq; nostros amicos consolari nequeā. Solitudinem enim istam ecclesiæ uidere, quæ tali iā spoliata gloria, taliq; priuata est corona, nec aspectu, nec auditu, saltem

saltem ijs qui mente prædíti sunt, tolerabile est. Tu uerò mihi uideris, licet multi sint amici, multaq; ab illis consolationis gratia dicantur, à nemine tamen ita consolari atq; à teipso, et illius memoria, qui & ambo reliquis omnibus exemplum facti estis philosophiæ, & quasi perpendiculum quoddam spiritale, tam modestiæ in prosperis, quàm constantiæ in aduersis. Nam hęc duo philosophia nouit, & rebus rectè habentibus modestè uti, & calamitatem honestè ferre. Hæc à nobis ad dignitatē tuam scribuntur. Me uerò, qui ista scribo, quod tempus, aut quis sermo consolabit, nisi ipse coràm sis, nosq; tuo alloquio recrees, quod unum ex omnibus beatus nobis reliquit Basilius, ut in te, tanquam mundo quodam ac dilucido speculo, imaginem ipsius contemplantes, & ipsum nos prętentem habere putemus.

AD EVNDEM.

36 HEu me miserum, quoniam incolatus meus prolongatus est: & quod caput est malorum, in bello ac seditione sumus, & pacem quam à sanctis patribus accepimus, nō seruauimus. Hanc tamen, scio, ipse restaurabis, per potentiam spiritus qui teq; tuaq; gubernat. Nos uerò nemo falso incusset, obsecro, neq; dominos episcopos, quasi nobis inuitis alium declarauerint nostræ ecclesiæ episcopum. Non enim illis ita abiecti reputamur, neq; adeò inimicè erga nos affecti sunt, ut hoc facerent: sed quoniam propter cadaueroſam hanc meam ualetudinem in multis deficio, simulq; molem ecclesiæ ueritus sum, si negligeretur, hanc ipse ab illis gratiam petij, quæ & canonibus non derogat, & nos refocillat, ut ecclesiæ darent pastorem, qui & tuis precibus datus est, uestra pietate dignum, quem & tibi commendo, uidelicet reuerendissimum Eulalium Deo charum episcopum, in cuius etiam manibus utinam expirare detur. Si uerò quisquam est, qui putat non debere uiuente adhuc episcopo, aliū ordinari, sciat hoc nobis superstitib. nihil habere periculi. Omnib. etiā manifestū est, quòd non Nazanzenæ, sed Sasimorum ecclesiæ prefecti sumus: tametsi aliquādiu propter reuerētiā patris, & corū qui hoc suppliciter petebāt, tāq; aduenę gubernationē illius susceperimus.

AD EVNDEM.

37 NAturaliter mihi nonnihil ineſt dexteritatis. (Nam unum quid ex multis & ipse iactabo. Et tamen simul mihi ipsi succenseo, quòd etiam amicis non admodum iucunda cōsulo. Quoniam uerò amici sunt inter se & cognati, quotquot secundum Deum uiuunt, eodemq; incedūt Euangelio: quamobrem non audirent à nobis cum fiducia dici, quæ omnes susurrant? Non laudāt in gloriam istam gloriam tuam, (ut uestromore loquar) nec deceptionem hanc quæ paulatim ad peiora ducit, neq; pessimam dæmonum, quam Euripidis uocant, æmulationem. Quid tibi accidit uirorum sapientissime? Qua nam ratione teipsum condemnando, sacros libros, quos oportebat imbibere, cum illos olim populo prælegeris (neque enim pudet istud audire) proiecisti, uel, ut hyemis tempore clauis naualibus & ligonibus usuuenit, fumo obnoxios reddidisti, acerbos uerò & impotabiles usurpasti, rhetorq; dici magis quàm Christianus uoluisti? Nos uerò Christiani potius, quàm rhetores haberi uolumus. Deo sit omnis gratia. Noli ad hūc modum animatus esse uirorum optime, quemadmodum & olim non admodū hoc morbo laborasti: sed, licet serò, resipisce, & ad te ipsum redi, ac fidelibus quidem, uerùm & Deo, & altaribus ac mysterijs, à quibus abalienatus es, iusta te satisfactione expurga. Nec regeras mihi arguta illa & rhetorica uerba. Quid? An quia rhetoricæ operam dedi, Christianismo excidi? Num cum inter adolescentes uersabar, fidelis non eram? Et fortè Deum testem aduocabis. Nequaquam ô suspiciende, nequaquam, ut par erat, etiamsi ex parte aliquid dederimus. Quomodo uerò nō cogitas lędi alios ex his quę iam facis, qui naturaliter ad hoc malum propendēt, occasionemq; dari cogitādi ac dicendi sit commentū. At est necessitas quædam. Nemo enim sibijpsi tantum uiuit, sed & proximo. nec satis est, si tibi ipsi satisfacias, nisi satisfacias et alijs.

Siue

Siue in publico quenq; percutias, siue in maxillam ipse feriare, uel alium uerberes in theatris, siue parũ honestè luctatus fueris, uel antagonistẽ excesseris, non erit sapiẽtis uiri excusatio, si dixeris animo te fuisse interea modesto ac sobrio. Hæc facile intelliguntur. Itaq; siue institutum uel iam tandem mutaueris, gaudebo, ut Pythagoricorum philosophorum quisquam amici cuiusdam ruinam deplorans dixit, siue non mutaueris, philosophus quidem ille scripsit, mortuus es mihi: ego uerò istud tui gratia nondum dicam. Nam is cum amicus fuisset, factus est inimicus. At amicus cum sim, inquit tragœdia, lugebo tamen (hoc enim modestius fuerit dicere) si neq; ipse quid te deceat, uideris, quod primum munus est eorum qui laudantur: neq; alij bene monenti obsecundaueris, quod alterum est. Tantum habeat parænesis. Tu uerò mihi ignosces amicitiæ gratia lugenti, ac pariter cùm propter te, tum uniuersum sacerdotij ordinẽ, addam & propter omnes Christianos inflammato. Si uerò opus habes, ut pro te precemur aut intercedamus, succurrat infirmitati tuę Deus, qui & mortuos uiuificat.

AD GREGORIVM PRINCIPEM.

NOn laudo Hesiodum, quòd eiusdem artis opifices antitechnos uocauit, dicens, Et figulus figulo, & faber inuidet fabro. Non enim æmulatur magis, quàm adiuuat & cõplectitur, ut ego puto, et tanquã familiarem fouet. Philosophus uerò hoc etiam amplius amplectitur philosophũ, quòd idem illis est sapientię studium. Hoc itaq; & ipse animo erga prudentiam tuam affectus, si ea fuissem corporis ualetudine, ut animi motibus obsequi potuissem, nemo me præcurrendo complexando q;, & prosperum nauis ascensum adprecando præueniisset. Verùm ut solem obscurat obducta nubes, ita me remoratur corporis imbecillitas, & inuida hæc caruncula, quæ mihi carceris loco est. Suscipies ergo loco præsentiæ hanc meam epistolam? Certè suscipies, cum sis prudens, et animo erga nos bẽneuolo, id quod probè scio, nec opus habeo, ut coniecturis ducar. Vt autem intelligas quantum de animi tui probitate præsumã, ecce precator apud te, intercedo pro re nobis admodum necessaria, & per amicitiam tuam abs te quæ amicorum sunt expeto. Nicobulum meum è manu mea dextra tibi cum fratribus cõmendo, non daturum pœnas, sed sumpturum. Cõmendo q; simul & uiduam neglectam illorum matrem, & domum, quæ aliquando splendida fuit & illustris, cum assiduè nobiscum uersaretur Nicobulus, nunc uerò ne lugere quidẽ permittitur ea mala quæ partim acciderũt, partim adhuc expectantur, nisi tibi sistatur, & tuo iudicio aduersus malum dæmona obfirmetur. quo fiet, ut & nos cohonestemur, & humanitatis ratio ac reuerentia habeatur, splendidum q; tibi ipsi tua in nos beneficentia reddas principatum.

ECEBOLIO.

VOciferabor aliquid aduersus meipsum. Sit autem uenia dolenti, si quę dolentis sunt loquutus fuero. O' carunculam prauam & malignã, quibus me malis afficis? quæ mala perpetras? In propinquo uir est, quẽ, etsi procul abesset, persequi necessariò debebã, cùm propter principalẽ uirtutẽ qua præditus est, tũ propter animi placiditatẽ. Tu uero malè uales, & propè immobilis es, ac parũ curas quòd alij bono ísto potiuntur, nos uerò illo priuamur. Huiusmodi sunt quibus meipsum incuso. Quoniã autem satis non est deplorare tantũ quæ patior. sed opus est, ut & aliquo pharmaco medeaṫ uulneri: istud nunc quærentes, hanc ausi sumus ad te dare epistolã, & literis nostram adumbrare præsentiam. Si uerò cupiueris aliquo nos pro beneficentiæ tuæ scaturigine afficere beneficiolo, ecce deferimus ad te, domum miseram & humanitate tua dignam. Viduam uidelicet cum orphanis ex lacrymarum æstu adhuc calentibus sororem dico meam cum ipsius liberis, qui, cum prognati sint patre honesto, & qui plurimum laboris regum gratia pertulerit, in armis non obscurus, sed ualde illustris, deinde & uobis principibus multum seruierit (si de quodam tibi Nicobulo innotuit) extrema nunc

ma nunc periclitantur. Nam post amicorum erogationem, & iurisiurandi sacramenta, quæ in quæstione obtulerunt, iam iterum calumniam conantur inferte orphanis.

OLYMPIO.

ITerum occasio demonstrandæ humanitatis, iterum audax ego, qui tantę rei patrocinium literis concredo. Verùm me tempus quidem alacrẽ reddit: morbus uerò ne progredi quidem permittit. Non enim uel tantum largitur, ut commodè incedam. Quæ est igitur hæc nostra intercessio? Audi me hoc die humaniter. Triste quidem mors est etiam uiri. Quomodo enim triste nõ esset, eum qui hodie est, cras nõ fore, etiam si penes nos nõ moriat? Multo uerò tristius ac grauius est, mori ciuitatem, quam & rex ædificauit, & tẽpus formauit, & qualiscunq; ordo seruauit. Loquor aũt de ciuitate Dio cæsarea, quæ olim ciuitas erat, nunc uerò non est, nisi ipse placidè annuas. Hanc iam per nos pedibus tuis aduolui putato. Loquatur ergo ipsa, & habitu sit amicta lugubri, & tonsa comas, ut fieri solet in tragœdijs, & ad hunc modum opem tuam imploret. Porrige mihi manum humi iacenti, succurre imbecilli, ne differas, neq; disperdas Persarum reliquias. Ciuitates te erigere decet magis quàm laborantes & adflictas subuertere. Esto ciuitatum tutor, aut numerum earum quæ sunt augendo, aut eam quæ iam est conseruando. Ne feras, ut ad tuum usq; principatum sit ciuitas, & post te non sit: neq; committas, ut posteris temporibus detur occasio de tantis malis narrandi, quòd ciuitatem inter reliquas connumeratam acceperis, & locum desolatum relinqueris, ubi olim fuerit ciuitas, quæ non nisi ex collibus, præcipitijs ac syluis cognoscatur. Hæc quidem agat & dicat apud humanitatem tuam simulata ista ciuitas. Nostram uerò parænesim tanquam eam quę amicorum est suscipe. Castigare quidem uoles eos qui aduersus potestatis tuæ mandatum peccarunt. Nam contra hoc nihil præsumimus. Quanquam temeratum esse dicunt non ex communi quadam conspiratione, sed ex incõsiderato quorundam adolescentum motu. Voles uerò simul meritam pœnam maxima ex parte remittere, & maiori uti ratione. Dolore super matre demortua correpti sunt: non potuerunt ferre, ut cum ciues uocentur, sint extorres. Insaniuerunt, contra leges egerunt, de propria desperarunt salute. Amentes eos reddidit quòd in id calamitatis præter opinionem inciderunt. Num huius gratia committẽdum est, ut ne ciuitas quidem sit quæ ciuitas est? Nequaquam ò suspiciende. Ne uelis hoc statuere, sed aliquo dignari honore cùm ciues omnes, tum magistratus ac dignitate claros, qui tibi supplices aduoluũtur. Vniuersos enim ista calamitate pariter tangi putare debes, tametsi propter potestatis tuæ amplitudinem subticeant, & altum ingemiscant. Deinde & nostram caniciem uenerare, quibus graue erit, si cum aliquãdo magnificam habuerimus ciuitatem, nunc ne ciuitatem quidem habituri sumus, & templum hoc quod Deo statuimus, & studiũ hoc pietatis quo in illũ prediti sumus, post tuum principatum futurum est habitaculum bestiarum. Neq; enim hoc graue & horrendum fuerit, si statuæ subuertantur, etiamsi alioqui graue esset. neq; de istis nos loqui putabis, qui eorum quæ sunt potiora curam gerimus, sed ne unà cum illis subuertatur ciuitas antiqua, & quæ splendoris nonnihil adepta erit, si uiuentibus nobis ac uidentibus, abs te honorabimur, & aliquid apud te posse putabimur. Sed tantum hac de re dixerim. Neq; enim, etiamsi plura dixerimus, quicquam adferemus quod cogitationibus ac consilijs tuis præualere possit, quibus tantus gubernatur populus, & gubernarẽtur etiã plures ac maiores, id q; in maiorib. principatibus. Illud uerò necessariũ est insinuare magnanimitati tuæ de ijs qui antea ceciderũt, & prorsus miseri sunt, abiecti, et nullo disturbio illorũ qui deliquerũt cõsortes, quemadmodũ nobis multi eorũ qui tum pręsentes fuerũt, fidẽ huius faciunt. De istis itaq; cõsulta, quid' nã, p fore putes, & de gloria quã hinc feres, & de spe quã illinc cõcipies. Nos uerò in exiliũ migrare iussi feremus quidem

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non sine animi mœstitia, feremus. Quid enim aliud agemus etiam: Si uerò quæ peiora sunt obtinebunt, unum hoc molestè feremus, prioriq; ciuitati illachrymabimur.

AD EVNDEM.

41 NObis princeps es, etiam post principatum. Res enim istas longè aliter iudicamus, quàm pleriq; solēt. Omnem namq; principis uirtutem in teipso comprehensam habes. Multi enim eorum qui ad principatus solium euecti sunt, meo iudicio inferiores sunt, quoscūq; uidelicet exercitus creat, humiles ac seruos subditorum. Rursus multi mihi excelsi sunt ac sublimes, etiamsi inferiora teneant, utpote quoscunq; euehit ipsa uirtus, & dignos reddit, qui maioribus principatibus præficiantur. Sed quid horū mihi bono cedit? Non est nobiscum amplius magnus Olympius, nec rerum nostrarum gubernacula possidet. Actum de nobis est, proditi sumus. Iterum posterior Cappadocia facti sumus, quam tu primam effeceras. Quæ aliorum sunt, quid attinet dicere? Gregorij tui senectutem quis fouebit? Quis imbecillitatem ipsius curabit, maioriq; honore afficiet eum qui multis humanitatis tuæ beneficentiam intercedendo impetrauit? Vos itaque nunc uestrum quidē iter discessuri præstantiore comitatu ac pompa alacriore ingredimini, quamplurimo nobis relicto fletu. Abitis autem multa à nobis diuitiarū copia cumulati, & qualem non multi principum asportarunt, bonam scilicet nominis existimationem ac gloriam referentes, & quod omnium mētibus insculpti estis, tanquam quibusdam columnis ac statuis, haud citò mouendis. Si uerò nobis denuò cum maiore ac illustriore principatu præficiendi estis (hoc enim animi nostri desiderium futurum uaticinatur) perfectioribus Deo sacrificijs prorsus gratias agemus.

AD PROCOPIVM.

42 ITa quidem animatus sum (si quod uerum est scribere oportet) ut quodcunq; episcoporum concilium fugiam, propterea quòd hactenus nullius omnino synodi finem aliqua utilitate præditum, & unde res malè habentes non magis exacerbatæ quàm curatæ lint, uidere licuit. Ea enim illis est libido contendendi, & ambitio dominandi (at ne putes ista me odiose ad hunc modum & importunè scribere) suntq; ita dispurādo insuperabiles, ut si iudicio quisquam cum illis uelit agere, citius alterius cuiusdam malitiæ reus agatur, quàm quæ illorum est euincat ac diluat. Quapropter meipsum cohibui, inq; sola precum securitate & communitione tranquillum ac quietum fore putaui. Nunc uerò & corporis infirmitatem habeo, quæ iudicio mentis præiudicat. Nam perpetuò in extremis ferè ago, mihiq; ipsi nulla in re usui esse possum. Quocirca ignoscat mihi tua prudentia. Persuadeatur autem per te & pijssimus Rex, ne socordiæ nos cōdemnare, sed imbecillitari ignoscere uelit, cuius gratia se, rogantibus nobis istum secessum, pro alio quod offerebat beneficio, concessisse meminit.

AD ANYSIVM.

43 VT res nostræ habeant, rogas. Ex historia quadam respondemus. Legationem Athenienses ad Lacedæmonios, cum illi imperio potirentur, mississe dicuntur. Erat autem petitio, ut humanitate ipsorum in re quapiam uti liceret. Legati uerò domum reuersi, cum rogarentur, Quomodo in nos affecti sunt Lacedæmonij? respondisse feruntur, ut in seruos quidem, ualde benignè: ut in liberos uerò, admodum contumelioſe. Hoc & ipse nunc scribere possum. Agimus enim humanius quidem quàm quod deploratis: rursus uerò molestius, quàm quod cōueniat ijs qui Deo sunt curæ. Etiamnum enim nos & morbus cōtristat, et qui nos adfligunt amici nihil dolent, etiam ubi pro uiribus nocuerunt. At precare Deum, ut nobis sit beneuolus, largiaturq; è duobus alterutrum: uel ut molestias istas prorsus effugiamus, uel ut illas constanter toleremus. Etenim & hoc abundè satis ipsam imminuet calamitatem.

Ad

AD EVNDEM.

SEntio de quibus me incuses, etiamsi taceas. Dices fortè nuptias celebra- 44
uimus, idq; aureæ ac tuæ Olympiadis, & adfuit episcoporum cœtus. tu uerò cum sis gentilis, uel ex contemptu, uel ex torpore nobis defuisti. Ex neutro, ò suspiciende. Sed quoniam putaui fieri non posse, ut qui uiuo miserè ac tragicè, panegyrica celebrarem hilariter ac comicè. Et simul omnino intempestiuū, et præter decorum nuptiarū fore ratus sum, si duo podalgi inter saltantiū choreas ridiculè circumagerentur (ut & pro more nuptiarū nō nihil tecū ludam.) Alioqui quod ad uoluntatē attinet, & adsum, & nuptias unà celebro, adolescentiūq; dexteras & mutuo inter ipsos & utrasq; dexterę Dei cōmitto. Decet enim, ut quēadmodū omne reliquū bonū, ita et coniugiū tibi, cum omnium optimo, & iuxta cōmunes nostras preces, ineatur.

AD EVNDEM.

ECce iam alter tibi quoq; gener accedit, & molestiam rei suauitas amoli 45
tur. Bene facis. Nos uerò segnes, ut ipse sanè dices, ut aiunt, prouerbij ueritas habet, infirmi segnes non sunt. Attamen rectè nobis habent quę ex Deo sunt. Negotia nanq; illa tumultuaria alijs permittemus: nos uerò philosophiæ fructum capiemus. Quoniam autem Deum metuis, & ipse planè ex eorum es numero qui è supernis sunt, nulli uinculo obnoxius: & nos iam iterum ad nuptias tuas, siquidem id muneris cōtribuendum est, quod nobis optimum uidetur & honestissimum, preces nostras conferimus.

AD AMPHILOCHIVM.

PAnes quidē abs te non peteremus, quoniam nec aquā ab illis qui Ostra 46
cinam inhabitant. Holera uerò si petamus à uiro Ozizaleno, cum illorum uobis sit copia, nobis uerò multa raritas, nihil est quod mireris, neque præter consuetudinem uideri debet. Dignare itaq; holera nobis & plurima & optima mittere, uel certè quantum poteris. Quandoquidem pauperibus & modica magni æstimantur. Habebimus enim apud nos magnum Basilium, cuius ut saturi philosophiam expertus es, ita esurientis ac molesti experiri nolis.

AD EVNDEM.

QVam parcè ueniunt ad nos holera uestra? Quid enim misistis aliud 47
præter chrysolachana? cum sit uobis illic omnis abundantia, horti, fluuij, agri, & paradisi. Et ipsa uestra regio holerifera est, ut aliorum aurifera. Et foliis leimonijs uescimini, & alimonia uobis est, fabulosa illa felicitas. Et panis? Ille dicitur panis angelorum, ita iucundus pariter, & qui tamen gustari nequeat. Aut igitur tradite nobis ex holeribus uestris abundantius ac largius: aut aliud quidem nihil comminabimur, frumentum uerò cohibebimus, sciemusq;, an reuera ex solo rore uiuant cicadæ.

BOSPORIO COLONIAE.

PVtabam quidem à uobis & de præteritis mihi deberi apologiam, ita 48
sum imperitus ac ineptus. Quoniam uerò nō cessatis molesti nobis esse, sed perpetuò priora etiam superare contenditis, & cōtumelijs contumelias, quas quotidie nouas excogitatis, adiungitis (ob quam causam, ignoro: siue id odio nostri faciatis, siue ut alijs per nostrā ignominiā gratificemini, ista nos Deo cognoscenda & iudicanda permittemus, quem nihil eorū quę fiunt latet (quod diuina scriptura testatur) etiamsi ueritatis faciē, ut multis honesti uideamur, obscurauerimus) uestræ pietati nunciamus, quòd uicti sumus, & ecclesiæ pro uiribus cōsulere, si Deus dederit, non grauabimur, quandoquidem hoc contenditis. Et maximè ipso nos tempore urgente, propter imminentem aduersariorum incursum, qui futurus, ut ipse scribis, expectat. sed humile corpus hoc Deo accōmodabimus, donec illud durabit, nosq; aliqd roboris habebimus, ut neq; nos hac laboremus molestia, ut à uobis cōdēnemur, & ab uniuerso clero incusemur, qui nos omnigenis querelis adobrutos proterit, quòd & ecclesiam uideamus neglectā, & multos

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse qui illã proscindant, quasi quę ecclesiæ necessitas exigit, cõtemnamus: neq; uos prolixius laboretis, nos ignominia afficiendo. Et hoc faciemus ut stris adiuti precibus, siquidẽ ipse ecclesię gubernationẽ suscipere detrectas, ut & ipse asseris, & res ipsa declarat. Satius enim est, illis immori curis, quàm istis, cũ omnino necesse sit ut miserè agamus, ita res nostras Deo disponẽte.

AD EVNDEM.

49 IAm secundò à uobis supplantatus sum ac seductus. (Nosti quid dicam) Quòd si hoc meritò facitis, odoretur Dominus odorem bonæ uestræ fragrantiæ: si uerò iniustè, ignoscat Dominus. Ita enim consentaneũ est ut de nobis loquar: quandoquidem præceptũ nobis est, ut iniuria adfecti, patientes simus. Veruntamen, quemadmodum uos uestræ sententiæ potestatem habetis, ita & ego meæ. Iam nõ amplius grauis uobis erit molestus ille Gregorius. Secedam ad Deum, qui solus syncerus est, et fraudis expers. Cohibebo meipsum. Ista meipsum admonui. Bis enim ad eundem offendere lapidem, brutis duntaxat animantibus parœmia tribuit.

CAESARIO FRATRI.

50 NEq; terrores inutiles sunt ijs qui sano sunt iudicio: imò, ut ego sentio, uehementer etiã utiles ac salutares. Licet enim illos deprecemur, perterriti tamẽ erudimur. Anima nãq; adflicta, Deo uicina est (inqt Apostolus Petrus, ubi hac de re præclarissimè disserit) et quisq; periculũ euasit, familiarius ei adhęret, per quẽ seruatus est. Ne sit igit̃ molestũ q; aliquãdo adflictionis participes fuimus: sed gratias agamus, quòd euasimus: neq; alij apparea mus corã Deo tempore periculoso, & alij post pericula. Sed uelimus, siue extorres simus, siue priuatè siue publicè agamus (sic eñ dicendũ est) nõ deficere, quo minus cõsectemur eũ qui nos seruauit, simusq; partis illius, quę modica sunt exiguorũ ac humi repentiũ curãtes. cõmittamusq;, ut habeant posteri quod de nobis narrẽt: non quidẽ, unde magna ad nos redeat gloria, sed unde magna ad animã nostrã redeat utilitas. Est aũt ista disciplina multis utilissima. Melius enim est in periculis esse, quàm securè agere: & calamitate premi potius est, quàm uti rebus secundis. Ante terrores siquidẽ mundi eramus, post terrores uerò facti sumus Dei. Forsan tibi onerosi uidemur, quòd toties eadem scribimus, et quę scribo putas non esse paræneſim, sed ostentationẽ. quapropter ista quidẽ sufficiant: nos uerò scias esse promptos, optareq;, maximè quidem ut apud te constitutis ad salutem tuam aliquid conferre, deq; his rebus perfectius disputare. Sin minus, uel hic te quantocyus excipere, unaq; charisteria celebrare liceret.

AD EVNDEM.

51 PLurimum iam tui gratia pudefacti sumus. Quòd enim cõtristati sumus, quid opus est ei scribere, qui huius omniũ est ꝓsuasissimus? Ne uerò de nobis loquamur, néue dicamus quãta nos mœstitia, imò et metu (permittes autem ut & hoc dicã) quę de te sparsa est fama repleuerit: cupiebã, si quo pacto fieri posset, ut ipse coràm audires quid alij, tam cognati quàm alieni, & qui nobis quocũq; modo noti sunt, faltẽ Christiani, nõ aliqui duntaxat, sed ex ordine pariter omnes, de te loquantur ac de nobis. In alienis nanq; libentius ac studiosius philosophantur homines. Abierũt enim illis ista in quandam declamationẽ, nunc quidẽ episcopi filiũ militię operã dare: nunc uerò externũ affectare potentatũ ac gloriã, nunc pecunias æquare nõ posse, quæ sint cõsumptæ, quãdo publicũ ærarium incendio conflagrauit, & homines quisq; uitæ suæ fugiendo rationẽ habuere. Imò nullã planè nec gloriã nec securitatẽ neq; prosperitatẽ æstimare, si strenuè sese rerũ tempestati opponat, seq; quàm longissimè ab omni scelere & immũditie abalienet. Quomodo decernẽt ac statuẽt episcopi, ne alius quisquã tẽporis cursu corrumpat, aut eidolis cõmisceat? Qumodo aliud quiddã delinquẽtes reprehẽdet, qui ipse, ppter uestalẽ corripiẽdi fiducia destitutus est? Ista cũ quotidie audiamus, imò multo grauiora quoq;, quibusdã forsan propter amicitiã qua nobis iun

cti sunt talia dicentibus, quibusdã uerò ex odio nobis insidiantibus quomodo puras affectos, & quo esse animo eos homines, quibus propositũ est seruire Deo: et qui hoc solũ arbitrãtur esse bonũ, ut ad ea quę futura sperantur, prospiciãt. Dominũ itaq; patrẽ nostrum rumorẽ hunc de te sparsum ægerrimè ferentẽ, deq; ipsa uita periclitantẽ, quoquomodo ipse quidẽ consolor ac recreo: de animo tuo illi promittẽs, fidemq; faciens, quòd non sis laturus, ut posthac nos denuò mœrore cõficias. dominã uerò matrẽ, si quid illa eorum quę cõtra te dicũtur audiret (nam in hũc usq; diem illã omnia celamus, idq; multis cõsilijs) puta omnino nullã admissurã consolationẽ, propterea quòd & mulier est animo pusillo, & alioqui propter uehementẽ solicitudinem ac metũ modũ hisce in rebus statuere nescit. Quapropter si aliqua cùm tui, tum nostri cura teneris, delibera ac statue, q̃d melius sit & cautius ac securius. Nã planè & hic apud nos abũdè poteris liberã & ingenuã uitam instituere, nisi admodũ sis insatiabilis, & prẽter omnẽ modũ perpetuò plura concupiscas. Imò nõ uideo quam tẽporis cõmoditatẽ expectare debeamus ad hoc, ut uitæ conditionẽ aliquã amplectare, si præsentẽ neglexerimus. Si uerò eandẽ retinere uolueris animi sententiã, omniaq; conatibus tuis modica & exilia ducere, nihil quidem aliud quod molestum sit dicam: hoc tamen præmoneo & contestor, quòd è duobus necessarium erit alterutrum fieri, ut aut si uerus permanseris Christianus, ad ea deputeris quę professioni tuæ sint ignominiosissima: uiuasq; ita, ut & tibi et spei de te conceptę non conueniat: uel si nominis gloriam desideraueris, lethali damno afficiare, fumiq; certè, si non & ipsius incendij, particeps reddare.

AD SOPHRONIVM PROVINCIAE RECTOREM.

52 VIdes ut res nostræ habeant, & ut uicissitudo quædam rerum humanarum circumquaq; uagetur, ita ut nunc illi, nunc isti uel in flore sint, uel defloresc ant &: neq; rerum nobis prosperitas, neq; infœlicitas, ut aiunt, constans sit, sed quàm citissimè mutetur ac transeat: ut uentis potius sit fidendũ, aut si quid undis inscribatur, quàm humanarum rerum prosperitati. Quamobrem? Mihi uidetur ita diuinitus institutum esse, ut conspecta in rebus humanis instabilitate & inæqualitate, maiore studio ad Deum accurramus, futuraq; desideremus, atq; aliquam habeamus nostri quoq; istorũ rationem, non admodum rerum præsentium umbras & somnia sectantes. Verùm unde moti sumus, ut ista loquamur? Neq; enim hæc frustra philosophamur, aut uanè iactamus. Erat aliquando & Cęsarius tuus inter eos cõnumeratus qui non obscuri habentur: imò, nisi fallor, ut fratribus usuuenire solet, ex eorum numero eratqui admodũ illustres suspiciũtur. Insigni erat eruditione, & animi probitate multos excellebat. Præclarus itẽ habebatur propter amicorum copiam: è quibus præcipuũ te, tuamq; nobilitatẽ arbitratus est: idq; nobis persuasit. Sunt quidẽ ista iam antiquata, & tu interea plura ex te ipso honorandi illius gratia, amicitiæ monumenta adiecisti: quemadmodũ omnes natura comparati sumus mortales, ut plus aliquãto largiamur mortuis, quàm uiuis: quæ uerò nũc dicturus sum, ne uelis siccis oculis audire, sed illacrymãdo honestè tamẽ et utiliter. Mortuus iacet, sine amicis, desertus, miserabilis, modica myrrha honoratus, (si tamẽ uel illa data est) et modicis indumentis, quæ mortuis utcunq; dari solent. Multum sanè est, si & illis exmisericordia potitus est. Irruerunt autem, ut audimus, inimici, & alius alio prætextu magna cum potestate, quę illius sunt pars rapiũt, pars rapere conãtur. (O' impudentiã, ô crudelitatẽ) & nemo est qui prohibeat: sed qui humanissimus est, leges prætexit. et si uno uerbo dicendũ est, fabula facti sumus, qui olim felices reputabamur. Hæc tibi non uideantur ferenda, sed condoleto potius, & molestè nobiscum ferto, & gratiã impartitor Cæsario mortuo, ne per ipsam amicitiã, per ea quæ tibi sunt omniũ charissima, perq; spẽ ipsam, quam tibi ipsi uelis dextram ac fortẽ reddere, si fidus ac syncerus erga mortuum apparueris, ut et uiuentibus hoc largiaris, beneq; sperare facias. Putas

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos pecuniarũ gratia mœstos esse? Dedecus illud nobis intolerabilius est, si uidebitur omnium solus Cæsarius nõ habuisse amicos, qui tam multos habere reputatus est. Hac itaq; petitione te, & de talibus interpello: siquidẽ tibi forsan non habemur intempestiui. Quam uerò adferre debeas opem, & per quos, & quomodo, & res ipsæ admonebunt, & prudentia tua dispiciet.

AD EVNDEM.

53 COmmodi aliquid nobis adfert secessus, ocium uidelicet & trãquillitatem: uerùm nondum tantũ commodi adfert, quãtum incommodi, utpote quòd à uestra speramur amicitia & presentia, re nobis admodum iucunda. Alij tua fruuntur prudentia. nobis uerò multũ est, si uel hoc dabitur, ut umbram quandam mutui colloquij in literis uicissim dandis & accipiendis obtineamus. An te uidebimus iterum? An te cõplectemur aliquando lepidum nostrum caput? An hoc dabitur reliquæ nostræ uitæ? Quod si dabitur, omnis sit gratia Deo. Sin minus, maxima ex parte emortui sumus. Tu uerò memor esto Gregorij tui, resq; nostras alijs exponito.

AD EVNDEM.

54 OCiosè ac quietè philosophamur. Vsq; adeò scilicet leserũt nos osores nostri, ut optarim nos adhuc alia eiusmodi affici iniuria, quo illos magis atq; magis bene de nobis meritos agnoscamus. Fit enim sæpenumero, ut qui lædi uidentur, beneficio afficiantur: & qui putantur beneficijs affici, lædantur. Igitur ad hunc modum habent res nostrę. Quod si alijs hoc nõ persuademus, te tamen illud loco omnium scire uolumus, cui libẽter rerum nostrarum rationẽ reddimus. Imò persuasi sumus ista te scire, ac ignorantibus persuadere. Obsecro uerò, ut cum omni studio ac diligẽtia, si non antea, uel nunc tandem in hoc incumbatis, ut concilientur & in unum coeant orbis sectæ malè inter se dissidentes, & maximè, si deprehẽderitis illas non propter fidei doctrinã, sed ppter priuatim conceptos animi dolores dissidere, quod ego animaduerti. Hoc et uobis, si poteritis, lucrosum erit, et secessum nostrũ iucundiorem redder, si uidebimur illi nos non futura commisisse, sed sponte nos ipsos quasi in pelagus quoddam ad exemplum Ionę illius, eius gratia abiecisse, ut sedaretur tempestas, & periculo erepti seruarentur, qui in mari illo procelloso nauigabant. Si uerò nihil minus etiamnũ tempestate iactantur, nos saltem quod nostrũ erat ad desideratam trãquillitatem contulimus.

AD EVSTOCHIVM SOPHISTAM.

55 OAstute Vlysses, quàm uehementer me perstrinxisti, Stagiritam magnum approbãs, simulq; nos accuratissimis sophismatibus inuoluens? Laudo quidem confidentiã tuam, quòd quæ subscripsisti, scribere sis ausus. Melius enim est aperte proferre quod molestum est, quàm in diem suspensos, ut ita dicam, reddere rerum ignaros. Habeo autem nõ nihil quod incusem. Vtar tem iuridicialem agendi formã obseruem, primũ me defendã, deinde accusationes inferam. faciã autem utrũq; pari animi beneuolentia. Optimũ Stagiritam accessit Nicobulus meus. Accessit aũt non ex animi nostri sententia (ne suspiceris hoc. neq; dum enim Athenarũ oblitus sum ego, neq; amicitiæ ac necessitudinis tuæ) sed à seipso quidẽ ad hoc incitatus, & patre ita uolente, illũ accessit, à me uerò per literas illi est cõmendatus ac traditus. Quid hoc habet ingratũ aut inhumanũ? Iam quoniã excusationẽ meã habes, accipe etiam quid reprehendã. Non laudo figmenta tua & prestigia quibus malè impetis æmulũ (quandoquidem ita obtinuit, ut qui eiusdẽ sunt artis, æmuli inter se uocentur.) Quamdiu ista durabunt? Et quando modũ ponemus sophisticæ calumniæ? Quousq; hæc sient? donec scilicet morte ab hac intercludamur uersutia. Quòd si adolescẽs quisquã æmulatione adactus, emolumentiq; cuiusdã spe motus ista faceret, ignoscendum quadantenus esset (ut Demosthenis ano more tui gratia nonnihil rhetoricer) in ista uerò ætate existentem, atq; ad hunc modũ uiuentẽ, captiunculis hisce insidiosis uel petere alios, uel ab alijs impeti, prorsus est & intempestiuum, & cõtentiosum: non solum

solùm ob id quod indecorum est & omnino sordidum: sed & quòd quàm facillimum est, ut instar recurrentis fluuij talia ipse audias, qualia in alios dixeris, (iterũ enim Homero utar) et omnino in promptu est. Vt eum qui momordit, uicissim remordeat lacessitus. Quę ergo ista sapiẽtia est, cùm queas uirtute superior euadere, per maliciam uinci malle, aut etiam uincere, quod multo est peius? Imò & in iudicibus hoc reprehendo (dicendũ enim, quod uerum est) quòd quæ iudicantes puniunt, ea audientes laudant. Et non solùm ipsi hoc faciunt, sed & multos habent collaudatores, & malitiæ inflammatores, quorum & portio quædam est, ut studio hoc faciant. Oportebat, si suspicio esset, non laudare: si uerò fides haberetur, publicè iudicare, magis quàm ad hunc modum agere. Si falsa esset delatio, oportebat accusatores arguere: si uera, eos reprehendere, qui accusantur, & non ita rem maximã, nobilium uidelicet uirorum opinionem, tanta temeritate ludibrio exponere. Itaq; si me aliquousq; auditis (nam utriusq; loquor) cõuicia hæc & uituperia, si nihil aliud, caniciem saltem reueriti, uel in rebus turpissimis tandem defatigati, abijcite. Statuetis autem ipsi, ueterem illam in precio habendam esse paræneſim, quæ tum uirtutem exercere iubet, quando ætas suppetit. & uobis ipsis quidẽ insidias nõ struetis: struetis uerò expectationi adolescentum, qui graui omnino dispendio afficientur, si conuicijs ac uituperijs assue facti maliciam didicerint, idq; non sine stipendio ac præceptore: quemadmodum non uirtutis, sed huius nos habent præceptores. Quod si tibi durus uideor ista scribens, ultionem licebit de me æqua talione sumas, ita ut rerum necessariarum admonitum, uel morigerum laudes, uel repugnantẽ incuses.

AD EVNDEM.

56 SCilicet ignoraui quàm uehementer improbum & indoctum uirum Sophistam admonuerim. O' socordiam. Et neq; uulgari prouerbio admonitus cognoui, cum caluus sim, non esse mihi cum ariete aduersa fronte aries tandum, neq; crabrones contra meipsum iritandos, linguam uidelicet ad maledicendum procliuem & instructam. At istuc non admodum molestè fero. Nam, ut intelligo, commune mihi hoc usuuenit cum multis. Quod uerò ad bestias illas attinet, etiam præ multis. Illud autẽ me peius habet, quod tibi fidem nõ feci, hoc me animo facere amico. Cęterùm bene ualeas et corpore et animo, & linguam si possibile est cohibeas. Nos autẽ posthac quod nostrum est curabimus.

AD EVDOXIVM RHETOREM.

57 VEtus erat Athenienſium consuetudo, atq; ea meo iudicio pulcherrima: posteaquam ad pubertatis annos uenerãt adolescentes, ducebantur ad artificia. Ducebantur autem ad hunc modum. Proponebantur publicè cuiusuis artificij instrumenta, atque ad illa ducebantur adolescentes. Quocunq; tum quisq; delectabatur, & quod accurrebat, illius edocebatur artificium: propterea quòd quę ad naturæ ductum fiunt, plerunq; bene succedunt: quæ uerò præter naturam præsumuntur, frustra tentantur. Ad quid ista narro? Et tibi idem faciundum esse dico, ut philosopiam non negligas: quandoquidem ingenio ad illam es apposito: neq; ad aliud quicquam eorum quæ tibi cognata non sunt, assuefias magis, quàm istam amplectare, ad quam naturaliter es propẽsior. Non hoc tantùm nomine, quod optima est, sed & ob id quod naturæ est agnatior. Cursum uerò fluuij detorquendum non esse, parœmia docet: et artem equitandi edoctum, ad cantandũ admittere noluit poesis. Quid timendum erat? Ne simul & in equitandi artem et cantandi delinqueres. Quæ autem hic spectanda est aptitudo? Vt mihi ista consideranti uisum est, principio spectandum est ingenium, morumq; tranquillitas, atque aperta simplicitas, et ad seculi huius strophas ineptitudo: deinde & animi industria ac sublimitas, & ad contemplandas res agilitas. Tertio ad hoc uitæ institutum accommoda est & nosocomia, & corporis imbecillitas. Nam & ista nõ parum commoditatis ad philosophandum adferre,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Platoni uidetur. Et alioqui ea es ętate, ut affectuum uis iam inclinet. Et patientiæ pertate mihi uideris non magis premi, quàm ornari. Et præterea pudorem admittere nosti, quod non conuenit instituto rhetorum. Sed neq; uox tibi scelesta est, nec uitiose clamas, neq; in foro uersatus es, nec quicquam habes eorum (ut breuiter dicam) quibus forensem Democritũ ad concionandum finxit Aristophanes: sed cum rhetor uoceris, omnia prius præstare poteris, quàm ut moribus & ingenio interrhetoras censeri queas. Velis igitur hoc minus abijcere philosophiam, quo magis moribus illi accõmodis reliquos antecedis, neq; malis minores habere in minoribus, quàm primas in maximis. Si uerò tibi primas quoq; in terrenis dederimus, ne sustineas inter graculos primas habere, cum aquila esse queas. Quousque inflamur in minutis istis, humiq; repentibus rebus? Quousq; ludimus in puerilibus hisce nugis ac figmẽtis, & propter inanes applausus extollimur? Trãseamus hinc. Euadamus in uiros. Proijciamus somnia. Præteruolemus umbras. Relinquamus alijs uitę huius delicias, imò magis mœstitias. Alios fatigent, iactent, et iritent, inuidẽtia, seculi & euẽtuum cursus. Quod in rebus humanis queruntur esse instabile & inæquale, ualeat, cuiusmodi sunt throni, potentatus, diuitiæ, splendor, opum eparmata, subditorũ supplex prouolutio, inanis scilicet gloriola, & respuenda, qua magis ignominia afficitur quisquam, si illam ignouerit, quàm si spreuerit. Magnæ huius scenæ ludicra & inania spectra præteribimus, locoq; omnium Deum eligemus, qui solus bonũ est per omnia sufficiẽs, & nostrum, ut & in hac uita inclarescamus, qui adhuc pusilli sumus, uitæq; huius claritatem quærimus, uel certè futuræ uitæ claritatem apprehendamus, quandoquidem uirtutis præmium Deus est, & purissimę lucis illustratio, quæ in trina illa unitate conspicitur, cuius in hac uita splendorem pro data mensura adepti sumus. Ad hæc certus progredere, mẽte aduola, apprehende uitam æternam. Nequaquam in spe concepta quiescas, donec desideratum ac beatum cœlestium bonorum uerticem obtineas. Quod si acquieueris, nos olim laudabis scio. Exigua quidem iam putantur, paulo uero pòst abundantia deprehendentur, ubi per te ipsum quæ nunc pollicemur, uideris, inuenerisq; ista nõ inanem esse felicitatem, neq; mentis nostræ figmenta, sed rerum ueritatem.

AD EVNDEM.

58 BEne habet, quòd in adflictionibus philosopharis, multisq; factus es exemplar tolerantiæ in rebus tristibus, & quemadmodum ad optima quæuis corpore, cum rectè ualebas, es usus: ita & nunc illo dextrè uteris. quandoquidem imbecillis cum sis, non es ociose, ut ita dicam, ociosus. Philosopharis enim, & quod Diogenem olim febricitantẽ, inq; febrili calore tolerantem dixisse ferunt, hoc & ipse uisendum exhibes cùm in corpore, tum in animo. Decebat hoc Philagrium meũ, nec mollescere, nec defatigari in adflictionibus: sed contemnere lutum hoc, permittereq; corpori, ut miseriam suam ferat, cum omnino siue iam, siue pòst aliquando ex lege naturæ sit resoluendum (morietur enim uel morbo uel senio cõfectum) ipsum uerò animum habere in sublime euectum, & cogitationibus cum Deo cõiunctum, hoc quoq; scire, quod absurdũ sit, si extra pericula philosophantes, in aduersis, ubi opus est, deprehẽdamur nihil minus quàm philosophi, frustremurq; diuinam promissionẽ. Omnia iam dilucidè animo perlustrasti, cùm nostra, tum aliena, utpote uir in utrisq; instructus, & aliorum quoq; præceptor. collegistiq; tibijpsi ex omnius paratum humanitatis pharmacum. Vt uerò tecum & ego parumper, si id iubeas, philosopher, nõ laudo diligentiam illam circa res minutas, & negligentiã circa præcipua, in Aristotele. qui cum felicitatem nobis definiret, aliquousq; quidẽ rectè progressus est, definiens illam esse animi circa uirtutẽ energiã, adijciẽsq; in ætate perfecta: quod & ipsum ualde clarè expressit, propter concisam nostram mutabilemq; naturã: illud uerò nõ preclarè, sed admodũ abiectè, quod & mundanarũ rerũ, quę extra hominem

hominem sunt, facultatẽ & abundantiã adiecit, quasi si pauper quisquã fortè sit, uel morbidus, aut ignobilis, uel exul, ob id felicitatis particeps esse nequeat. Laudo uerò animi dexteritatẽ & præstantiã in Stoicis, qui nihil eorũ quæ extra hominẽ sunt, à felicitate impediri dicunt: sed felicẽ esse eum qui uirtutis studio incũbit, etiãsi in Phalaridis tauro concremeẽ. Et huius gratia admiror quidẽ eos qui apud nos honesti ac recti gratia periclitati sunt, aut calamitatis aliquid fortiter tulerũt: admiror uerò magis eos qui apud incredulos hac in re nostros adæquarunt: utpote Anaxarchũ illũ, Epicteton, & Socratẽ, ut multos reliquos taceã. quorũ primus, cum in mortario manus ipsius, iussu tyranni, cõtunderentur, follẽ Anaxarchi tundendo purgare iussit tortoribus. Quid his uerbis innuebat? flagitiosam uidelicet nostrã carnẽ. Significabat enim animã Anaxarchi philosophi nõ tundi. Ita nos uocamus externũ et internũ hominẽ. Alter uerò cũ cruretenus distẽderẽt ac torqueretur, philosophabatur non aliter, q; si in alieno corpore uiueret: & citius uidebatur fractionẽ cruris perferre, q; illatam cruciatus uiolentiã persentiscere. Socrates morti ab Athenięnsib. adiudicatus, cũ in carcere esset, ut nosti, de corpore suo quasi de alio quodam carcere ad discipulos disseruit. & cum copia esset aufugiẽdi data, aufugere noluit. Vbi uerò allatũ esset uenenũ, magna auiditate sumpsit, perinde ac si nõ ad mortẽ sumeret, sed ad beneuolẽtiæ amicã inuitationẽ prębiberet. Adiũxissem illis & Iob nostrũ, nisi te scirẽ haud alienũ ab illius passionibus, & esse iam & futurũ cũ Deo. Hæc eadem uideris mihi tibijpsi succinere, ô diuinũ ac sacrũ caput, atq; ita teipsum curãdo cõualescere, nosq; exhilarare præcones & amicos tuos, et neq; per morbi uiolẽtiã animo deijci, neq; q̃d diuinus Dauid dicit, ppter pacẽ peccatorũ & rerũ prosperitatẽ, qua illi potũtur in hac uita, offendi: sed magis expurgari, si fas sit illud de te dicere, et corporis ægrotationẽ, materiã facere uirtutis.

AD EVNDEM.

59 QVòd alter alterũ conuenire nequit, idẽ utriq; impedimenti est. Vtitur enim te corpus tuũ, ut assolet, ne quid amplius dicã. Me uerò scias pessimè habere. Alioqui nõ quieuissem, qn ante omnes peregrè reuersos, mihi crede, ad te aduolassem, cõplexusq;, et cõsultore te de reb. propositis usus essem, uiro et amico et prudẽti, inq; pietatis causa sublimi. Quod uerò reliquũ erat, uidelicet ut per literas inuicẽ alter alteri loquamur, hoc ipse quidẽ præstitisti, idq; rectè: faciemus autem idem & nos. De quibus scribis nobis, nõ sunt minuta, nec modici momẽti. Vnde neq; ipsi de illis obiter aut negligẽter cõsultauimus, sed magno studio ad ipsorũ inquisitionẽ cõuenimus. Defatigati sumus aũt certando cõtra inuidentiã, sacrosq; episcopos, qui publicã concordiã rumpũt, & fidei causam cõtentionib. suis priuatis postponũt, atq; obiter ac perfunctoriè tractãt. Quapropter intelleximus puppim doctrinæ ueritatis miserè pulsari, atq; ob eã causam nos ipsos cohibemus (quẽ admodũ & piscẽ nautilũ factitare dicũt, si quando tẽpestatẽ senserit) uidemusq; procul q̃ pacto quidã, pternant, quidã prosternant. ipsi uerò interea ad futurã uitã ac portũ transitũ paramus. Si uerò ecclesia periculis exponit, ut scribis, dic quæso. Si nostra, & ego hoc dico, & uos quoq; rectè sentitis. Si uerò ea quæ ad nos nõ pertinet, & q̃ nobis delegata nõ est, nos extra culpã sumus. Verùm quoniã ad tẽpus aliq̃d curæ nostræ cõmissa est hæc ecclesia, ad tẽpus illi prærimus. Multi sunt & alij qui illi utriq; præessent, nimirũ quibus extraneę ecclesiæ cõmissæ sunt. Et forsan lucrosum est, hosce ferre labores: renũciare tamẽ ac detrectare, culpabile nõ est. Non est itaq; q̃ huius gratia nobis quicq; metuas. Quin magis illud metuas, ne qua in re lædamur.

AD EVNDEM.

60 REcordor adhuc præsentiæ tuæ, qua umà conueneramus paulo antè in Mataza mea (mea enim si qua uoco, tua intelligo) simul & philosophię qua tu philosophabaris, quã etiamnũ ex recordatione stupeo. Ego quidem psalmum tibi septuagesimum secundum exponebam (nam id iubebas,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& mihi repugnare nō licebat) in quo Dauid primùm æstuat & turbatur propter reproborum prosperitatem, pòst uerò cōuersis ad futuri seculi iudicia, & repositam cuiuis uitæ generi retributionem cogitationibus, ab animi perturbatione quiescit, mœroremq; solatur. Expositionem autem quātum fieri poterat, ad commouētdos affectus attemperabam: cùm ex nostris, tum ex peregrinis eadem disputās: cùm scirem me uiro docto ac tanto disserere, simulq; sentirem ad hoc me disserendi genus impulsu spiritus rapi, & ad doloris affectus exacui. Nihil enim ita ad exprimendos doloris affectus facundum reddit, atq; ipsa animi passio. fluebat quodāmodo sermo noster: tu uerò interea dum loquebar, quasi stimulis quibusdā excitatus, manibus in cœlum extensis uultuq; quasi ad Orientem uerso (Orientē enim aspicere poteras) exclamabas: Gratias ago tibi pater, ô conditor hominum tuorū, quod nos etiam inuitos rectè fingis, & per externum hominem internū purgas, & per aduersa ad beatum nos finem perducis: quæ uerba ipse nosti abs te prolata. Et quid opus est omnia recensere, quæ cùm ante nos, tum unà nobiscum philosophabaris, ueluti exultans ex morbo, ita ut discipulum haberes quem uolebas esse doctorem. At cuius gratia ista commemoro? ut per te ad omnes illud uociferē ac pronunciem: quod ij nobis deplorandi magis sunt, qui interno animę morbo laborant, quàm illis nos qui corpore ægrotamus: siquidem ad hūc modum affecti fuerimus, & quod potior sit morbus philosophans, quàm terrenarum rerum successus indomitus.

AD EVNDEM.

61 REprehendūt te nōnulli (id enim intellígo) q̄d rerū tuarū mundicię uncę cures, & in corporis tui statu cōponendo cùm ad hūc modū habeat, operosus sis. Et nihil mirū. Nā facilius est in alienis q̄ proprijs philosophari. Ego uerò si te uidissem hoc p̄ter mēsurā facere, aut nimiū, uel uehemētius isti studio & industriæ deditū esse, utiq; reprehendissem, (dicendū enim q̄d uerum est) nihil ueritus uel amicitiā tuam, uel eruditionē. Quoniā uerò operosus quidem hac in re es, modū tamen haud excedis: uteris autē ad naturæ necessitatē, quibus id operæ impendis: & præterea morbū habes, qui tibi satis negotij curis suis pariat: ut credam corporis tui ualetudinem excedere, quæ illius gratia curanda tibi ueniunt: non possum nō carpere accusatores tuos, teq; à culpa liberare. Ad hæc mihijpsi persuadeo, quòd ad iudicandas res nemo te sit præstantior, quū te omnes, quisq; in suis ipsius rebus, priuatim pariter ac publicè præceptore utantur, & consultore: & quòd nemo, quæ animę sunt, philosophicè magis curet. Si uerò corporis ualetudinē uel seruare uel recuperare solius est artis medicæ, quis ita temerarius fuerit, & disciplinę huius expers, qui tibi de rebus medicis ausit præscribere? Sunt itaq; tibi q̄ plurimi istorum hominū negligendi, permittendumq; ut sint instar graculorū de aquilarum uolatu iudicantium. Tu uerò de morbo curando & quæ ad illum pertinent, tuijpsius ac Dei consilio utere, & à recto non aberrabis.

AD EVNDEM.

62 HActenus quidem ipse tibi ad morbi solamen consolatoria scripsi. Eras enim animo perculso. Nunc uerò mihi uideris ipse nos consolari, propè eodem modo affectos. Oportuit enim nos cum amici simus, ne hac quidem in re separari. Imò iam antea nos hocipso consolatus es, quòd per tolerantiam tuam aduersa toleranda esse admonuisti.

AD EVNDEM.

63 LAboro ex morbo, gaudeoq;, non quod laboro, sed quòd alijs tolerantiæ discendæ præceptor sum. Quoniā enim non est datū, ut sim expers passionum, uel hoc saltem ex adflictionibus lucrifacio: ut feram, & gratias agā, quēadmodū in iucundis, ita & in tristibus: quandoquidē nihil horū credo nō probabile esse animis ac sententiæ nostrorū, etiā si nobis ita uideatur.

AD EVNDEM.

64 QVæ tibi tristia sunt, omnino & nobis sunt. Communia nanq; ducimus quæ

quæ amicorū sunt omnia, siue prospera siue aduersa, quemadmodū & amicitiæ affectus cōparatus est. Quanquā & de istis quid necesse est ad te philosophari, ac quid deceat disserere? Quemadmodū igitur & ipsa amicitiæ lex admonet, nolo te, neq; honestū arbitror, cū philagios sis, inq; diuinis excellenter instructus, eodē modo affici cum reliqua mortaliū multitudine, neq; mox malè affecto corpore cōsternari, aut uelut immedicabilem adflictionē deplorare, sed in passione tolerantē esse, & mentē nūc maximè expurgare, ac uictorē apparere uinculorū corporis, arbitrariq; morbū pędagogiā quandam esse ad id quod utile est: utpote, ut contēpto corpore, & quę corporea sunt, simulq; quicquid fluxū, turbulentū ac perditū est, totus ad cœlestiū cōsortiū transeas, procq; presenti seculo uiuas futuro, & præsentē hāc uitā, ut et Plato dixit, mortis cōstituas meditationē, animāq; siue à corpore, siue, ut illius uerbis loquar, è sepulchro pro uirib. liberes. Quod si ista meditatus, itaq; cōparatus fueris, et ipse maximā lucrifacies utilitatē, & nos tui gratia exhilarabis, multosq; ad hoc institues, ut in passionib. sint tolerantes. Et præterea non modicum lucrum accedet, si & huius tibi aliquid curæ est, quod ab omnibus celebraberis. Cæterùm libellorū, quos petijsti, alterū quidē repperi, et animo prōpto ad te misi, utputa Demosthenicū: alterū uerò, uidelicet Iliada amisi: & hoc dāni patior, quòd illū usui tuo dare nequeo. Etenim credas mihi uolo, quòd ijs me tantum potiri puto, & solū ea rectè possidere, quorum ipse mecum es particeps, & quibus non secus atq; tuis ipsius rebus uteris.

AD APHRICANVM.

QVibus potissimū delectanē equi? Manifestū quòd equis delectentur. 65
Aquilę quibus? Non alijs q̄ aquilis. Graculū assidere graculo, uel ex prouerbio audis: ita sanè & Atticū Attico, & probitatis studiosum eo qui probitatem adamat ac tueē, delectari puta. Hoc enim mihi uidē munus esse principis, ut opē ferat uirtuti, malitiā uerò impugnet: siue id incruēto principatu quēadmodū nos, siue cū gladio ac uinculis faciat. Sanguinis eīm effusionē neq; tibi dabimus, quē scimus ex uirtute principatū gerere, non uiolēta coactione uti, & metu magis castigare malos q̄ opere, qui gubernandi modus optimi principatus est. Horū gratia, summopere congressium ac colloquium tuum expetiui. & iam quoq; expeto: cum uerò illo propter corporis mei infirmitatē potiri nequeam, necessariò istum agendi modum apprehendi: ut, quod nunc uidetur optimū, te alloquar per uirum hunc familiarē, amicum et cognatum, in omnibus mihi colendissimum, Nicobulum, qui et nos apud te excusabit, (Dignus est autem hic uir, si quisquam alius, quantū mihi liquet, cui fidē habeas) & per nos seipsum integritati tuæ insinuabit.

AD ASTERIVM.

QVid iustius Deo? Et tamen cum omniū sit cōditor ac Dominus, pecu 66
liarē sibi facit ac nominat populū Israelē: nec uereatur, ne huius gratia iniustus uocetur. Quid itaq; mirū, si & nos, quibus omniū eorū qui sub nostra sunt manu ac gubernatione, cura est cōmissa, plus aliquanto complectimur filiū Nicobulū, quē & senectutis ac morbi nostri curā gerere agnoscimus, & cui quasi fulcro ac baculo infirmitatis nostræ incūbimus. Hunc tibi cōmendamus, et per te principi: uehementer absurdū ac molestū putantes, si cum alij per nos liberent, idq; in grauissimis causis, & ij quoq; qui nunc cū primis nos acerbè incusant, hunc ne à calūnia & uiolentia quidē liberare poterimus: & quem in alienorū causis honorē tulimus, eodem in nostris ipsorū potiri non licuerit: sed idem ferendū nobis sit quod oculis accidit, ut cum alia uideant, seipsos non uideant: aut quod fontibus in profundo positis usuenit, qui cum proxima ac contigua non irrigent, procul dissita irrigant. Esto graue quid, aut etiam grauissimū, ausi sint adolescentuli (quod tamen ne modicū quidē, haud deprehendetur, si per tēporis angustiā inter examinandū à defensiōe nō intercludemur) qd tamē inde poterit imputari dominis, qui nullo eorū quæ cōmissa sunt, tenent cōsortio? Aut q̄ est ratio,

ob quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

ob quam de alienis peccatis quisquam ad supplicium uocetur, & publicam curam gerat, dum de priuatis dolere cogitur.

AD EVNDEM.

67 Dlces forsan, Quid hoc rei est? Iterum nobis Gregorius? iterũ epistolas mittit? Iterũ aliquid petit? O animũ hominis inexplebilẽ, quem nos ipsi prouocauimus. Nequaq; ô præclare, noli hoc esse in nos affectu. Quibus enim deputati sunt portus, nisi tẽpestate iactatis? Quorũ sunt pharmaca, nisi ægrotantiũ? Istis priuandi nõ sumus, idq; tanto amplius, quãto nos apud te aliquid posse cõfidimus. Non enim iam petimus, sed repetimus gratiam, quæ nunquã non simili gratia prouocat. Nicobulus uim patitur: id quod idem est, ac si nos illã pati diceremus. Est enim is nostra refocillatio. Et quomodo possibile est, ut hic quisquã taceat, nec sit molestus, etiã si sit uehementer philosophus? Porrige manũ adflictis, ut & ipse ope diuina potiare, qua ut homo opus habes, omniq; amicitia & prudẽtia, deinde & potẽtia, cũ uoluntate Dei, in rebus nostris utere. Neq; enim ferrum ignitũ ita multis opus habet: ut lapis, adhoc ut inditũ sibi ignem in lucẽ emittat: sed mox atq; percussum est, simul & latentis ignis scintillę, fulguris instar, prosiliũt: ita & ipse nihil opus habes prolixiore precatione, idq; nostri gratia. cumq; talis sit persuasor, & germanus adeò principatus socius, semel ac summatim dicã: Alia quidem alij per nos beneficia cõsequuti sunt: isto uerò nos pro nobisipsis opus habemus: quo potissimũ prudẽtia tua ad succurrẽdũ permoueri debet.

AD POSTHVMIANVM, DE PACE.

68 SVblimi es eruditione, idq; utralibet, & in quis dicẽdi genere. Nominis tui celebritatem partim audiuimus (Expers enim sum Romanę linguę, & ignarus rerũ Italicarũ) partim experti sumus ipsi, ita ut illã possimus & alijs patefacere, si qua nobis est talia iudicandi facultas: esse aũt, non pauci dicũt. In sublime euectus es, haud ita mediocriũ principatuũ gloria. Imò ipse, si quod uerius est dicendũ est, haud modicos principatus sublimes reddidisti: supremã nactus es potestatem. Non est hoc fortunæ munus, quemadmodũ multi sanè dicerent: sed hanc potestatẽ tanquã uirtutis pręmiũ adeptus es, ut & ipsa redderetur glorioſior, & Rex propter iudicij sui de te sententiã, laudem acquireret. Modica sunt ista. adijciam aliquid de causa quoq; Christianæ religionis. primùm baptismate initiatus es ad pietatẽ. Vtinam te è sacro fonte leuassem. Recordor enim adhuc uerborum tuorũ: quæ, quod mirum est, adhuc insonant aurib. meis. Quod si istis amicorũ quoq; recordatio nẽ coniunxeris (coniunges autẽ scio: nam hoc ex præteritis indicijs colligo) amplius etiã te admirabimur. Hic est humanæ prosperitatis siue felicitatis finis. Illud uerò ultra Gades, hominib. haud esse superabile, Pindaro philosophanti credimus. Quoniã uerò magna cõsequutus, magnorũ quoq; factus es debitor, & Deus sua beneficẽtia primùm te nostrę religionis esse fecit: posthea nobis etiã prefecit: simulq; absurdũ fuerit, abs tãto uiro nõ magna repetere. ut illud te admoneã, pátere uidelicet, ut nihil ita principatũ tuum decere putes, atq;, quandoquidẽ iterum instituitur synodus episcoporũ (qui quã obrem, et quomodo cõgregentur, haud noui) ut sub te ac per te pacificentur ecclesiæ: &, si opus fuerit, acriter reprehendãtur seditiosi. Si uerò ineptus esse uideor, quòd quum ipsam rerũ admirationem disseruerim, non simul & curam illarum abijcio: hoc tibi ne mirum uideatur. Non enim ut thronos ac dignitatis sublimitatem sic uolẽtibus cessimus, ita & ipsam pietatem deserimus: sed iam aliquanto amplius, quod & tibi uideri puto, fide digni sumus, quibus credatur: quòd non nostra, sed quæ reipublicæ sunt, curemus.

AD SATVRNINVM, DE PACE ECCLESIASTICA.

69 EXigis, bene scio, quæ sunt amicitiæ, etiam si temerarium sit aliter scribere. Nam exteris quidem das potestatem, nobis uerò adscribis loquendi fiduciam, tanquam bonus conseruus ijs qui Deo coniungi cupiunt. quapropter etiã te alloquimur: atq; id desideranti nostra exponimus. Omnia nobis beneficio

beneficio Dei salua sunt, uno dempto, quod de ecclesijs ita turbatis soliciti sumus. His si concordiam publicam adferre poteris, ne conteris illam cùm uerbo, tum opere constituere. Nam iterũ synodus est episcoporũ: & timendũ denuò, ne etiamnũ pudore afficiamur, si eundẽ & ista sortiat finem, quẽ habuerũt præteritę. Res uerò nostras Deo omnia scienti & cognoscẽdas et iudicãdas pmittemus: licet libẽter inuidię eorũ qui ita uoluere, cesserimus, nõ ut multis uidẽr, rem iucundã, sed ualde periculosam deserẽtes, et uelut è graui ac sęua tẽpestate in tranquillũ quendã ac securũ nos portũ recipiẽtes.

AMAZONIO.

70 SI te quisquã communiũ amicorũ rogauerit (credo aũt illos esse multos) Vbi nũc est Gregorius? Quid agit? confidẽter respõde: Ociose philosophatur: et eos à quib. est iniuria affectus, nõ pluris facit, q; si ne nati quidẽ essent: ita scilicet his reb. permoueri negt. Si uerò ista rogans subiũxerit, At amicorũ separationẽ quo animo fert? iam nõ amplius cõfidenter dicas, philosophatur: sed, Hic animo est admodũ pusillo. Nam alius aliunde quidẽ superatur, nos uerò ab amicitia et amicis. Horũ unus quoq; est præclarus Amazonius. Vna forsitã tantũ hac re nos recreaueris, & erga te pacatiores reddideris, si nostri fueris memor: & q; hoc facias, literis tuis nobis pſuaseris.

CELEVSIO.

71 COmplexus sum te, etiã interea dum taceo, ut discas & silentij sermonẽ, instar mutæ picturæ loquentẽ esse. Loquar autẽ, quæ cùm amicitiã nostrã decent, tum præsenti tempori conueniũt. Iniquè agis, quòd cum iudex sis, non ieiunas. Et quomodo custodies leges humanas, cum diuinas contemnas? Purga tribunal tuũ, ne ex his duob. alterutrũ contingat, ut malus uel fias, uel puteris. Turpẽ uitę speciem proponere, nihil est aliud q; seipsum spectaculo ac ludibrio exponere. Summa eius est q̃d dico: Scias te haberi pro iudice, & minus peccabis. Nihil istis habui potius, quod tibi proponerem.

EIDEM.

72 NE condemna me tacentem, neq; ego te condemno loquentem, quod de cibis seruandũ Paulus sanciuit. Si uerò condẽnas, tuã ipsius linguã metue: ne contra te primùm moueatur, si te dignum deprehenderit silentio.

AD EVSEBIVM, EPISCOPVM SAMOSATENUM, *in exilio agentem.*

73 QVando pietas tua patriã nostram pertransibat, è domicilio nostro ne prospicere quidẽ poteram, in extrema constitutus infirmitate. Contristabat autem me nõ ita morbus, licet tantus, ut mortis induceret timorem, atq; quòd sacra & honesta tua præsentia priuabar. Tanto teneor honorandam illam faciem tuam uidendi desiderio, quanto credibile est teneri eum qui spiritaliũ uulnerum medela opus habet: illamq; se ab integritate tua cõsequuturum sperat. At uel nunc etiamsi peccatis meis deputandũ est, quòd præsentia tua illa tempestate frustratus sum: possibile est, ut aliqua mihi cõtingat per tuam bonitatẽ in rebus hisce tristibus refocillatio. Si nanq; digna beris etiã mei in precib. illis tuis coram Deo acceptissimis aliquã facere mẽtionem, hoc mihi omnis diuinæ benedictionis acquirendæ compendium erit: idq; cùm in præsenti hac mea uita, tum in futuro seculo. Certus enim sum, quòd uir tantus, tantopere in fidei Euangelicę causa decertans, talesq; illius nomine persequutiones tolerãs, ac tantam sibijpsi per tribulationum patientiam apud iustissimum Deum fiduciam comparãs, si & nos precum suarum dignetur patrocinio, tantum possit apud Deum, quantum nobis prodesset, si quisquam è numero sanctorum martyrum hoc faceret. Itaq; obsecratus hoc pacto indesinenter Gregorij tui memor esto in precationibus tuis, in quibus memoria tua dignus haberi desidero.

EIDEM.

74 VNde ad celebrandum encomia tua ordiar? Et quo te nomine uerè ac propriè appellabo? An columnam & stabilimentum Ecclesiæ uocabo?

Universidad de Deusto
Biblioteca

bo? Aut luminare mundi, ut apostolico more loquar. Aut coronam gloriationis sanæ Christianorum parti? uel donum Dei? uel patriæ fulcimentum? Siue regulam fidei? Aut legatum ueritatis? uel simul omnia hæc, hisq; plura? Et laudum tuarum excellentiam ex gestis tuis quæ conspicua sunt confirmabo. Quis imber ita tempestiuè siticulosam tellurem irrigauit unquā? Quæ nam fluenta in eremo comprehensis ad hunc modum ex petra inundarunt? Quem talem angelorum panem manducauit homo quisquā? Quibus nam discipulis suis Iesus communis noster Dominus undis propè immersis & obrutis ita in ipso temporis articulo præsentem opem attulit, ut et pelagus tranquillum reddiderit, & in periculo constitutos conseruarit: quē admodum tu nobis laborantibus & anxijs, ac ueluti iamiam naufragium facturis comparuisti? Quid refert, quæ alij per te sint adepti recensere: qua lætitia & animi iucunditate orthodoxorum mētes repleueris, & quàm multorum desperationē abstuleris? Ecclesia, mater nostra, Cæsariam dico, nūc uerè uiduitatis suæ uestes ad tuū conspectum abijcit, & stolam lætitiæ resumit: & iam aliquāto alacrior & illustrior erit, posteaquā pastorē nacta est et se & ijs quos antea habuit, uestrisq; necessitatibus dignū. Nostra enim ut habeant, ipse uides, & q̄ præclara ac mirāda effecerit zelus ac labor tuus, et quā erga Deū habes, fiducia. Senectus in iuuentā mutata est: & infirmitas uicta. Qui lecticis erāt affixi, exiliūt, & infirmi amiciunt uirtute. Istis & nostra cōfero, quę mētib. nostris cōtigerūt. Habes itaq; patrē, cùm pro seipso, tum & pro nobis. Vniuersam actā uitam honestāq; canicie bono claudet fine, certamine uidelicet quod Ecclesiæ gratia sustinuit: recipiemusq; illum, scio, beneficio precum uestrarum, de quibus in omnibus bona fiducia bene sperādum est, robustiorem ac ualidiorē. Si uerò ex curarum molestia uitam hanc finierit, nihil damni fuerit talem mortem, inq; talibus negotijs, obire. Mihi uerò, precor, ignoscite, si declinatis parumper maleuolorum linguis, tardius aliquanto accurrero, uosq; complexus fuero, & quod iam neglectum est, fauore meo & acclamatione per me ipsum coràm compleuero.

EIDEM.

75 CVm in omnibus nobis sit uenerandus, & inter germanos connumeratus amicos obseruandissimus frater noster Eupraxius: hoc tamen nomine germanior uisus est, quòd erga te amicè est affectus. Qui etiamnū ad tuam nō secus properauit reuerentiā (ut illud Dauidis dicā) q̄ ceruus multa siti accensus, quo intolerabilē sitis molestiā potabili puroq; fonte per tribulationū patientiā refrigeret. Hoc & nobis fieri dignare. Huius gratia beatus quidē est, qui hoc gratiæ adeptus est, qui adflictionibus & laboribus pro Christo ueritateq; illius toleratis talē impositi coronidē, qualem perpauci ijs qui Deū timent consequuti sunt. Virtutē enim non ostendisti talem, quę nulla sit examinatione probata: neq; in solo tranquillitatis ac serenitatis tēpore rectā tenuisti nauigationē, mentesq; aliorum gubernasti: sed in mole istijs tentationū talis cōparuisti, sublimiorq; ac uictor persequutorū factus es, utpote quòd forti animo patriā mutasti. Alij quidem patriū solum obtinent, nos uerò ciuitatem supernā. Alij sedem nostram habent, nos Christū. O' præclaram negotiationem. pro rebus modicis, quas contempsimus, qualibus bonis ornati sumus? Transiuimus per ignem & aquā, credo nos etiā ad refrigeriū peruēturos. Non enim in finem usq; delinquet nos Dominus, neq; negliget rectam doctrinā, quam reprobi persequuntur: sed pro multitudine dolorū nostrorū exhilarabunt nos illius quoq; cōsolationes. Hoc igitur & credimus & optamus. tu uerò pro humilitate nostra preceris obsecro, & quoties opportunū fuerit, per literas nobis disserere, alacrioresq; nos reddere res tuas significando, id quod iam facere dignatus es, ne graueris.

OLYMPIO.

76 HOc mihi ipsa infirmitate grauius est, quòd ne credor quidē infirmus esse, sed legatione ac peregrinatione adeò longinqua oneror, inq; medios

dios tumultus pellor: quorum fugam auidè cōplexus sum, ipsiq; corporis adflictioni ac morbo eius nomine propè gratiam habeo. Ociosa quip pe uitæ tranquillitas negociorum splendore preciosior est. Hoc paulo antè preclarissimo quoq; Icario scripsi, cum idem mandati accepissem: dignetur uerò nunc etiam pro nobis scribere tua prudentia, quam fide dignū habemus infirmitatis nostrę testem. Huius autem certū documentum & dispendium hoc est, quo iam affecti sumus, q̄ neq; accurrere, teq; coràm frui potuimus: principe adeò cōmodo ac dextro, uirtutisq; gratia ita præclaro, ut principatus tui initia preciosiora sint, q̄ aliorū sit post absolutos principatus gloria.

EIDEM.

ET ipsa quoq; cana senectus nōnihil adhuc eruditur ac docetur: & non 77
omnino, ut putatur, digna est, cui omnia prudētiæ gratia credātur. Ego quippe, cui potissimū nota est Apolinaristarū sentētia & impietas, cum animaduertere intolerabilem illorū arrogantiā ac uecordiā, putabā illos per patientiā & lenitatem animi mansuefieri ac sensim emolliri posse, quemadmodum & spem istam aliquandiu prosequutus sum: uerùm per ignorantiā illos hac lenitate peiores etiā, ut apparet, reddidi: & Ecclesiæ per intempestiuam philosophiam nocui. Peruersi nāq; nulla flectuntur æquitate ac mansuetudine. Et iam si mihi fuisset possibile, ut ista per meipsum coràm declararem, haud sanè detrectassem: quin etiam præter uires meas animo excitatus, ad reuerentiam tuam aduolassem. Quoniam uerò infirmitas nostra ita inualuit, ut Xanxaridis thermis opus habeamus, ita cōsulentibus medicis, quod per meipsum facturus eram, id literis exequi uisum est. Ausi sunt mali ac perditi homines præter reliqua omnia etiam hoc facinus, ut cōuocatis Episcopis illis, qui per totius Orientis & Occidentis synodum cōdemnati sunt, uel certè ijs qui aderant, abusi (nequeo enim hoc pro cōperto dicere) etiam omnibus Regalibus, constitutionibus, uestrisq; mandatis repugnantes, Episcopi nomen imposuerint uni eorum quos habent cōplices impios, & nemini, ut arbitror, ita execrabiles, atque imbecillitati meæ. Hoc enim confidenter dicendum est. Ista si sunt tolerabilia, ferat ea potentia tua: feremus ea & nos, ut & sæpenumero talia tulimus. Si uerò sunt grauia, & nec̄ pientissimis Regib. ipsis tolerabilia, dignare quæ cōmissa sunt in ius uocare & castigare, etiāsi hoc mitius fiat, quàm cōmissorū exigebat contumacia.

EIDEM.

ITerū scribo, cū ipse adesse debere. Verùm ista mihi abs te est indita confi- 78
dentia, ô & agendorū gubernator (ut quod primū est, priore loco dicā) & rerumpublicarum restaurator, diuinoq; munere utrūq;, qui & hāc consequutus es pietatis mercedē, ut iuxta animi sententiā cedant quę cūq; instituis: & quæ alijs nō paruerunt, in tuā unius potestatem ueniant. Principatū enim tuum moderātur cùm prudentia, tum animi fortitudo: illa excogitās quid sit agendū, ista cogitata feliciter absoluens. & quod maximū est, eā habes manus puritatem, ut illa dirigantur ac corrigantur omnia. Vbi tibi aurū illud iniustum, quo iudicia corrumpūtur? Ne fuit quidem unquam. Statim initiò principatus tui elimināta, & ueluti pernicios us quidam tyrannus, condemnatum est. Vbi inimicitiæ condemnata est. Vbi gratiæ hic nōnihil inclinas (reprehendam enim te parumper) sed diuinam imitatus benignitatem, quā etiā per nos iam implorat Aurelius miles tuus, quem profugū insipientē, supplicem uerò prudentē uoco: propterea quòd sese fidei nostræ cōmisit, & per nos tuæ: canicie nostrā instar regię cuiusdā imaginis, & sacerdotiū quod sępenumero reuerendū esse cōfessus es, patrocinij loco obtendēs. Ecce hūc tibi sistit sacrifica ista et incruenta manus, & quę te multis encomijs celebrauit, celebrabitq; scio adhuc pluribus, si nobis principatū hūc prorogauerit Deus: tuū dico, et eius qui in isto tibi munere cooperarius est.

NEMESIO.

SI tibi molestus uideor, quòd frequenter scribo, ne mireris. Quòd re iustum iudicem conuicijs quoq; imperterem, noui quòd me à crimine absol-

O ueres,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ueres. Huius mihi confidentiæ ipse factus es autor: propterea quòd ad petendum me, largiendi prōptitudine prouocas. Neq; præter rationem. Sunt enim multa quorum nomine nobis libenter gratificari debes, utpote senectus, infirmitas, communicatio studiorum (siquidem & nostrorum nōnihil est in illorum disciplinis) tū & desiderium præsentiæ tuæ, à qua tamen per infirmitatem prohibeor, tantoq; cōmodo destituor. Sed quid est quod abs te peto? Quòd si iniquum aliquid peterē, tātum uirū utiq; reuererer. Si uerò iusta est petitio, promptè annuas oro. Iterum ad prudentiam tuā cōfugit uenerādissimus filius noster Theodosius, meus pariter ac tuus. Ex uitę proposito meus, supplicatione uerò tuus. Supplicaturus uenit in causa miserabili. Orphani periclitantur: &, ut res humanæ habent, in discrimine constitutus, incertus est ubi tandem consistat. Et patris translationē ueremur, qui multis modis orphaniam refocillauit. Vnam omnibus largire gratiam. Manum porrige calamitati, quam ipse tibi declarauerit. Nullo quidem augmēto gloriæ opus habet principatus tuus, ut neq; splendore Lucifer. Si uerò nōnihil augmenti ad gloriam tuā quæris, non poterit certò scio, ista, cuius nūc offertur occasio, maior et illustrior obtingere: qua fiet ut multi, quib. curæ est quæ uera sunt dicere, humanitatē tuā prędicaturi sint ac cōmēdaturi.

AERIO ET ALYPIO.

80 QVemadmodum iustum ac sanctū est, ut & de area & torculari, denicq; & liberis, ij qui ueré liberorum sunt amantes, primitias offerant Deo, nā ab ipso est cùm quòd ipsi sumus, tū quicquid possidemus: ita & in recentibus faciendum est hæreditatibus, ut dum prompto animo portionem aliquā bonorū nostrorū Deo damus, potiori parti securitatē acquiramus. Nolite itaq; uestra cōtatione cōmittere, ut demum post omnes ad nos benignitatis uestræ fructus, sed potius ante omnes ad Deum, & illius nomine ad omnes ueniat, reiectisq; legibus extraneis nostris seruite, hunc ipsi promptæ beneficentiæ fructum adferentes. Intēpestiua nanque & neglectim oblata, recipiemus ab alijs: alacrem uerò beneficentiā à uobis, quibus Deus pro ijs quæ iam in nos conferetis, multo plura retribuere potest, nō solū in ista temporaria ac fluxa uita, sed et in sempiterna illa ac stabili, ad quā unā respicere, inq; illā spem nostrā dirigere securū est. Cum itaq; talia sit decreturus uobis Deus, quales ipsi pauperib. uos exhibueritis: nolite pusillè ac parcè, sed liberaliter & alacriter uoluntatē adimplere mortuæ, quam præsentē uobis esse & quæ geruntur coràm uidere rati ope uestra resocillate, ut nō solum pecunias ab ipsa habeatis, sed & benedictionē liberorū facultates corroborātem matri cōparetis, cogitātes potiorē esse modicā hæreditatulā cū iustitia, quēadmodū scriptū est, quàm ampliorē cū animi anxietate, nequid malignius dicā: & quòd multi totas domos, quas possidebāt, ad Ecclesiarū usum destinati pasi sunt: alij uerò ultro quoq; omnē suā attulêre substātiam, atq; optimā exercuere negotiationem, dum propter cœlestes diuitias pauperes facti sūt. Ne seminetis igitur parcè, ut abūde metatis: & cū uobis ipsis, tū ijs qui uobis sunt amicissimi, sortē bonorū cōferatis: nihil de legatis adimētes, sed omnia cū gaudio & alacritate tradētes: imò tāq; propria Dei reddētes, & uelluti hoc solū lucrifaciētes, si quid pro animab. uestris impēderitis. Quid enim necesse est colligere prędonib. ac furibus, tēporūq; mutationibus, q̄ alioqui collecta ad alios dominos trāsferunt, & instabilē opulentiā uētilāt? Cur nō magis in apothecas illas securas, et ad quas nemo insidiatorū adspirare potest, omnia reponimus? frugalitatem itaq; circa reliqua demōstrabitis, & alijs (opto nāq; ut potētes sitis, sed adiūcta beneficētia) nobis uerò bonū certamen decertabitis: ut alius aliū pietate ac debitis ex Deo beneficijs animoq; grato deprōptis superet. Reddite itaq; uos certos, quod germanè Christiani sitis, imò ex bono tamq; pio ac iusto principatu initiū sumentes: ex illo & circa reliqua eodē sitis animo, ut & ipsi inter uos mutuo & nos quoq; uestri gratia exhilaremur: siquidem & ad reliqua toti Ecclesiæ cōmodum fueritis hac in re probitatis exemplum.

FINIS.

GREGORII THEOLOGI EPISCOPI NAZANZI, DE REBVS SVIS CARMINA, per quæ hortatur latenter nos ad Christianè uiuendum:

ALDO MANVTIO ROMANO interprete.

CHRISTE Rex, qui puris olim elevatis palmis
Cruciformib. Mosis in mōte tui serui,
Declinasti Amalec perniciosum robur, quiq; tensis (num
Manib. in fouea à Daniele graues leo
Hiatus & horrendas unguiū uinxisti (acies,
Per quem & à magno cete exiluit Ionas
Precatus, & manibus intra uiscera extensis.
In flamma uerò Assyria roscida nebula circum occulit
Fidentes tres pueros, postquam manus expanderunt.
Qui olim supra totum feruens mare pedestris ingressus
Vndas, & uentorum robur sopisti, ut discipulos
E' pelago educeres, agitato à flatibus:
Multis uerò rursus, animasq; & membra soluisti à morbis,
Vtpote Deus: factus autem homo, mortalibus admixtus es.
Exqb. illud qdē eras à primordio, hoc uerò postremo nobis
Vt me deū efficeres, postq̄ mortalis ipse factus es. (apparuisti
Sic beate & mihi Deus propitius, ut me salues,
Sic beate & mihi Deus propitius ueni uocanti,
Veni manum ferens Deus propitius, ut me salues
In bello, & feris, & in flamma, & uentis
Vexatum, & solum in cœlum oculum ferentem.
Etenim sanè, strāq; & aspera unda maris,
Et pugna luctuosa, & ardentis ignis impetus,
Omnia mali sunt uitæ corruptores uiri.
Qui sanè Deum amanteis odere maximè.
Neq; iustitiam timentes in posterum occurrentem,
Neq; mortalium curantes, quicunq; odere peccatorem,
Ab his me cohibe Christe, & decenter me serua
Circum continens alis tuis, & dolores molestos
Tui rex serui longè iacito, neq; graues
Curæ agitent meam mentem, quas hic mundus,
Et mundo imperans, miseris mortalibus excitat,
Lanians ueluti ferrum rubigo deiformem formam
Interius, cognatamq; ponens terræ præstantiorem partem
Ne pulcherem trahat supra grauantem in terram
Anima, puluis uerò prosternat animam alatam humi
Infelicem luteis in operibus incarnatam,
Duæ etenim ianuæ mortalibus odiosæ mortis.
Et hi quidem uitij turbidum intra mentes foucem
Pariunt, quibus semper iniusta opera curæ sunt,
Et corpus, contumelioſaq; satietas, & consilia mala.
Qui se hortantes præuaricationem in omnem,
Delectantur errore, suam mortem peramantes.
Illi uerò Deum puris mentis intuentes oculis,
Et mundi perosi impudentis filiam contumeliam
Molesta longè uiuunt à uita umbratili carne,
Et terram calcant leuioribus pedibus
Sequentes uocantem Deum, & spiritu leues
Sacerdotes occultæ uitæ CHRISTI regis,
Vt splendente olim in posterum fulgeant.
Sed & sic uitæ malis uexantur spinis
Necessitate urgente, & exterius infinitos dæmon
Rabidus, maleficus machinatus est aculeos mortis,
Ah miseris mortalibus, & specie sæpenumero occulens
Bona perniciem malam, cum aduersum pugnans
Cedat: talem enim in uiris perniciem tegit,
Qualem sub aqua metallum, cum piscibus mortem affert.
Qui uitam cupientes, intra uiscera perniciem
Traxere improuisam, suam mortem absorbens.
Sic & mihi doli consultus, postquàm tenebras esse eum noui,
Amictus pulchrum corpus acceßit uiro assimilatus,
Si quo pacto uirtutem cupiens uitio adhærerem.
Occlusa ad perniciem leuiori mente
Non me nuptiæ deuinxerunt, uitæ fluxus, quodq; maximum
Vinculum in hominibus materia iecit oneris principium,
Neq; sumpsi Serum pulchras texturas, neq; mensam
Admiratus sum splendidam perc apacem uentrem pascens
Libidinis parentem, perniciosum: neq; domibus
Habitare in magnis, ac splendidis concupiui.
Non musæ mollibus in sonis animum oblectaui,
Neq; unguentorum mollis me percurrit muliebris uapor:
Aliorum uerò rursus aurumq; & argentum, qui soliti
Innumeris facultatibus insidendo curas habere, (sanè
Parum oblectamentum habent, multū laborem, uerū mihi
Panis biscoctus amicus, dulce autē obsoniū sales, rudes mēsæ,
Sobria uerò ad hæc aqua potus. hæ optimæ
Diuitiæ mihi, & CHRISTVS meā mentē semper eleuās,
Non terræ triticiferæ iugera, & nemora pulchra,
Neq; boum armenta, neq; greges pingues ouium,
Neq; cari serui meum genus, quos sanè tyrannis
Scidit uetus, & nomen imposuit duplex,
Nobiles, seruosq; unda è terra creatos,
Vel terra uel Deo, lex autem insecuta est erronea,
Nequaquam mihi opus est flatu celerrimè fluente
Virili honore, & gloria pereunte.
Non magnum à rege habere honorem intra aulam.
Neq; me iudicij tribunalium unq̄ cepit desiderium, qb. deberem
Inclytus præsidens supra supercilia eleuationem tollere.
Neq; me sanè in ciuitatibus habere robur, uel ciuibus
Delectatum falsis, & infirmis insomnijs
Aliàs ad alium euntibus, circum uolitantibusq; similiter.
Vel manibus carpentem præter ruentia fluenta,
Vel umbram ut solidam, tnq; nebula manus mittentem:
Aut umbram in manibus habere, aut nebulam attrectare.
Talis enim est hominum generatio, tales uerò & diuitiæ,
Diuitiæ infirmißimis similes uestigijs nauis
Ante impressis & pereuntibus retrò.
Sola mihi amica erat disciplinarum gloria, quas collegerūt
Ortusq; occasusq;, & Græciæ gloria Athenæ,
In quibus multum labor aui longum tempus, sed & ipsæ
Pronas in solo aute CHRISTVM posui,
Cedentes magni Dei uerbo, qui sanè tegit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnem mentis mortalis uersilem mutaformem fermouem:
Sed illa quidem stibterfugi, non fugo autem inimicitiã infidã
Hostis insidiantis in beneuola persona.
Edisserã autem palam meam omnibus molestiam,
Vt quis obliquæ commenta feræ effugiat.
Existimabam parentibus assidens, o rex CHRISTE,
Senectutéq; odiosa & luctu uexatis,
Quibus solus ex filijs relinquor spes tenuis,
Face ex magna parua lux non amplius existente,
Tibi ô beate & legibus tuis grata facere,
Qui mortalibus adiutorium habere robur filios præbuisti,
Et tremulis ueluti baculum sub membris firmare.
Etenim sanè omnium maximè, qui te uenerantur,
Pietatiq; curæ sunt, & difficilis uitæ
Detrimenta fugiunt, rudentes tuis alligarunt
Immaculatis legibus. tu autem illis finis es & principium.
Mater quidem igitur exparetib. Deo delectabilem fidem du
Cathenam auream circumiecit filijs suis, (cens
Marem animum habens in specie mulierum:
Quantum attingens terram, mundiq; curam gerens,
Tantum in cœlestem uitam compelleret omnem
Hanc uitam, leuis uerò ad ætherem calcem tollere.
At uerò pater oleaster sub simulacris antea erat
Arumalium, sed impactus est pulchræ sub fundo oleæ:
Ac tantum generosæ radicis cepit, ut occuleret
Arbores, & multos saturaret melliformi fructu.
Vtrumq; ciuitatisq; mens, ciuitatisq; caput,
Blandus, iucundiloquus, Moses nouus, aut Aron,
Medius, hominumq; & cœlestis Dei
Stans, purisq; operibus, & sacrificijs,
Nostris, qualiaq; sacrificat mens interius munda
Mortales, immortalemq; Deum magnum in unum colligens.
Tali patre ego & matre, quibus cum certare
Haud fas, inter se autem certare minimè inuideo,
Hos quidem ego alens & tegens laborantes,
Spebus fouebam meam mentem, ueluti optimum quid
Perägens, naturæq; fero debitum. erat uerò utq; illud
Verum, quòd peccatoribus plena uia est ad barathrum.
Quando sanè & nubi malum euenit ex bono.
Etenim frequentes me & difficiles curæ
Pascentes animamq; & membra nocte & die,
E cœlo deducunt in humum matrem meam,
Primùm quidem seruis imperare, quod perniciei
Rete, qui amaros quidem semper odere dominos,
Sacros autem calcant impudentes, neq; malis
Mites, neq; bonis obtemperantes, utrisq; autem
Aculeos iræ spirantes supra mentem: uerùm deinde
Facultatemq; gubernare, & Cæsaris onus in humeris
Semper habere, uiolentasq; ferre victoris minas.
Distributio enim hominibus liberum diem offendit
Insequens facultates, compes autem in labris sedet,
Circaq; pleni fori norbam, atque tribunalia
Celsa mortalibus iurisdictionibus curæ habita
Versari, cõfessionibusq; inferre perturbationem aduersarijs,
Atq; lege uersilibus in rebus molestias pati,
Vbi pugnaq; laborq;, maliq; etiam plus habeat
Bonis, ac legum fautores, utrisq;
Venales: si uerò malus quispiam habuerit plus, hic optimus.
Quis uerò falsitates multas necti dolosq; effugiat
Sine Deo huiusmodi cum uiris, aut enim necesse est
Profligatim fugiendo malis omnia excutere,
Vel & erroribus denigrari amicum cor,
Vt ignis uehementis malo adhærentes uapori,
Aut ignis aut fumi signa pernicioſa ferentes.
Sed hæc quidè tolerãda. illud uerò molestius mihi sanè ulcus,
Quod fratre uitam hanc relinquente
Sustinui, & pati adhuc quidem spero. qui enim insperatis
Nocumentis inhæserunt, meliora non expectant.
Hoc sanè ego uiuente habebam gloriã singularẽ præ cæteris.
Non enim meas utiq; diuitiæ cepere mentes, neq; uis aliqua.
Dolores autem luctusq; postquam interijt, solus recepi.
Facultates aũt quascũq; possederat, partim quidẽ cepit terra
Niceæ cum quassationib. corruit, alias uerò peccatorũ (hiãs
Direptim manibus laceramenta proposuit fortuna,
Ipse uerò tectus, mortem aufugit cœlesti
Manum Deo tendente supra tectum, ubi erat.
Hei mihi ob Cæsarium. antea equidem in regijs
Astrum ueluti quoddã splendebas lucifer, nomẽ uenerabile,
Summa ferens sapientiæq; & moris desiderabilis,
Et multis ualidisq; amicis elatus socijs. (borum,
Multis quidẽ laborioſorũ medelã adinuenisti corporib. mor
Multis uerò rursus pauptatis solutionẽ præbuisti iusta agẽs,
Nunc aũt mortuus, multos saturasti canes qui me oblatrant
Vndiq; stantes, ajjunum autem mihi nullus opitulatur.
Pauci uerò rursus amant, eodem modo atq; hostes
Prius q̃ quicq̃ accipiunt, colum: uerùm odere, cũ acceperint,
Veluti quercus celsicomæ uiribus uenti prostrata,
Ramos arripiunt circumflanter aliunde alius,
Vel magnam sæpe discissa aream
Crudeliter undemiant prætereuntes uiatores,
Et è sylua aper solus pascens suo læsit dente.
Verùm mihi dolor est luctifícus, neq; saturare
Omnes amplius uis est mea manus, neq; prohibere.
Ex quo enim primùm diuellens à uita,
Animum cœlestibus intellectionibus immiscui illustribus,
Et me ferens mens alta, seorsum à carne posuit.
Inde erigens, scenæ autem me abscondit penetralibus
Cœlestis, trinitatis autem lux illustrauit aspectus
Nostros, quà nihil lucidius intellexi
Celsiſedis, cõmunemq; splendorem & indictum emittentis,
Quæ & principiũ omnib. est, quæcunq; tẽpus desuper cohi-
Ex illo igitur mundoq; interij, & mundus mihi quoq;, (bet.
Et cadauer spirans sum, robur autem cuiusmodi somniorũ:
Vita uerò alibi mihi. lugeo autem sub carne crassa,
Quam sapientes uocant mentis tenebras. cupio autem
Hac solutus uitáq;, & uisu nebuloso
Atq; humi incedentibus, decipientibus, deceptisq;
Stantem intueri purius, non amplius tenuibus
Commixtim simulacris inuolutum ut prius,
Quibusq; & acutissimæ mentis decipiuntur aspectus,
Ipsam uerò ueritatem puræ mentis oculo uidens.
Sed hæc quidem postea. ea uerò quæ hic fumus uilis,
Aut pulus, qui uita magnam uitam permutarunt
Celsam terrena, & firmam intereunte.
Quapropter & in me omnes irruebant: neq; uolunt
Cedere, festinantes paratissimam ad prædam.
Heu heu, Cæsarius autem tristis pulus, quà me
Turbam omnem prohibebat, dans omne onus effugere,
Honorans sicut nondam quis fratrem alius honorauit,
Veneransq;, ut si quis sutum patrem adamans.

Verùm

Verùm ego non tantum lugeo, non uita,
Dissipata socium habere desideraui pauperibus,
Tanquam & ipse ens peregrinus hic profugus,
In manum autem altissimi respiciens datricem bonorum,
Non omnibus mortalibus inimicæ causa offensionis,
Quæ & mitem uirum ira implet celerrimè,
Neq; fratrum causa, quos mihi sepulcbrum occulit
Cita morte, omnibus hominibus admirandos,
Quantum meam animam deploro, ueluti reginam quãdam,
Pulchramq;, magnamq;, & è nobilibus regibus,
Intuens ualidis compedibus laborantem,
Quam lancea hostes cæperunt, grauiq; deuinxere
Seruitio, & mœsta in humum lumina figit.
Hæc passus sum, taleq; etiam habeo sub corde uulnus.
Vetus fama est, cum admouerit dentem
Amara uipera maleficium in uiro pestilens ulcus,
Solis hunc uelle dicere, quibus similem
Pernicioſa uipera ignea ira impressit pestem.
Hanc enim sanè & solam nosse, malus dolor.
Quemadmodum & ego illis meum laborem edisseram,
Quibus communis amor, commune malum, dolor similis.
Soli etenim meum amicè excipiant uerbum,
Et lugubris cordis mysteria nouerint optima,
Qui crucis cupientes in humeros onus tollere,
Et magni regis in septis partem habentes,
Prosperitatem amant, & miserantur qui ceciderint.
Alijs autem essem risus meos mœrores dicens,
Quorum fides cor summum impressit leuis,
Neq; per uiscera uenit desiderium acre regis,
Viuunt autem hic solum temporaria sentientes.
Sed hi quidem pereant, postquam in omnes eodem modo
Linguam armant paratissimum iaculum alijs
Bonis atq; malis, ego tamen minimè à luctu
Desinam, priusquam luctuosam effugiam malitiam,
Et uoracibus affectibus mentis clauem imponam,
Quibus nunc omnes amarus Satan adaperuit
Antea cohibitis. cum integebat manus me Dei,
Neq; habebat uitiũ occasionẽ propè, quod quidẽ celerrimè
Attingit ueluti stipulam ignis robur propè existentem,
Eatenus ut à uento in aerem fix eleuetur,
Atq; utinam præcipitijs & montibus & scopulis
Occulissem ante hæc meum corpus, quippe omnem
Hanc uitam, uitaéq; fugiens carnisq; curas
Christum totum ferrem in mentibus solitarius ab alijs
Habitans, soliq; Deo mentem puram attollens
Vsque dum & leuibus cum spebus finem traberem,
Vtinam. sed desiderium me carorũ continuit parentum,
Trahens ueluti trutinam in humum. nec desiderium sanè,
Tantum, quantum medullamq; et uiscera omnia scindens
Miseratio, quæ affectuum mitissima est omnium,
Miseratio quidem caniciei Deiformis, miseratio mœroris,
Miseratio orbitatis. miseratio uerò est etiam de filio,
Cui magnopere timent iucundum dolorem semper habẽtes
Oculum uitæ, & doloribus mœrentem.
Cui libri antea curæ erant, quos spiritus impressit
Sanctorum linguis, & intra literam bonam,
Spiritus fulgurans gratia, & celata utilitas
Solis puris apparens hominibus.
Precesq; luctusq; amici & noctes insomnes.
Angeliciq; chori, psalmis Deum qui commouent
Stantes, animas Deo mittentes in cantibus,
Multis ex oribus communem uocem eloquentes.
Ventrisq;, mali autoris labor, & mensuræ risus,
Quies linguæq; & oculi, atq; iræ
Furentis habenæ. ratio autem continebat erronem
In omnem partẽ obseruãtem, mentẽ aũt cõuertit ad Christũ
Spebus cœlestibus: ratio autem in omnibus aderat,
Imaginem agens ad regem. Deus autem delectatur motu,
Pro facultatibus uerò mihi & molestis tumultibus,
Qui & me nocturnis malis irritant insomnijs.
Curis enim diuinis similia sunt uisa noctis,
Erat in oculis Dei lumen, piarumq;
Animarum perspiendens chori institutioq; & gloria.
Nunc uerò sanè recessêre thesauri omnes à me
Animæ, quæ antea conuersabatur cum omnibus optimis.
Solum autem intus mansit desiderium, & dolor inspiratus.
Quapropter lugeo, in crastinum autem non apertè scio,
Si me Deus regredientem in mores pristinos reducet,
Soluens à curis, oneraq; omnia excutiens:
Vel antè medijs in doloribus inde aget, (imponant,
Priusquam seruitutẽ uidẽ, priusquã uulnerib. medicamenta
Infelix cupiens lucem postremam post noctem.
Tunc lugentibus frustra quis auxilium ferat,
Hic medicina est hominibus, post ena uerò deuincta omnia.
Iam mihi canumq; caput, & membra rugata
Declinarunt uitæ in uesperam miserè:
Sed nondum talem tantumq; dolorem sustinui.
Neq; quando insanis obluctantem uentis
Terra ex Pharia in Achaiam pontum secui
Ortu tauri, quem horruere maximè
Nautæ hiberni, pauciq; etiam rudentes soluerunt.
Hic ego noctesq; & dies uiginti totos
Nauis in puppe iacebam, Deum celsi regem
Vocans precibus. spumabat autem unda in nauim
Montibus aut scopulis simulis hinc & inde,
Multa autem intro cadebat, quatiebantur uerò uela omnia
Acutè sibilante in rudentibus flatu.
Aether autem in nebulis denigrabatur, & fulgetris
Illustrabatur, & grauibus obtundebatur undiq; uocibus.
Tunc meipsum dedi Deo, & pontum effugi
Ferum, sanctis pollicitationibus cadentem.
Neq; cum uibrata quidem fundamenta quatiebantur omnia
Græciæ latæ, mali autem non apparebat auxilium.
Verùm ego intremiscebam, quoniam animam imperfectam
Habebam adhuc cœlestis gratiæ. quando lauacro
Trahitur hominibus gratia, & spiritus splendor,
Neq; cum morbus repleuit meum os spiritu copioso,
Et spirationis angustos reddidit meatus, & uitæ uias,
Neq; cum delirante mente uimen circumuoluens,
Minimè uolũtarius palpebræ circũductilẽ angulũ laniaui,
Cruentumq; reddidi: lux autem mea ut occisoris
Perijt. erratum autem amarum magnus luctus offendit.
Neq; Deo manibus meis emisi sacrificium
Spiritus, minimè equidẽ, priusquã obrui lacrymis damnũ.
Nã tangere impuro purum, malum: ueluti igneum
Imbecillem oculum ferre contra solem.
Multa quoq; alia laboraui. quis hæc dixerit,
Quibus me Deus uexansq; & benignè affectus uocauit?
Sed nondum talibus malis, antea incurri,
Qualibus ultimis mea incidit misera

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anima & capit olim liberum diem uidere,
Omnia exuens, nuda flammas ut effugiat,
Et mundi potentis ansas, & beatum monstrosum
Deuorare mediantis suis maxillis draconis,
Quem cepit. iaculationi enim mea mens est cibus.
Quis dabit capiti fonteis fluuium? aut palpebris,
Vt lacrymarum riuis maculas omnes mundem,
Deplorans, ut decet, peccata? quippe enim optima
Lacryma est mortalibus medicina, animabusq; nigris,
Et puluis ardens, & in terra saccus ater,
Vt me aliquis inspiciens intremiscat, & melior sit
Fugiens Aegypti nigrum solum, operaq; amara,
Et Pharaonem regem, patriam autem ad diuinã gradiatur.
Neq; maneat Babylonis in asperis campis
Captiuus, ripis assidens fluuij,
Cantus instrumenta omnia deuitans inconcussè
Lacrymabundus, festinet per sacram ad fines terram
Seruile ex Assyria fugiens iugum, quod prius uexabat,
Et templi magni fundamenta manibus iaciat.
Hanc ego infelicissimus postquam reliqui, nunquam desij
Desiderare, molestum autem affectum senectus infundebat.
Et procumbo in terram in mentibus luctum laturus
Veritus mortales q; & immortalem regem
Vestimentisq; cordeq; mœrens, & mutus
Trahens misericordiam regis dolore, qui humilibus
Bene affectis omnibus superbos uilipendet.
Quemadmodũ autem è sacra Solymorũ descendẽtem urbe
Hierichi oppidum ad inelytum, ut aiunt,
Fures offenderunt mali insidiantes uiatori,
Hi quidem hunc uerberibus indecentibus concidentes,
Vestimẽtaq; exuentes quæ ipsum tegebant, immitti animo
Liquere expirantem, continuò autem occurrere uiatores,
Leuita, sacerdosq; liquereq; ipsum immiti animo.
Atq; Samaritanorũ quidã aduenit, qui ipsum est miseratus:
Et ipsum ducens deuinxit, & uulneribus medicamenta reliqt
Et mercedem alenti, ostentiũ magnũ, quo pacto Samaritanus
Hunc intuens miseratus est, quem non sunt miserati optimi?
Non enim ego apertè scio quid celatur imagine hac,
Qualia Deus sapientia mysteria occulit.
Et in his quidem propitius sit. talibus autem ego incurri
Damnis, & me concidit simul animabus inuadens
Prædo uitæ præstanti descendentem ex urbe,
Et CHRISTI me exuit gratia, & nudum reddidit,
Quemadmodum Adam prius puueris & casus principiũ.
Quem gustus detrusit in terram, cuius genus erat.
Sed mei ô rex miserere, & ex morte seruato,
Quẽ reliquere sacerdotes, postquã laborantẽ intellexerũt.
Vulneraq; bene obliga, ducens ad hospitalem domum.
Rursus uerò in sacram mittas ciuitatem sanatum,
Firmè ubi maneam: malos autem fores prohibeas,
Et uiam difficilem, & uulnera, & uiatores
Immitem animam habentes, in impietate superbientes.
Audio quòd duo homines, magnopere inflatus Pharisæus,
Qui quidẽ Deo omniũ erat præstantissimus, atq; publicanus
Lucris nefarijs contritus intus cor
Templum ingressi, ille quidem omnia edicebat.
Ieunia decimasq; legis. comparabat autem se
Viris sanè prioribus, uerbis autem despiciebat publicanũ.
Verùm hic lacrymans, & pectora manibus pulsans,
Neq; ex aduerso magni Dei sedem cœlum latum
Intuens, assiciens autem in terram oculis seruilibus,
Longè autem stans supplicabat. Propitius sis:
Propitiare tuo seruo clamans grauato malis,
Non lex, non decimæ me, non opera bona seruabunt:
Neq; hic futilis mendax, & templum ego sanè
Vereor, minimè pedibus attingens iustis.
Tua autem gratia, tuaq; misericordia mihi stillet profano,
Quam solam miseris rex præbuisti spem peccatoribus.
Sic dixerunt. ambos autem Deus audijt, atq; miseratus est
Quem laborantem nouit, superbientem autem spreuit.
Vt uidisti, sic iudicasti, mihi ô Deus fiduciam præbens.
Ipse ego tibi ille pessimus sum publicanus,
Quàm autem grauiter lugeo, tale autem spero auxilium,
Supplico, si unquam sanè te pater & ueneranda mater
Lacrymis & luctibus & precationibus coluerunt,
Aut si quam tibi ex facultatibus partem parum tribuerunt,
Aut sacrificijs puris & sanctis honorarunt.
Non enim ego unquam dignum aliquid egi.
Quarũ rerũ memineris, & opitulare. malas aũt discute cu-
Neq; me suffocent suis ramis spinæ, (ras,
Neq; etiam festinantem in diuinam uiam retro prohibeant,
Adiutorium meum, mittas uerò me illæsum. tuus enim ego
Cultor. tua aũt sors, tu uerò mihi es Deus solus à primordio.
Tibi uerò me à uisceribus mater obtulit ferens
Die illo, cum puerum suis in genibus ponere
Filium cupiens, sacræ Annæ imitata est uocem:
Puerum ego quidem uideam, tu uerò septũ intra contineas
CHRISTE rex partus mei germinantem fructum.
Dixit. Deus aũt annuisti, secutũ est autem diuinum somniũ
Nomen matri ferens. postea uerò puerum dedisti.
Hæc me tuis templis nouum obtulit Samuel.
Siquando crã, nunc uerò rursus adnumeratus sum profanis
Eli tui serui glorioſi filijs uoracibus,
Qui in sacrificia pura irruerunt stulto animo,
Manibus attingentes diuinos gulosis lebetes.
Quapropter & molestum nacti sunt uitæ finem.
Sed illa sanè spebus melioribus partem tribuit
Tibi filiorum, libris autem meas manus lustrauit sacris.
Et me complectens, tali allocuta est uerbo:
Iam quidam earum filium diuinitus datum duxit ad aram
Festinantem ad sacrificium sacrum bonum optimus,
Sarræ tardiperæ sobolem, radicemq; generis,
Quam spes imprimebat: promissioq; Dei.
Abraam erat sacerdos, agnus autem glorioſus Isaac.
Verùm ego uiuum te Deo donum, quemadmodum promisi,
Largior, tu uerò mihi matris perficias desiderium,
Qua peperi supplicata te: & precor esse optimum.
Has ego tibi diuitias mi fili bonus præbeo
Hic & postea: ultima autem longè præstantiora.
Matris quidem desiderium hoc, ego uerò cessi desiderijs
Puer adhuc existens. tenera autem nouã suscepit formam
Pietatis anima, sigillum autem seruabatur CHRISTI
Nutibus: qui certè palàm conuersabatur cum suo seruo.
Temperantia autem me uinxit amica, & carnem obstrinxit.
Et calidum sapientiæ diuinæ inspirauit amorem.
Et solitariæ uitæ, uitæ futuræ primitiæ,
Costa non indigenis suum corpus amante,
Verbisq; blandis amaram ad gustationem inducente.
Sed Deo mittentis purum desiderium: neq; fœminæ
Et CHRISTO cedentis; totum è Deo genitum,

Qui

Qui me per angustiumq; & difficile ad tenuem
Dirigens callis tanuam cum meliori pompa,
Minimè accessam multis Deo Deum adduxit ab humo,
Factum non genitum, & incorruptum ex morte
Cum imagine magni Dei, & corpus auxilij socium
Trahens, ut magnes lapis candens ferrum.
Hei mihi, ô malas & uindicandas res passa
Anima, ô mortales maniter gloriabundi. ut uerè,
Tenuibus auris similes, qui geniti sumus.
Vel & euripi retrò cedente impetu
Volumur in terra maniter inflati.
Et nihil hominibus simile ad finem est,
Non melum, neq; uerò bonum. uiæ autem proximè sunt,
Neq; malus hoc nouit in posterum, quando desinet.
Neq; bonis uirtus manet firmiter, sed mutilat,
Vt timor uitium, uirtutem inuidia. utrisq; autem
Flecti hominum CHRISTVS quidem iussit genus.
Vt supra uergamus suum robur inspicientes.
Ille autem est optimus, qui rectam uiam trahit,
Neque uolutatur Sodomorum in cinerem solitariam,
Suam propter libidinem magno igne depopulatorum.
Fugit autem irruenter in montem, patriæ autem oblitus est,
Ne fabula & lapis salis in posterum relinquatur.
Testis ego, affectibus meis mortalis malitiæ.
Puer quidem existens, cum paruus in pectoribus intellectus
Solam umbratilem rationem & meres elegantes
Sequens, conscendebam supra splendentem sedem,
Vestigijs non errantibus proficiscens regia uia.
Nunc uerò cum uerbum collegi, uitæ autem ad fines uenio,
Veluti ebrietate errantibus miser pedibus, obliquè incedo.
Et me ponderat obliqui labor serpentis,
Clam & apertè occultas mentes bona intelligentes.
Interdum uerò Deo intendo mentem, interdum uerò rursus
Trahor in mundi malum fluxum, non paruam autem
Partem meæ animæ læsit mundus infinitus.
Verùm ego etsi me mala occulit nigra,
Et atrum antea uenenum infundit hostis mis,
Veluti sepia uomens super aqua, sed tamen
Tantum adhuc inspicio & uideo, quantum optimè
Sciam, quis existens, & quò desiderans uere,
Vbi iacco infelix, quantumq; in terram lapsus sum,
Aut etiam sub terra in lata barathra.
Neq; consolationibus delector, neq; sermonibus
Decipior, qui affectibus sunt auxiliatores. neq; mensuris
Alieni uitij delector, ut quis optimus.
Quæ enim incisis gratia laborantibus ferro
Aliorum incisorum uidere molestiorem dolorem?
Aut quæ malis utilitas sceleribus deteriorum?
E' bono siquidẽ aliquis præstantiore bonus fructũ ceperit,
Ita etiam malus, & enim aliquis uidens cæcis est adiumentũ.
Delectari autem malis, perfectioris est malitiæ.
Si uerò aliquis existentem malum existimat esse optimum,
Molestia est mihi, & celatus in pectoribus luctus.
Melius est optimum existentem uideri malum, q̃ pessimum
Gloriam habentem boni. sepulchrum mendax hominibus
Esse, quod marcentibus cadaueribus intus olens
Extrinsecus splendet calce & coloribus iucundis.
Oculum magnum tremamus, qui & infra terram
Aspicit, & ponti magnum profundum, & quæcunq; occulit
Mens hominum. secat autem nihil tempus, sed adsunt
Omnia Deo. quo pacto quis suum malum occultet?
Die autem supremo ubi occulemus nos ipsos?
Aut quis auxiliabitur? quo pacto latebimus oculum Dei?
Cum ignis discernet purgatorius actiones omnium,
Depascens uitij leuem naturam siccamq;?
Hanc ego horreo, & timeo noctè ac die
Intuens animam à Deo decidentem humi,
Et puluerem propè accedentem, quem effugere cupiebam.
Ac ueluti cum hyberni in ripis fluuij
Aut pinum, aut platanum toto anno comantem
Infractum radicibus fluentum lesit uicinum,
Huius sanè primùm quidem substentacula omnia quatijt,
Et præcipitio ipsam posuit pendentem: uerùm deinde
Paruis radicibus se continentem, ramis conuolutam
E' præcipitio abscindens medios iniecit in uortices,
Atque ipsam agens magno fragore saxis tradidit.
Vbi uerò ipsam imber, & colluuies semperincumbens
Putrefecerunt, utilissimum autem frustum in ripis iacet:
Sic & meam animam Christo germinantem regi
Vehemens irruens humi proiecit inimicus indomitus,
Cuius plurimũ quidẽ perdidit, parua autem reliquia temerè
Errat hinc & inde, Deus autem rursus excitet.
Qui sanè & nihil existentes fixit, & in posterum
Solutos figetq;, & in uitam aliam trahet,
Aut ignem, aut Deum Luciferum offensuros.
Si uerò Deum, & omnes in posterum alibi positum sit,
CHRISTE Rex, & si me mortuum & imbellem uri
Infensi uocant, clàm autem subsannant
Motis capitibus meam ridentes miseriam,
Ne me dimiseris manibus ab aduersarijs domari,
Primùm quidem cœlestibus in spebus rursus firmes,
Et mihi extincto paruum instilles olei
Humorem fitibundæ lucernæ luminis auxiliatorem,
Vt excitato igne, reuertens ueniat
Lux repullulans, uitam autem sortiar splendidam.
Secundò autem onera omnia des uenti procellis
Proijciens à me, spiritum autem præbeas leuem,
Quibus abunde domui, ubi meum cor. siue me ab amaro
Vindicans uitio, siue doloribus, quemadmodum quãdo pul-
Varijs cursibus, & arduis domitans, (lum
Siue molem quandam meæ cohibens mentis, quæ sanè celer-
Innascitur pijs, quicunq; mente sunt leues. (rimè
Qui malam ex bono Deo superbiam arripiunt,
Siue malis uolens obseruator uerbum nostris
Erudire mortales, uitæ odisse malitiam,
Velut non consistentis, omnibus aũt calamitates inducentis,
Bonis atq; malis, uitam autem ad aliam festinare
Firmam, immotam, melioremq; pijs.
Sed hæc quidem sapientiæ magnis in profundis iacent.
Quæcunq; ferunt uolubilis uitæ erudimenta mortalibus
Bona & deteriora, ratione autem omnia optima sunt,
Et si plura diffugiunt mentis crassitudinem nostræ.
Moues autem hinc & inde sapienter gubernacula mundi,
Quibus acti asperè scopulis malis
Vndam magnam traijcimus infidissimæ uitæ.
Verùm ego laborans, & calamitatibus omnigenis
Vexatus, flecto tibi genua. mitte mihi sanè
Digito humenti siccam flammam Lazarum citò
Linguã refrigeraturũ. Chaos aũt me ne amplius prohibeat,
Neq; ab Abraam magnis similibus longè iaciat

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ditem in passionibus, tuam uerò manum fortem
Immiseris, dolorũ autẽ præbueris medicinã, me aũt in omnia
Miracula & monstrorũ ostenderis robur, quemadmodum
Dic, & sanguineus fluxus desinat celerrimè: (antea.
Dic, & in furorem agat suum gregem legionis
Spiritus, & in pelagis cadat, cedat autem à me,
Et lepram abigas iniucundam, & lux ueniat
Oculis non uidentibus, & aures uocem audiant,
Et siccam distendas meam manum, uinclaq; linguæ
Fregeris, sistas autem pedum incessum infirmum
E' pane autem saties pauco, straueris uerò mare
Terribile, fulgeas autem clarius sole,
Consolides autem membra grauata, è mortuis autem
Rursus suscitaueris graueolentem, neq; me infructuosum
Veluti ficum anteà conspicatus, siccum perficias.
Alius quidem alijs auxiliatoribus CHRISTE confidit,
Sanguini & cineri, & supercilio hodie existenti,
Quidamq; alio indigent auxiliatore nullius momenti:
Tibi uerò ego soli rex maxime solus derelictus sum,
Qui omnibus dominaris, & mihi robur es maximum.
Non me uxor excolens immedicabiles dolores soluet,
Quæq; & dolentem consolationibus oblectat.
Neq; caris filijs exulto, à quibus senectus
Erigitur iuuenilibus sub uestigijs rursus gradiens.
Neq; fratribus delector, neq; socijs.
Illos enim odiosa mors rapuit; hi uerò amantes
Tranquillitatem, sociorum parium horrorem timent.
Illam oblectationẽ solum habebã, quemadmodũ cũ fontem
Sitibunda frigidam cerua propè est, uiros optimos
Christiferos uiuentes in terra supra carnem,
Spiritus perennis amicos, & cultores bonos,
Iniugatos, mundi despectores, sed & ipsi
Pugnantes pro te egregiè hinc & inde
Stant: æmulatio autem Dei soluit legem illegitimè,
Compagem caritatis, cuius nomen solum est relictum.
Ac ueluti cum quis leone relicto ursæ adhæserit
Insanienti, & hanc effugiens intra domum ruerit
Libenter, & manum suam ad parietem firmarit,
Inde prosiliens ipsum serpens percusserit insperatè:
Sic & mihi multis agitato affectibus, (offendero.
Nullum medicamentũ laboris. dolentius autem est quodcũq;
Vndiq; autem aspiciensq;, & in omnibus laborans,
A' te in te beate aspicio rursus, auxilium meum
Omnipotens. ingenite, sine principio & pater principij
Filij immortalis, lux magna lucis similis
Ab uno in unum euntis inconiectabilibus rationibus
Fili Dei, sapientia, rex, uerbum, ueritasq;,
Imago archetypi, natura genitoris æqualis.
Pastor, agne, uictimaq; Deus, mortalis, pontifexq;,
Spiritusq; qui à patre procedit, mentis lux nostræ
Veniens puris, Deum autem hominem efficit,
Propitiare, & mihi præbeas uertentibus annis,
Hic & postea toti diuinitati admixtum
Lætabundè hymnis te continuis honorare.

VIRGINITATIS CARMEN.

Virginitatem coronis deuinciamus nostris,
Ex puro corde puris concinentes in hymnis.
Hoc enim nostræ uitæ munus est bonum,
Auroq; & electro lucidius, atq; elephante,
Quibus uitam terrenam hum proiecit uirgineus stimulus,
Ad Deum celsi regem mentis pennas inde eleuans.
Incepto autem hymno unà delectemini sanè puri.
Communis enim omnibus hymnus est honos sanctis,
Inuidi autem foribus obstruamini aures.
Si uerò aliquis aperuerit, lustretur mentem uerbo.
Virginitas magnopere salue, à Deo data, datrix bonorum,
Mater innocentiæ, CHRISTI sors, cœlestibus
Pulchritudinibus iniugatis coniugata. iniugati namq;
Primum Deus, deinde uerò Dei chorus semper existentis.
Quippe hic quidem, fons luminum,, lu mẽneq; nominabile,
Neq; prehẽsibile, fugiensq; mentis pernicitatẽ, propè eũtis,
Semper subexcurrens omnium mentes, ut desiderijs
Trahamur in altum semper nouum. qui autem lumina
Secunda sunt ex Trinitate regiam gloriam habente.
Prima uirginitas est sancta Trinitas, quippe ex inexorso
Patre, filius rex, neq; alicunde progresso.
Ipse enim omnibus est uia & radix & principium,
Neq; filium hominum more procreantis,
Sed uelut ex luce lux uenit, ex filio uerò
Non amplius filius amabilis similem gloriam trahens.
Vt hic quidem maneat genitor totus. ut uerò ille filius,
Veluti & solius solissimus in unum conuenientes
Spiritu cum magno, quod ex patre procedit simile,
Vnus Deus in tribus apertus luminibus
Talis quidem est Trinitatis pura natura, ex illa autem utiq;
Angeli nitentes, informes, qui sedem
Circa magnam conuenientes, quoniam mentes sunt leues,
Ignis & spiritus diuini per aerem perniciter currentes,
Confestim magnis subeunt mandatis,
His quidem neq; nuptiæ, neq; dolores, non curæ,
Non affectuum turbulentia grauis pernicios a, non membris
Scinduntur, neq; domicilijs concordes in uicem.
Sibi autem idem unusquisq;, una natura, unaq; intellectio,
Vnum desideriũ circa regẽ Deũ magnũ, neq; quicquã filijs
Delectantur, neq; uxoribus, dulcem laborem fouentes,
Non diuitiæ illis amabiles, neq; quæcũq; mortalibus
Terra fert uitij meditamenta. non arant,
Non maria nauigant indomiti causa uentris,
Ventris, originis mali. cibus unus omnibus optimus,
Vesci Dei magni mentem, atq; illustri
Trahere ex Trinitate lucem infinitam, solitarij autem
Viuunt puri Dei puri serui,
Simplicesq;, intellectualesq;, splendidi, neq; à carnibus
Incipientes. carnes enim postq; cõpactæ sunt, rursus peribũt:
Neq; ad carnes proficiscentes, quòd aũt facti sunt manẽtes,
Cum his uirginitas Deo similis, uia parata
Ad Deum, sequensq; intellectiones immortalis
Versantis magni sapienter gubernacula mundi,
Intra uerò & cœleste terrenum magnanimum mortale,
Hominum laboriosorum sacrum genus, gloriam regis.
Sed agè nunc dicam mysteria gloriosa Dei|
Virginitasq; temporibus quomodo postremis effulxit.
Erat olim, erat, cum omnia atra nox occulebat,
Neq; uerò erat auroræ amabilis lux, neq; iter
Sol igneum agitabat ab exortu,
Non luna cornigera apparebat, noctis effigies.
Omnia autem simul in uicem lata temerè errabant
Primigeni chaus tenebrosis domita uinclis.
Sed tu CHRISTE beate patris magni consilijs
Parens singula discreuisti bene secundum ornatum.

Quippe

Quippe primùm lux facta est, ut omnia
Opera cessent gratiosa luce plena: uerùm deinde
Cœlum siderearum rotunditi, miraculum maximum,
Sole & luna splendens, quibus dixisti,
Illi quidem' auroram in hominibus monstrare
Lucis infinitæ fluxibus, & horas uoluere.
Huic uerò obscuritatẽ illuminare, et secundũ diem præbere.
Sub hoc terram posuisti meum solum, atq; mare
Terræ finibus deuinxisti. terram autem mari
Oceani finibus circumfluam. sic autem omnia
Ornatus erat, terraq; & cœlum, atq; mare:
Cœlum, cœlestibus exultans luminibus,
Pontus autem natantibus, pedestribus autem terra celsa.
Inspiciens uerò tunc deinde, & apta omnia intelligens,
Delectabatur filij regis concordibus in operibus,
Quærebat & sapientiæ scium parentis omnium,
Et terrenorum regem deiformem. & hoc dixit:
Iam quidem puri & perpetui serui
Cœlum latum obtinent, sanctæ mentes, angeli boni,
Cantatores, concinentes meam gloriam nunquã desinẽtem.
Terra uerò adhuc animalibus exultat inconsultis.
Mixtum adhuc utriq; mihi genus placuit componere
Mortaliũ, immortaliũq; intellectualẽ hominẽ intermediũ,
Delectantem meis operibus, & mente præditũ sacerdotem
Cœlestium, terrestriumq; magnum imperiũ, angeliũ alium,
E' terra, cantoremq; mearum uirium, mentisq;.
Sic igitur dixit, & partem capiens nuper compactæ terræ,
Manibus immortalibus meam constituit formam,
Huic uerò sua uitam impertitus est. immisit enim
Spiritum, qui sanè diuinitatis perpetuæ est pars abscisa,
Ex puluere autem spiritumq; homo factus est immortalis
Imago. etenim regina mentis natura utriq;.
Quapropter & è uitis hanc quidem amo ob terram.
Illius uerò desiderium in pectoribus gero diuinam ob partem.
Verùm postquã diuinũ quidem in terra figmentũ apparuit,
Et terræ in ciuitatibus semper germinantis paradisi,
Huius nondum aliquis auxiliator similis erat uitæ.
Tunc uerò consulti uerbi hoc miraculum maximum,
Mortalem quem fabricarat sui admiratorem mundi,
Radicem meam, & semen multifidæ uitæ,
Bifariam partiens magna uiuaci manu
Costam ex illius unam tulit: mulierem quippe
Fabricatus, & amorem in pectoribus temperans
Ambobus, mandauit in uices ferri,
Non omnib. neq; ad omnes: terminũ aũt imposuit desiderijs,
Quem sanè nuptias uocant, materiæ immodicæ habenas,
Ne insaniens, & liberè furens,
Promptè, gregatim inter se coeuntium
Rumperet hominum sacrum genus ex amore
Iniugato, bella autem & molestias omnibus agitaret
Stimulus indesignatis delatus temeritatibus.
Quousq; igitur mater mortalium indigebat terra,
Neq; tenebat ornatum supremum, ut debebat:
Sed & primus sceleribus suis,
Inuidiaq; draconis immitis è paradiso
Eiectus homicidæ plantæ, ob gustum erroneum,
Pelliceis tunicis suam onerauit terram,
Eousq; & duitas fuit in hominibus optima,
Et nuptiæ humanæ sobolis natura, remedium perniciei.
Vt pereuntibusq; & ueuentibus retro
Traheretur hominum mutabile genus ueluti fluentum.
Inconstans è morte, & consistens filijs.
Verùm postquam sinusq;, & lati fines terræ,
Ortusq; occasusq;, austri latus boreæq;
Implet a sunt hominibus, conuiciam aũt efferbuit cœnum,
Et multis anteà rudimentis figmentum domitum
Linguis sectis, & aquis, & ignis hymbribus,
Et scriptæ legis documentis, atq; prophetis,
Noluit primæ malitiæ uincla excutere:
Sed semper solis in nexibus tenebatur carnis,
Adulterijsq; ebrietatibusq; & idolis insanens.
Postremò talem amicum genus sortitus est honorem,
Nutibus immortalis patris & operibus filij,
Deus quantum mortali in corpore deposuit partis
Cœlestis, uidens à malitia anauuora
Laceratum, & malignum hominibus dominantem draconẽ,
Vt erigeret suam sortem, non ulterius morbum
Alijs permisit curatoribus: non enim sufficiens
Magnis affectibus paruamedela, sed eximiens
Suam gloriam, cœlestisq; & immutabilis cœlestis
Imago, humanisq;, & non mortalibus legibus
Venerandis in uisceribus intemeratæ mulieris
Incarnatus, ô miraculum imbecillissimis incredibile,
Venit Deus, mortalisq;, naturas duas in unum congregans:
Illam quidem occultam, hanc uerò manifestam hominibus.
Ex quib. Deus illa quidẽ erat, hæc aũt postremò nobis fabri-
Tunc, eum in uiscerib. mixtus est Deus humanis, (cata est
Vnus Deus utriq;: quoniam diuinitate temperatus,
Et mortalis ex diuinitate rex & CHRISTVS substitit,
Noua aũt extitit mixtio, quoniam priorem uilipendi,
Primùm ego spiritum diuinum sortitus sum, postremò autem
CHRISTVS meã animamq; & membra omnia susc epit.
Illum Adam primum liberum, qui nudus erat
A' peccato priusquã serpentẽq; uideret, fructũq; gustaret,
Et mortem, animũ autem conceptibus nutriebat simplicibus
Cœlestibus sacerdosq; Dei, diuinorumq; splendidus.
Hunc quidem reformans, mortalem Deus in naturam uenit,
Vt luctatusq;, & è morte in eremptorem
Superans gustumq; felle, & manus illicitas
Clauis, crucẽq; plantam, & altitudine terram
Ad uitam reduiuum Adam & gloriam reduceret,
Terminus autem explicãs sacrum corpus suũ, mortalem ipse
E' simbus collegit, & in unum deuinxit hominem,
Et magnæ diuinitatis in ulnis posuit,
Sanguine quidem agni maculamenta omnia expurgans,
Viæ autem cœlestis mortalibus scelus inde leuans.
O' rex, quis uerò tuam mentem & profunditatem inueniat,
Qui guttarum pluuiæ, & qui marinæ arenæ
Nosti numerum omnem, & qui uenti uias.
Quis uerò rursus nouerit tuæ beatæ uestigia uoluntatis,
Altè regens: qui omnia intueris, & omnia gubernas,
Aeuum quot occulit infimum. in te autem intendens
Mens hominum paruam lucem uidet, ueluti celerrimè
Fulgetram fugientem ab aere: sed hoc tamen
Verum est, quod passionibus tuis mortalem inde tollens
In uitam aliam posuisti liberam pro mala,
Antea quidem parturiebat uita & mundus humi,
Et terrestrium regem multus circumstabat populus.
Quos à magno rege abstulit dolis,
Nunc autem grauis malitiæ Christus è manu trahens,

Retrò

Universidad de Deusto
Biblioteca

Retrò reducit ad regem magnum, & mundum meliorem,
Illud nuptiæ sunt hominibus, hoc uerò iniugatio deiformis,
Mundus ille quidem terræ, hæc uerò cœlestis Dei.
Quẽadmodũ aũt inspirãtia tabellis uir simulacra imprimẽs
Paruis quidem primum, obscuritoribusq; formis
Speciem adumbrans labora, uerùm deinde
Coloribus omnimodis totam statuit formam:
Sic utiq; uirginitas CHRISTI sors semper existentis,
Prius quidem in paucis apparebat, & umbratilis,
Quousq; & regnabat lex coloribus debilibus
Apparentibus, occultumq; paucis subsplendebat lumen:
Verùm postq; & CHRISTVS purã per matrẽ profectus
Virgineam, non ligatam, deiformem, immaculatam,
Sine nuptijs & patre, quoniam debitum erat fieri,
Mundauit fœminas: Euam uerò extrusit amãram,
Et carnis expulit leges, magnisq; sermonibus
Spiritui litera cessit, & gratia in medium uenit.
Tunc igitur uirginitas fulsit hominibus splendida,
Soluta à mundo, soluensq; mundum imbecillem,
Tantum excedens nuptias, uitæq; uincula,
Quantum anima præstantior existit carne,
Et terra cœlum latum: quantum uita fluente
Consistens beatis, quantum Deus uiro est præstantior,
Et chorus circa regem luciferum stabat irreprehensibilis,
Cœlestis è terra festinans Deus esse,
Christigerus, crucis cultor, mundi despector.
Mortuus terrestribus, supercœlestibus curæ existens,
Faces mundi fulgentia lucis specula,
Qui Deum inspectant, & quorum est Deus, quiq; dei sunt.
Huc agè, quæcunq; coëtis concordes, atq; nuptiarum
Celebratrices, cel'a & lumina cita ferentes
Et aurum lapillis mixtum nobilibus,
Et molles mollia circum membra tunicas,
Dicite quot mortalibus nuptiæ & uinculum præbet
Lucra, & postea uocabimus iniugatam sortem.
Hæ igitur dicent uolubiliter inflatæ,
Audite iam cari filij, connubij terrestrium regis,
Nos quibus curæ est connubium, & uincula uitæ,
Quam filius immortalis patris statuit legem
Humanæ sobolis & sanguinis nostri,
Ex eo adhuc, cum primùm Adam costæ deuinxit,
Fructum ab homine esse mortalem, ex prole autem
Quamuis mortalem existentem, manere pullulantem filijs.
Hanc legem colentes, iugationemq; amabilem
Inuicem congressæ sumus, quoniam è puluere genitæ sumus,
Pulueris legem atq; Dei antiquissimam complexæ.
Etenim naturæ quidẽ quæcunq; sortitæ sunt cœlum latum
Iniugatæ, passionibusq; & difficilibus curis
Superiores, mortalib. aũt nuptiæ et uinculum adiumentũ est
Vtrumq;, ramorumq; carorum, fructuumq; amabilium,
Radixq;, & uitæ mellitæ bonum firmanentum.
Primùm Deus omnium genitor, & propitiare Christe
Tuis legibus puris plus quàm antea.
In hoc est uinculum amoris, quoniam & terra & æther
Et pontus filijs nuptiarum donis germinauit.
Si autem uerum est palmis desiderij lex celsicomis
Mixtas, fœminamq; & marem ueris tempore
Ramicomorum manibus pullulare racemiformem fructum,
Si uerò & ex duitate lapillorum lapis in unum cocunte
Gignitur, ut aiunt lapidum periti uiri,
Est & inanimatis connubium & uinculum amoris.
Sed quid mihi externorũ cupido est uerborũ et desideriorũ?
Aspice quæ hominibus nuptiæ præbuere prudentes.
Quis sapientiam docuit caramt & profunda adinuenit,
Quæcunq; terra, quæcunq; mare cœlum intra concinct?
Quis ciuitatibus posuit leges? & ante has
Quis urbes erexit? & adinuent consilijs artes?
Quis impleuit fora & domicilia? & quis certamina?
Quis exercitum in bellis, & in conuiuijs mensas?
Quis chorum celebratorem redolenti struxit templo?
Quis ferarum soluit uitam, & terram arare
Et plantarum opus edocuit, & maribus
Nauem immisit nigram festinantem uentis?
Quis terram & pontum humenti conuinxit itinere
Sine nuptijs? longè autem à se remota in unum conduxit?
Et quæ hic sunt, huiusmodi sunt: quæ uerò in excelso, multo
Inuicem manuisq; & aures & pedes sumus (præstantiora
Iugatione, duplices autem nuptiæ etiam debilem effecere.
Gaudium magnum beneuolis, dolorem autem hostibus.
Communes etiam curæ leuant mœrores.
Communes autem lætiæ dulciores utrisq;:
Iucundiores quidem diuitiæ concordibus effectæ sunt,
Iucundior autem diuitijs concordia carentibus,
Clauis autem utrisq; temperantiæq; cupiditatumq;
Coniugatio, & sigillum necessarij amoris,
Vnus pullus amicitiæ saltibus animum oblectans,
Vna potio domestici fontis alienis ingustata,
Neq; exterius profluens, neq; extrinsecus alium congregãs,
Cognati carnibus concordes, pietatisq;
Aculeum inter se desiderio acuentes similem.
Neq; enim à Deo nuptiæ seorsum ponunt,
Sed continet magis quis, quoniam & magis urget.
Quemadmodũ aũt paruã quidem nauẽ paruus emittit flatus
Velis apertis per undam celeriter currentem,
Vel manus mittunt acceleratam à remis,
Magnam autem non parua spiratio fert. sed grauem
Mare ineuntem ualidior uentus urget:
Sic certe & iniugati quidem quoniam uiuunt leues,
Leuiori magni Dei indigent auxilio.
Qui autem & uxorem caram & sicultatem inijt,
Et filios, secat autem longè magnam undam uitæ
Vsu maiori, plus Deum complectitur.
Hæc nuptiæ. uidua autem uita amore sine,
Immittis, improuida, sine penatibus, montiuaga,
Non medicinam affectuum, non senectutis infirmæ
Remedium, pubescentes suis filijs parentes,
Non compositio uitæ mellitæ, non foris
Delectantur, non conuiuijs, sine risu extra mundum,
Qui è uita nati sunt, & non amant uitæ
Radices, non hominibus concordem animum habent.
Si uerò uirtutem desiderans quis sperauit amorem,
Neq; uirtus amoris est sine, non quod solum
Omnibus antea connubium carum fuit pijs,
Sed quod & amoris benigni sunt soboles,
Et CHRISTI passionum gnari, atq; professores,
Patriarchæ, sacerdotes, munerigeri reges
Omnigenis uirtutibus ornati. non enim produxit
Terra bonos, quemadmodum aiunt celsas gentes gigantum,
Sed nuptiarum sunt soboles & gloria omnes.
Quis Deum hominibus sanme dominantem ostendisset,

Quamuis

Quamuis longè existentibus, mentẽ aũt implesset amoris
Diuinioris, & inde abduxisset in uitam aliam,
Quis animas expurgauit totis hominibus splendidis?
Fides Enoch transposuit uerò, ex aquis seruauit
Mundum totum animabus paucis & seminibus natantibus
Noe magnus, Abraam uerò pater urbiumq; & gentium,
Et uictimam Christo ad aram filium uinciens:
Moses duxit populum ab Aegypto graui
Miraculis cum magnis, legem autem excepit tabulis
Ex alto lapideis, Deum autem inspexit ex aduerso.
Fidus inter priores sacerdos erat Aaron.
Lunæ autem solisq; cursum tenuit bonus Iesus,
Longiorem hostibus cædem & dolores struens.
Et tu beate unctis ferens cornu sancte Samuel.
Dauid inter reges celebris erat omnes,
Et Solomon sapientiæ prima gloria. neq; prophetarum
Obliuiscar. Eliam uerò in cœlum rapuit currus.
Quis autem legis medium & spiritus non est admiratus
Lucis Ioannem, magnisonum præcursorem summæ?
Quis uerò duodecimam inclytorum posteà discipulorum?
Quis Pauli robur magnanimi cœliuagi,
Aliosq; qui geniti sunt, & qui nunc sunt optimi?
Tutamen uerbi, mundiq; decus, populiq; fundamenta.
Quos omnes hominib. nuptiæ et CHRISTVS dederũt,
Neque etiam mulieres in pietate elatæ,
Quarum magnus in libris à Deo inspiratis numerus,
Sine nuptijs & carne gloriam inierunt,
Dicam maius uerbum meum honorans amorem.
Et Christus puris quidem attamen uisceribus admixtus est
Humanis, è sponsa autem dilapsus est muliere,
Dimidium coniugationis miscens mortalis diuinitati.
Vnum autem post omnia maximũ meũ imperiũ si uincant
Iniugati: et hi enim meum sunt genus, quemadmodũ omnes.
Neq; enim ex innuptis nupti, ex nuptijs uerò
Iniugati. filijs præcipimus, continete contentionem.
Si non patres estis, è patribus tamen geniti estis,
Hæc nuptiæ postea mœrebunda gena
In pilaceis pannis, & membris infirmis
Sine calceis, arensq; in terram oculos tenens
Virginitas, paulum autem diducens cum uerecundia
Labra, colorans genam sanguine uenusto,
Et è capite trahens clàm occuleret tegmentum.
Hanc igitur adhorter ego huiusmodi uerbis:
O filia cœlestis, & interius gloriosa,
O magnis choris assistens regnatoris
Cantoribus, & si te corpus & terra continet
Huc ades, & fare uerbum. ego uerò ante te
Stabo: quippe enim mihi diuino munere uenisti regina.
Venisti, sed magis adhuc ueniας, & propitia sis.
Quis me & nolentem ducit ad hanc sedem,
Quis uerò operibus meditantem meum Deum quieteq;
Colere, diurnisq; laboribus, nocturnisq; cantibus,
Et lachrymarum fontibus, & sanctis purgationibus
In contentionem uocare inanem, & discordias uerborum?
Nõ enim in hominib. est meum imperium, neq; sermonibus
Volubilis. neq; foris immiscor, neq; iudicum
Benignorum suffragijs exulto, quibus curæ est
Parum quidẽ iustitia, paucisq; etiam, sæpenumero aũt rursus
Hinc & inde examen declinant iustitiæ.
Alijs res uitæ in precio sint, at uerò mihi
Vna lex, una intellectio, temperatum amorem
Erga Deum celsi regem luciferum inde proficisci,
Aliorum autem bonorum me tantum mentes cupido tollit,
Quibus inanes superbiunt temerè inflati,
Citò aduenientibus, & pereuntibus celerrimè
Quantulum fumi & uaporis, atq; fluentis
Auræ & arenæ concussæ uentis,
Vndiq; tractæ, aut supra mare nauis uiæ.
Vellem spreta inter homines existens,
Paruam inter cœlestes habere gloriam semper existentes,
Quàm omnibus imperans, à Deo cedere seorsum.
Sed tamen horreo ac timeo, ne quis eleuatus
Virginitatis nouipactam alam in æthere mouens,
His sermonibus labatur in terram celerrimè.
Quoniam in medium ueni meorum filiorum adiutrix
Verbum auxiliare Dei cum manu ferens.
Matri uerò meæ primùm dicam quæcunq; decent.
Illud quidem uerè dixisti, & numerasti,
Iugatio grata, & laudaui. quippe enim ego
Incipiam unde desijt tua oratio, quòd innuptis
Radix est connubium, & enim est & radix & principium,
Quis uerò inficietur modestus parentes,
Non tamen omnia dixisti uera. sed excipias
Quamuis mater sis sapiens & prudens uerbum,
Et magnæ sapientiæ mysteria circa generationem,
Quam latebræ ostenderunt mihi magni Dei.
Non totius hominis pater est mortalis, ut aiunt.
Sed quantum carnisq; & sanguinis utrisq; autem
Pereuntibus, anima uerò Dei regnantis est flatus
Extrinsecus incidens, pulueris figmento nouit qui miscuit,
Quomodo primum inspirauit, & imaginem muscuit terræ.
Testis meorũ uerborũ & tuũ desideriũ. semiperfectus enim
Amans non animas filiorum, sed corpora sola.
Quibus moreris laborantibus, & quibus uirentibus gaudes.
Plus enim paruis pater & ueneranda mater
Suorum filiorum iacturis proprium domitat cor,
Quàm magnis animarum uitijs & deterioribus iacturis.
Illorum enim parentes, harum autem non sunt parentes.
Si uerò te matrem ego uocabo, & in deteriorem partem,
Quo pacto tu præstantioris inuides patris pueris.
Quare magno genitori mortalium uolens cede
Virginitatem honorans Deum patrem complexum.
Matri quidem talia, & sufficiens hic uerbum,
Verùm ego cari filij Dei, omnium regis,
Hanc legem colens, concordiam amabilem,
Ad Deum solum miscui, pulueris autem reliqui amorem,
Quem filius immortalis patris statuit desuper
Genitus ex adyto, & indeficiens ex indeficiente
Ex eo adhuc cum primùm Adam posuit in paradiso
Iniugatum, & postea data lege lustrauit populum,
Et soboles purgauit lege, & templum honorauit
Corporibus sanctissimis uicissitudinariorum sacerdotum.
Testis Ioannis pater magnus, minime antea
Procreans carum filium, quem intra ceperat templum,
CHRISTI magni prænuncium hominibus,
Priusquam Deo perageret mysteria diebus sanctis.
Legis autem finis CHRISTVS, hominibus commissus
Virginali ex utero, ut nuptiæ in terram uergerent.
Atq; hic quidẽ sic cessit, excitatus est aũt mũdus præstãtior.
Et mors primigenam solubilem per carnem proficiscens,

Fluxu

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fluxu genitis,& pereuntibus generationi,
Virginitati occurrit,& perijt,quemadmodum cum saxo
Maritimo magna unda,& aquam depascens flamma.
Ad hæc quis urbibus & infirmis legibus,
Quis foro gauisus est, & fluctibus,& quis certaminibus,
Quæ uerba composuerunt in citò morituris ephebis?
Quis exercitum in bellis, & in conuiuijs mensas
Laudauit? quis sapientiam inanem,quæq; in manibus,
Quæq; in tenuibus sermonibus,& nexibus posita est
Ibi genitis,& aeri solutis?
Quis uerò utiq; delectatus est, plantationisq; laboribus
Nauisq; celeris cursu uelocibus à uentis?
Hæc qdē nequaq; nuptiæ & documēta sunt. quis uerò Adæ
Vltionis antiquæ paruam partem, quibus subserpit
Calcem meum credens amarus serpens:si uerò nuptiarum
Valeat, neq; enim mihi commercia ad uitam aliam
Hinc festinanti,beata autem omnia peribunt
Hodie,uel mundi cum inconstanti fluento.
Fluxibilis enim fluxibilis traijcis uitæ
Parum attingensq;,& percurrens currentem.
Si uerò sapientibus gaudes,quoniam ex te geniti sunt,
Excipe & peccatorum malitiam,quorum radix extitisti.
Radix Cain,Sodomorumq;,& quos dispersit in turri
Christus pnciosa machinātes,contumeliāq; quā extinxit im-
E cœlo terram omnem unà cum spirantibus expurgās. (ber
Quis Pharaonē maliconsultū,Achaab audaciā,Assyriorūq;
Amarissimos reges educauit? quis uerò iustum
Sanguinem in conuiuio libidinosis motionibus dantem filiæ
Scelestum Herodem puericidam,atq; interfectores
CHRISTI omnium regis,quiq; extitere insecutores
Antè & postea,& postremis temporibus,
Quorum ultimum primumq; malum Beliæ barathrum,
Graue Iuliani imperium animarum perditoris.
Cuius à Deo percussi, quoniam pugnam attollebat Christo,
Calidū adhuc feruēs puluis,magnus horror peccatorib.est,
Aliosq;,quos dedit uitæ connubium,atq; etiam dabit,
Mendaces,homicidas,obliquos,peierationem iurantes,
Raptores alienorum,externi corruptores lecti,
Quis numeraret? quoniam hoc omnibus ostensum est.
Quod plus est auro puluis,pluresq; pessimi
Bonis sunt: etenim uias transeunt inæqualet.
His enim plana & cursilis est malis,
At uerò boni secant accliuem.quapropter bonis
Quamplurimum deteriores præstantiores sunt numero.
Siquidem igitur desieris exultans filijs,
Et orbam uocans uitam diuinitatis sociam,
Sistemus hoc loco uerbum habes gloriam concertabilem.
Neq; enim ipsa inuideo terrestri genitori.
Quod si Dei secundas partes sortita,primas aspicis,
Loquar uere quidem,uerùm molestum uerbum.
Quis omnium hominum hoc cogitauit filium optimum
Serere, quod autem remediū incommodum filium gignere.
Imaginem quidem pinxit quis ab imagine non deteriorem,
Et fictor expressit similia figmenta formæ,
Et aurum manibus,ubi mens, excussit ars,
Et spicam ex bono agricola bonum messuit
Semine,neq; frustratū est à fine desideriū,qualē sperauerat.
Mortalis aūt nō manifestè nouit filij naturā,in quod desinet
Nō bonus,neq; etiā malus,neq; gloriatur bonus præstantio-
Si Paulus quis existēs,Christicidā filium procreabit (rem.
Annam aut Caiaphan perniciosum,aut aliquem Iudam.
Neq; si quis natura malus qualis Iudas,
Vel Pauli diuini uocabitur,uel hic Petri,
Petræ infractæ genitor clauem sortiti.
Neq; enim si earum filium procreabit, uel filiam,
Nouit pater,contumeliā autem pulueris solū extinxit lector
Ex uno autem autore generis Cain & Abel manarunt,
Aemulator,sacrificijq; Deiformis bonus cultor,
Isacidæ autem Esauq; malus,Iacobq; optimus,
Et plus ex uno enim gemellus partus nihilo similis,
Et Solomon primò sapiens,deinde pessimus,
Cum fœminas secutus est peccatrices.
Contra rursus Pauli magnum robur utrinq; (uit
Qui Christū quidē illudebat, deinde uerò omnib.demōstra-
Vertens in bonam æmulationem igneum impulsum.
Horum coniugio quid dabimus? nihil ego equidem.
Non enim iugatos iucunda sequitur imago,
Sed ueluti quis uolubilibus oblectatus mentem talis,
Talos quidem proiecit,par autem aut impar
Non manus, fortuitæ autem lapillorum uolutationes tulere,
Sic certè nuptiæ filiorum aratrices prudentesq; malosq;
Non peperere,sed edocuit mortalium natura,aut disciplina.
Quod si uerum desideras nosse sermonem,optimi quidem
Spiritu,ac uerbo formante optimi.
Scintilla enim pietatis in hominibus cælata est, (rum
Quemadmodū in nōnullis lapidibus ignis robur.ut aūt fer-
Ictibus è lapidibus emisit lucem,sic è mortalibus
Pietatem latentem ducit uerbum.pessimi autem
Potius coniugij sunt.hoc enim plus hic gignit,
Et mundi fluentis sodalis clauus humi
Carnem uincens,animamq; infra premens plumbago,
Et sors filijs similis hic manens.
Sed tamen filijs deuincimur,neq; tu dicere
Bonos,proijciamq; sceleſtos ego.
Alijs uerò,quorum sancta uita est præstantior,
Noueris amorem Dei,carnisq; grauis
Spectans,mundorumq; naturam & fines duplices.
Si enim uel paulum diffuderis intuitus,
Aut corruptionē sordentem à splendore, uel etiā nebulam,
Et pupillam aperueris ad splendores solis
Nostri,pura autem mente solueris omnia,
Inuenies uirginitatem quidem totam dedicationem Dei,
Auroq; electroq; lucidiorem, atq; ebore
Spectabilem,serenantem,bellè alatam,celsicipem,
Leuem,splendentem,supra terram,immotam
Terræ in cauitatibus,in urbe latifunda
Cœlesti,& à carne longè habitantem.
Manibus utrisq;,hac quidem continentem insenescentem
Vitam,altera uerò diuitias & gloriam incessabilem,
Non quemadmodum domiferam sub pondere testaceo
Trahentem laborioſe humidum corpus uestigijs pigris,
Non CHRISTO & carni partitam regi,
Neq; quemadmodum ambiuijs lex,& terram habentem,
Et mollibus habitantem in aquis nocte & aurora,
Sed Deo mittentem totam mentem,ex Deo autem
Præstantioribus & filiorum procreationibus florentem
Spe,purisq; intellectionibus ex puro:
Coniugium uerò rursus penitus à CHRISTO currens
Feruoribus pernicioſis pulueris,mundiq; curis
Omnigenis,uel parum quidem pertingentem Deum.

Vcluti

Veluti enim uidens capita duo,uel facies,
Vel & in paginis scriptas literas duplices,
Non totam uerè formam rapuit quamuis cupiens,
Sed hoc quidem prehendit, illud uerò effugit uisum rarum
Dißipatum,ueluti stimulus in utrisq; imbecillis,
Mundoq; Christoq; firmus autem est in unum tendens.
Aut enim Christum habens quis totum,neglexit uxorem:
Aut colens amorem pulueris,Christi oblitus est.
Iam & quendam uidi lapicidam,aut aliquem operum
Gnarum ligneorum,prudentes & intelligentes uiros,
Rectam mensionem cum coniectati fuerint,
Vt oculorum alterum sub supercilijs deuinxerunt,
Altero uerò mittentes totam lucem in unum congregarunt.
Veritatem assecuti sunt,insecutum autem est ferrum.
Sic desiderium in unum ueniens,Christo proximius agit,
Qui desiderat desiderantem,& intuentem uidet
Intuentem uidet,& occurrit accedenti.
Quantum quis desiderat,& uidet,quantum intuitus est,
Tantum & desiderat.circulus uoluitur bonus.
Hunc ego desiderans reliqui uitam, neq; potui
Oculum iácere aliò, iucundum autem me uinculum cōtinet.
Pulchritudinem prehendentem,quæ meas mentes occupauit
Intuentis,in me autem concußit splendentißimam
Facem,totam pulchramq; & lucidam reddidit.
Solus enim desiderans,& pulchritudinis partem congregat
Ex amabili desiderati.beatus autem est,qui excepit.
Sed tu & desiderium aliud in pectoribus duces.
Et superbis, ut magis supercœlestibus appropinquans,
Causa eis filiorum & facultatis atq; parentum,
Vt leuium,leuium uerò sapienti desiderium est inspectatū,
Nauis parua,paruusq; meatus,& lucrum leue
Non consistentium: tibi uerò nauigatio hæc infinita,
Et fretum traijciens,precare pontum meare
Vela sinuans per undam Ioniam.
Ventus hæc fert, & melior,si quis præstantior.
Si uerò & occurrens,parua mors hic mori.
Animæ autem nauigatio est magna & flatus boni,
Cui sanè timens plus Christum apprehendi
Non solum,desidero autem quamuis serenans tamen
Christū meū desideriū sanctū,qui firmus est desiderantibus:
Qui uerò rursus indigens aspicit ad manum Dei,
Non indigere existimās, occasionis desideriū statim omisit.
Nam si feriat tuam mentem Christus desuper,
Et mediam uulneret refrigeranti sagitta,
Vtroſq; amores inspiciens utrinq;,
Noueris stimulus regis quantum dulcior est.
Quid plus filijs reuirescentibus parentes
Senectæ alumnis,uxoriq; maritus,uxorq; marito,
Communes autem lætitiaq; & dolores & curæ (tum,
Leuiores,claudicāt aūt aliqs gradiens magnū est firmamen
Verùm mihi parentes sunt, quicunq; bonum docuerunt,
Filij uerò,quos docui,coniugem autem solum accepi
Christum,qui iniugatos complectitur supra cæteros,
Etsi omnibus fixus est,crucemq; ob omnes sustulit.
Quo & cachinnans,& si oblectamenta iecerit,
Gaudeo,& me efficit leuiorem & mœstitia,
Vt aurum fundibulis expurgatum sordens,
Temperantiæ uerò quàm tibi nuptiæ & uinculum cōtinet,
Huius quidē ego nō carnem, rationē aūt auxiliatricē posui,
Et desiderium,quòd dominans alienum extra posuit,
Veluti quidam leuioribus leo feris insistens.
Carnes enim sunt concordes in affectibus,
Quapropter & quædam sciunt ferre gratiam mutuò.
Tibi grauis est mensa,si ustum autem me parum nutrijt,
Veluti & milia Christus magnus olim in solitudinibus.
Tibi potus est ex cultis uitibus, meū aūt merū dies semper,
Fontes,& fluuij,& putei longi fluunt.
Tibi pinguentes facies,& uestimenta mollia,
Ornatus mihi sordens coma,& uestimenta molesta.
Vestimentum fero aureis excussum texturis
Christum,meæ animæ occultum pulcherrimum ornatum.
Lectus tibi mollis,stragula autem saccus mihi quidem,
Et cespes in solo,& lachrymis madens humus.
Tibi preciosum est aurum,mihi puluis exoptatus.
Vitulo petulantior tu,tristis demissa sum.
Cachinnaris ridens,genam nunquam solui.
Gloriam cupis,mea autem gloria non est in terra.
Verùm cum hæc dißexeris & uideris,
Specta & nuptiarum difficultates cultoribus carnis.
Venalis est uxori maritus, & quod hoc est deterius,
Sæpenumero neq; bonus,& uenalis uxor marito.
Sæpe & odiosa fabricatum malum,neq; reiectabile.
Si enim boni & concordes,in unum euntibus:
Si autē mali,labor intus domesticus, inimicitiæ incessabiles.
Ponemus neq; malos neq; concordes:sed grauis
Sæpe & nouum in iugum uenit parca.
Spōsus,deinde mortuus.thalamus, sepulcrū,mixtim iucūdis
Dolores,paruus cantus,prius bonum molesto.
Alius facem accendit nuptialem,extinxit alius.
Alium uerò quis nominauit filius patrem,alius orbatus
Statim,ramus quis ueluti à uento concussus.
Nuper puella,pòst mulier,post uerò uidua,
Nocte una hæc omnia,& die sæpenumero uno.
Trahens crines,ornatumq; longè proijciens
Sponsalem,lacerans genas manibus raris,
Pudorem uirginitatis amaris affectibus linquens,
Grauiter pereuntem uocans maritum, & domum desolatā
Lugens,uiduamq; sortem,& luctum intempestiuum.
Tacebo partus iacula,& onera mortua
Matris in ilibus,amarum & sine matre fructum.
Non parentū filiorumq; sepulchra antea,deinde parientes,
Antiquiores partu mortes,& sine puerperio puerperium
Taceo,erriluuia,& fatua,& adulterina,
Iacturam humani generis,& ludibria carnis
Hæc pensat quis,ubi lancis est motus
Aspiciens,& multam mea uita altitudinem attrahit
Ad Deum celsiregem.omnibus conspicua optimis.
Opprobria autem mutua tacebimus.ut enim uidetur
Virginitatis os graue uerbositates effugere.
Si uerò tu uirginitati obijcis Deiformi calumnias,
Sicubi quis & parum meum deturpauit incessum,
Et Christi tunicam immaculatam turpitudini miscens,
Tuorum bonorum primum in erroribus subiens
Serò nubens, sanctéq; fugitiuus magnæ uitæ:
Meminero & ego furtiui turpißimi lecti,
Quem peccatores subducunt Dei calcantes minas.
Hoc enim in mortalibus malorum pernicioſißimum est
Omnium,& candenti igne plus dilanians,
Cum quis alieno adhærens maleficus lecto,
Et sobolem dubiam habet,& uinculum amoris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed te quidem adulteri & corruptores nequaquã à nuptijs
Prohibebunt. subit autem & qui ensem immulsit
Hostis lateri, adultericidam, adhuc cruore
Stillans uiroli, & qui subterfugit aciem.
Me uerò quis à Christi desiderijs longè ponet
Insanus. calculus autem paruus fluxum latum prohibebit.
Non fas est, neq; decet: quoniam longè melius est
Sublatis pluribus cadere aliquos. si fas est dicere
Hunc sermonem linguis contrarium, quàm humi
Manere timentes, ne fortè ala in terram fluat.
Boni etenim, Christi gloria. pessimi autem,
Veluti lapidem mittentes in cœlum fatuitatibus,
Suscipiunt uitiumq; & uituperia suis capitibus.
Angelus erat antea Lucifer, sed cum cecidisset,
Cœlestibus permãsit sua gloria: quẽadmodũ uerò discipulis
Nullum fuit Iudas opprobriũ, cum cecidit. sed hic quidẽ citò
E numero electorum. illi uerò undecim manebant optimi.
Et pontus aliquem perdidit. ille uerò uelis passis
Nauigat naufragi uidens sepulchrum, uel à sepulchro
Rudentes soluens. funes uerò inde alligauit.
Mater mea iubes me linquere uitam sic ascendentem.
Vel orationem sistamus: quoniam uictoria est natæ
Victoria mea. parentũ autem & sic est uictoria. si uerò quod
Virginitatis tu gaudes quanta sit mea gloria, (mater
Non intelligis quòd omnes, quos connumerasti optimos
E parentibus, parentibus autem iustiores & præstantiores.
Et Christus quidem ex Maria quidẽ uerùm longè præstãtior
Non ueluti Mariaq;, & quos carnes continent, (est.
Sed & cœlum latum quos intellectus circumocculit.
Et spica ex paruo quidem, uerùm spica germinauit
Semine, ex arena autem magnopere excellens extitit aurũ.
Orationis autem summa, in utrisq; uitis
Iniugationiq; nuptijsq;, aliquam imaginem sermo inuenerit.
Hoc pacto spectaueris mei sermonis finem.
Hybernæ niues flores uerò ueris tempore,
Et canus cuiui, robur autem pubescentis.
Iam uerò flores quidem in hyeme, hybernæ uerò
Visæ sunt niues tunc in diebus uernis,
Et canum eduxit iuuenis, & senium leue
Inspexi, lanuginem nuper emittentis longè robustiorẽ uir.
Sic igitur coniugiũ quidem natũ est è terra, iniugatio autem
Christo omni regi coniugata, sed tamen,
Paucies uirginitas quidem in terram declinauit grauem.
Coniugatio autem ruit in cœlum, unde insperato
Ambæ mentitæ, hæc quidẽ nuptias, illa uerò choream.
Sed amici, parentesq; & iniugati adhuc pueri,
Quousq; humilibus similes uel testudinibus,
Aut obliquiuagis & octipedibus cancris,
Aut longorum serpentium obliquis tractibus uentris,
Viuiq; odiosa grauati pondere carnis,
Huc agite & Christi monitum audientes,
Pulchritudinem, gloriam, diuitias, genus, opes, omnia
Proijcientes, malitiei immitis posteros iucundos,
Inde excitati, uitam meamus leuem
Sanctissimi puris concordes cœlestibus.
Vt scilicet magni Dei existentes sectatores,
Lætabundi concinamus celebrem hymnum regi.
In nuptias autem desinentes à nitore paradisi,
Et terram laboriosam, quæq; sequuntur mortuos.
Contra ex illigata uita ad gloriam eamus,
Et plantam nemoris bonam, unde cecidere temeritatibus.
Talia & iniugatio Dei similis, iudices uerò
Coniugium desiderantes, tamen coronabunt caput
Virginitatis, Christus autem dans præmium utrisq;,
Hanc quidem dextræ adstituet propè manu,
Alteram uerò læuæ, gloria autem & hæc maxima.

DOCVMENTA VIRGINIBVS.

Victoria quidẽ igitur tua, & q magnopere carnis ami
Sic iudiciũ iudicabit, paulum uerò uerbis meis (cus
Virgo gloriosa, & splendidi consilij sapientissima,
Aures admouens, & in mentibus tuis iacias
Sermonem meum, caniciei autem monitus est optimus.
Ne te mens uulneret superuolantem morbus.
Sæpe enim casus quidem à terra in altum tulit,
In terram aũt altitudinem posuit. Deo hæ leges positæ sunt,
Benevolum esse lugubribus, superbos autem minuere.
Neq; paruis mensuris tuam ponderans uiam,
Si quem prætereas extra cursum, seu pessimum,
Finem esse uirtutis hoc existima. non enim optimum
Paucis præferre, modus autem tibi est præceptio,
Et Deus quo tu longè, & si celerior alijs,
Animaduerte non supra quot, quot autem infra
Stans, in uia præstantissimus gloriaris esse.
Cœlum latum desuper, tu uerò in planis tolleris,
Audiui quod piscibus in aqua uidentur
Lunaq; Solq; & astra. non tamen hi quidem,
Surda autem ueritatis simulachra intuentes,
Delectantur ut luminaribus tenuissimis formis.
Nunquam enim humeris cani maris emergentes,
Verè splendores spectarunt antea.
Quippe citò animaduertissent lucem & lusus lucis,
Vt quidam. non enim regis ueram uidere celsitudinem,
Paulum exilientes, habere se existimant omnem celsitudinẽ.
Sed tu illud quidẽ prædisti, hoc uerò spera. illud uerò cõscẽde
Gradibus in pluribus, semper priorem inuens.
Et statio est pessimum, festina ut prensurus,
Quousq; te & ultimum in gradum Christus adducat,
Neq; te uituperatio retro iaciat, & lingua pessima
Virus echidnæum mittens ob tua bona.
Duæ enim hominibus uiæ, & duplex opprobrium.
Hæc enim mala est, & ad finem æqualem agens.
Alia uerò bona, & huius amicus finis, ut decet.
Vituperatio autem utrisq;: quoniam linguæ aliquid fuerit
Præstantius, si solis occurrit pessimis,
Nunc uerò hæc omnibus simul, bonisq;, malisq;
Rabies existit. tu uerò mihi considerator & inspector esse
Vtrorunq;, & hanc quidem animaduertas, quæ peccatores
Insequitur, ut uitium fugias, quod lingua minuit.
Alterius uero mihi tantum habere timoris, quàm bonis
Inimicus armat amarum malus, quantum flatus
Maritimum saxum, & undæ infractæ.
Neq; turpe unquam aliquid, quod pluribus placuit agas,
Neque à bono desieris, quod odio habuerint pessimi.
Facere autem gloriæ digna, si autem absit,
Ne te dolore afficiat falsus sermo. sed eas promptus
Hac uia, illi uerò latrent inania, nihil amoris
Diuinioris offendent, inuidia autem oculos liquefaciat.
Neq; uerò tu ex Sodomis aufugiens, & cinerem effugiens
Huius uitæ, diuiniq; ignis lugubres minas,
In Sodoma respiciens, quoniam lapis statim dirigueris.

Columna

Columna & uitij, & molestæ mortis.
Neq; etiã ex Sodomis quidẽ subtrahas pedẽ, in cãpis autem
Vicinis moram trahere propè ignem: sed celerrimè
Seruari in montem, ne te ignis imber insectetur.
Neq; nimium horrere carnis naturam, ueluti indomitam.
Non enim adeò est timor, qui uinctum hominem facit,
Neq; nimium carnibus cedere mollibus,
Ne te per præcipitia iaciat satietas non expectantem.
Promptus quidem asperam eas uiam. si autem meas,
Animaduerte ne sit lapsus aliquis, ut ad finem accedas
Sine casu, angustum uerò peragas uestibulum.
Vbi luxq; gloriaq;, malorumq; respiratio omnium.
Si times stipulam, fauillam quod pauca excitat,
Confide, imber desuper refrigerabit flammam multam,
Votaq;, luctusq;, & dies lacrymosi,
Et nocturnæ auræ, amorq; totus erga regem.
Talia sunt temperantiæ bona medicamenta, quib. tu optimè
Neque simulachra desiderijs deterioris unquam facies
Tuis in mentibus: puram autem & mentem habueris,
Vt nauis magnæ Dei & spiritus splendore.
Virgo, uirgo sis & auribus, & oculis,
Et lingua, omnibus facilè inest peccatum.
Aures quidem pennatæ sine solis bonis sermonibus,
Turpibus autem fores & temerarijs tendantur.
Oculi uerò in uirginum habitaculis tuis supercilijs trahãtur
Temperati, neque lasciuis motibus stimulum excitent.
Labra uerò rursus folliculis similia uincula iaceant.
Et uerbum desideretur. pedes uerò superbè euntes,
Mentitores uirginitatis, et motiones greßũ habeat quendã,
Laceram autem tunicam, & non delicata capita
Vereare, non Serum pulchras texturas, margarita aliam
Exornet, & aurum affulgens membris.
Quorum & pictæ facies, terrenarum figmenta manuum,
Imaginis cœlestis aliena, imagines turpes,
Libidinis columnæq;, & non loquentes redargutiones,
Motæ tabellæ, mysteria noctis benignæ,
Turpitudines splendentes, sepulchra occulentia dolorem.
Ab his longè eas adstatrix gloriosa
Pulchritudine cælata sponsa CHRISTI regis.
Oculos autẽ oculis misce, sermonẽ sermoni, sancta et sanctis
Nunquam neq; risu ridens, & fiduciæ fiduciam.
Ex his enim malus hominibus lapsus.
Mascula omnia fuge, aduentitium uerò maximè:
Merræ amaram aquam, & pareas uirgo sancta.
Etsi auro fuerit purior, uel adamante
Solidior: duplex enim adest timor, si tu parueris
Carni tuæ, quis fidus contubernalibus membris.
Ne tibi quidem purumq; immaculatũ oculum intellectusq;,
Mens uerò tegat aliquid puelueris, & spiritum sectetur.
Ex carnibus ad spiritum transisti, unde sublatus es,
Quomodo rursus carnibus cognatam uitam collaudans,
Sponsum sacratum tuæ æmulatorem formæ
Deformas, ne fortè glorioso amore priueris,
Quoniam duplicem claudicantem in utrisque pedibus,
Christum habens amabilem, despue uiros omnes.
Quid quæris auxiliatorem habere indigentẽ auxiliatore?
Pulli quidem pullis amici, ceruiq; ceruis,
Et sturni sturnis, puro autem preciosus est purus.
Sed tamen malum consultorem fuge, ne te decipiat,
Quãuis prudentẽ existentẽ. sapientib. aũt & plus inimicitia
Sæpe ex bono malum ministrauit & bonis.
Nunc lucem, deinde tenebras intus mortem, escam desuper.
Et blanditur dulcibus, & perdit occultis.
Sæpenumerò quidem congregarunt concordes inter se
Spiritu, & lux uenit, cognomen autem graue,
Quam charitatem uocant, subijt. uerùm postea
E corde ad carnes agens desiderium propè existentes
Aut ignem, aut ignis signa molesta dat.
Si neq; ignis signum, sed celerrimè
Percuties intuentes, paratiores autem omnes
In uitium sunt, fluxus autem in pronum uadit.
Sed des mihi & uestem, mensaq;, imbecillitasq;,
Senectutis difficilis hãc duxit turpitudinem auxiliatricem.
Aurea æneis permutas, si splendenti
Pro uita paruam & indecentem delectationem suscepisti.
Neq; si mihi auri & electri talenta,
Et agros uirentes & lata pecora dederis,
Et domum splendentem, & Alcinoi mensam,
Neq; si mihi uitam aliam insenescentem pro præsenti,
Neque sic Christi relictricem ego uitam turpem eligerem.
Panis mihi suspiretur, potus aqua desideretur,
Folia ficus me, ut prius Adam Euamq;, tegant.
Et cauernas habeam saxorum, domum aut aliquam fagi
Latebram, illaboratamq; uitam, & feris similem.
Vel aliquod apud uestibulum proiectus pondus terræ
Viri superbi, pauper, & Lazarus alius,
Trahem uitamq; molestam, & corpus ægrum.
Nunc hæc, hiatus deinde, & inhonoratu omnia iucunda.
Tibi satietas, dolor mihi sanè paruus, & omnia oblita sunt.
Vnum omnes post sepulchrum, sola puluis, æquus locus
Seruis & regibus. plus autem non est inferni.
Quapropter neq; bonis delectare præsentibus,
Neq; nimium laboriosis ledere mentem huius uitæ.
Quippe enim unà cũ iucundis & dolores omnes relinquos
Non post. quid autem est magnum temporariæ uitæ?
Hospes uerò sis habitator in aliena terra gradiens,
Vnde educet Deus in patriam tuam,
Paulum collectatum: laboribus autem maius est præmium.
Et tu amicus filijs Ionadab egregie consilio,
Diuitias insequens supremas in hominibus,
Hanc legem uerbumq; locuta es: Filij mei,
Agite patris accipite, quas non dedit diuitias mihi quidem,
Neq; alij unquam filio pater carus firmas semper,
Ne domum habitetis circumscriptam membris.
Ne terram aretis, quæ uerò uitis uobis utilitas,
In tentorijs habitetis, merum & dulcis potio
Nunquam in uestro gutture, ne filij fundatur,
Sed Deo uiuatis, Deum uerò diuitias habeatis,
Solum semper uincentem, similem, inconcussum.
Sic igitur inquit, filij ueri patris peregerè mandatum.
Noui autem ego & populum promissionem in terra
Optantem, cuius antea ignis stylus dux erat,
Et nebulæ trahentis obscuram per solitudinem.
Cui pontus cessit, & cœlum escam dedit,
Et petra pullulauit aquam, ille uerò cessit retro
Latè fluens fluuius, & sol continuit currum,
Et manibus tropæum uir erexit extensis
Crucem adumbrans, fides autem obstruxit acies.
Elias autem coruis nutritus est, & anum aluit
Sidoniam, paruis in guttis uitæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nunquam sanè in paupere arca desinente farina,
Et texta germinante semper tantum humidum oleum,
Quantum hauriretur manibus hospitalis mulieris.
Hebræi uerò pueri suum desiderantes cibum,
Ne regis immaculentur mensæ,
Assyriam supra flammam gaudentes iuere,
Vnde recreati sua ad domicilia iuere.
Et Daniel leonibus proiectus esca furentibus,
Aluit quidem minimè leones, postquam manus expandit,
Aerium autem in manibus accepit epulum prophetæ.
Viscera autem è medijs eructauit diuinum Ionam
Fera maris: qualè susceperat triũ dierũ, ô magnũ miraculũ.
Fides enim continebatur & in uisceribus à propheta.
Locusta Ioanni autem cibus & fauus fuit
Agrestis, cellicomorumq; pili uestis camelorum.
Et domus cœlum latum, solitariaq; humi stramenta.
Quis Theclam seruauit exigne, quæ uirxit
Ferarũ cruduorarũ robustũ animũ: quippe magnũ miraculũ,
Virginitas & feras sopiuit, neq; sustinuerunt
Virginis corpus sanctum suis genis maculare.
Neq; uerò neq; sanctæ obliuiscar, non enim decet,
Sosannæ, tametsi ipsam sub iugum duxit uir,
Temperantiæ quæ tantum habebat desideriũ, ut fugientem
Manus illegitimas, suffragijsq; iniustis iudicum,
Ad mortem tractam olim à morte seruauit
Spiritum iuuenis, cani mentes, & consilia densa
Recti iudicis, uincientis suis sermonibus
Seniores Babylonis, delinquentißimos, infandos.
Paulum autem & ipse audisti, quantæ malitiæ certamen,
Quantulorum laborumq; & difficilium curarum,
Ciuilibusq;, inimicisq;, & in mari & in terra
Sustulit, & tertij poli in locum ire,
Et ponere dulcibus in retibus mundum omnem.
Ille & molestis exultat quantam nemo
Dexteris, media autem malorum uirtus posita est,
Vt rosa in odiosis & acutis spinis.
Quorum tu memor, serua uitam puram regi
Penitus in spebus melioribus, ne te circumueniat
Indigentia, quæ celerrimè & prudentem uirum domat.
Quapropter & dolosus, cum CHRISTI regis
Intentationem descendit, Deum mortalem simul uidens
Bulrientem, iussit lapides in cibum mutare,
Vt indigentem, in reubus suis caperet: (cipit,
Sed à Deo quidè aberrauit, te autè mortalem pernicioſe de-
Vt Deum, sed Dei quidem exitas, & longè insecteris
Hostem, tota manens Dei, & carnem supra.
Neq; quemadmodum in nexi chori rotundo circulo,
Hunc quidem dextra contineas, alium uerò læua,
Pariter attingens, & discissa à diuinitate,
Dimidium quidem Christi, dimidium uerò carnis existens,
Vel pelagus secans celeri & integra naue
Flatu stante & serenè undantis,
Continere anchoris celerem nauigationem, uel à terra
Trahi, segnemq; per undam uiam incedere,
Vtrunq; mariuagis & pediuagis similem,
Neq; tuæ uitæ injicere remoram carnem,
Quæ quamuis cupientem, tamen nauem compressit:
Sed ueluti quis angusti meatus per fluentum uadens
Stridule, plumbi rotundi in fundis
Tractu repleto quantum capit, & ad acclive
Vinctum salit citò coactum retrò:
Sic iubeo tuum aculeum in mentibus tuis
Strictum, CHRISTI ex aduerso sursum ferri,
Siue pulchram pinguem inundare aliquam terram.
Si uerò tu hinc & inde fuderis arenis profundis,
Aut in saxis, aut prati, aut fossæ,
Perijt tibi fluxus bonus inconnexus, nulla utilitas.
Si quidem tibi pater uiuit carus, qui te in lucem
Eduxit, aut mater dulcis, & stimulus indamnandus,
Si tu fratribus inniteris benevolis,
Si parentum parentibus auxiliatoribus, uel & auxilio
Indigentibus, his quidem concordem uitam complecti
Non est inuidia, neque amarum & incommodũ hic Momus
Oculum iaciet, stridere & calciamenta sæpe inquiens,
Est autem & hoc unitas mihi malus oculos injiciens.
Ille quidem iaciet, meum autem cor firmum erit.
Aliorum uerò mihi tantum effugere amorem,
Si quid amicitiam quidem, contubernium uerò molestum,
Vel audaciam dolosamq; & uirentibus infidam,
Quantulum Christi circum prendere uideur
Firmum innatum semper uiuentibus desiderijs.
Neque tu uirginitatis quidem habere desiderium amabilis
Alijs uerò affectibus tuam mentem penitus aperire
Temperantia superbiens, malum uerò hoc est deterius,
Pari ex bono malum inuido dolis.
Nõ enim tãtum mihi quidem cõnubiũ, neq; effectus cõnubij
Fugiendi, quo quidem Deus mortalium genus auget,
Quantum meis affectibus medelam & auxilium inueni
Virginitatem, quorum siquidem liberum diem habeam,
Est & iniugationis quædam mihi gratia: si uerò fores
Ferìs aperuerim, amicam sepibus aream
Cohibens, uel sepis id quidem dense componam,
Illi uerò calles aperiam prætereuntibus uiatoribus,
Quid plus? quippe enim simul læsit hostis aream
Vndiq; irruens: etenim tua omnia intuetur,
Extrinsecus quod feriat, & interius quod capiat,
Aperte insidiatusq;. quis malitiam effugiat
Facile, non Christum habens auxiliatorem semper?
Ne parum in uitio posueris unquam, neque paruum
Paruis obuians, deterioribus nunquam occurreris
Quæcunq; optima audieris & loquere: quæ autè laqueris,
Videas promptè, aspectus autem ad opus agat.
Omnia simul inuicem sunt, finis, oratio, usus, auditus.
Fuge semen malum, ut spicam bonam colligas.
Neq; tu adulterum furare amorem uitæ.
Furatur autem, quisquis excepit mali & radicem leuem.
E' radice enim malusidi rami
Hinc & inde funduntur, ab humore sanguineo,
Et paruus coegit succus magnum fluuium lactis,
Et calculus stantem in aquam ruens,
Continuò confidit totum formosum fontem
Multis circulis agitatum à centro
Semper super coeuntibus & externis pereuntibus.
Inflexum est autem percussi totum corpus in doloribus.
Tractum, cuius autem paruus & mortuus ego.
Hac enim secuta sunt peccata, ut cum optimo
Armiger exercitus, alius cum murum ceperit,
Clypei non magna percussio, dat autem statim morti
Soporæ, & iucunda expirantibus mors.
Quare, ne mihi sordentem mentem, neque in paruis

Venter

Venter claustra ferens, fortasse uitio fugerit.
Carentem aũt foribus timeo, ne qua pulueris iniuria accidat
Corpori domito, simul domatur stimulus impudens.
Vinum uirginibus ira plus est uituperium.
Ira autem rursus furore. uita autem omnia sunt mortis.
Virgo delicieris mihi, neque in sordentibus tunicis.
Est & in uilitate aliquid malorum uidentes delectare.
Neque genarum saltationibus inimicum excites,
Turpitudine seruent, quibuscunq; rectum est reclusum,
Gaudio salientibus. tibi uerò benigna sensim gena
Soluatur, rubor autem suboriatur celerrimè
Furans oblectationem. pudor autem est uidentibus rubor.
Loqui quidem decet Deo pauca mulieres,
Tantum, quantũ trinitatis uenerandã naturam nosse solum,
Trinam in diuinitate, unam gratiam. non enim bonum est,
Tacere pietatis etiam uerba. auscultare autem
Plura, & tremulis ambo mentibus, sanctéq;,
Et supra ferre pudorem tegumentum. alij uerò pugnent
Verbis contrarijs sapientes dissipantes infidos,
Ne tibi rapiatur Deus odiosus curis,
Quæ & altè currentem celeriter in terram miserunt.
Neq; mens adhæreat exportata hinc & inde
A' fini, uelua pullus certaminiger indomitus
Longè currens, Christi magna gloria. si uerò te amarus
Furetur Belia, ab errabunda mente quàm celerrimè
Flexus, ad Nyssam eas, cursum rectum iniens.
Radius tibi quidem curæ sit, & lanæ, & curæ
Diuinis in oraculis, sapientia & cantilenæ diuinæ,
Tenuis uocis, prudens uox, non exceptitia.
Cuius plus in mentibus, parum autem in labijs iaceat,
Sæpe & surdis per aurem irruit inimicus.
Neq; tu coniugium & molestias feminarum
Diuinioribus desiderijs fugiens omnibus temperans,
Alienos complectare thalamos & opera nuptiarum,
Pro uirgine autem, mulier iugalis uocari.
Neq; domibus externis assideat, neq; mensis,
Neq; media seruorumq; & domesticorum tumultuum
Volutari, ne adulatorem ferre sermonem pro satietate,
Modos hospit. ditatis complectare. siquis sit optimus
Aperi promptè paruam domum siquis à turba
Longè beneuolus sit. tibi uerò est gloria domus munita.
Melior est in hospitalitas multihospita domo,
Virginibus pudor enim inter plures peribit,
Atq; his uirginitas offendatur illustris.
Quare, ne mihi à finibus terræ fidem colligere '
Vereare mihi canicie, & sequere mores elegantes.
Plus enim affert canicie iuuentute prudens,
Neq; quidem pietatem colens circumcursantè hinc & inde,
Sæpe non secundum decorum unà cum uiris lenioribus
Tuum pedem uolutare sacros festinantem ad locos,
Quamuis longè existentes, domesticus est omnibus
Christus rex hærensq;, & in corde amantis.
Cole mihi primum Deum, deinde sacerdotem
Christum terrestrem, uitæ ducem tuæ,
Cui adhærere à lata, & cui tacens cedere,
Quo gaudere coalescens, & cui fluens cedere.
Vt subintremiscens, redens in alium ferare.
Alijs mortua sis omnibus: quoniam hoc melius est
Virginibus, quàm nudam habere uitam, intectamq;.
Laudo ex uirginibus, quas mares neq; norunt,
Viuunt aũt longè à uita. Deo autem occulta manifesta sunt.
Satis pietatem colere, nimium autem non effirri,
Gloriam cupiens, cito gloriam bonam perderes,
Virisq; spectabilem. pereat autem fœminæ collum. (simus.
Æmulatione accipiatur quidè bonus, odio aũt habeatur pes-
Inuidere bonis par est, amareq; pessimos.
Neq; malos uidens prosperantes, à uia
Continere, neq; bonis mentem mordens flexis,
Tali hæc uitæ sunt. ultima autem inspice omnia,
Gaudere serenata, stare autem non apertè scis,
Ne fortè quis moriferus inspirarit flatus.
Quare aut tremere, aut prætremere uita.
Cadente autem malo, tuum pedem magis firma.
Si uerò & bene currente, adhuc magis. si enim optimi
Cadunt, illabilem habere uitam, non satis facilè est.
Carbones sunt pedibus omnis uita, non nimium leues,
Et latentia retia semper supra incedis.
Timeo ne uitæ fundamentum in arenis
Proiectum habens, imbri fluuijsq;, ueneisq; disiiciar.
Vel ut semen in terram ueniens siccam & sterilem,
Citò quidem exoriar, celerrimè autem siccum sim,
Solis iactibus percussum, & iacturis paruis.
Neq; mihi dormicuti malum semen intermisceat
Zizaniorum aratorq; malorum, & inuidus inimicus.
Cum uerò ardentibus sanctorum denarius in facibus
Virgines euigilantes insopitis luminibus
Vt splendidæ fulgenti occurrant uenienti,
Ne me in uacuis mente & fatuis posueris,
Neq; imbecille facum lumen oculis uidens,
Iam forsan Christo affuturo laborantibus,
Sero lucis uitæ humidum desiderem oleum.
Neq; me clausæ nuptijs expellant fores,
Vbi ratio puris cupiditatis magnis sub legibus
Densum desiderabilem Deum expectent regem
Mixta cordibus, lumen & gloriam præbet,
Sunt nuptiæ, quas filio pater carus bonus optimo
Celebrat ridens, huius compos ego sim sanè,
Huius ego compos sim, & qui mihi amicus est.
Maneat autem extra ille, qui nuptijs præponit
Aut agrum, aut bonum iugum nouum, aut uxorem.
Neq; inter conuiuas nuptialem speciem habentes,
Vestes habens sordentes, uinctus manibusq; pedibusq;,
Cubilijs, amicorumq;, nuptiarumq; longè cadam.
A' nuptijs autem reuertens rex meus cum aduenerit,
Statim expectantibus, & non expectantibus astans,
Inueniat me inter expectantes, & laudet ob timorem,
Veluti bonum seruum & mitem subiectis,
Et frumenti datorem rationis ualidè iustum.
Virginitati quidem talia ut pater benignus
Ex animo amans præcipio: sed filiæ
Et natæ, & filij earum patrem auscultate.
Si qua & mihi Dei est gratia, quemadmodum speraui.
Neq; sicut Eliæ patris paruipendatis mandatum.
Ne filij, ne illis similem mortem capiatis,
Alijs uerò hoc uerbum, asperè autem dicam
Parem in utrisq; orationem, & lancem pendens,
Iniugationi, coniugioq;, Deus autem testis adsit.
Quantum uirginitas præstantior est coniugio,
Tantum uirginitate sanctæ nuptiæ ancipitis uitæ.
Quapropter uel puram complectere penitus optimè

Universidad de Deusto
Biblioteca

Virginitatẽ, si animus tibi quidem & uoluntas cõmota est,
Vel nuptias amare similes, ut aiunt,
Secundã ex prima pulchrã nauigationẽ, utrorumq; autem
Fugere iniugatæq; uitæ, iugatæq; faciem
Miscentes, melliq; fel, & cœnum uino,
Et Solymis Samariam peccacißimam sacris.
Neq; enim ueluti uiæ retro tendentem
Retro ire labor est inanis, neq; in timorem
Aut sagittam mittentem paruam ante pedes
Proijcere, neq; ad finem & scopulum summum peruenire.
Non sicut uirginitatem Christo regi proponentem,
Et rationale sacrificium, uictimam sanguinem citra
Ad nuptias rursus uenire iactura solum est, sed maximus
Casus est, mortem propè. insuper autem turpitudo indefinẽs,
Et similis, ut si quis in monte abrupto,
Quem plurimis laboribus conscendit aurum fodiens,
Aut uenationem complexus iucundum laborem, improuisus
Repentè in terram labatur pedibus.
Quis uerò audiens Sapphiram pernicioſum, Ananiamq;,
Lucro qui suo malam mortem permutarunt,
Non timet, & parum promißionis quiddam minueret
Et linguam auream quis postquam priuauit clam
Viris in prioribus, præter mentem ducis,
Vestemq;, pecuniæq; parum, uniuerso obfuit populo:
Talis uirginitatis retro cursus, uel deterior.
Quantulum præstat pars spiritalis, ut pereat
Iugatio, quam minimè nuptialis aptauit lex:
Sed qui animas semper anterius euntes
Retro trahit humilibus ut pluribus imperet,
Primus à cœlesti gloria in terram tractus,
Suis superbijs uituperij iugum trahens
Hic, ubi semper stimulum cauens esse.
Iam & parentibus ego dicam optima,
Quorum uita in manibus & uituperia & gloria bona
Virginum, affinibusq; temperantibus, & curis.
Non fas est, neq; decet uiolare magni
Figmentum Dei, omnes enim unius genus. qui regnans,
Qui regnatis adnumeratus, qui sine diuitijs,
Qui multa poßidens, celsithronus, in terram uergens.
Qui canis confidit, & qui iuuenute gaudet,
Omnes unius, omnibus unus spiritus, in unum omnes
Vergimus. ut uerò Deus omnibus mortalis par effectus est,
Et mortuus est, & suscitauit, & cœlum latum dedit.
Quare nemo carnibus ferens gratiam inconsultis,
Virginem inuitam ducat in lectos & cubile
Prehendentem Christum, desiderio uiuentem optimo,
Polypum ex cubili saxum acetabulis tenentem,
Aut aliquam auem cantatricem, à structo nido:
Sed si Christi amicum habes cor, uel te quidem nexibus
Diuinioribus deuinxit Deus, & mundo sustulit,
Statues promptè Christo pulchram sponsam,
Aut puerum, amator filiorum ueluti Anna Samuel.
Tuorum seruorum ilium sacrã prolem, spiritalem, sacrum.
Omnium primogenitorum sacratiorem, aristarumq;
Et racemorum, quos cepit primitias agricola bonus.
Si uerò tu Christi medius, mundiq; uadis,
Par coniugioq; & iniugationi iugum trahere,
Vtrorumq; autem quæcunque bona contraria dicens
Bene & scienter. & fines duplices imprimens,
Sequere quò iuerit calidum desiderium, atque adiuua,
Partim quidem seruituti, partim uerò cœlestibus desiderijs.
Quæ autem tempestiua est nuptijs, & temperanti consilio,
Et uinculum uxori quidem uir, parentes autem filiæ.
Christi uerò utrisque timor, amor autem innuptis.
Neque cupientem uirum cohibe puellam,
Neque Deo hærentem in uiri domum urgere,
Vsque & ad ueritatem, tentare tamen non inuideo.
Si uerò quidem connubio totam mentem manumq; dederis,
Et stauueris, thalamosq;, chorosq;, & potiones
Cachinnans, & senium abraserit cura,
Virgo autem abs te fugiens ad Christum ascenderit,
Veluti iustitia antea boue interfecto aratore,
Timeo ne succenseat Deus suffragijs imparibus,
Quo domitatur uniuersa pulueris natura, ut igne cera
Ebibita. timor autem Dei carnem euinxit.
Est autem & cœlestibus similis hic cultor.
Est & in mortalibus mens diuinitati accedens.
Errauit autem quisquis naturam carnibus incarneam,
Angelicorumq; desideriorum fortes emisit gigantes,
Et terram expurgauit erroribus cœlestium.
Græcorum hæc filijs: quoniam affectibus illi
Medelam commenti sunt, Deos statuere peccatores,
Fures Androgynos, adulteros, deceptores uirorum.
Homicidas, filiorum offensores, atque parentum.
Non solùm, affectuum autem & ipsorum templa effecerũt.
Animaduerte uerò primùm quot extitit libidinibus
Taurus, olor, serpens, aurum, uir, cunctis uolucris.
Quæcunq; ipsum celer iußit amor, puerq; leuis.
Illi uirginitatem spreuerint amabilem,
Carnis compedem, illis insidißimus pulueris splendor,
Qui suis metiuntur perniciebus omnes.
Non est autem puræ pupillæ, tristia astra uidere.
Et terra firma est, caligantibus autem infidum.
Nobis autem non fas est uituperationem infundere
Virginitati, quòd uerò infidum amorem Christi regis
Sopire, mortaliaq; desideria & carnis motiones,
Vt prius sanguineum fluxum continuit sanguifluentis
Contactæ. latuit enim sponte Deus. at uerò fluentorum
Siccus fons tunc pululauit, cum emarcuit.
Aut ignis, ensiumq; & aquæ, molestisq;
Feris lacerantibus amaris membrorum cornibus.
Animus Christianis superior, cum insectatrix
Occasio urgeat de Deo contentionem excitans.
Non in somnis illis uita, & sine penatibus æuum,
Votaq;, eiulationesq; inflexæ, non lacrymis
Molliuntur, non nocturnis ac diurnis cantibus.
Inde exiliunt, uitam & carnem relinquentes,
Non paucis scintillis spiritus prohibetur cibi,
Non cauitates habent domos, & strata saxum,
Atq; molles herbas, & aridos ramos.
Non feris habitant contubernales crudiuoris,
Vt uitium pulueris & uincula subterfugiant.
Vt uerò auem Phœnicem fama morientem iuuenescere
In igne productam multorum annorum post circulos
Veteris pulueris externam prolem sese generantem:
Sic hi sanè morientes semper uiui existunt
Incensi ignito desiderio Christi regis.
In imbecillitate autem positum est robur pijs.
Hæc quis intuens, non pacificatur iuuenibus
Lætabundus carnibus, postq; ferbuit stimulus præstantior.

O natura

O natura omnium parens, tua uerò, non mea miracula dicã.
Quot & in terris & pelagis feciſti.
Audio quod aligera turtur turture caro
Viduatus, coniugem suum desiderans cæstus,
Non recipit maritum alium suum supra nidum.
Auis sapiens. hominibus autẽ sanctã uita, quanto præstãtior.
Neq; uerò & garrula nigricolor, sed & ipsa
Viuit iuuenili desiderio priuata cornix,
Omnẽ maritũ perosa, postquam carũ cõiugem perdiderit.
Piscibus autem marinis lex est, paucis quidem illegitima
Erga nuptias, multis uerò temperantiæ cura fuit,
Et cubilium, uxorumq;, iustitia uerò & hic regnat.
Alij uerò non pluribus uno laborant partu,
Alij uerò uerno solo amore delectantur,
Et plures. modum autem natura imposuit desiderijs,
Tempus uerò rursus amoris placidi est omnibus,
Aerijs, marinisq;, & quæcunq; terram ingrediuntur,
Neq; extra effundunt termini desiderium, sed indigene
Tempestiuè lasciuientes, cum ipsos uer excitet.
Et hi quidem mixtis irruunt nuptijs,
Illis uerò & uxores curæ sunt caræ, & lex amoris.
Solifœta autem alijs sufficiens exitit mixtio,
Vt nõnulli, qui animaliũq; genituras & omnia cõsiderarũt.
Si uerò & irrationalibus temperantiæ aliqua cura fuit,
Figmentum Dei, tu uerò carnis totam legem non deuincies.
Si uolueris, cedens autem rationi homo, ut igni æs.
Si uerò non est carnis domina rationis natura, ut me deifi-
Imago, quid plus nobis similiter agitatis, (cauit
Si & plurium natura irretentibilis? sed & hoc scimus
Sæpe & communis naturæ superiorem præceptionem.
Etenim mihi corpus est simile: sed me ligauit
Crux capiens, cui carnem ferens annexui grauem.
Cum Christo enim mori cupio, ut simul eleuer,
Omnia ferens Christi, rationem, corpus, clauũ, surrectionẽ.
Alijs uerò spontaneus est carnis nexus, non ab amore
Diuiniore, quam minimè temperantiam uocant.
Sed tamen præmium est diuinitus datum iniuriam extra
Viuere, serenamq; habere mentem, atque inconcussam.
Alius uerò rursus uinum copiosum ægrè tulit, alius cibum,
Quem alij amant, odit, alij uaporem.
Alij uerò rursus hominibus inimicum animum habentes,
Extremos agros incolunt, mortalibus autem è longè currũt
Promptè, tu uerò infidam mentem habes iniugatis.
Non equidem infidam ego sanè existimo, sed ad timorem
Confugis, coniugij autem malorum oblitus es tunc.
Neq; ignem candentem excurrit, ueluti terram
Saliens humilibus pedibus parua salamandra.
Pisces autem igneus est, & non igne domatur infido
Igneus, ardens autem, medio resplendet mari.
Neq; lapis magnes ferreum mortarium attrahit,
Neq; adamas indomitus. hic uerò non lucem misit ferro
Percussus, alius uerò lucescit aqua parua.
Aqua quidem lucem emisit, & obscuratus est autem oleo.
Quot uerò & rursus his priora miracula sunt,
Quis enumeraret, quoniam licet multa diceret
Ludit enim ratio alta in speciebus omnimodis
Commixta, ut uult mundum totum hinc & inde.
Pauca autem è pluribus dicam. quorum alia quidem ipse
Vidi, aliorum autem libri, aliorum aures fidem dederunt.
Non unus quidem fluuijs infra fluxus est omnibus,
Vna autem lex maribus in litoribus annecti,
Vnus autem ignis flammantis sursum cursus saltib. crebris:
Sed tamen fluuius amarum transmeat sal,
Et fluuius quãuis existens, neq; aquæ admiscetur aqua.
Nautæ autem è mari dulcem potum aquantur,
Nauem fluento admouentes festinanti ad terram.
Eubœæ uerò uidi audacem meatum, neq; dicibilem
Fretum maris clauem retro cedentibus fluxibus,
Furens pontus uerò fluit, & fluentum redit.
Oceanus uerò non trahitur à terra, deinde ad terram
Venit festinantibus ruens fluxibus,
Et solum & pontus in litoribus Cimmerijs.
Alius uerò rursus fluxus uenit ignis flãmæ si uerũ quidẽ est
Aetnæis scopulis eructatur tractus incredibilis,
Ignis, fluuius. immiscibilia uerò mixta sunt Christo uolente.
Scio & in paruis similia miracula cantare.
Est quidam in fructibus corniger, ut dicunt,
Qui solus ex his quæ terra gignit uitæ donatrix,
Aridum & immite habens corpus, neq; in terra
Soluitur, neq; imbribus pinguescit, sed diriguit
Aridus, cornibus solidior dies omnes,
Cuius cornu iecit bouis cornu, cum aratoris
Dextra fundit in suam fructum terram,
Vnde hic ex cornibus & nomen & naturam habuit,
Siue aliquã aliã rationẽ sapientes sciunt. non enim ego qui-
Hæc natura. tu uerò audi & quò coegit ars. (dem,
Sturni quidem loquuntur simile hominibus,
Vocis alienæ æmulatores, quam docuit
Imago polito in speculo apparens
Sturni, clandestinamq; mittens uocem astutus homo,
Et corui furantur simul uocem: ut autem amoricolor
Psitacus curuilabrus intra plexam domum,
Humanum locutus est, & fefellit hominis auditum.
Equis autem funes suspensi sunt: quorum desuper
Gradiuntur. odiosa autem per aerem ursa incedit.
In iudicij uerò sedilibus, iudex ueluti prudens
Sedens pendit iustitiæ recta examina,
Vt uidetur manibus. mentem autem mentita est fera.
Et mortalis edocuit, quæ non natura: ut uerò leonis
Vidi supra dorsum leonis magistrum fortis
Confidentem. feræ autem robur edomabat manu.
Atq; hic quidẽ aurigabatur. ducebatur aũt fremebũda fera
Iaciens pestiferum anhelitum, & suo blandiebatur regi.
Vt uerò & albidentem grauem magnam feram
Indus agit desuper puer paruo sub stimulo,
Mouens qualiter nauem corpus robusti elephantis,
Audẽs qui primus commentus est feram domare,
Et iugum collo imposuit, & duxit currum excelsum.
Sed tu & feris tribuis plus, quàm hominibus.
Si ferarum quidem flexit uis naturam, hi uerò indociles
Sunt honesti, & uerbum impendens propè habentes.
Efferate, quomodo tu tantum offendis magni
Figmentum Dei? quis tantum suam odit generationem?
Sed non talis mihi quidem mens pura sentienti.
Sed noui, cœlestesq; intelligenti, & corpore sanctos
Viros, fœminasq;, plus enim in membris,
Communes autem utrisq; uirtutes. communis uerò uia
In uitam excelsam, plus autem desiderantis
Hæc manus. tu uerò infidam habes mentem iniugatis,
Non tamen infidum ego quidem existimo, sed ad timorem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fugis,coniugij autem malorum oblitus es tantorum.
Affinibus quidem hæc mando cœliuadens:
Virginitas tuuerò mihi cures, ut munita
Vndique bene ingrediens Deo,& integra sis.
Margarita in lapillis,lucifer in luminibus.
In uolatilibus columba,in nemoribus ramos oliuæ
Et Idum in campis,& in pelagis tranquillitas.
Virgo ornatum omnem & quæcunq; iucunda uitæ
Repellens,Christum propè consistas splendentem.
Et manu manum capiens,tuum age cubiculum intra,
Iucundum,bene spiratum,odoratum,ut unguentis
Commisceas cœlestibus unguentum tuum,ubi effusis
Indicibilibus desiderijs desideria,& formæ formam,
Cælatam cælatæ,& splendenti lucidam,
Christum habeas formæ glorioſæ bonum amatorem,
Christum sponsum.Christus uerò aperuit tegmentum
Et admiratus est,uidens illustrem pulcherrimam sponsam,
Bonam,margaritis ornatam,bonisedam,celsicipitem.
Et te licet pulchram existentem,insuper gratiosam reddidit.
Christus ridentem sua ad domicilia adducet,
Et ponet tibi epulas nuptiales in magnis
Immaculatis choris,& cœlestibus canebus.
Et coronabit gratijs semper uirentibus caput,
Et statuet cratevem meri iucundè spirantis,
Et ostendet sapientiæ mysteria,cuius in speculo
Imagines hic uidemus,uera lumina mentis
Nudioris. carnes enim cedent crassæ
Spiritui,aeriæ autem uitam accipient insenescentem.
Sed amici canamus, quibuscüq; est desiderium sanctũ regis,
Pueri,puellæq;,Dei nuptias cœlestis
Faces accendentes diuini imitationes luminis,
Inextinguibiles,intellectiuasq;,semper plus in puris
Actionibus atque sermonibus refocillatas magnis
Vsque,& ad cœlestem,tu uerò propitia nobis accesseris,
Propitia propitia nobis,sancta Trinitas in unum ueniens
Ex uno,oculis sublucens illustribus
Hodiè,ultimo autem clarius,quibus splenduisti,
Vnus Deus ex genitore per filium in magnum spiritum,
Stante diuinitate in perfectis perfecta.

LVCTVS DE EIVS ANImæ passionibus.

INfelix qualia passus sum,qui mihi luctus dignus erit,
Qui fons lachrymarum sufficiens,quales cantus t
Neq; mortem filiorum quis suorum plorauit tantum,
Aut illustrium parentum,aut caræ uxoris.
Non patriam dulcem uehementi igne exustam,
Non morbo odioso membra uexata,
Quantum ego animam deploro grauia passam.
Heu miser,percunte imagine cœlesti.
Quippe enimuerò magni Dei & figmentum & imago
Homo,diuinitus in Deum proficiscens,
Quisquis sursum uergens,& spiritu carnem uincens,
Christum habet uitæ propitium ducem,
Facultatem suam,linguamq;,& aures,& mentem ipsam,
Et robur,uenienti omnia dans uitæ.
Rapiens à mundo multicapace,quæcunq; continebat
Raptor alienorum,aduersarius Dei Belias,
In cellasq; ferens longè præstantiores bus quæ in terra sunt,
Quæ furtis distrahuntur aut dissoluuntur.
Ipsum spectare regem Deum & spiritum fieri,
Carne exuta & crassitie renitente,
Angelicíq; chori sortiri statum lucentis
Maius magnorum præmium habens laborum,
Non amplius uidens scenæ tenuem figuram,ut prius,
Neq; legis scriptam imaginem soluentem se,
Ipsam autem ueritatem puræ mentis oculo intuens,
Canensq; ex ore uocem festiuam.
Hic finis mortalis uitæ existit,in hoc attrahit
Christi passionum contumelia terrestres,
Qui serui formam susceptt,& mortem
Gustauit,& uitæ secundò occurrit
Existens Deus,existens uitæ custos,æuum supra,
Imago immortalis ubiq; patris tota.
Vt me à seruitutecq; solueret,mortisq; uinculis,
Præstantiorem ad uitam rursus proficiscentem.
Sed ego non seruaui Dei mysteria glorioſa,
Sacerdotum habens animam cœlestis ascensus:
Sed infra grauat me pulueris crassities,neq; potui
E' luto emergens,in lucem oculum iacere.
Quippe teci,sed media nebula stetit oculos occulens.
Caro insurgens spiritu cum terreno.
Multæ quidem in corde cogitationes hinc & inde
Vertuntur inania errante mente.
Christum minus iacientes,Deum uerbum non capit enim
Misceri animo sponsus alieno.
Multa aũt in lingua posita sunt mala medicamẽta perniciei,
Lingua enim hominibus dimidium est maliciei.
Iram eructans nudum malum, qui maximè
Copiosus efferuens è mente uirum educit,
Vel dolosum occultans in pectoribus intellectum,
Leuia uerò è molli loquens ore,
Vtinam uerò esset aliquod operculum in oculis meis,
Auribusq; non bene ubique apertis.
Vt bonum quidem uiderem & audiens reciperem,
Clauderentur autem malis utraq; sponte.
Manuumq; opus optimum in cœlum semper tollere
Sanctas,& præbere cœlestibus legibus.
Vt autem pedum incedere leui uia,non supra spinas,
Neq; per scopulos,& callem non sanctum.
Nũc uerò Deus quidè dedit omne membrũ boniũ ad bona,
Inuenit autem uitium telum mihi mortis.
Quæ lex hæc mihi,quo pacto uinctus sum in terra
Carnis quomodo autem leui spiritui corpus immixtũ est.
Neq; totus sum mens,pura natura,neq; deterior
Puluis totus,ex ambobus autem aliud quiddam & utrũq;.
Quare & belli fero tumultum semper inquietum,
Carne & animæ contra sedentibus.
Imago sum Dei,& trahor in malitiam,
Præstantiori aduersante deteriore non sanctè.
Vel fugio uitium,& sto non sine labore,
Multa decertans manu cum cœlesti.
Est enim est mihi duplex mens,quarum hæc quidem bona,
Sequensq; bonum:at illa deterior,
Sequensq; mala.hæc quidem mens est parata
Parere Christo in lucem proficiscens.
Alia uerò rursus,carnisq; & sanguinis,est autem prompta
Suscipere Beliam in tenebras tracta.
Quippe hæc quidem terrestribus delectatur,ueluti in bonis,
Quæ non stant,sed præteruolantibus.

Et amat comessationesq;,& inimicitias,& satietatẽ grauem,
Operorumq; obscurorum turpitudines,lucrationes.
Lata autem uia incedit,sua autem gaudet pernicie,
Stultitiæ obscuram nubem induta.
At illa cœlestibus exultat,non præsentibus
Speratis,& Deum solum habet
Spem uitæ.res uerò hic fumum uilem
Alias sub alio iacentes casu.
Et amat paupertatemq;,& onera,& curas
Bonas,& angusta incedit uia uitæ.
Pugnantibus autem his obseruator uenit desuper
Spiritus Dei magni,& menti dedit manum,
Corporis difficilis soluens pugnam,atq; nigrorum
Sopiens affectuum æstum insurgentem,
Atque & sic rabidum habet robur,neque desinit
Caro à bello,uergit autem hinc & inde pugna.
Interdum quidẽ mente puluis domatur, interdũ uerò rursus
Carnem mens fortem sequitur in uita,
Sed hoc quidem cupit quod melius est,quod uerò odit
Faciens,seruitutem dolet grauem.
Patrisq; authoris generis erroren & matris deceptricem
Fraudem,nostræ matrem libidinis.
Et obliqui draconis perniciosum sanguiniuori
Mendacium,qui hominum delectatur erroribus,
Et lignum,atque plantæ hominum offensorem fructum,
Gustumq; perniciosum,& mortis portas
Nudationem membrorum turpissimam,& à paradiso,
Atq; è planta uitæ electionem turpissimam.
Hæc mens ægra lugt,caro uerò mihi quidem
Respicit in maiores,& plantam homicidam,
Omnemq; dulcem complectitur semper escam,
Quam perniciosus blandiens ostendit amarus serpens,
Quippe & lugeo,& precationibus regem,
Qui omnibus dominatur,& iuga omnibus fert,
Supplico pro anima & corpore,utrisque
Benignè iudicium ferre,& bellum dissipare
Præstantiori,quæ fas est.submittentem deterius.
Hoc enim non paruo præstantius est utrisque,
Non puluere grauatam animam in terra ire,
Veluti plumbaginem in profundum tractam.
Spiritui autem alato & imagini puluerem cedere,
Veluti cera igne liquescente uitio
Talia rogans,& medicamenta carni crassæ,
Multa fero,molestum ut morbum dissipem.
Et robur,ueluti feræ,infidissimæ ualidis
Vinculis continuò,undam malum timens.
Ventri claustra pono,immedicabili animam dolore
Lacero,& lacrymarum profundo guttas.
Flecto genua regi uexata,noctes insomnes
Traho,& sordeo lugubrem uestem habens.
Aliorum,epulasq;,choriq; institutiones,& risus,
Et comessationes:uiridisq; lusus ætatis.
Alij uerò rursus uxoribus & filijs exultant,
Et diuitiarum fortium gloria soluta.
Alij uerò rursus foris q; & nemoribus,& balneis
Oblectantur,& spirare in ciuitatibus magnum,
Faustisq; sermonibus & insequentium turbarum.
Emisi,grauesq; ex alto ex tabulis.
Multæ enim mortalibus multifidæ uitæ
Oblectationes,in malis autem immixta est delectatio.
Verùm ego mortuus sum uitæ, paruum autem in terra
Spiritum fero,fugio autem urbes & homines,
Feris & scopulis conuersans,solus ab alijs
Habito asperam scissuram,& ratem.
Sola tunica,excalceatus,sine penatibus,spe sola
Viuens,& damnum omnibus sum mortalibus.
Lectus mihi torus est,nestis autem saccus munitus,
Et puluis in solo lacrymis madens.
Multi quidem lugent ferreis sub uinculis,
Alios uerò rursus cinerem audio cibum habere,
Alios uerò potum lacrymis permixtum dolorosis,
Alios hybernis percussos nimbis
Noctes quadraginta & dies arboribus æquè
Stare corde à terra erectos,
Et Deum solum habentes in mentibus. alius uinxit
Labra,linguæ imposuit habenas ferens,
Non tamen omnes habenas,hymnis autem remisit solis,
Spirantem ueluti citharam spiritu pulsatam.
Et Christo caput quis suum dedicauit seruam,
Precationis sanctæ causa intonsum.
Oculos autem alius compegit,& auribus posuit ualuas,
Ne quis lateret incidens stimulus intus mortis.
Talia quidem à me medicamenta pulueri inimicæ,
Iam & canicies auxilium est meorum affectuum.
Multa autem nolentem procellæ improuisæ
Versant,molestis doloribus uexatum.
Verùm hic neq; rationibus paret,neq; laboribus
Domatur,neq; tempore flectitur horrendus:
Sed semper uitæ ex aduerso oculis cæcis
Festinat,& præcipitia,ut legio cupit.
Si uerò quid paruum cesserit Dei
Terroribus,aut laboribus,aut diuinitus oraculis,
Vt planta manibus traducta comantis,
Voluitur priorem rursus in malitiam.
O miseri mortis mortalium genus,ut malis
Lacerati,insania lætamur nostra.
Neq; rationem reueriti,quam intus genitis
Posuit Deus uitæ semen largitus:
Neq; legem trementes,quam olim in lapideis
Scriptura ueritatem Christus adumbrans,
Tabellis rex impressit, & postremò in cordibus
Nostris,splendore spiritus sancti.
Et Christi passionibus contraria cogitantes,
Quibus me ex passionibus traxit molestis,
Carnem accipiens,crucíq; impactus,figensq; nigrum
Figmenti errorem, & Beliæ uictoriam:
Vt regenitiq;,& è sepulchro exilientes,
Christo cum magno gloriam habeamus superius.
Multa quidem igitur omnibus terrestribus Dei
Munera,quæ & linguæ præstantiora sunt nostra.
Et enim me percussionibus pernicioſa agentem domitans,
Trahit ad uitam,& amica cogitans.
Omnia enim beneuola mente hominibus gubernat,
Si & cælatam suæ profunditatem habet sapientiæ,
Et multa nostræ generationis obscuritas,atq; Dei
Stat in medio,quam transeunt pauci
Oculis acutissimis lucentes è uita,
Et puri puram attingentes sapientiam.
Verùm mihi Christus maximam gloriam præbens,
Primum quidem precanti intrinsecus ex corde

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matri donum dedit, & à parentibus accepit
Dorum, quoniam filium nullum præstantiorem habens
In omnibus facultatibus, deinde uerò diuinum amorem
Visis nocturnis castæ misit uitæ.
Eia uerò agite, auscultate deisapi, atq; prophani
Animis uestris auribus ponite portas.
Puer quidem erat tener, puer non nimis, cum uerò mens
Bonorum atq; malorum imagines inscribit,
Nondum quidem solidis intellectionibus speciem habens,
Moribus autem alienis primùm impressa.
Verùm mihi parentes mentem pingebant, neq; qua malis
Coloribus, sed uirtutis bona discenti.
Etenim sanè omnibus terrenis admirandi
Erant, ob pietatem animum habentes unum,
Par mei canicieq;, & moribus gloriosis,
Virilis uitæ beati infirmi
Modos pertranscuntes, hic quidem olim longè à mandra
Stans magna, cui nunc maximè dominatur,
Non ouis, deinde ouium præstantissimus, ex ouibus autem
Pastores, nunc autem pater, & pastorum pastores,
Minimè quidem infructuosam arcam matutinus profectus,
Multùm occulens priores laboribus.
Atq; sacrorum parentum sacra planta, sanctæq;
Radicis, & ramorum matris sanctorum,
Nihilo uilior priorum, quæ Christum regem
Exceperunt, atq; sepulchro uiderunt surgentem.
Parum quidem spirantes in terra carnis necessitate,
Maiorem autem uitæ partem habentes supra,
His quidè ego mollem admoui mentè, & nuper coagulatus
Veluti caseus, quali accipiebam statim formam.
Et olim mihi dormitanti affuit tale insomnium,
Trahens faciliter in desiderium incorruptionis.
Duæ mihi uidebantur in uestimentis pullis
Splendere uirgines propè stantes.
Ambæ quidem pulchræ, & æquales, ambabus autem
Ornatus, inornatio: pulchritudo, quæ fœminis
Non aurum collum exornabat, neq; hyacinthus,
Neque habebant Serum texturas tenues,
Neq; lini mollis circa membra tunicas,
Non pictis palpebris poculum resplendentem,
Neq; quæcunq; artificiosi in formis mulierum
Viri excogitarunt medicamenta lasciuiæ.
Non flaui crines supra humeros fusi
Ludebant unà cum flatibus temperatorum uentorum.
Cingulo quidem his pulchra stringebatur uestis,
Vsq; etiam talos in pedes tracta.
Capitis ornamento autem desuper capita atq; genas
Obtectæ, in humum stantia lumina habebant.
Pudoris in utrisq; decebat pulcher rubor,
Quantum bene textis uidebatur ex uestibus,
Silentio autem utrisq; clausa labra iacebant,
Velutiq; roscidis in folliculis rosa.
Has quidem ego uidēs magnopere gaudebā: quippe enim di
Præstantiores mortalium esse non parum. (cebam,
Illæ uerò me & osculabantur, postq; ipsis animum delectaui
Labris, filium earum ueluti complectentes.
Et mihi interroganti quæ, aut unde essent mulieres,
Hæc quidem sanctimoniā, inquit, illa uerò temperantiam,
Quæ CHRISTO regi assistenter stantes,
Pulchritudinibus cœlestium delectamur imitatorum.
Sed age huc fili misce tuam nostris,
Et mentibus mentem, & facibus facem,
Vt te penitus splendentem per ætherem altè ferentes,
Statuamus trinitatis apud lucem immortalis.
Sic locutæ, ferebantur per æthere, oculus autem meus
Sequebatur euolantes, & hæ quidem insomnium erant.
Longè autem meum cor uenerandis simulachris noctis
Delectabatur, & splendidæ imaginibus incorruptionis.
Nunc mihi in mentem uerbum colligebatur, cum intellectus
Bonorum atq; malorum solidatur uerè,
Et mens dux erat desiderij, & pulchritudo obscura
Aspectus nocturni uidebantur maximè decenter.
Vt autem siccam stipulam scintilla obscura
Intra depascens, splendet continuò
Flamma parua primùm, deinde uerò fax eleuata est
Immensa: sic & ego uiso incensus,
Statim subillustrabam amorem. fax autem omnib. apparuit,
Non ulterius in animæ profunditatibus celata.
Primùm quidem pijs conuersabar, qui quidem nuptiarum
Vincula effugere, à mundo soluti terreno,
Vt CHRISTVM alati simul sequantur regem.
Inde commoti gloria cum magna,
Hos quidem ego, amansq; & complectens ualde animo
Spei duces habebam cœlestis.
Verùm postea nuptiarum graue iugum extra posui,
Excelsam desiderans partem, semper uirens.
Etenim naturæ quidem, quæcunq; sortitæ sunt cœlum latū,
Iniugatæ, affectibus superiores sunt difficilibus.
Lucidus primùm Deus magnus, ut Dei autem
Cultores celsichroni propè stantes,
Qui primùm radium Dei puri ferentes,
Luceneissimi, mortalibus lucem largientes:
Quicūq; aūt ex anima & corpore in unum cōgregati sunt,
Et ducitas sunt pulueris, proles impugnantis,
Coniugium cupiunt, & in corpus sunt parati
Serere. sed ratio præstantiorem partem ducens,
Carne seorsum posuit, erroneo autem coercuit à mundo,
Vitam autem immortalium posuit illigatam propè.
Quo me misit desiderium magnanimum, neq; in terra
Figi humili uestigium imbecillum.
Sed ueluti dulce gustans uel lac,
Vel mel, firmæ ibi tripudiationis,
Nolui amaram mihi escam propè ire,
Animiuoræ maliciæ hic genitæ.
Neq; mihi quicquam cōuiuia, & quæ iuuentuti curæ sunt,
Non uestis mollis, neq; delicata coma,
Non turpium uerborum ingrata gratia, neq; risus
Incontinentes, carnes feruores inimici
Amici erant, scopulos autem & montes, & hinnientes
Equos, atq; canum fericidarum cœtum,
Alijs omissi. omnia autem beata excutiens,
Collum sub solida posui temperantia, (bat,
Quæ me educabatq; & amabat, & in magnam gloriā auge-
Imponebatq; in CHRISTI manibus promptè.
Sed pater, patrisq; uerbum, & spiritus lucidus,
Vitæ nostræ firmamentum malestantis,
Ne me linquas manibus sub difficilibus domari
Hostis, tuæ spei aduersarij,
Neq; ut nauem nigram, bene nauigantem, rectè currentem,
Iam & portus propè uolantem,

Velis

Velis explicatis irruens procella
Molestorum uentorum confestim retro
Mittat retrocedentem in lata dorsa uitæ,
Hinc & inde malis feruentem magnis
Necubi, & occultis in scopulis frangatur.
Talis est enim Beliæ inuidi mens,
Semper odio habet hominum genus, neq; à terra
Vult cœlestes esse, cœlitus
Ipse suum ob consilium in terram hanc excussus,
Infelix, qui primus pulchritudinis gloriam habere
Desiderans, magnumq; Dei regium honorem,
Pro luce odiosam induit obscuritatem,
Quapropter & obscuris delectatur semper in rebus,
Et tenebrosi uitij hic imperium habet.
Duplex autem forma existit, obliquusq; mente,
Aliàs ad alium ueniens laqueum,
Quippe hic quidē obscuritas est suprema: si aūt ipsum inue-
In angelum lucis citò transmutatur. (neris,
Atq; molle rides, blanditur mentibus, ubi maximè
Consulti est, pro luce morti non appropinquare.
Vitium enim fugere, & deterioris est hominis.
Mulieris enim uitium odio est apertè.
Laudo autem qui insidiantem, & qui obscurum arguit,
Spiritus acutissimis oculis intuens,
Verùm senua meamq; senectutem canumq; caput,
Finem feras uitæ propitius, quemadmodum me antea
Conuenienter amabas. in die uerò diem optimum
Ducebas, melioribus phebus anteferens.
Et me ex inimicisq; & difficilibus curis,
Serenum in portum tui regni ducas,
Vt te cum luminibus æternis honorans,
Gloriæ cœlestis partem habeam rex.

COMMISERATIVVM DE ipsius affectibus.

SAepe CHRISTVM regem malis laborans magnis,
Paruifeci, etenim aliquis rex serui tulit
Seruile in oribus loquens sensum murmur.
Vt autem pater bonus, & studa filij sui,
Sæpenumero apertorū uerborū audaciam silentio excepit,
Quapropter & tu sermonibus meis Deus propitius sis.
Quos tibi dolenti corde nutissimè mittet
Paruam medelam passionibus eructans mentis dolor.
CHRISTE rex, quid tot me malis depopulatus es desup?
Ex quo è matre mea delapsus sum in matrem terram,
Nisi & in ilibus obscuris deuinciens,
Quidnam tantis mœroribus & in mari & in terra?
Inimicisq;, amicisq;, & ducibus pessimis.
Externis, nostratibusq;, & apertè, uel insidiantibus,
Verbisq; oppositis, & lapideis nuibus
Percussius sum, quis omnia separatim ediceret?
Solus ego omnibus celebris, neq; in uerbis,
Neq; in robore manus habens supra alios.
Dolores autem, elamentationesq; circūstanter, utq; leonem,
Vndiq; oblatrant mali canes, miserabilis canus,
Ortuiq;, occasuiq;, fortassē aliquando & hoc fiat,
Vel aliquis uir conuiuijs soluens mentem, uel aliquis uiator,
Vel aliquis rectisonæ citharæ digitos imponens
Vocibus non loquentibus meorum dolorum fabulator,
Gregorij meminerit, quem educauit Cappadocibus
Diocæsarensium parua urbs. sed laboriosas
Alijs diuitias præbuisti infinitas, filios alijs
Bonos, pulcher alius, hic uerò fortis, hic concionator.
At mihi gloria est in doloribus, in me autem omnes
Tuæ dulcis dextræ amaras uacuasti sagittas.
Alius Iob nouus sum, causa autem non amplius similis.
Non enim certantem me ducis beate, ueluti aliquem optimū,
Aduersarium certatoris immitis robori fidens,
Vt optimè se gerenti præmium & gloriam tribuas.
Nondum tantus ego quidem, neq; doloribus gloria inest.
Pœnam autem erroris soluo hæc. quis uerò peccator
Quæro in pluribus, hic tibi odio est plus cæteris.
Edicam omnibus quod mihi mens intus cohibet.
Quippe citò occuleret peccatum uerbum mutum.
Existimabam cum iam te carā sortem, ueluti acceperam,
Omnem simul uitæ colluuionem in mare proijciens,
Et mentem celsiuagam tuæ diuinitati admouens,
A carne seorsum posui, ratio autem mihi dux erat
Omnia quidem uincere, supra autem omnia ætherē incidere
Aureis pennis, quod mihi inuidiam semper collegit,
Et me malis alligauit, incuitabilissimisq; doloribus,
Tuam gloriā in altū tolle, gloriā aūt tuam in terram posuit,
Semper superbijs rex irascens magnis.
Illud tamen audiatis, & futuris scribatis,
Populiq; ducesq;, inimici, benuoliq;,
Patris mei magni caram sedem non uilipendi.
Non est, neq; conuenit Dei legibus oblectari.
Illi lex dedit, ego uerò manui senili
Manum iuuenilem supposui, patris autem cessi precibus.
Patris mei, quem colui, & qui ualde longè à mandra,
Veneratus canumq;, & æqualem spiritus splendorem.
Verùm postquam uitæ rectori, & hoc placuit
Nostræ, alijs me uerbum & spiritum reuelare
Externis asperis, spiniferis aruis,
Parua quidem gutta sum, multum autem populum aptaui.
Et hoc rursus placuit retrocedentem huc mittere,
Morboq; odioso & difficilibus curis
Editum statim. uenenum autem est homini cura.
Parum autem tempus eram meis membris auxilians,
Pastoralem fistulam auxiliatricem bonam præbens,
Ne quis meis ouibus inguernatis irruens
Inimicus, suum impleret impudentem uentrem cibo.
At postquam uolutabantur duces, uolutabantur aūt populi,
Ducisq; desiderio & feris perniciosis.
Qui Deum humanis in uisceribus compactum,
Demens cor habent mente sine formantes,
Multi quidem murmurabant meis passionibus insidi,
Et me superbijs Deiformem populum spernere,
Aut dicebant, aut mens habuit, Deo tamen dolorē ostendebā
Multi uerò rursus nocturnis iudicabant somnijs,
Pictor quorum desiderium erat, lusus multos effingens,
Vel Deus abscondit, mihi finem bonum præbens,
Vt non cum molestis phebus domitarer,
Egressuam malitiam indutus uitæ.
Quapropter collum inflexi, tuam autem sub manū sortem
Victus uenio ego quidem. iustitia autem alijs curæ sit.
Nullum iuuamen mihi sanè claudicatæ uitæ.
Eò me Christe feras, ubi earum est, doloribus flexus sum
Cetarijs ilibus uexatus sum propheta.
Tibi præbeo uitæ hanc reliquiam, sed miserare
Parum adhuc spirantem, quid me doloribus tantū agitas?

Neq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

Neq; bonis so''s mortuus & Deus, cum in terram
Venisti, quippe magnum miraculũ, Deus mortalis sanguine
Animas nostras, & corpora: neq; peßimus (spargens
Solus ego, multis deterioribus gloriam præbuisti.
Tres libris tuis gloriosißimi sunt publicani,
Matthæusq; magnus, & in templo lacrymas linquens,
Zachæusq; post hos, quartus ipse sim.
Tres autem soluti membris, quiq; cubabat, quiq; in fonte,
Quamq; spiritus uinxit, quartus ego sim.
Tres autem tibi à mortuis lucem inspexere, ita enim iußisti:
Imperantis filia, uiduæ filius, è sepulchro autem
Lazarus semiesectus, quartus ego sim,
Et nunc medicamenta habeam doloricida, & postea
Vitam immutabilem bonæ tuæ magnopere gloriæ exultans.
Ouilis dux fui Deisapi, si autem solutus sim
Pastorem hi sortiantur meliorem: si uerò similem,
Minoris in paßionibus beatißime. non enim conuenit
Morborum agitatorem, malis doloribus colluctari.

DE VITAE STVLTITIA, ET PERfidia, & communi omnium fine.

VEllem uel columba pennitenda, uel hirundo
Esse, ut fugerem mortaliũ uitã, aut aliquã solitudinẽ
Habitare feris contubernalis: hæ enim sunt
Fideliores hominibus, & diurnam uitam trahere
Sine luctu, sine pœnis, sine dolore: unum hoc inefferatum
Solum habere, diuinitatis gnaram mentem, cœliuagam,
Vt serenæ uitæ lucem semper congregarem,
Vel alicuius aeriæ speculæ desuper eleuatus,
Tonabundum omnibus hominibus inclamem.
Homines mortales, fluxum genus, nihil existentes,
Qui morti uiuentes, inania instamus,
Quousq; mendacibus & diarijs somnijs
Delusi, ludentes, in terra temere erratis?
Aspice uerò mentibus tuis in omnes prosectus,
Quemadmodũ ego. ita enim me Deus magnũ scientẽ effecit,
Bonorumq; odiosorumq;, mens autem ad omnia fertur.
Hic erat, utridisq; & fortis, gloria sociorum,
Celsiuadens, membris uiuacibus germinans.
Hic pulcher erat lucifer, oculos omnium
Trahens, ueris flos in uiris. Hic certaminibus
Gloriosus armis, hic martius, hic optimus
Fericidarum studijs, & moneibus robur excitans.
Hic uerò rursus conuiuijs & epulis curam impendens,
Terra & pelagis & aere uentrem nutriens:
Nunc curuus & infirmus. defloruere enim omnia.
Senectas uenit, pulchritudo aũt euolauit, mortuæ res uẽtris
Parum adhuc inter homines, plus autem in inferno.
Hic uerò rursus uerbis spirans magnum omnomodis.
Hic autem nobilis sepulchris superbiens magnis,
Aut pugillaribus paruis nuper scriptũ sanguinem sortitus.
Hic ualidus consultor, in bellis maximis,
Vniuersis oribus celebratur. hic immensas
Diuitias, has quidem habẽs, has uerò mentib. intus cumulãs,
Hic celsisedis iustitiæ examinibus delectatur.
Hic uerò sanguinolenta lacerna, uinculoq; colli
Terræ robur habens, cœlum ipsum ulipendit.
Mortalis, in non mortalibus sublimis spebus.
Nunc hæc, paulo pòst puluis. & omnes similes,
Serui, sceptriferi, pauperes, diuitijs superbientes.
Vnæ tenebræ, una uerò domus. tanto plus superciliosis,
Quanto celebriorem luctum, sepulchrumq; sortiri,
Nomenq; in saxis relinquere funerum miserandis.
Sero quidem. Tamen uerò omnibus æqua mortalibus lanx.
Ossa omnes debilia, hiantia, nuda capita. (uidus,
Desijt superbia, paupertatẽ aũt labor liquit, morbus impro
Inimicitiæ, peruersitas, plurium cupido, libido indomita.
Omnia interiere mortuis simul, & omnia clausa sunt,
Quousq; expergefactis commercata hinc uenerunt.
Hæc igitur inspicientes, meis parete uerbis
Filij mei: filij enim, quantum plurem traxi spiritum.
Huc age mundum omnem, & quæcunq; hic errant,
Proijcientes uitia terrestri regis,
Raptoris alienorum, læsoris, homicidæ,
Diuitias, gloriam, sedes, genus, opes infidas.
Promptè fugiamus in cœlum, ubiq; multæ
Pulchritudines splẽdentes lumen circa trinũ incõsiderabile.
Alij uerò tesseris similes hinc & inde
Cadant, tesserarumq; uolutationibus oblectamentũ habeãt.
Vel obscuram tenebrositatem suis obiectam habẽtes oculis,
Muros attrectantes, in se ipsos eant.

LAMENTATIO SVORVM LABORVM, & ad Christum rogatio de solutione ipsius uitæ.

TErra cara, & ponte, patriæ solum, alienæq;,
Et iuuentus, canusq; uitæ occasus, & pennata
Verba, labor superuacue, & quos peperit spiritus illustris,
Et urbes, scopuliq; meum te gmentum, quos per omnes
Iui cupiens Christi diuinitatẽ propinquare,
Quomodo solus asperam iui uiam hinc & inde,
Voluens difficilis uitæ figuram, neq; potui,
Neq; quantum olim leue in terra uestigium figere,
Sed semper me laboribus labores muttunt malis,
O' sapientia, tu doce unde tantum onus mihi sanè.
Quo pacto labor pijs, & non labor pereuntibus.
Num aliqua erroris pœna hæc sunt: num uitæ
Carbones ut auri purgati fornacibus?
Num me rabidus & inuidus uelut aliquem Iob (torem
In contentionem uocat? tu uerò unguento tuum me luctaTerens, cum antea magnum nudas ad certamen,
Vt certanti præmium & gloriam præstes.
Hæc quidem ipse rex nosti uerbum, etenim omnem
Mundum agis, magnis rationibus absconsis uolucns,
Quorum parua quæpiam omnino ad nos uenit lux,
Lutum adhuc uolutante, & oculos segnes ferentes.
Verùm ego defeci uitæ, paruum uero in terra
Spiritum fero, multis agitatus uitijs,
Hostium, amicorumq;, quod & maximus est dolor,
Quapropter lugeo, cado autem sub genibus tuis.
Des solutionem uitæ mortuo tuo, des laboris
Respirationem uitæ, aut leuiori me inducas,
Cuius gratia doleo, & dolores infinitos sustinui.
Angelicis autem choris ferens admouens uiatorem
Cœlestis uestibuli. ubi gloria est fulgurantis
Triplicibus in luminibus unius magni dei.

AD SEIPSVM PER INTERROGAtionem & responsionem.

VBi uerò uerba pennata? in aerem: ubi iuuentutis
Flos meæ? perijt. gloria autem? abijt obscura.
Vbi robur bene compactorum membrorũ? morbus inflexit.
Vbi

Vbi possessio & diuitiæ habet Deus. alia uerò peccatorum
Rapacibus manibus præbuit inuidia. parentes uerò,
Et fratrum sacer binarius, in sepulchra abierunt.
Sola mihi patria relicta est. Sed & huic
Impellens undam nigram inuidus ægit dæmon.
Et nunc hospes solitarius in aliena erro
Trahens, uitamq; molestam, & senium debile.
Sine sede, sine urbe, sine filijs, filijs curæ existens,
Viuens diem in diem errabundis pedibus,
Quò iaciam hoc corpus? qui mihi finis occurret?
Quæ terra? quod uerò sepulchrum hospitale occulet?
Quis uerò oculis deficientibus meis digitos imponet?
Num quis piorum CHRISTI amicus? num peßimus?
Hæc quidem aura ferat, paruæ mentis atq; cura.
Siue sepulchro dabit quis meum corpus, inspirans onus:
Siue imparentatum cibus feris fiat,
Feris, siue canibus laniamentum, aut uolatilibus:
Si uerò uis, igne combustum in aerem manibus spargat,
Vel in scopulis magnis proijcias insepultum,
Aut fluuijs marcescat, & pluuialibus fluxibus:
Non enim obscurus ego solus ero, neq; incelligibilis,
Quando utinam multis hoc meliùs, sed simul omnes
Vltimus dies agit à finibus nutibus diuinis,
Sicubi & cinis aliqua, demortuaq; membra morbo.
Vnum autem hoc lugeo, & timeo tribunal Dei,
Et fluuios igneos, obscuraq; grauia barathra.
CHRISTE rex, tu uerò mihi patria, robur, opes, omnia.
Tibi uerò utiq; recreem uitam, & dolores permutans.

INSOMNIVM, DE ANASTASIA ecclesia, quam struxit in Constantini urbe.

DOrmiebam sanè dulcẽ somnũ, anastasiã uerò somniũ
Statuit meis ferens diurnis desiderijs,
Quæ prima uerbum excelsum in radicibus manens
Duxit in uerticem montis summum.
Quapropter anastasiam id cognomento uocant
Templum, meæ dextræ opus optimi laboris.
Sedere uidebar superfedens, non supercilijs elatus,
Neq; enim neq; in somnis honorabam superbiam,
Mihi autem utrinq; subsidebant senes,
Ouilis duces, electa ætas.
At uerò suffectores in uestibus clarißimis
Stabant, angelici imagines nitoris.
Populi autem alij quidem fusi erant circumstanter, ut apes
Cancelli, erat enim certamen proximius accedere.
Alij uerò sacris uestibulis circumangebantur fluentes,
Auribus ac pedibus æquè festinantes:
Alios uerò rursus, foràq;, multifidæq; simul uiæ,
Pedibus pulsatæ mittebant meis sermonibus
At uerò ab excelsis tectis ornatum auditum
Sanctæ uirgines, declinabant unà cum benenuptis.
Atq; hic noctis lusus, præcipuè stabat populus,
Verba nostra exaudire cupiens.
Qui sanè humile & cursile petebat uerbum.
Non enim sursum uergere uolebat, neq; doctus fuit.
At hic celsicurrentem & uolubilem, quibus curæ fuerat
Profunda inuestigare utriusq; sapientiæ.
Externæq; nostræq;, uox autem utrinq; ruerat
Tracto sermone, pugnantibus desyderijs.
Verùm mihi oris trinitas effluebat solicola,
Splendens triplicibus pulchritudinibus apertis,
Voceq; ualida, & spiritus ardentis
Vnda, & uerborum saltibus aduersariorum,
Atq; hi quidem uibrabantur, & laudabant: hi uerò silentio
Admirabãtur, alij uerò oratione susurrabant, hi uerò etiã
Mortuo dolore in uocali: alij uerò pugnabant, (mente.
Veluti quiescente unda à uentis.
Omnes autem benedicentia demulcebat, beneloquentesq;,
Et uerborum sacrorum gnaros piorum.
Nostrosq;, spuriosq;, & qui ualde longe à mandra
Miseri simulachrorum cultores infirmorum.
Vt autem racemus calidis sub radijs denigratus,
Neq; acerbus purè sensim solutus,
Neq; totus maturus est, id quidem niger, aliud uerò rubens,
Aliud autem igneus, acerbum autem aliud habet:
Sic hi disidebant matureścente uitio,
Iam & torcularibus gaudebant latioribus.
Hæc habebam, mihi uerò somnum à palpebris excußit
Vox gallorum, cum hocq; simul anastasiam.
Visum autem uisi habebam ad tempus, uerim deinde
Et hoc fugit cor sensim flaccescens.
Solus autem dolor mansit mihi, & senectus dolorosa.
Heu meam trinitatem, heu meos filios.
O' inuidia, quid nã mihi feciśt? habes tantũ, aliud deteriùs.
Nequid misceris in mea malè pereunte uita.
Quippe quidem multis exultans, magnisq;
Pulchritudinibus uarijs regina urbs,
Templis cœlestibus exultat supra alia.
Templis olim meis, nunc uerò alienis.
Cum quibus & gloriosum solum Christi discipulorum,
Lateribus cruciformibus quadrifariam sectum.
Sed non tantum mihi certe desyderium, & dolorillorum,
Quantum anastasiæ, Bethleem ultimæ,
Quippe multa laboraui, & in mari & per terram,
Inimicis & amicis, pastoribus atq; lupis,
Morboq; odioso, & senio curuo,
Nullius autem antea mihi talis euenit dolor,
Non tantum Assyrijs, cum ducebatur longe à patria
Populus captiuus, templum luxit magnum:
Neq; uerò neque arcam cum alienigenis immixta fuit,
Neque Iacob antea filium subreptum earum.
Non leo barbatus uenatoribus domitos
Catulos, neq; gregem bubulcus pereuntem,
Neq; hospitalis planta desuper nidum
Auis relinquens inuita, non polypus cubile,
Quantum ego nuper constructum lugeo etiam nunc
Templum, quod alius habet fructum meorum laborum,
Si quando tui obliuiscatur meum cor siue quid lingua
Antea ferat apud me, CHRISTVS mei obliuiscatur,
Sæpenumero & magnis sacrificijs sine, atque mensa,
Populum anastasiæ lustraui longe manens,
Statuens in mentibus incorporeum intus templum,
Lachrymas delibans uisis diuinioribus,
Iniugati, cantoresq;, choriq; amabiles
Hospitum nostratium ex aspectu oppositò,
Viduæq;, orphaniciq;, errabundi, imbecillesq;,
Aspicientes ad meas ut Dei palmas,
Domusq; dulces, senij alumnæ, nunquam ego sanè
Obliuiscar, neq; uolens uestræ amicitiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si uerò quidquam & mei multa tolerantis relictum est
Memoriæ inter uestros, hæc gratia est trinitatis.
Multi enim temporibus accommodatum cor habent,
In solis autem pudor oculis leuiorum.
Illud tamè desidero uenerãda trinitas, semper inobliuiscibi
Animabus nuper plantatis tui maneat diuinitas. (lis
Valete ò reges meorum affectuum auxiliatores,
Vale mihi exortus & occasus pugnantes.
Valete mihi sacerdotes in suos ipsos euntes.
Vale præses superbia, uale urbs magna.
Verùm ego terrestrium quidem superior sum sedium,
Cupio autem solam gloriam immortalem.
Sed & serues me cara trinitas. postremò autem
Videbimus ubi sanctæ sedes est anastasi.æ,
Gregorij luctus hic anastasiam cupientis,
Quæ olim illum inuida priuauit infirmitas.

DE VITAE DIFFERENTIIS, ET contra falsos sacerdotes.

Pictor est optimus, qui in tabellis imprimit
Formas ueras, spirantia uisas:
Non qui colores multos bene coloratos statim immiscens,
Pratum pictum ostendit & tabellis.
Nauem autem mariuagam laudaui, non adulterinis
Pulchritudinibus, non puppis floribus splendentem.
Sed quam structoris manus clauis optime
Dederunt fabricantes undis fidentem.
Et exercitus est optimus martium pro pulchro,
Et domus splendida secunda est bene compactæ,
Vt uitarum mortalium, ea quidem immortalis, quã Christo
Timor ducit, implicati aliena uitij,
Firmam, inconcussam, illugubrem: quæ uerò peßima est
Intus infirma, extra robur habens
Celeris mortis, mente captis similis, quibus omnia
Vertigonosa sunt inconstantibus mente.
Talis & CHRISTI glorioßi cultoribus
Animus, ille quidem mortalis cultor semper potentis,
Vergens temporibus, harundo multiflexi uentis,
Omnimodi uitij non medela, sed figura.
Verùm hæc tremulis & sanctis palmis
Donum ducit, CHRISTI carni gratificata,
Et magnis paßionibus, quas Deus hic tolerauit,
Liberamentum priſtinarum nostrarum paßionum.
Cui uiuit soli, & delectatur, cui certè diuidit
Animum à terrestribus inde erigens.
Hominibus autem bonis dat mentem, malis autem
Flectitur, quantum lapis horrendus adamas.
Neq; hic curam habet diuitiarum, magnarumq; sedium,
Non gloriæ mortalis hic tractæ.
Neque pellem regis habens fortis leonis,
Celat uulpinam intus seruitutem.
Mortiuorus, dolosus, perniciosus, alius inter alios
Variis malitiæ formis occultatus.
Sed mentem puris intellectionibus semper augens,
Iam & trinitatem attingit cœlestem,
Cuius formam affixit in mentibus suis,
Gloria una in tribus pulchritudinibus uisa,
Et populum sacrificijs puris deiformem struens.
Postemò animæ sacrificia exanguia fert.
Horam ego cupiens unus esse, non occultabo
Iam & ueßibula intra calcem habens.
Vt uidi infanda opera, machinamentumq; moleßum
Retrocedens, extra posui pedem.
Quippe multa laboraui & in alijs incredulis,
Quibus ineßt linguæ sonus adhuc nostræ
Lapides mei, illorum autem trinitas diuinitas nuper compa-
Talibus inuicem suscepimus muneribus, (cta.
Sed et sic ceßi, relinquens sermonem non amplius incredulũ,
Vndiq; nostris undis iactatus.
Iaceo, supergredere, supergredere mala inuidia, certè citò
Continebo, & ultimis finibus occultatus, (iam te
Et feræ obscuris in uisceribus cohercitus
Cetis marinis, quemadmodum olim Ionas ingreßus est,
Corpus quidem in uisceribus, mens uerò solutis motibus
Ibit quò uoluerit, quamuis cohercita.
Hoc bonorum solum est liberum, neq; contũbile,
Neq; captabile, CHRISTO mens eleuata:
Non mortalis regis contubernalis, ut prius
Gregorius arcæ obstrepens ferens parum,
Lacens in medijs mœstus & mutus,
Inspirantem spiritum ferens, seruilia comedens.
Non sedes honorabit me iudicatoria, uel consensi,
Vel humili spiritu modos tribuens.
Neq; manus mortiferas complectar, neq; barbam
Attingam, ut paruam contrà sortior gratiam.
Neque sacrum ad epulum natale, aut mortui,
Aut aliquod sponsalitium cum pluribus currens,
Omnia hæc quidem, rapacibus laniamenta, hæc uerò sequa-
Ponam rapacibus Briarei manibus. (cibus
Serò autem onerariam agens, sepulchrũ spirans, serò domũ
Traham laboriosum uentrem uexatus,
Spiritum pueri ferens, aliud ad epulum pingue
Festinans, priusquam priorem contumeliam dißipem.
Neq; uero, neq; præses existens in sacris locis,
Aut solus aut pluribus in unum congregatis,
Loquar auribus iucunda, res spiritus extra proijciens,
Vt sim promptus, amorem habens plurium,
Delectatusq; plausibus, & in theatris tripudians,
Præcipiti uadens uerbis colluctatis,
Præmiorum latoribus similiter multiplicibusq; iacturis,
Velet furentibus contrà aurigis,
Non totum oppugnans, non corporis ardentis
Rabiem refrigerans, non manus furentem
Omnibus in alienis rationis uinculis uinciens,
Non falsam cordis opinionem dißipans,
Non superbiam inflantem documentis in terram proijciens,
Non fontibus lachrymarum lachrymam euocans,
Sed unum medicamentum graue habens uenatorem honoris
Animum, & mortis remedium uerè,
Neq; uerò congredientibus socius sedis ero ego sanè
Anserum aut gruum temerè pugnantium,
Vbi contentio, ubi bellumq;, & opprobria celata ante
In unum hostium locum congregata.
Horum enim causa ego quidem medium humilibus sedeo
Medicus affectuum, ipse sine morbis existens.
Non enim meæ caniciei ludere, & cultorem indecenter
Esse pro sedibus, pro quibus pugnantes
Scinduntur, & mundum totum secant illegitimè,
Heu heu, magnorum nostrorum dolorum,
Hæc quidem quibus Amycum, & Cercopum robur sit,
Ast ego CHRISTO implebor quiescens.

Si uerò

Si uerò malum populi deisapi habenas proijcere,
Stent capita excutientium,
Vt quemadmodum celerem equum expuitorem habenarum
Furor agat præcipitijs, haud scopulis ferens,
Precor, ut omnia Deo cara his curæ sint:
Si uerò deteriora, longè aures habere.

AD EPISCOPOS.

O Sacrificia mittentes incruenta sacerdotes,
O' animarum custodes glorioßi, ò magni
Figmentum Dei manibus in uestris ferentes,
O' Deum hominibus ualdè excellentem in unum ducentes,
O' mundi fundamenta, uitæ lux, columen uerbi,
Sacerdotes uitæ infinibilis splendidæ,
Christiferi, sedibus insidentes optimis,
Excelsi, theatris gaudentes decentibus,
Sceniuagi, membris insistentes ligneis,
Infirmiter hiantes in alienis personis,
Pietatis aũt quæcunq; sunt intus, similia omnibus habentes.
Vos quidem ludatis, quæ & luditis indecenter,
Et grauiter loquamini, quæ facitis ut ualdè leuia.
Verùm ego, & si me malum & incommodum uirum
Omnes simul ponatis, à choro autem procul pellatis
Vestro, iacientes frequentibus sagittis,
Manifeßis, absconsisq;, quod & amicius uobis,
Sed tamen quæ me animus compellit & iubet
Loquar nolens quidem, uerùm sermonem extra rumpam
Animum, ut cum unda coacta extrà uehementi
Vento, & cauernas subiens, non uisibiliter
Feruet, & quid certè decidit soli,
Fracto dolore per os talia passus sum.
Non possum capere intus iram: sed suscipite
Si quem & mordacem dicam sermonem, filium doloris.
Medicamentum doloris est, & aeri uerbum dicere.
Corpus magnum Christi, precioßam gloriam regis,
Populus totius terræ regius, gens insida,
Erat cum eras, nunc rursus Dei possessionem hinc & inde
Excutit, utq; unda multifragi maris,
Aut planta robußis concussa uentis.
Populus hic, cui Deus uenit à cœlesti sede,
Gloriam suam mortalibus in uisceribus exhauriens.
Et mixtus est hominibus, Deus mortalis in unum collectus,
Et magnã utilitatẽ dedit passus corpore, sanguinẽq; diuinũ
Liberatium nostri uitij fudit, aliaq; multa
Sacrificia, posteaq; sermones, qui disseminarunt omnibus,
Et dulcis mortis amaram manum offenderunt,
Vt uerbo honorarent uerbum Deũ, sanguine aũt sanguinẽ.
Quis agitat hoc corpus? unde tantũ onus mihi quidem?
Quomodo autem sus solipascus meum offendit pomerium?
Quomodo luna tenebrosa tantam gloriam occultauit?
Rabidus, maleficus, quoniam hominibus inuidens
Ex eo adhuc, cum primùm Adam eiecit è paradiso,
Vitaq; immortali subducens noxio fructu,
Et multis, ualidisq; concußionibus semper turbans,
Non ualuit ut cupiebat totum genus suis dolis
Genuatim iacere. scintilla autem uerbi, & fax eleuata,
Omnem percurrit terram celebris. insecutores autem,
Et plus firmarunt præ miseris impactos.
Secundã excogitauit machinam dolosam, ut exercitũ nouit
Fortem, ducibus pernicioßan iniecit inimicitiam.
Etenim duce cadente, totus exercitus in terram uergit,
Mariuagusq; uerò nauem malus pronam statuit flatus,
Aut scopulis fregit gubernatore sine.
Vt autem domosq;, urbesq;, choros, boues, currus, oues,
Læsit ignorantia gubernatoris, scientibus uerbum
Nostrum uitium, quicunq; populi præsides.
Primùm quidem homicidis fugæ urbes dispositæ erant,
Et regio quædam erat remißitijs sacrificijs,
Et quædam & amaritudinis & sanguinis postremis
Diebus, quod CHRISTI maliſapi euacuarunt
Mercedem inhonorati malam & paruam habentes.
Minimè quidem ex inuito, quoniam Deus est imprensibilis
Manibus, cum uoluerit uerum quidem euacuarunt.
Nunc autem unum locum sciunt, pernicieq;, mortisq;
Omnes, quicunq; hospites, & septi nostri,
Venerandum antea sapientum sedile, septum optimorum,
Tribunal hoc angelicis choris germinans,
Cancellum medium mundorum duorum, & manentis,
Et præter uolantis, decorum terminum, hominumq;,
Erat cum erat: nunc rursus ridiculum, cum omnibus
Intra in clausam portam cursus, ut uideor mihi
Præconem clamantem in medijs audire,
Huc agite quicunq; uitij consecensores, opprobria hominum
Ventrosi, latitendi, impudentes, supercilioßi,
Meribibi, erronei, conuiciatores, delicati ueßibus,
Deceptoresq;, iniuriatores, celeriter peierationẽ iurantes,
Plebiuori, facultates in alienas intangibiles
Iacientes manus, inuidi, doloßi, & infidi,
Blanditores potentium humiles, humilibus leones
Circumpoßiti, temporis uolubilis cultores
Polypodes, saxis aßimilatico ore sermone,
Nouinubi, feruentes, adhuc florentes lanugine,
Aut furatores naturalis ignis, luminibus habentes
Aereum amorem, cum apertè fugeritis,
Naides cœlestium, nouiluci, flammantes
Spiritu splendenti, conuenientis uitij,
Huc agite audaces, omnibus sedes lata parata est,
Huc agite dextris nouos inclinetis tendones.
Omnibus promptè, & non cupientibus distenti sunt
Manna rursus externus hymber, omnis finibus colligatis,
Qui plus, quiq; imminutum mea gratia: si uerò uolueritis,
Neq; sancto parcatis deiformi diei ocioso,
Vel fortaße & palmis in insatiabilibus audiat.
Communis quidem omnibus aer, communisq; terra,
Commune etiam cœlum latum, quæq; cœlũ oculis ostendit.
Communisq; rursus ponti gratia, communesq; sedes,
Miraculum magnum, neq; Saul gratiæ hospes, sed minister.
Nullus igitur arator, non faber, non solearius,
Non uenationem exercens, neq; igneum opus agitans,
Longè maneat: neq; alium habeat rectorem diuinum.
Melius est enim imperare, quàm imperata parère.
Sed hic quidem è manibus securim magnam, ille aũt ßiuam
Iaciens, ille uerò pellem, hic ligna, ille uerò forcipem,
Huc ueniat. diuinam uerò circumteratis mensam,
Constipati, constipantes. fortis autem alium abigat.
Sæpè etiam optimum insudantem sedibus
Senem, carnibus attritum, cœliuagum,
Mundum spernentem, cum Deo sortem habentem.
Et mortuum inter uiuos: sacerdotem bonum regis
Imaginem quidem quis pinxit ab imagine archetypa
Statuens antè: tabella autem suscepit formam.

Universidad de Deusto
BibliotecaCentral

Vos autem inspiciens quis, contrariam uiam uadat.
Et hanc solam utilitatem à uestro uitio.
Præco quidem talia, grauiclamus: uerùm ego sanè
Timeo quidem Mosem glorioſum ut audij,
Qui solus nubem intra deum uidit ex aduerſo,
Alios uerò iußit ſub radicibus manentes,
Puriſſimos puris in ueſtibus & quietos,
Solam auſcultare diuinam uocem: non enim melius
Neq; ipſis feris calcare ſolum cœleſtis,
Ne & fractis ſub ſcopulis domitentur.
Timeo uerò rurſus filiorũ Aaron mortẽ: qui certè ſacrificia
Ponentes in externo igne, extraneæ: & perierunt.
Statim & ſacrificiorum locus mortis effectus eſt:
Et quamuis filij exiſtentes Aaron magni, domiti ſunt.
Vt autem & Elidis irrupit moleſta pernicies.
Elidis quoniã uoracẽ habebãt mentẽ. quippe enim iaciebant
Non ſacras manus ſacris deſuper abenis.
Neq; uerò neque Eli iram fugit: ſed & ipſum
Non ſanctius uenter filiorum imminuit uſtum,
Quamuis ſemper grauem iurgatorijs uerbis.
Si uerò tanta talibus peccatis ira eſt,
Quantæ timor eſt in pluribus malis,
Et te arcam reginam, qui fundauit manu prophana
Inclinatam, mortuus eſt ſtatim. dei uerò templum poſuit
Intactum manibus, muniment áq; extra parietes.
Quapropter lugeo. cado autem ſub tuis pedibus
CHRISTE rex, ne mihi aliquis occurrat dolor
Cedenti. defeci lupis læſoribus gregis,
Paſtoribus pugnans longum tempus. è membris autem
Curuis euolauit animus. reſpiro autem parum quid,
Vexatus laboribus, & opprobrijs noſtris:
Quorum alij quidem, pro ſedibus ſacris certamen habentes,
Aduerſe fluctuantes, frequentibus malis
Iactati iactantes, indomiti ſunt pugnatores,
Pacem clamantes: in ſanguine gloriantes,
Vt utinam Gethæum explerent dolorem,
Iudicialem, ſedilem, in ſede ultionem habentes.
Hi igitur his utrinq; partiti, uolutant,
Ortumq; occaſumq;, deus autem in carnes deſiit,
A' quibus pugnantibus, & nomen & bellum alijs.
Paulus meus, Petrus uerò tuus, illius uerò Apollos
Sunt dij, Chriſtus autem fruſtra clauis confixus eſt.
Non enim à CHRISTO uocamur, ex hominibus autem,
Illius & manibus & ſanguine gloriam habentes.
Tantus amor lumina obnubilauit noſtra,
Aut gloriæ manis, aut poſſeßionis, aut inuidia grauis,
Liquator gaudimalus, ominoſum dolorem habentibus.
Et prætextus eſt trinitas: uerum autem, inimicitia infida.
Duplex eſt unuſquiſq;, ouis lupum circumoculens,
Et æs ſeruans amaram piſcibus eſcam.
Talia quidem duces. ſequitur autem propè populus,
Prompti in uitium, & duce ſine.
Neq; ulla eſt boni diſtinctio, neq; mali,
Non ſapientis cani, non inconſultæ iuuentutis,
Non laborioſæ uitæ deiformis, non mollis.
Vna lex eſt peßimum habere plus, ut pereat
Ille uir qui primus adduxit huc peccatores.
Ipſorum mundus ſit, ipſorum deus, quæcunq; optimos
Sequuntur poſtremis in diebus utrinq; librata.
Boni uerò laborent inania. talia iudicibus
Placuere noſtris. iuſtitia extorris inde abeſt.
Vnũ uerò utiq; omnia ſint, Chriſtus, mortalis, ſol, ſydus,
Lux, tenebræ, angelus bonus, lucifer, nõ amplius ſplendens.
Petro autem æqua ferat deicida Iſcariota,
Et Solymis ſacris peccacißima Samaria.
Aequa autem habeat aurumq; & argentum, atq; ferrum.
Margarita horrenti lapidi, fontibus autem foſſæ.
Omnia autem inter ſe ſimul commixta in unum aguntur,
Vt olim erat cum mundus erat primigena materies,
Mundum adhuc parturiens ſeorſum non conſiſtentem,
Erat aũt cũ Moabitis templum magnum. nõ acceßibile erat,
Neq; quidẽ Amanitis, quoniã exercitũ offenderunt bonum.
Alios uerò aquiferis adnumerauit IESVS,
Et ligniferis, quoniam quidem illum deceperant.
Hæc malis, Leui autem natum magni honorarant.
Scenæ enim illum poſuerunt cœleſtis cultorem.
Et hic termini ſacrificiorumq;, & liminis, atq; laboris,
Alius enim alijs uir manus habebat in operibus,
Quæcunq; erant templi, & extra feſtinantes.
Illi quidem talibus legibus uirtutem defenſabant,
Nos uerò rurſus uitio præmia poſuimus. ô mortem.
Quis hæc lugeret luctuum gnarus poeta?
Continete amici, deſinamus pernicie laborantes,
Serò olim ſanctis deus honoretur ſacrificijs.
Siquidem igitur pareamus, iuuabimur: ſi uerò celet
Verbum meum, canumq; iuuenum audacia ſeu graculorum,
Pernicioſam erocitantes mihi nubem temeritatibus,
Teſtor immortalis Dei manum, & nigrum
Diem, qui leuem ignæ depaſcitur ulmam ſyluam,
Non ego quidem illis ſedis ſocius, nec ſocius operum,
Neq; quidquã cõſultor, nõ ſocius nauigationis, nõ cõuiator.
Sed illi quidem peragant ſuam uiam, uerùm ego ſanè
Quæro Noe arcam, ut mortem grauem effugiam.
Verùm poſtea fugiam longè à malis manens,
Et Sodomorum igneum amarum & infandum imbrem,
Quorũ hoc uinculũ habet errantem mentẽ intus cõgregans,
Intus omnis uidens, ridens uitæ procellas,
Quæ ſanè & prudentum turpiter puluerant faciem,
Semperq; mentibus intelligentias diuinas figurans,
Deterioribus nõ admixta, dilucida, lumini appropinquans,
Triluminis diuinitatis properantibus deſiderijs,
Propiciam immortalis Dei ad ſedem proficiſcar.
Vbiq; omnia manifeſta, plus autem æquilibrè
Tunc, cum in manibus Dei examen recti iudicis.

AD CONSTANTINOPOLIS SACERDOtes, & ipſam urbem.

O Sacrificia mittentes incruenta ſacerdotes,
Et magnæ unitatis cultores in trinitate,
O' leges, ô reges in pietate ſuperbientes,
O' Conſtantini inclyta ſolum magni,
Iunior Roma, tantum excellens urbes,
Quantum terram cœlum ſydereum.
Vos pios uocabo, qualia me fecit
Inuidia, ut à ſacris longè iecit filijs
Diu certantem, certantem luciferum cœleſtibus
Placitis, & è ſaxo effundentem fluentum,
Talia iuſtitia laborem quidem mihi, & terrorem fieri
Vrbi pietate primùm figurata.
Alium uerò rurſus laboribus meis ſubit animum oblectare
Elatum ſtatim ſedem ad alienam.

Cui

Cui deus me ſupermiſit, deiq; boni cultores,
Hæc morbus odioſus, hæc dei cultores,
Qui contentionem lugubrem inter ſe habentes
Chriſte rex, non mihi hæc intelligunt cara.
Non enim unius fui fati audax miles,
Neq; uolui Chriſto aliquid aliud anteferre.
Error autem, quòd nihil ſimile erraui alijs.
Neque ut nauis parua onerariæ conferor,
Vt & mente leuibus inimicor, qui ſanè remiſerunt
Tribunal hoc non ſanctè temporarijs Dei amicis.
Sed hæc quidẽ oblitionis occulat fundũ: uerũ ego quidem
Inde commotus, delectabor quietè.
Omnia ſimul, regia & urbes & ſacerdotes
Libenter effugiens, ut cupiebam antea,
Cum Deus me uocauit & nocturnis ſomnijs,
Et maris horrendi terroribus moleſtis,
Quapropter cachinnans, inuidiam fugi, ex magna autem
Tempeſtate in ſtabili finem ieci portu,
Vbi mentis puris intellectibus animum tollens,
Sacrificabo & ſilentium, ut antea ſermonem.
Hic Gregorij ſermo, quem aluit terra
Cappadocum, Chriſto omnia exuentem.

DE HVMANA NATVRA.

HEſternus meis doloribus uexatus, ſolus ab alijs
Fueram in umbroſo luco animum edens.
Etenim quodãmodo amo hãc medicinã in affectionibus,
Ipſe meum animum alloqui nutescens.
Aure uerò inſuſurrabant unà cum auibus cantricibus,
Pulchrum à ramis ſomnum largientes,
Et quamuis ualdè animo mœrenti, atq; ab arboribus
Pectimodulæ ſtridulæ ſolis amicæ
Cicadæ garrientes, totum perſonabant lucum,
Iuxta uerò aqua frigens propè alluebat pedes.
Senſim fluens roſcidum per lucum. uerùm ego quidem
Sic habebar fortiter dolore, ut habebar.
Horũ quidẽ minimè curã agebã: quoniã mẽs cum referta ſit
Doloribus, non uult oblectamentis occurrere.
Ipſe uerò uolutamentis inuoluta mente,
Talem contrariorum pugnam habens uerborum:
Quis fui, quisq; ſum, quis uerò ero, non apertè ſcio,
Neq; equidem qui me plenior ſapientia:
Sed ſic nube celatus hinc & inde
Erro, nihil habens, neq; inſomnis eorum quæ cupio.
Omnes enim humiles & errones, quibus craſſæ
Carnis annexa eſt atra nebula.
Ille uerò eſt me ſapientior, qui plus alijs
Decepit ſui cordis mendacium uerìloquum,
Sum, dic quid hoc, illud quidem præteriit mei.
Aliud uerò nunc ſum. qui autem ero, ſiquidem ero,
Firmum nihil. ego quidem fluxus turbidi fluuij
Semper adueniens, ſtans nihil habens,
Quid me horum dices: quid uerò tibi plus ſum, doceto:
Et nunc ſic manens, uide ne te fugiam.
Neq; bis quem prius fluxum fluuij traijcies
Econtra, neq; mortalem aſpicies, quem prius.
Eram prius in corpore patris, poſtea me ſuſcepit mater,
Communem autem utrorumq;, inde poſtea caro
Sine iudicio minimè homo, deformitas ſine ſpecie, neq; ratio
Neq; mẽtis particeps, matrẽ ſepulchrũ habens, (nis,
Bis ſepulti uiuentes ad interitum. quam enim peragro
Vitam, hanc uideo annorum impendium.
Quæ mihi ſenium infudit perniciоſum. ſi uerò me ibi
Aeuum non interiens ſuſcipiet, ut fama eſt,
Animaduerte ne uita quidem habeat mortem, finis autem
Vita tibi contrà exiſtat, quam exiſtimas.
Nihil natus ſum, quid malis domor, ut quid compactum?
Hoc enim mortalium immutabile eſt ſolum
Cognatum, inquaſſabile, inſenescens, ex quo ſinubus
Matris lapſus primam emiſi lachrymam.
Quantulis, qualibusq; occurſurus eram
Damnis lachrymans, priuſquam uitam attingam.
Regionẽ quidẽ quandã ſine feris audimus, ut olim Cretam,
Et quandam & frigidis alienam niuibus:
Mortalium autẽ nunquã quis hoc tactauit, quòd indomitus
Huius uitæ odioſis inde abiit laboribus.
Imbecillitas, paupertaſq;, fœnus, mors, inimicitia, peccato-
Feræ maris, terræ, dolores, omnia uita. (res,
Calamitates quidem, & penitus iniucunda multa intellexi.
Bonorum autem, nihil penitus expers doloris.
Ex quo adhuc, cum mihi amaram impreſit pœnam,
Guſtuſq; perniciоſus, & inuidia aduerſarij,
Tibi quidem caro talia malè medicabili benigno
Inimico, & bello nunquam ſoluto
Feræ frigidæ, & blandienti, igni frigenti miraculum.
Miraculũ magnũ, ſi quãdo mihi quidẽ poſtremò beneuo-
Anima, tibi uerò poſtea dicẽtur quæcũq; cõueniũt, (lus es.
Quis? unde? aut quid exiſtis? quis uerò te mortiferum
Effecit, & odioſis compedibus illiguit uitæ?
In terram grauatam ubiq; quo pacto es admixtus?
Spiritus craßitiei, carnibus autem mens, & oneri leuis,
Hæc enim inter ſe pugnant oppoſitè.
Siquidem igitur carnibus ſimul ſatus in uitam ueniſſes,
Heu mihi ob coniugationem eminus perniciоſam
Imago ſum Dei, & turpitudinis filius fabricatus ſum,
Vereor honoris parentem libidinem.
Fluxus enim me plãtauit, hic uerò interijt: nũc mortalis, rur
Non mortalis, ſed puluis, ſpes ſupremæ. (ſus
Si uerò tu cœleſtis quædam, unde? deſiderantem doce,
Si quidem ſpiratio Dei & ſors, ut ſentis,
Proijce ſcelus, & credo. non enim conuenit
Puri ſordidam eſſe, neq; parum.
Neque enim ſolis ſors obſcuritas, neq; mali
Spiritus ſplendens ſoboles producta eſt.
Quomodo aũt perniciоſi Beliæ quaſſationibus tantum agi
Quamuis cœleſti ſpiritu mixta? (taris,
Si enim talem habes auxiliatorem in terram annuis
Heu heu, meræ tuæ perniciоſæ malitiei.
Si uerò nõ mihi diuinitus tu, quæ natura? certè magnus ter-
Nunquam tandem inani gloria intumeo, (ror,
Figmentum dei, paradiſus, ædem, gloria, ſpes, præceptum,
Imber mundi perditor, imber igniuagus:
Verùm poſtea lex, ſcripta medicina: at poſtea
Chriſtus ſuam formam noſtræ admiſcens,
Vt meis paßionibus paſſus deus opem præbeat,
Et me Deum faciat, forma mortali.
Sed tamen indomitum habeo robur, in ferrum autem
Proprijcida furore feſtinamus, ut ſues,
Quod nam bonum uitæ, Dei lux, ſed utique & huius,
Cohibet me inuidia & odioſa obſcuritas,
Nihil plus mihi quidem, quid non plus eſt malis?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vtinam enim æquũ haberẽ,& quamuis ualdè laborans
Laceo imbecillis,timor autem diuinus me flexit.
Attritus sum diurnis curis,& nocturnis:
Hic grauicollus me & supinum compulit retrò,
Calcibus insiluit.tu uerò mihi timores omnes dic,
Tartarum tenebrosum,ignita uerbera,
Dæmonas,qui animarum actores nostrarum.
Fabula omnia malis,quod cõmune aũt solum optimum.
Nihil curat tormentum uitium.
Melius erat peccatoribus in posterum esse inulta,
Quàm me nunc uitij damnis dolere.
Sed quid mihi mortalium, quid uerò mihi tantũ dolores ca-
Nostræ generationis omnibus inest dolor. (nere?
Non mihi terra inconcussa,sed uolutant flatus.
Tempora autem mutuò cessere ruentibus.
Nox diem finijt,obnubilauit autẽ aerem tempestas.
Sideribus sol,soli autem nubes
Pulchritudinem minuit:reuiuiscens autem luna,
Verùm semiparens,cœlum fidereum.
Et tu olim angelicis lucifer fuisti choris
Inuide,nunc autem decidisti turpitudo à cœlestibus.
Propiciere mihi regina gloriosa trinitas,neq; tu penitus
Linguam mortalium effugisti inconsultorum.
Primùm pater,postea filius magnus,uerùm postea
Spiritus Dei magni percutitur iniurijs.
Quò statues me ferens,temeraria inde curat
Siste:omnia Deo secunda.Cede rationi.
Neq; me temerè struxit Deus,contra canetum
Sto,nostræ hoc paucitatis mentium.
Nunc tenebræ,uerùm postea ratio & omnia intelliges,
Aut deum intuens,aut igne laniatus.
Quando mihi hæc accinuit cara mens,dolor incidit.
Serò autem ab umbroso luco domum abij,
Aliàs quidem ridens,alia sentiendo:aliàs uerò rursus
Cor dolore lacerans, pugnante mente.

DE EXTRINSECA HOMINIS utilitate.

QVis fuit quis aũt sum:quis aũt ero non multo pòst
Quò aũt me ferẽs statues figmẽtũ magnũ immorta
Si quid est magnũ:ut quidẽ ego existimo,nihil existẽtes, (lis,
Supercilium temere intendimus diarij:
Si hoc solum essemus,quantum pluribus usum est.
Vita autem pereunte,nihil haberem plus.
Iuuenca quidem fugit suam latebram parentis,
Et salit,dulceq; uber uibrat,
Et trima iugum substulit,& traxit pondus currus,
Collum aut collari robori miscuit magnum.
Hinulus aũt uaricutis, cum per uterum lapsus fuerit,
Statim matris suæ apud pedem posuit pedem.
Fugit autem cruduorosq; canes,& equum leuem,
Et nemoris densi occulitur in ilibus.
Vrsi uerò,pernicioforumq; suum genus,atq; leones,
Tigrisq; uentosa,pantherarumq; robur,
Statim inhorruit tubam, cum ferrum uiderit:
Inhorruit,& fortes salijt in ferricidas.
Nuper uerò implumis auis,pennata non multo pòst
Aerem uolutat multum suprà domum,
Sima autem apes liquit spelunca,domum struxit
Oppositam,dulci repleuit sobole domum.
Omnia autem ueris sunt unius labor,sponte a autem
Omnibus esca,terra cibum largiente.
Non mare secant immite,non arant:
Non seruatores illis,neq; aluearifri,
Et ala auem nutrijt celerem,& nalles feram,
Parum laborantes,cura diurna.
Leo autem magnus & feram unà interemit,uelut i in uitæ,
Capiens,cibi sui reliquias odit.
Interdum uerò epulatus est altera die:aliàs uerò rursus
Cæpit potum fortiter,uentri modos ferens.
Tantum illis illaboriosior uita est
Saxum & rametum,domes semper rudis
Integri,fortes,pulchri:si autem domitet
Morbus,illugentes fortem halitum reliquum,
Non lugubribus membris circumstanter aliunde alius
Lugent,neq; amici detonderunt crines:
Dicam maius uerbum,interriti hic perierunt,
Et nullum intremiscit fera malum,cum pereat.
Specta & hominum timidum genus,ut hoc dixeris.
Quippe uere hominibus nihil est imbecillius.
Fluxus quidem proles sum,labori aũt me genuit mater.
Educatus sum,multisq; odiosis laboribus.
Vlnis habebat mater me,dulcem laborem:uerùm postea
Terram abrasi,doloribus uexatus.
Vnde ueni quadrupes in solo,unde sublatus sum,
Incessibus in tremulis furatus palmis.
Vnde mente subsplendebam mutæ uestigijs uocis,
Vnde rursus uerborum lachrymis sub ducibus
Vigenarius collegi robur,& calamitatibus multis
Prius occurri,ut quis certator. (bis.
Alia quidem mihi sunt sanè,illa uerò abiere:his uerò labora
Benè hoc mea anima scias traijciens uitam,
Tractum infidißimum,fluxum ferum,æstum maris,
Hinc & inde densis spiritibus ferens.
Multum quidem stultitijs concutior,alia uerò dæmon
Vitæ nostræ duxit aduersarius.
Si enim quæcunq; iucunda & quæcũq; molesta uitæ
Contrà pendas, media examina trahens,
Multum quidem grauata malorum in terram iuerit
Lanx,bonorum uerò contrà sursum cucurrerit.
Contentio,mare,terra,mors,prædones uiri,
Possessio,tributi scribæ,exactores,laticlami,
Rhetores,libriq;,iudices,dominus,peccator,
Omnia hæc sunt uitæ lusus molestæ.
Respice & quæcũq; sunt iucũda,satietas,grauitas,cãtus,ri-
Sepulchrum semper plenũ marcentiũ cadauerum, (sus,
Sponsalia,nuptiæ:nuptiæ aliæ,cum priores pericrint:
Adulteri,adultericidæ,filij suspectus dolor,
Pulchritudo,amor infidus, intimendum malum deformitas,
Curæ sobolis,dolores orbitatis.
Diuitiæ & paupertas duplex malum,libido,mœror,
Pila inuentum manibus contrà remissa.
Hæc igitur intuens,meæm laceror,si quis optimum
Existimat, cui malum plus est meliori.
Non luges audiens quot dolores & prioribus,
Nescio si lugebis,aut ridebis audiens.
Ambo & prudentibus conuenere hæc prius,
Huic quidem luctus fuere res hic,illi uerò risus.
Vt Troiani & Achiui in se inuicem ruentes,
Populabantur se mutuò gratia meretriculæ.
Cureteſq; pugnabant & Aetoli pugna gaudentes,

Pro suis capite,& crinibus suillis
Aeacidæ magnus cãtus,pertere tamẽ: ille quidem inter im-
Insanienti manu:at ille libidine. (micos,
Amphitryonidæ magna gloria,sed domitus est
Veste carnivora,ille omniperda.
Cyriq;,Croesiq; malam mortem non subterfugerunt,
Neq; quidem nostri hesternè imperatores quicunq;.
Et Eracontiadæ robore inuictè perdidit uinum,
Cum Alexander terram inijsti totam.
Quid plus in mortuis,sola puluis,ossa sola,
Heros Atrides,Irus mendiciuorus.
Constantinus imperator,seruus meus,qui pauper:
Qui posidens multa,unum pluribus sepulchrum.
Et res quidem hic tales,res uerò alibi,quis dixerit,
Quæcunq; iniustis ultimus dies agit,
Ignis crepitans,tenebræ graues,longè à luce existentibus
Vermis,nostri memoria semper uitij.
Melius,si uitæ portas malè tu non penetrasti:
Si autem penetrasti,totus feris æquè solutus es.
Ars quod & hic habes tot dolores,& postea
Pœna deterior eorum,quot hic habes.
Vl i mihi primigeni magna gloria,perijt esca.
Non Solomon prudens,sed mulieribus domitus est.
Vbi autem duodecimæ connumeratus erat,cum Iudæ
Lucro pro paruo circumobduxit tenebram.
Christe rex,rogo te malorum medelam statim præbeas,
Inde erigens tuo cultori beatè.
Vnum solum hominibus bonum & firmum est,
Spes cœlestes,quibus paulum quiddam spiro.
Aliorum autem bonorum multa satietas:quæcũq; in terra
Trahuntur,hominibus omnia relinquere cupio.
Patriam,externamq;,sedes,& exsedibus gloriam
Propè,alienos,pios,deteriores,
Apertos,insidiantes,in inuidiam oculum ferentes,
Proprijcida uitio intra liquentes,
Alijs iucunda uitæ,ego uerò promptus effugiam.
Hei mihi huius uitæ calamitatibus longioris.
Quousq; stercoribus præbebor,quod omne bonum
Nostræ uitæ,bipatens est gratia,
Excipere,projcereq; dimensum diem in diem.
Paruum gutiur habet,alia autem omnia aquifluulum
Hyems rursus,æstas rursus,uicißim uer,autumnus.
Dies & noctes,uisa duplicia uitæ.
Cœlum,terra,mare,nouius nihil mihi sanè,
Neq; quæcunq; cõpacta sunt neq; quæcũq; euertuntur.
Horum satietas aliam mihi quidem uitã et ornatũ præbeas.
Cui laborans,promptus calamitates omnes fero.
Vtinam mortuus fuissem,cum me matris in uisceribus uinxi
Statim mihi tenebræ lachrymas incipienti. (sti,
Quæ uita,è sepulchro ruens,ad sepulchrum uado.
E' sepulchro autem,igni sepelibor atrociter.
Ipsum autem quantũ spiro, fluuij fluctum celeriter currẽtis
Semper abeunte,ueniente q; retrò.
Stans nihil habentis,totum puluis,oculos meos
Iacit,ut Dei longè cadam à luminibus.
Parietes autem atrectans,& errans hinc & inde,
Vitæ magnæ extra habeam pedem.
Audebo aliquod uerbum uerum,quod certè Dei
Lusus est mortalis,unus quantum ciuitatum,
Alia persona desuper,quæ manus elaborauit,si uerò tollatur
Veneror,consestim apparui alius.
Talis uniuersa hominum miserorum uita,quibus curæ est
Spes somniaria.hæc habetis ad parum.
Ast ego Christum apprehendens,nunquam desinam
A uinculis huius uitæ solutus terrestris.
Etenim duplex sum,id quidem corpus,unde fabricatum est,
Quare & uergit ad terram propriam.
Anima autem est spiraculum Dei,& meliorem partem
Semper satis cupit supercœlestium.
Vt fontis fluxus est cursorius,ardens autem
Ignis ulam unam nouit immutabilem,salit suprà,
Quàm magnus est mortalis,& angelus,si ruens
Veluti serpens maculosi senio inde eat.
O uibramini sacerdotes,ego mortuus sum. ô & peccatores
Vicini,non ulterius me timebitis,ut antea.
Vobisipsis quidem magnam domũ semper uiuentis regis
Prospicite.ast ego omnia linquens,unum habeo,
Crucem meæ uitæ clarum signum:si uerò elatus fuero
Inde,& sacrificia attingam supercœlestia,
Quibus inuidia non adhæret,occultũ malũ,si fas est dicere,
Cum & inuidis non inuidens rogo pro.

DE VITAE ITINERIBVS.

QVis unde in uitã uenit? postquã aũt me terra contine
Quis rursus ex puluere ero resurgens? (bit,
Quò autem ferẽs statuet me deus magnus:nũ certè seruabit,
Inde suscitans serenum in portum?
Multæ quidem uitæ multa sustinentis uiæ.
Alius autem alijs calamitatibus confertur.
Et nihil in hominibus pulchrum,malitiæ immixtum.
Vtinam uerò non mala maiorem partem haberent,
Diuitiæ quidem infidæ,sedes aũt supercilium somniorum.
Sub imperio esse autem labor,paupertas autem compes.
Forma autem fulguris,parua gratia:iuuentus autem,
Feruor temporis:canities,molestus occasus uitæ.
Sermones autem alati,aer gloria,sanguis antiquus,
Nobiles,robur,& suis agrestioris,
Luiuriatrix autem satietas uinculum,nuptiæ,soboles autem,
Cura necessaria,orbitas autem morbus.
Fora autem uitij meditamenta,quies autem
Infirmitas,artes humi reptantium,
Angustus autem alienus panis,terram autem arare,
Labor,mariuagorum plus in inferno.
Patria aũ barathrũ propriũ, hospitium aũt opprobrium,
Omnia labor mortalibus omnia hic risus,
Puluis,umbra,uisum,ros flatus penna,uapor,somnium,
Vnda,fluxus,nauis uefugium,aura puluis,
Circulus semper uolubilis similia omnia uoluens,
Stans,rotans,solutus,solidus,
Tẽporibus,diebus,noctibus,laboribus,mortib.doloribus,
Oblectamentis,morbis,casibus,discussionibus,
Et hoc tuæ genitor sapientiæ uerbum,instabilia
Omnia existere.stabilium ut habeamus amorem.
Omnia mentis pennis percurri,quæcunq; uetera,
Quæcunq; noua.mortalibus autem nihil imbecillius.
Vnum tantum hominibus bonum & firmum est
Hinc erumpere, crucem attollentes,
Lachrymæq;,luctusq;,mens diuinis curæ existens,
Spes & trinitatis illustratio supercœlestis
Mixtæ puris. pulueris solutio inconsultæ
Imaginis incorruptibilitas, quam sortiti sumus diuinitus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Viuereq; alienam uitæ uitam:pro mundo autem
Mundum permutantes,onera omnia ferre.

DIVERSARVM VITARUM beationes.

Beatus,quisquis solitariam habet uitam,neq; admixtã
Hum reptantibus,sed deificauit mentem.
Beatus,qui multis admixtus,non in multis
Volutatur,sed deo misit totum cor.
Beatus,qui omnibus facultatibus emit Christum,
Et possessionem solam habet crucem,quam sursum fert,
Beatus,qui puris suis facultatibus imperitans,
Manum Dei fert indigentibus.
Beata iniugatorum beatorum uita,qui diuinitatem
Sunt propè puram,carnem excutientes.
Beatus,qui legibus nuptiarum parum concedens,
Maiorem Christo partem amoris agit.
Beatus, qui populi ferens imperium,sanctis
Et magnis sacrificijs Christum agit terrestribus.
Beatus quisquis suam gregis sobolem cœlestis
Regionem ducit Christi,pecus perfectißimum.
Beatus,qui puræ mentis magnis motionibus,
Cœlestium luminum uidet splendorem.
Beatus,qui manibus multistruis regem
Honorat,& multis est lex uitæ.
Omnia hæc cœlestium explementa extiterunt torculariũ,
Quæ fructus animarum exceptrices nostrarum,
Alia aliam uirtutem ad regionem ducente.
Multæ enim multarum sunt solæ uitarum.
Beatus,qui pauperem affectuum magnum spiritum ostẽdit.
Quisquis habet uitam hic lugubrem,
Qui cœlestis semper insatiatus cibi,
Qui mansuetudine hæres est magnorum,
Qui uisceribus suis Dei magnam misericordiam trahit,
Pacisq; amicus,& purus corde.
Qui multos CHRISTI glorioſi causa tulit
Dolores,& magnæ gloriæ occurrit.
Horum,quamuis seces uiam,siquidem omnes,
Melius:si autem paucas,secundum:si uerò unam,
Egregiè & amicum,stationes tamen dignæ omnibus,
Perfectioribus atq; diminutioribus.
Et Raab non compositam habebat uitam:sed & hanc,
Inclytam suprema posuit hospitalitate.
Ex sola autem plus habuit pharisæo publicanus
Humilitate,magnopere elato.
Melius est iniugatio,quippe melius:sed admixta
Mundo,& terrena,deterior dualitate
Temperanti,inopium excelsa uita cœluagorum.
Sed superbia & hos,sæpè posuit infrà.
Non enim suam uirtutem alijs metientes optimis,
Iniudicatam in corde altitudinem habent cum.
Sæpenumero & feruenti mente pullis similia
Calidioribus,à termino longè ferunt pedem.
Quapropter aut alis tollere penitus leuibus:
Vel infrà manens,tute curre re,
Ne sanè grauitas tui pennam in terram uergat,
Neq; cadas sublatus casu miserabilißimo.
Nauis parua clauis compacta densis,
Onus agit magna maiorem inuincta.
Angusta quidem uestibuli uia diuini structa est.
Multi autem calles in unam uenientes,
Illi quidem hanc transeant,quibuscũq; natura hic uergit:
Alij uerò aliam,angustam solum attingentes.
Neq; una omnibus similiter cara extitit esca,
Neq; Christianis una uita congruens.
Lachrymæ omnibus optimum,uigilantiaq;,laboresq;,
Et rabiem affectuum difficilium continere.
Impugnareq; satietatem,Christiq; sub manum sortem
Iacere,& timere diem aduenientem. (talis,
Si autem summam perfectè gradiaris uiam,nõ amplius mor
Sed aliquis cœlestium.Gregorij leges.

IVRAMENTA, VEL PROMISSIONES periuramentum.

Iuraui uerbum ipsum,quod mihi Deus est maximus,
E principio principium,à patre immortali,
Imago archetypi, natura genitori æqualis,
Qui uenit & hominum in uitam cœlitus.
Iuraui,neq; mente sanè mentẽ magnam inimica intelligens
Proijcere,neq; ratione rationem aliena.
Si trinitatis diuinitatem discinderem illustris,
Sequens temporum nutus aduersariorum.
Si uerò sedes magna olim meam mentem agitet,
Aut desiderio tradam alieno manum.
Si uerò deum ante mortalem posuerim auxiliatorem,
Saxo debilis rudentes alligans.
Si uerò unquam bona ferente superbum animum habeam
Vel malis occurrens,contra infirmum,
Si uerò iudicium iudicem declinans aliquid iuris,
Si uerò accipiat honorem supercilium supra sanctos,
Si uerò bonos uidens aliquid serenantes itineris
Stem dextri,aut bonorum scopulos,
Si inuidia liquefaciat meam mentem,si rideam
Casum & non sanctorum,ut pedem habens firmum,
Si uerò ira plena ceciderit mens,Si uerò effrenis
Lingua currat,lasciuum autem oculum ferat cor,
Si uerò aliquem oderim frustra,si uerò inimicum mei
Vlciscar dolosè,uel etiam manifestè,
Si inanem mittam ab domibus manum pauperis,
Si mentem sitibundam cœlestis uerbi:
Alij Christus sit plus propitius,uerùm mei
Vsq; ad caniciem aura ferat labores,
His legibus deuinxi meam uitam.si uerò desiderij
Ad finem uenerim, immortalis tua gratia.

CONTRA CARNEM.

Caro perniciosa, Beliæ maligni fluctus ater:
Caro perniciosa, affectuum radix multifidorum.
Caro perniciosa,mundi infrà fluentis socia,
Caro perniciosa,uitæ aduersaria cœlestis.
Caro inimica,amicaq;,dulce bellum,bonum infidum,
Homicidam plantam semper gustans,
Cœnum,lutea compes,grauans plumbago,
Fera indomita,materiei proles pugnantis,
Feruor malus,& monimentum tuæ,& uinculum regnæ
Imaginis cœlestis,quam sortiti sumus diuinitus,
Non desinens à uitio impudenti,non concedes
Spiritui & cano malemoriens maleconsulta,
Quam Christus manibus suis formauit solam,
Cum inornatum materiæ ornamentum effecit uerbo,
Et postremum diuinitate permiscuit,ut seruaret
Figmentum carum,uitæ hæredem magnæ,
Vexatum affectibus mentiperdæ Beliæ,

Et morte à morte liberauit immiti.
Quapropter uereare mihi,& cohibe à libidinibus.
Neq; in meam animam rabiem infinitam habere
Testor immortalis dei manum,& malum
Diem, qui res mortalium ultimus in unum agit,
Quòd te impugnans, & doloribus omnigenis
Flectens,& mortuorum faciam debiliorem,
Nisi mihi statueris,perniciemq;,fluxumq;
Pura CHRISTI apprehendens lanificia.
Veni mihi ô lachrymarumq; expurgatrix interius fons,
Et uiglantia laboriosa corporis atq; mentis,
Vt refrigeres meam mentem,& marcentem
Abstergas affectuum marcorem difficilium.
Et uenter remitte satietatem,& iacentia humi
Genua siccescant,& puluis esca sit,
Et asper mollibus circum membris tendatur
Saccus meæ animæ iuuamentum agitatæ.
Veni mœsta pulueris domitrix cura.
Semper aduenientia uerbera uidens,
Talia quidem temeritatis mea medicamenta,tui aũt Christe,
Et uita pura,& uita ex mortuis.
Quis authorem uitijq;,& sanguinis nostri
Suscepit,postquam gustum luxit & fraudem?
Quis obliquum regem luctibus purgauit Manasse?
Quis Dauid à magno soluit errore?
Quis planum luctibus aspiciens seruauit Ninluet
Quis autem in puero tecit lachrymam iuniori?
Quis gaudens puris longè iecit neq; publicanos?
Quis autem humeris imposuit errantem?
Quis leprosos mundauit?amaros aũt prohibuit morbos,
Corporibus & animis bona gratificatus?
Tui ô beate hæc dona,mortalium lux:sed conscendas
Vndam nostram,& salum continuò cadat.

CONTRA MALVM.

Venisti ô maleficе,commenta tua cognosco.
Venisti,ut luce me amicoq; æuo priues, (nõ decipies
Inexpugnabilis. quomodo in lucẽ uenisti obscuritas existẽs?
Mentiẽs.quomodo amarũ mihi bellũ semper congregas,
Manifestè insidiansq;?quid autem pijs inuides?
Adhuc ex quo,cum primùm Adam ieciſti è paradiso,
Figmentum dei,uitio autem sapienti insidiatus es mandato
Et amarum dulci uitæ præbuisti cibum.
Quomodo te fugiã,quod aũt remediũ medijs affectibus inue
Paucis quidem primùm peccatis,uelut fluentum (niam?
Incidis cordibus,deinde uerò locum aperis
Latiorem.postea fluxus turbidusq;,magnusq;
Venisti, quousq; chaos me capiat tuum,atq; barathrum.
Sed recede longè.tuas autem manus immiseris
Gentibus,aut urbibus,quæcunq; deum non intellexerunt.
Ast ego,CHRISTI sors templumq; structus sum,
Et incensum.uerùm postea Deus diuinitati admixta
Anima.sed cede Deo,& figmento diuino,
Veritus iramq; Dei,animarumq; choream
Piorum,uocemq; perpetuisq; in hymnis.

CONVERSIVA ERGA Deum admonitio.

Quò te ferens Christo tantum alienauit dæmon
Subtractum linguaq;,& auribus,& luminibus,
Anime infelix?quò lucem blandam extra impellis?
Feruensq; desiderijs & difficilibus curis,
Et tenebrosam terrorem timens,deceptionibusq; seruiens,
Liquescens,diminutusq; iræ feruentis motibus.
Ne ulterius erres animæ mentis uortiginibus flatus,
Neq; tuæ uitæ obliuiscaris,carni adhærens,
Carnisq; obscuris & apertis malis.
Omnia infrà quatiantur malis uitæ procellis,
Omnia tempus tesseris similia hoc modo uolutet,
Formam,gloriam,diuitias,imperium,opes insidas.
Verùm ego Christum apprehendens,nunquam desinam
A' spe,quousq; uideam trinitatis lucem in unum cuntis.
Cum sors magni Dei carnibus temperata,
Imago prior admiscebitur cœlestibus.

AMOTIO MALI, ET CHRISTI inuocatio.

Fuge à meo corde,doli machinator fuge celerrimè,
Fuge à meis membris,fuge à mea uita
Fur,serpẽs,ignis,Belia,uituũ,mors,hiatus,draco,fera,
Nox,insidia,rabies,chaos,inuidia,uiricida:
Qui & progenitoribus meis pestem immisisti,
Gustans malitiam pernicioſe & mortem.
Christus rex iubet te fugere,fugere in undam maris,
Aut in scopulos,aut in suum gregem,
Vt legionem anteà pernicioſam.sed cede,
Ne te feriam cruce,cui omnia subtremiscunt.
Crucem meis membris feram,crucem autem incessui,
Crucem corde,crux mihi gloria.
Non desines insidians mihi maliuace,non in præcipitia,
Non Sodoma aspicies,non impiorum greges,
Qui magnam diuinitatem scindentes soluerunt:
Sed ad meam caniciem,sed ad meum cor,
Semper me atris intellectibus inimicè denigras,
Neq; Deum timens,neq; sacrificia.
Hæc & trinitatis mens fuit sonorus præco.
Et nunc finem respicit,cœnum ne me turbes,
Vt purus puris occurram luminibus
Cœlestibus,splendores quando in meam uitam.
Manus autem extendo,suscipite me,uale tu munde,
Vale laborifere.parce ijs qui sunt post me.

LVCTVS.

Hei mihi,quòd me ad cœlum,atq; Dei
Locum festinantem,corpus hoc utrinq; tenet;
Neq; usquam excessus est errabundæ uitæ,
Et odiosi uitij,quod me deuinxit infrà,
Vndiq; improuisis circumsonans curis,
Depascentibus animæ pulchritudines,& gratias:
Sed me solue rex,solue terrestribus à uinculis,
Et me chorum statuas in cœlestem.

AD SVVM ANIMVM.

Anime aspice sursum, terrestriũ autem obliuiscere o-
Neq; te uincat ad malitiam corpus. (mnium,
Parua quidem uita hæc.hic beatus ut in somno
Delectatur,uariæ autem alius occurrit fortunæ.
Solius autem uitæ puræ uita firma est semper,
Et multa,quam uiuere est melius.

DE FATALI HVMANA natura.

Mvnde amice, nõ amice in omnibus, quid me ut rotã
Sibilatim fers contra uenientẽ, (circũuolubilis
Formicam ut paruam,amaram lationem dolentem,
Sed tamen fers tantum existentem tantus,

Scio quidem quod diuinitus tibi dei gloria, sed & ipse
CHRISTI manu structus sum, contextus ex utrisq;
Cœlestibus terrestribusq;, corpus quidē hinc fabricatum est.
Anima autem rursus, magnæ est spiratio mentis.
Sed & sic multis agitor hinc & inde
Calamitatibus, ex me calamitatibus hoste.
Vt autem Delphis in terram mariuagus, in aere morior.
Mundē, præterij ego, populum inuulneratum ducas.

ALIVD.

INuicem quidem egoq; & tempus, ut uolucres,
Aut naues in pelago contra præterimur,
Stans nihil habentes. quod autē peccaui, non præteribit,
Sed manet uitæ hoc laboriosißimum.
eq; quod precer habeo, uiuere plus, an solui.
Timor in utrisq; sic autem considera mihi,
Vita mihi laboriosa peccatis: si autem moriar,
Heu heu, priorum nullum remedium paßionum.
Si uita hoc tibi coniectat, cuius tantum est onus,
Neq; solui solutionem habet laborum.
Præcipitium autē utrinq;. quid faciemus, quippe hoc est opti
Aspicere ad te solum, tuamq; mansuetudinem. (mum,

DE ERGA DEVM DESIDERIO.

MAter mea, quid me peperisti? quoniā laboriosum pe
Quid me huic uitæ dedisti spimigeræ? (peristi?
Si quidē tu igitur traiecisti immolestum, ut quis incarneus
Miraculū est magnū: si uerò domitaes, nō amās peperisti.
Aliam quidem alius quis uir uitæ uiam
Secat terricolæ, at ille mariuagus,
Fericida alius quis, ille hasta manum uibrans,
Atq; aliquis uaticinij guarus, ille uerò præmisgerus.
Ast mihi deus est sors, & dolores multi.
Et morbo odioso hic paruæ esse potentiæ,
Lania me, lania peccator ad tempus. statim enim te
Linquam cum difficilibus iacturis letabundus,
Mater mea, quid me peperisti, quoniam deū neq; intelligere,
Neq; dicere possum tantum, quantum cupio?
Parua quidem quæpiam mihi mentis circumfulsit oculos
Acquilucæ trinitatis splendor cœlestis.
Plus autem effugit, habeo autem dolorem, ut fulgur quoddā
Prius quā me luce satiet, celeriter præteruolans.
Si uerò te inde capiam amica trinitas, non ulterius matris
Damnabo me ilia. in bonum genitus sum.
Sed serua me, serua me dei uerbum. ex amaro autem me
Luto extrahens, in uitam aliam ducas,
Vbi mens pura te lucidißimum circumtripudiat,
Non amplius sub umbratili celata nebula.

LAMENTATIO PRO
ipsius anima.

SAepe desideratum puella cubilibus proponens
Adhuc uirgineis mortuum coniugem quamuis pudēs,
Nōua nupta splendens amarum incepit cantum.
Seruæ uerò ei & æquales hinc & inde
Stantes, plorant alternatim, medicinam doloris.
Et mater earum filium nouipuberem non amplius existentē
Luxit, ad partus dolores nouos dolores habens.
Et quis suam patriam luget, quam depopulatus est
Ferus mars? domū alius, quam perdidit cœlestis flamma
Anima? tibi uerò luctus quis dignus, quam interemit
Pernicioſus serpēs, amarā aūt impreßit imagini pestē? (tū.
Lachrymare lachrymare peccator, hoc tibi solū est adiumen
Linquamus conuiuiaq;, ætatemq; desiderabilem.
Linquam uerò rursus fabularūq; magnam gloriā, nobilisq;
Sanguinis, celsasq; domos, & opes omnes.
Linquam autem solis dulcem lucem, cœlum ipsum,
Sidera clarißima, quæq; cœlum coronatum est.
Hæc quidem secuturis, ego autem infrà uerticem
Vincla ferens, mortuusq; & non spirans in lectis
Iacebo, postremis luctibus lugentes oblectans,
Laudem habens & stimulū amoris sine contentione nō diu.
At pòst lapisq; & immortalis intus iactura:
Sed & sic, horum quidem meum cor non curam gerit.
Solam autem timeo puram lancem dei.
Hei mihi quid agam, quo modo uitium fugiam,
Profundis aut nebulis latens uitam. utinam enim esset
Erroris aliquis locus liber, ut aliquem feris,
Et morbis dicunt, ut exul hinc abeam.
Terra quidem quis fugit amarum mare, clypeo aūt hastam,
Et frigidæ niuis domus tegmentum est, uitium autem
Vtrinq; positum, multiuaga, ineuitabilißima regina.
Elias igneo ad cœlum profectus est curru,
Moses puericidæ olim subterfugit placitum tyranni,
Cæteorum ilium tenebrosam mortem purus Ionas,
Et feras Daniel, pueri flammas: at mihi quidem,
Quæ solutio uitij, Rex tu ne CHRISTE serua.

LVCTVS.

HEu heu paßionum. quid nā peccauit? num igitur solus
Tua pura sacrificia attingo non sanctè.
Vel me incendis affectibus purgatorie, aut superbiā aliorum
Cohibes? an me fers nudum in aduersarium?
Hæc quidem ipse rex uersas uerbum, ast ego sanè
Parum supra terram spiritum fero extremum.
Lachrymas omnes exhausi, luctus uerò opus mihi structum
Quousq; manibus iacemus in impiorum. (est,
Sed beatè siste me, quamuis malum, at sacerdotem,
Ne quis labatur calamitatibus nostris.
Perijt gloria mihi sanè, & dolores carnis pereant:
Abijt anastasia, desine & error.
Heu heu lachrymæ mihi libantur, intus cor
Pruinescit. duplicem morbum contine rex.
Morbum contine rex, periimus: num igitur soli
Miseratio clausa est tuo cultori Gregorio?
Aut siste malitiam, & propitiare tuo cultori,
Aut hoc, da animo miserabili omnia ferre.

SVPPLICATORIVM.

CHriste lux hominum, ignea columna Gregorij,
Animæ erranti amaram uitæ per solitudinem,
Contine Pharaonem maleuolū, impudētes operis persecuto
Et cœno me iniunctō, & Aegypto graui (res,
Liberes, uerberibus indecoris domitans
Hostes, leuem autem præbeas uiam. si uerò ostenderit
Inimicus urgens, tu uerò mihi & mare rubrum
Sreces. solidum autem traijciam mare
Festinās in terrā diuinā, meā sortem, quemadmodum pro-
Et fluuios sistas immensos, alienigenarumq; (misisti.
Declines furentem hastam luctuosam. si autem ineam
Terram sacram, concinam te perpetuis in hymnis.
Christe rex, quid me carnis in retibus his deuinxisti
Quid nam uitæ horrenti, & lutoso barathro?
Si uerè Deus sum, sors autem tua, ut audiui,
E membris mihi quidem robur perijt, neq; quicquā genua

Sequuntur,

Sequuntur, sed me soluit tempus, & morbus molestus,
Liquefaciensq; cura, amiciq; in amica sentientes.
Cadere autem nolunt peccata, sed adhuc magis
Incedunt, imbecillem canes ut cuniculum leporem,
Aut ceruam circum habent desiderantes satiari.
Aut siste malitiem & propitiare, aut me susci pe
Diutius certantem, & doloribus modus adsit,
Aut obliuionis nubes bona meas mentes circumocculat.

FVNEBRIS, ET COMPENDIVM
eius uitæ.

CHriste rex, quid me carnis in retibus ijs deuinxisti
Quid nam me huic uitæ posuisti sub aduersariat
Patre quidem natus sum deiformi, non parua autem
Matre, in lucem autem ueni precata.
Precata est, & me dedicauit Deo infantē, incorruptionis au
Calidum amorem infudit aspectus mihi nocturnus. (tem
Christus quidem mihi talia, postremò aūt undis efferbui.
Rapacibus manibus auxilium tuli, corpore solutus sum,
Pastoribus non amicis concurri, inueni infida,
Viduatus sum filijs calamitatibus cedens.
Hæc Gregorij uita, postera uerò curæ erunt
CHRISTO uitæ doctori, scribite hæc lapidibus.

POENITENTIARIVM ET
hortatorium.

PRopè est certamen uitæ, malam nauigationem traieci,
Iam & odiosi ultionem uideo uitij.
Tartarum obscurum, ignis flammam, noctem profundam
Nunc occultatorum, turpitudinem argutorum.
Sed Beate miserere, & quamuis sero bonam præbeas,
Vitæ nostræ reliquiam benignè affectus.
Multa passus sum, & timorē habeo mente: num me persequi
Tuæ cœperunt rex grauia examina iustitiæ?
Feram quidem meam & ipse mortem hinc proficiscens,
Cedens promptè calamitatibus animiuoris.
Vobis autem futuris mando, nulla utilitas
Huius uitæ uita solutionem habet uitæ.

CONTRA MALVM.

FVge à linea ô Barbare, ne me perturba.
Fuge malus omnis, CHRISTVS mihi scribitur,
Ne me fugat commentum coactum. ualete omnes,
Quos non CHRISTVS agit longè ab terrestribus.

DE LEGITIMIS LIBRIS DIVINITVS
inspiratæ scripturæ.

DIuinis in oraculis semper, linguaq;, menteq;;
Volutamini. uel enim dedit Deus laborū hoc certa-
Et aliquod uidere cælatū lumen: uel hoc optimum (men,
Pungi puri Dei magnis præceptis:
Aut tertium, terrestrium abducit mentem bis curis.
Vt autem non externis mentem surripiare libris,
Multæ enim existunt interscriptæ malitiæ,
Suscipe hunc mei adiudicatum ô amice numerum.
Historici quidem sunt libri duodecim omnes,
Antiquioris hebraicæ sapientiæ.
Primus, Geneſis, deinde Exodus, Leuiticumq;.
Deinde Numeri, deinde secunda lex.
Deinde Iesus & Iudices, Ruth octauus.
At nonus, decimusq; liber, Gesta regum,
Et prætermissa, ultimum Esdran habes.
At carminæ quinq;, quorum primum quidem Iob,
Deinde Dauid, deinde tres Solomonis,
Ecclesiastes, Cantus & Prouerbia.
Et quinq; similiter spiritus prophetici
Vnam quidem sunt in scripturam, duodecim.
Oseæ, Amos, & Michæas tertius,
Deinde Ioel, deinde Ionas, Abdias,
Naumq;, Abacucq;, & Sophonias.
Aggæus, deinde Zacharias, Malachias.
Vnus quidem hi. secundus autem Hesaias,
Deinde uocatus Hieremias ab infanti,
Deinde Ezechiel, & Danieli gratia.
Antiquas quidem posui duo & uiginti libros.
Hebræorum scripturis oppositos.
Iam uerò enumera & noui mysterij.
Matthæus quidem scripsit Hebræis miracula CHRISTI,
Marcus autem Italiæ, Lucas Achaidi.
Omnibus autem Ioannes præco magnus cœliuagus,
Deinde gesta sapientum Apostolorum.
Decem autem Pauli, quatuorq; epistolæ.
Septem autem catholicæ, quarum Iacobi una,
Duæ autem Petri, tres autem Ioannis rursus.
Iudæ autem est septima, omnes habes.
Siquid autem hæc extra sit, non inter legitimas.

VERBERA AEGYPTI.

VErbera Aegypti malignæ semper numera,
Vt subintremiscas robori magno.
Sanguine quidem primum aqua rubebat terræ,
Secundò rursus ranas efferbuit perniciosas.
Tertium rursus, culicibus aer, & terra obtecta est,
Et canina musca apparuit quartum statim.
Quintum, quadrupedibus incessit pestilens pernicies,
Pustulæ hominum corporibus, sextus dolor.
Septimum, pluit grando media ignis imber immixtus.
Octauum, ab locusta perijt omne uiride.
Nonum, Aegypti solum nox occulit.
Primogenitorum mors, decimum tormentum.

MOSEI DECALOGVS.

HAs leges impreßit Deus decem olim in tabulis
Lapideis, tu uerò mihi inscribe tuo cordi.
Non cognosces Deū aliū, quoniā cultus solus unius quident.
Non statues simulachrum inane, & non spirantē imaginem.
Nunquam temerè memineris magni Dei.
Sabbata omnia serua sublimia & umbrosa.
Beatus. si parentibus tuleris gratiam, quam decet.
Fugere homicidæ manus scelus, alienaq;
Cubilis, furtum malignum, testimoniumq;
Falsum, alienorumq; desiderium, scintillam mortis.

DE PATRIARCHIS.

DVodecim autem ex Iacob patre magno patriarchæ
Ruben, & Symeon, & Leui, ad hos autem Iudas.
Verum postra spurij, Dan, Nephthalem, Gadq;, Aserq;.
Rursus autem nobilis à sponsis Isachar erat,
Zabulon, & Ioseph, & ultimus Beniamin.

DE DVODECIM APOSTOLIS.

DVodecim uerò rursus Christi Dei magni discipuli:
Petrus, Andreasq;, Ioannesq;, Iacobus,
Quintus autem fuit Philippus, sextus uerò Bartholomæus,
Matthæus, Thomasq;, & Alphæi Iacobus.
Iudasq;, Simonq;, & non dicendus alius Iudas.

DE CHRISTI GENEALOGIA.

MAtthæus unde dixit magnus, Lucasq; optimus,

Hanc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hanc quidem hic, aſt ille illã libris impoſuit generationem,
Quæ Chriſtum deducunt à ſanguine primigeno.
Quomodo aũt hic quidẽ in pluribꝰ. ille uerò in paucis deſiſt,
In Dauid quidem regem generis fluxus utriſq;
Inſectus, poſtea fluit biſariam, ultimo autem
Confertur, ut ad mare infinitum Chriſtum proficiſcens.
Cui autem, aſpicias meo uerò pare uerbo.
Dauidæ, Solomõq;, Nathãq; fuerãt, quorũ hic quidẽ traxit
Veluti fluxum magni fluuij, regum ſanguinem:
At uerò hic ſanctorum q;, illuſtriſſimorum q; ſacerdotum.
CHRISTVS uerò utrunq; fuit, rex magnus, pontifexq;.
Quapropter Matthæus quidem ſcripſit ſpiritu diuino,
Solomontiades, Lucas autem in Nathan uenit.
Ex duabus aũt generationibus, hac quidẽ plus, ex altera au-
Paruius fluentum progredi non magnũ miraculum, (tem
Nõ quidẽ paucius, generationum aũt non æquũ numerum.
Sic primum diſipati ſunt: deinde uerò in unum conuenere.
Dic uerò & hoc mihi, patrũ duorũ quomodo unquã Ioſeph.
Lex erat Moſis, cum ſine prole pereat
Hebræus ſororẽ aut aliquam mortui, aut aliquam affinium
Prope, ſtatim coniugem caram, & poſſeſſionem habentem
Procreare, defunctoq;, prolem & domum augere,
Vt non ignotus inter homines periret.
Quare cælatum ſupra Deum mortale hoc adinueni.
Matthan ex Solomone ducens genus, duxit Eſthan.
Hoc uerò itaq; mortuo, Nathides nomine Melchi,
Et huic quidem Iacob, illi uerò Eli genuit filios.
Eli autem mortuo, poſtquam prolem nullam relinquebat,
Statim domumq;, lectumq; Iacob non compatrius
Suſcepit, & genuit filium fratri bonum Ioſeph.
Sic huius quidem erat: huius autem ſcribebat lex Ioſeph.
Euangeliſtarum autem, hic quidem dixit naturam,
Matthæus, ille uerò ſcripſit Lucas legem.
Deſine perturbare pulchram concordiam.
Quomodo Dauid in regem ſert Deus. cum apparuit
Matre ex mortali Deus immortalis: ex Ioſeph quidem
Quomodo hic: uirguis enim erat filius, ex Maria autem
Leuida: Mariam enim à ſanguine fuit Aaron.
Tolle autẽ angelus nobis: quoniã præcurſoris generationẽ
Nuncians magnæ lucis, deiformi matri.
Matres utraſque hic reduxit in magnum Aaron.
Gentiles autem rurſus regis immixti: atque ſacerdotum
Non uerum, familiæ quidem erat biſariam, ſæpe aũt rurſus
Miſcebantur: prius enim Aaron magni filiam
Duxit in magnam domum Naſon: qui uerò ab Iuda
Sextus fuit: poſtea uerò poſtquam urbem perdidit bellum
Aſſyriorum, Babylonq; iura omnia concuſſit,
Neque tribuum, tunc uerò ſegregatim ſanguis ſeruatus eſt.
Sic quidem per matrem aſcendit in reges.
Ex patre autem apparenti: ut animaduertere iuſſi.
Auguſti regis poſtquam tributum ſcribebat omnes,
Alij quidem alijs in cuitatibus ſcribebantur
Patrijs, Dauid autem amicum ſolum ſtatim offenderunt
Bethleem: quæ ſimbius magnum exceperat Chriſtum.
Vtrique, ſponſaq; cara, & glorioſus Ioſeph
Scripta: tribus enim unius erant. ſic in præſepio
Mater uirgo, mundi peperit totius regem.
Sic & per patrem aſcendit ad reges.
Contrà quidem generationem Lucas magnus duxit uerbo
In Adam à Chriſto, mihi autem Adam uenit ad Chriſtum.
Manu Dei primus Adam factus eſt, ex Adamo autem
Seth extitit, huius uerò Enos, huius quartus fuit Cainan,
Huius erat Maleleel, huius Iared, qui genuit filium
Illum Enoch, qui uiuus in cœlum uenit ſublatus.
Huius Mathuſala fuit, qui filium genuit Lamech.
Verùm hic, Noe pater, Sem, Noci filius illius.
Ex hoc uerò Arphaxath, Cainan, Sala: huius autem dicunt
Filiũ Heber, Heberis autẽ Phalec filius, ex Phale uerò rurſus
Fuit Ragab: ille uerò Seruch genuit, qui genuit Nachor,
Abraam rurſus poſt hos, filius Tharra Nachoridæ.
Abramides uero Iſaac, Iacob genuit, hic uerò Iudam.
Sed hic ex Thamara Phares genuit, at hic Eſrom.
Eſrom, Aram, qui Aminadam, hic autem Naaſſon.
Naaſſon autẽ rurſus Salmon, Salmon Booz, ex Booz Obed,
Obed Ieſſe: ex hoc autem magnus extitit Dauid.
Dauides autem Nathan qui Matthan filium genuit,
Qui Mainan, Mainan Melean genuit, hic autem Eliachim.
Qui Ioannam, qui Ioſeph, qui Iudam
Genuit, huius Simeon, huius Leui, ab hoc autem Matthan.
Huius Iorem, huius Eliezer, huius Ioſeph.
Huius Hir, huius Elmod, huius aũt rurſus filius fuit Coſam.
Coſam fuit Addi, huius Melchi, ab hoc Neri.
Ab hoc Salathiel, Zorobabel, Rheſa, Ionæ,
Iudæ, Oſoc. Semeeq; rurſus, Matthiasq;,
Et Maath. Nangæ, & Elim, ab hoc Naum,
Amos, Matthathias, & Ioſeph, atque Iannæ,
Melchi, atque Leui, & Matthan, Eli, Ioſeph.
Lucas quidem ſic: quomodo autem Matthæus magnus
Ex Abraam quidem uſq; Dauid, ut dixi.
Inde uerò Lucas ſacerdotalem dimittens
Procreationem, ponit generis regum.
Sunt autem quot & qui dicetur.
Dauides, Solomon, Roboam, Abiasq;, Aſaq;.
Huius Ioſaphat fuit: ſeptimus autem fuit Ioram,
Ozias, atq; Ioatham, atque Achaz, Ezechiasq;,
Et Manaſſe, & Amos, Ioſias: uerùm deinde
Iechonias, captiuum quem duxere in Babylonem,
Salathiel, Zorobabel, Abiud atq; Eliacim,
Azor, huius Sadoc, huius Achim, huius Eliuda,
Huius Eliezer fuit, huius Matthan, huius Iacob,
Vltimus qui uidebatur pater Chriſti, Ioſepus.

CHRISTI MIRACVLA SECUNDUM Matthæum.

Matthei libri miracula, quæcunq; fecit
CHRISTVS rex mortali corpori mixtus.
Primùm quidem lepræ amarum excuſſit morbum,
Deinde Centurionis filij firmauit membra.
Tertium rurſus Petri ſocrus flammam extinxit manu.
Quartum undam magnam ſedauit, & uentos.
Dæmonas immiſit ſuibus quintum in Gergeſenis.
Sextum, ſuum lectum ſuſtulit grauis membris.
Septimum, attingentis fontem cohibuit ſanguinẽ fluentis.
Magiſtratus filia octauam inuenit lucem.
Nonum rurſus, cæcis præbuit lucem: ex abacto autem
Dæmone, non loquens fregit ſermonem decimum.
Sabbato undecimum ſiccam manum ſoluit à uinculis,
Oculos autem dæmonij & aures duodecimum.
Decimumtertium, cophinos duodecim impleuit,
Et uirorum millia quinq;, quinque panibus.
Quartum decimum autem inuenit nauem pedibus,
His autem ceſſit magnum pontum agitans.
Quintum autẽ & decimum, Chananææ ſpiritũ inſecutus eſt,
Matri gratificatus multum precanti.
Sextum & decimum, cophinos liquerunt ſeptem è ſeptem
Panibus, millia quatuor, fuitq; ſatietas.
Septimum autem et decimum, diuinam immutauit formam,
Fulgens ſuis amicis ſole plus.
Octauum & decimum autem, lunæ à morbo,
Vt rogauit pater, ſoluit filium carum.
Nonum & decimum, lumen oculis ex Hiericho
Cæcis uiarijs dedit incedens.
Vigeſimum autem, lumina præbuit oculis, mutilaq; ſoluit
Genua, è templo piacula omnia abigens.
Miraculum autem è Bethania ueniens fecit maximum,
Siccam ſtatim ficum, quòd ipſam infructuoſam uidit.
E' cruce autem fuſæ ſunt profundæ tenebræ, pereunte
Luce, & templi pars lata ſciſſa eſt.
Terra autem ubrata, ſupra terram ſcidit ſaxa,
Et mortui ſepulchra liquere excitati.
Verùm hic tertio in die ſepulchrum aperiens,
Rurſus ſuis amicis in Galilæa apparuit.

EIVSDEM PARABOLAE, & Aenigmata.

Ela age & obſcurorum ſcirpos inſpice uerborum
Domum in arena poſitam infirma,
Et ſementem, quod in terram ſimilis uenit inæqualis,
Et ſemen cui bonæ ſemina inimica mixta ſunt,
Et arbor, paruum ſinapis ſemen, deinde in ſarina,
Fermentum cælatum, uenalem agrum inſuper.
Theſauri gratiam, & margaritam precioſam,
Mercator quam omnibus emit facultatibus,
Et piſcium trahentem omne genus è mari rete,
Tollentemq; humeris errantem ouem,
Et amaro ſeruo de debito, amarum dominum,
Et primis ultimos mercedem habentes parem,
Miſſoſq; filios ad uitem nihil ſimiles,
Et hæredem pellentes morte.
Et rudes ſponſali cubiculo amicam cõplentes celebritatem,
Inde uigiles in facibus puellas,
Et dominum ſeruis tribuentem non æqua talenta.
Contrà rurſus pecoribus ſtantes hœdos.

EIVSDEM MIRACVLA, SECUNDUM Ioannem.

Pauca autem Ioannis diſces ſacro in libro
Miracula ſanè, multos autem ſermones Chriſti regis.
Erant nuptiæ, pincernæ autem fundebant ex aqua uinum,
Dixit, & filius ſine morbo fuit ægrotans reguli,
Dixit, lectum autem ſuſtulit, qui non fugit uincula balneis.
Quinq; deinde panum fecit oſtentum, inde gradiebatur
Mare efferuens, & ſeruauit diſcipulos.
Cæcum autem à natiuitate curauit luto ungens.
Tertius dies erat, & Lazarus excitatus eſt è ſepulchro.
Verùm hic & ob mortuos perijt, & uiuentibus reſurgens
Chriſtus rex manifeſtè conuerſabatur ſuis ſocijs.

EIVSDEM MIRACVLA, SECUNDUM Lucam.

Lucas uerò alia bis ſeptem Dei hæc miracula ſcripſit
Paulo, fidens CHRISTI magno ſeruo,
Dæmon, & febris, & lepra, & paralyſis,
Ceſſit uerbo, & manus extenſa eſt ſicca,
Deinde Centurioni ſolutum firmauit filium,
Viduæq; à mortuis in Naim filium præbuit,
Vnguento autem ungentem ſanctos pedes, luſtrauit uerbo,
Et firmauit uentos, & legionem magnam.
Sanguinis cohibuit fluxum, & ſacerdotis filiam
Duxit in uitam. quinq; autem ex panibus
Et duobus piſciculis in ſolitudine olim quinq; uirorum
Aluit millia, ſpeciei emiſit lucem,
Dæmonem à caro amarum prohibuit puero,
Et qui in lingua ſedebat. ut autem iam diu
Hebræam odioſo morbo acclinantem mulierem,
Quippe etiam & hydropis tumorem diſſipauit,
Et leprorſos expurgauit decem, quorum unus Samarita,
Cæcoq; ex Hierico lucem præbuit uiario,
Quæcunq; morientis uiderunt ſigna Chriſti,
Atq; ut à mortuis ſuis amicis apparuit.

EIVSDEM PARABOLAE, per Iambos.

PRoucrbiorum autem Lucas mentionem fecit tot,
Eius qui poſuit ſedem tutam ſupra petram,
Et eius qui paſſus erat bene plus, & plus
Amantis, deinde ſeminis in quatuor
Naturas cadentis terræ, deinde uiatoris
Prædonibus incidentis, deinde intempeſta ad fores
Profectus quis petit, & non mala accipit.
Impurus deinde ſpiritus uerò introducitur
Septem cum alijs, & fruſtra quis ſtabit.
E' nuptijs autem uenienti uigilandum eſt
Chriſto, beneq; ſeruitio utendum.
Ficumq; ſterilem ſtercoribus adiuuare
Sinapi. fermentumq;, & pauperes in nuptijs,
Gaudiumq; drachmæ inuentione, & pecoris,
Paterq; puerorum cadenti compatiens,
Deinde diſpenſator aliquid debitorum largitur
Furum prouidenter, Lazarus & diues.
Inde uiduæ rogatio ualida.
Deinde rurſus publicanus & phariſæi ſuperbia,
Et minarum partitio, æqualis numero decem,
Mali agricolæ, & interemptores domini.

CHRISTI MIRACVLA, SECUNDUM Marcum.

MArcus uerò Auſonijs Dei hæc miracula ſcripſit,
Petro fidens Chriſti magno ſeruo.
Dæmon, & febris, & lepra, & reſolutio membrorum
Ceſſit uerbo Chriſti, poſtea uerò manus extenſa eſt
Sicca, & uentorum deſiit furor atq; maris,
Et legio ceſſit, & ſanguinolentum ſedauit
Fontem, & filiæ uitam præbuit Iairi,
Quinq; uerò panibus multi alti ſunt, inde uinxit
Pontum ſuperambulans, poſt uerò ſpiritum extulit
A' Phœniſſa, Tyrijs oſtentum & Sidonijs,
Surdumq; non loquentem aluit rurſus ſeptem panibus
Virorum millia, & cæcus uidit lucem. deinde
Et formæ remiſit ſplendorem. & uinculum ſoluit
Linguæ, ſpiritum agens, Bartimæusq; lucem
Cæcus ex Hierichunte uidit. ut autem ſterilem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Inuenit ficum indigens, mortuam fecit uerbo.
Cæcos uerò rursus, claudosq; curauit prope templum.

PARABOLAE IIII. EVANgeliſtarum.

TImeo ne uitæ fundamentum in arenis
Iaciens, fluuijs & à uentis diſſiper,
Vel ſemen ut in terram ueniens ſiccam & ſterilem,
Celeriter quidem exoriar, celerrimè autem ſiccus ſim,
Solis ictibus percuſſus, & damnis paruis.
Aut me edant uolatilia, & atterant ſpinæ,
Neq; mihi dormitanti malum ſemen immiſceat
Zizaniorum, aratorq; malorum, & inuidus inimicus.
Neq; uerò ſimul uirentibus injiciens manum plantis
Bonis, atq; malis prius, quàm in ſpiciſtet,
Cum zizanijs fortè pulchram plantam perdam.
Paucorũ enim eſt huiuſmodi intelligentem manũ imponere,
Vbi uirtus uitiumq; bipartitò habitantes,
Propinqui fores natæ ſunt, malum autem exoritur bono.
Laudo paruum ſinapis ſemen, quod paruum quidem,
Arboreſcit autem celerrimè, & in tantã altitudinẽ proficit
Vt & auibus ſit tegumentum aerijs. (ſcitur
Margarita preciosa & glorioſa, tuam uerò ego quidem
Pulchritudinem deſiderans, magnus mercator utinam fiam,
Omniũ autem quæcunq; mihi ſunt uſq; ad extremã tunicã,
Venalem prendam caram facultatem, ut omnes
Diuitijs ſuperem, poſſidens tanquam ab alijs,
Aut theſaurum agri latebris in abſconſum exiſtentem,
Scio ego & mundum intrò cadentem rete.
Cui Chriſti regis ſubminiſtrans præceptis,
Hominum piſcatores ſuum filum circumpoſuerunt,
Vt maris extrahant profunditatibus, præbeant aũt Chriſto,
Natantes amaris in undis huius uitæ.
Sed cum iudicaueris marinam, in duas partes feces,
Ne me longè abieceris, inutilem ueluti piſcem.
Vaſibus autem impone ſeruatum regi,
In magnam autem Dei pulchram pululans uineam.
Matutinus quidem ueni, & plus laboris tolerani.
Mercedem autem ultimis æquam, & gloriam habeam,
Quæ inuidia. ſi laboribus deſiderium Deus opponit?
Mitte pater filios ad uitem, ut alant,
Priorem prius, hic uerò promptus excepit, eſt.
Non tamẽ perfecit patris deſideriũ, quẽadmodum pollicitus
At hic non ſuſcepit, & perfecit mandatum
Iunior, præſtantior quidem mihi, dulcior autem parenti,
Amborum qui excepit, & perfecit deſiderium.
Hæredem autem perderent, quicunq; ignis, extra uineam
Sunt nuptiæ, quas filio pater carus bonus optimo
Epulatur læ abundus. his occurram ego ſanè,
His ego occurram, & qui amicus eſt mihi quidem,
Manebat autem extrà ille. quiſquis antè nuptias ponit,
Aut agrum, aut boum iugum nouum, aut uxorem.
Neq; in conuiuijs nuptialem ſpeciem habentibus,
Veſtes habens ſordentes, uinctus manuſq;, pedesq;,
Cubiculiq;, nuptiarumq;, amicorum à longè cadam.
Cum autem accenſis ſanctarum decas in facibus
Virgines uigilantes, inſedatis luminibus
Sponſum deſiderabilem Deum expectẽne regem,
Vt ſplendidè nitenti occurrant uenienti,
Ne me inter uacuas mente, & fatuas poſueris,
Neq; infirmum facum lumen oculis ſpectans,
Iam fortè Chriſto adfuturo laborantibus,
Serilucæ uitæ humidum deſiderem oleum,
Neq; me clauſum nuptiarum pellant fores,
Vbi ſermo eſt puris deſiderio magnis ſub uinculis
Mixtus cordibus fiduciam & gloriam præbeat.
E nuptijs autem reuertens rex meus cum acceſſerit,
Extemplò expectantibus & non expectantibus ſuperſtans,
Inueniat me inter expectatores, & laudet timoris
Vt bonum ſeruum, & mitem ſubiectis,
Et frumenti datorem, ſermonis ſolidi optimum.
Sciſtisq; hædis & ouibus die amaro,
Virorum, piorumq; & non ſanctorum utrinq;
Statuas ne me hædis annumeratum, ſed ouibus
Dextram apud manum, maneatq; in deterioribus ſiniſtrã.
Lucerna aũt quædã mihi quidem lucifera extrinſecus luceat
Lucernarium deſuper. pulchrũ aũt quid & Deum ſolum
Noſſe, qui omnibus inſpectantem oculum ponit.
Semper autem amem Deum plus, ſiue quid amarum,
Siue bonum præbeat. omne enim bonum, ſi autem uerberet
Prædonibus, magna deſcendens à Chriſti urbe,
Ne me linquas manibus ab homicidis domitari.
Si uerò ſpiritum abiges ab anima, non ultrius ociosum
Inueniens, cum pluribus percurrat inimicus mei.
Neq; ficum perdideris inutilem, ſed adhuc fructum
Spera. neq; incidas ipſam rex, aleas autem erigere
Drachmamq;, ouemq;, filiumq; omnia perdentem, (dibus,
Inuentẽs hãc quidẽ humi, hoc aũt mõtibus, hũc uerò ſub pe-
Miſerabilem reuertentem paternam in domum, ò rex,
Rursus numeraueris inter filios, pecora, drachmas,
Neq; bono rege meis affectionibus exiſtente,
Actor ipſe ſim amarus bonis conſeruis,
Et aliquid debitorum ſcindam latens prudenti conſilio,
Vt indigens olim, in poſterum auxilium habeam.
Lazarus hic ſim, & poſtea alius ſuperbus
Hic, illic autem abiectus habens flammas pro ſatietate,
Sim non tactabundus: quoniam malus ſum publicanus,
Lacrymis miſerationem habeam, Phariſæi autem cadant.
Viduam autem ſi quando mea apud ueſtibula laborantem
Infectam mittam, & ei lapidem aut ſerpentem grauem
Pro pane caro & piſce iucunduoro
Inimica ſentiens, manu autem ab hac porrigam,
Talia pro ijs ſortiar Deo: ſi autem depoſita
Hæc quidem ſigillum habet, alia uerò ſpes citò currentes,
Hæc me nox perdat cum infirmis ſomnijs.
Neq; uerò neq; talentum, quod mihi Deus præſtitit
Plus alijs metiens gratiæ, precor ego ſanè
Hoc manere manibus in noſtris ociosum,
Aut minam naturalis ſermonis gratiam, æquè diſtributam,
Sed opusq; præbeam, gloriamq; inſuper contrà ſortiar.
Neq; pœnam ſoluam amaram, & opprobrium habeam.

AD EOS QVI IN COMMVNI uita ſunt monachos.

SI quidem igitur pluribus ſimilem uitam laudarent
Viri atq; mulieres concordiæ ſub uinculis,
Propitium circa regem tripudiationis dominum,
Conſpirantem, æquitium contubernalem gloriam habentes
Melius: non uult enim omne bonum ſolum ſpectari.
Non enim eſt optimum, quod bono prominet.
Et angusta amicitia, parua gratia, ut multi mixta
Cœnoſa. iubeo autem hic hiatum maximum

Stare, ut ſint diſtanter pij,
Viri atque mulieres, ſimilem gloriam ſolum habeant.
Non enim ſoliuiuis ſolum inuidia, ſed inſuper magis
Pluribus, plusq; malo labor. ſi uerò & ſolus.
Habitare uelis Chriſto unitus ſoli,
Et hoc carũ eſt, omnib. aũt ſimul timor, quemadmodũ mihi,
Hoſtilisq; luctæ, & caſus pernicioſi.

AD GRAECVM GENVS, DE MOnachis hortatorium.

QVæris quidẽ meorũ uerborũ robur nõ amplius exiſtentium
Ex quo mundo huic, parũ firmus ſum (
Crucem tollens, onus dulce, quæ me ſeruauit,
Et omnibus mortalibus Chriſtum permutans,
Hi uerò ſanè non nimium molles neq; blandi ſunt,
Neq; enim neq; uerbo præſtantiori hoc amicum.
Non generationẽ, nõ opes, quæ ſtultis ſuperciliũ attrahũt,
Non orationis igneum edicunt robur,
Tui fratriſq; magna gloria, quorum certè urbes
Reguntur magnæ gubernaculis manus.
Sed hæ quidem inanibus ſermonibus meditationes iaceant,
Hi mihi nihil amici uoluptatem afferunt paruam:
Sed te præceptis deiformibus multò præſtantiorem
Ponent, tu uerò mihi benignam aurem habueris.
Quippe præſtantiorem mercedem meis uerbis præbueris,
Pluribus beneuolè affici neq; decem indigentibus,
Quos mihi heſternum optimè pollicitus es, & annuiſti,
Non paruus paruo longa gratificatus.
Sed age meorum uerborum curam habeas, quæ à libris
Loquar cœleſtibus intimo ex corde.
Alij quidem aurumq; & argentum, alij uerò Serum
Dona ferunt Deo texturas tenues,
Et Chriſto ſacrificium quis ſanctum dedicauit ſeipſum,
Et libat aliius lacrymarum ſanctas guttas.
Tui autem Chriſtus habeat donum hoc, ſunt Dei
Cultores, quibus præbeas omnem libertatem,
Qui tranquilla mente, animabuſq; puris,
Multitudinem agunt ſupra ſacerdotem ſupercœleſtium.
Omnibuſq; Chriſtifris, quicunque terram ſunt deſuper
Iniugati, mundi parum attingentes,
Hymnis nocturnis & diurnis regem
Canentes, humilibus alieni à poſſeſſionibus.
Quibus mundo imperans timidum genus hinc & inde
Ludit terreſtrium, alias ad alium agens,
Solas diuitias habentes ſupremas, ſpem leuem
Non pereuntium, neq; tranſmutatorum,
Latere non indigentes ſuum corpus amante,
Neque iuuenili manu filijs annixi,
Neque fratribus fidentes, neque ſocijs,
Sanguini & cineri cras perituræ,
Neque magnum ſpirantes in urbibus & ciuibus,
Infirmorum uentorum robore audaci,
Neque quidem deſiderantes euolantem celerrimè
Gloriam humanam, delectationem nocturnam,
Sed Deo mittentes totam mentem, exq; Deo
Solido à ſaxo rudentes alligantes,
Sacerdotes occultæ uitæ Chriſti regis,
Vt apparente luceant magnopere
Spectantes trinitatis purum lumen in unum euntis,
Et rurſus apertæ oculis ſanctiſſimis.
Cœleſtis exercituſq; magna gloria, non amplius obſcuris
Viſis, neq; paucis ueſtigijs ueritatis.
Sed hæc quidem poſtea, quæ uerò hic ſunt fumus uilis
Aut puluis, qui uitam honorarunt cœleſtem.
Quorum hi quidem ſpeluncis, ſolitarijſq; cubilibus
Delectantur rudibus, & odere domos,
Et urbium fugiunt conſortium, cœleſtis autem
Amant ſapientiæ cognatam quietem.
Alij uerò ferreis compedibus laborant,
Liquefacientes uitium cum puluere liquescente.
Alij uerò rurſus feris ſimilia domicilijs paruis
Cohibiti, mortalem neq; rimam offenderunt,
Viginti autem noctesq; & dies manſere incibati,
Sæpenumero Chriſti dimidium tolerantiæ
Gloriabor, ouilis quædam mei ouis erat illarum,
Vnde motus urbe ex parua,
Et linguam aliquis uinxit loquacem, & labra ſilentio,
Ex mente autem, magna laudem ſacrificauit mente.
Et certè quis annos totos ſacro in loco
Stans, puras explicauit manus,
Neq; hic in palpebris ſomnũ iecit, miraculum incredendũ,
Sed diriguit Chriſto ſpirans ut lapis:
Huic coruus uicinus parui impertiebatur cibi,
Reliquias unus autem utiq; erat utriſq; panis.
Et quidam uir diuino in monte inde ſublatus eſt,
Chriſtus cum homines liquit paſſionem finiens,
Vbi orationeq; menteq; & membris immotus,
Stans, niue feriebatur & uentis,
Neque cedebat precibus circumſtanter aliunde alijs,
Viris pijs circùm uolutatis:
Sed tenebatur fortiter Chriſto magno rege,
Inde erigens ſuam mentem ex hominibus,
Quousq; morienti domum nouam circumpoſuit,
Neq; curanti curatricis manus.
Ha, horror uenit mihi quidem, ſermonem fidis factum eſſe
Hanc legem monachis nomen & uitam,
Quos plurimi quidem ſciunt, ſpernunt autem pauci,
Plus calidiores prudentiæ pietate,
Cum quis ſanctorum uirorum illis adhæſerit,
Noſtratis legis nihil ſciens,
Primùm ipſum benignè quidem ſuis honorant domibus,
Adamantes omnibus formis amicis,
Et animas diuinis ſermonibus quos ſpiritus impreßit
Extollunt, illuſtre epulum largientes.
Verùm deinde, legis quis immittis in medijs
Meminit, & tale exquiſiuit uerbum,
Si pulchrum eſt pijs de Deo fatum conſequi,
Trahens cælatis uerbis amarum dictum,
Siue hic ignorantijs laudet finem,
Moriuntur multis promptè moribus,
Ipſi ſub ueſtra manu, & uentris neceßitate.
Alij uerò in ſcopulis profundisq; aut laqueis,
Teſtes ueritatis. è bello autem & ab lugubri
Gaudent uita, ab hac exurgentes,
Propitiare Chriſte rex fidis mentibus inconſultis,
Qualiter à uia pullus primigerus
Longè ferens ſua genua pernicitatibus fretus,
Neque habenas intra cohibitus.
Alius uerò rurſus alterius uirtutis delectatur motione,
Ponderum plurium, plures operatores.

Universidad de Deusto
BibliotecaCa

Sed quid mihi hæc singula dicere? angustum enim callem
Paucis hominum hic peragratum.
Alij uerò extrudunt, & difficile uestibulum,
Bonorum naltis calcatum laboribus.
Talis quidem Christi sors, talem autem à terra
Patri Christus agit fructum suarum passionum,
Lucrum uerbi, populi autem gloria, mũdi aũt fundamentũ,
Pulchritudinibus cœlestibus contra ostensum.
Quorum & mihi genus est luciferum, oculos liquefaciat
Inuidia, tu autem mihi his amica senias.
Cledorio primum clementi, qui quidem pauperibus
Viuit, & Christo omnia dedicauit ferens.
Se quidem primum, deinde uerò quæcunq; possederat,
Nihil suæ uitæ linquens terrestri.
Margarita inter lapides, inter sidera lucifer alius,
Ver inter tempora, inter plantas autem rosa.
Et terrestris olim regis in atrijs gloria elatus,
Maiorem in nostro sceptro gloriam habet.
Christo enim regi assistit, uerùm deinde
Multo coæqualis præstantiori Eulalio:
Hunc quippe fratris magnum robur Helladij
Dimidium nuper relinquens, abijt eiulans
In choream, quã desiderabat: hic uerò hic solus relictus est,
Nihil potens uidere melius Helladio.
Matrem autem gubernauit suam odioso à morbo
Vexatam, paucis in guttis uitæ,
Qualem, multas est rumor arguere, sufficiens dicere
Talium filiorum matrem parum uerbum.
Carterium autem alteri dedit Deus, sed & hunc,
Facies tuum amice benevolens socijs,
Carterium, cuius gloria inter cœlestes maxima
Semper sublato spiritui ab carne,
Parce & magno Nicomede, si quem audis,
Qui uitam mortalem dedit cœlesti.
Et sacrificium magni patris æmulatus est uetus,
Abraam, lustrata suorum filiorum duitate,
Festinantem ad sacrificium, uictimas, & nuptias bonas
Fecit, experiebatur nuptias & cœlibatus corona,
Neq; reliquit terræ ramos pulueris, ut totus iret
Terram in excelsam, ab hac solutus uita,
Fructum optimè se gerentem cum uiris atq; fœminis,
Viris filium earum, fœminis filiam.
Nostris choris suam spicam adnumerans,
Spero, ut torcularium dignum cœlestium
Bene germinantes ramos ab odorata planta.
Si uerò & suorum filiorum præstantiores è filijs,
Sed hoc quidem, fortis Dei in manibus iaceat,
Qui magnum magnis spebus finem fert,
Nunc quidem suis filijs pater alam uoluti pullis
Aquila citiuola propè uolans,
Dirigit nouipactam, cum aeris in ilibus
Versantur nondum fidenti penna,
Multa quidem pietatis erudimenta his præbens,
Nondum autem suæ uirtutis melius aliquid habens.
Qui diuinis sermonibus & moribus hos dedicauit,
E' mollibus unguibus bonum annixus,
Et paupertatem sacram hæreditatem præbe maximam,
Nihil ut relinquat instrumentum prosperitatis
Hæc quidem igitur tibi talis domus, gloria mea,
Gloria meæ mandræ, sanguine ex meo,
Neq; uerò inter extremos Theognius, sed in terra
Stans, sedes attingit cœlestes,
Blandus iucundiloquus, semper uiridanti facie
Monstrans benigni spiritus splendorem,
Neq; confictum desuper similiter mulieribus
Iacens colorem uirtutis pulchritudinem argutam,
Sed timorem mentibus Dei amicum intus cohibens,
Soli absconsorum cognitori apparentem.
Miraculum magnum, postremum quamuis irruens stadijs
Virtutis, quantum præuenit priores
Pernicibus pedibus. amicis autem filijs præstantiorem
Degustans sapientiæ partem ostendit uitæ.
Quam autem antea è terra in cœlum uidit extensam
Iacides Iacob, noster progenitor,
Scalam, hanc conscendens, ut Deum ipsum uideret,
Fontem celsissimum cœlestium luminum, (pi.st.
Graduũq;: hùc quidè linquebat, ille uerò uestigia nunc susci
Hunc tenet palma, oculi uerò alium habent.
Talis enim hominibus uia, & talem meum
Sanguinem adducit Christo nobilis genitor.
Multos autem rursus Euandri thesauros intus occulit
Anima, & caniçie albiores mentes.
Quis uerò Asterij sapiens obliuiscatur,
Atq; fratrum sacræ trinitatis,
Quibus cõmunis sapientia, cõmunis uita in unũ cõuenerũt,
Spe sola carni partiti?
Tacebo Philadelphum meum cor, nobilem sanguinem.
Macrobij autem post hos, educamenti nostri,
Educamenti nostri, amicum autem meum, quem alis
Beneuolens Christus circumtenet magnis,
Quem omnium domina non inflauit superbia.
Rheginum celsiuadentem, Leontium, Heliodorum,
Qui Christi sapientiæ summum habent honorem.
Aliosq;, rusticioribus cum uiris sidera lucentia
Multis hominum, neque apparentia.
In Christi membris honorata, quis diceret
Sigillos immortalis, formas carniferas?
Omnes autem hi, Dei magnipotentis serui,
Alius in alia integer pietate,
Vestigijs leuissimis calcantes aruum,
Dextræ manus pecora decora,
Et templi magni lapides, quos Christus uinxit
Inter se amabilis spiritus compage,
Qui uitæ fauillis paruis uiuunt leuem
} Hanc uitam, uentri pauca largientes
Maligno, affectium autem grauem tumultum atq; nigram
Sistunt Beliæ undam insurgentem.
Examina oratione, silentio autem modum, & uincula risu.
Auribus, & firmis oculis iniecti,
Excalciati, aridi, lugubres, soli tunicati,
Mortui terrestres: uiuentes superius mentibus:
Maius in oculis Dei lumen semper habentes,
Animarumq; piarum ibi chorum.
Virgines autem mulieres, quæcunq; laudant regem
Sponsum, sanctissimis mixtum cordibus.
Quæ Christum expectant insomnibus luminibus,
Non flacceſcentes faces accendentes,
Honorans, postquã didicisti meũ præmiũ: si quem honorasti
Atrij nostri oculum splendidissimum.
Communis enim omnibus exiſtit gratia, cum quis bonorum

Bonaq; patiatur, lege mixta amicitia.
Quipppe & his sanè magna mens masculo animo,
Proijcientibus dolosam Euam à corde.
Quippe & his sanè circa corpus saceus tutus,
Et puluis in solo, medicamenta pudicitiæ,
Votaq;, luctusq; amici, & noctes insomnes,
Et fontes lacrymarum interius rigatarum,
Genua autem roborarunt, & infirmitatis oblitæ sunt,
Fortia Christi prendentes uestimenta,
Hæ molles carnesq;, & uestimenta mollia,
Pulchritudoq; uerna citò flaccescens,
Vtrumq; naturæq;, & quodcunq; exterius manibus
Viri triuerunt speciebus lasciuiorum,
Cessere sub meneibus mentis robore uiris pares
Ponere fœminas, & corpus ut sapientiam,
Non magnum. & Christum enim à cœlo sidereo
Carne cum humana in terram euntem,
Et peperere hominibus sanctam per matrem euntem
Virginem, ut legem humanam perficeret
Immaculatis genituris, & è sepulchro prosilientem
Die tertio, feruentioribus desiderijs.
Primæ admiratæ sunt, amicisq; nunciarunt socijs,
Gustantes Christi gustum, medicinam prioris.
Multæ quidem uerò terram inspirant omnem,
Quantam seruator uerbum curat.
Alij quidem simul cõgregatæ, commune desideriũ fouentes,
Cœlestis uitæ, æquosq; modos uitæ.
Aliæ uerò suis parentibus assidentes infirmis,
Aut fratribus testibus temperantiæ.
Verùm mihi, paucæ quidem, uerùm pluribus contendo
Lætabundus Christi pulchritudinibus cœlestibus.
Aurea quidem Lydijs domibus largita est fabula
Ramenta, & fluuij diuitidoni fluxum,
Auriferi autem Indis nigricorporibus hauriebant,
Formicæ caua diuitias ab arena.
Nilus uerò fructuosis irruens campis
Tempestiuus, Aegyptum fecit ualidam.
Alius autem auibus exultat, alius uerò plantis,
Alius uerò lapidibus iucundis intus splendentibus.
Verùm mihi omnium exuperantem gloriam dedit
Christus rex, multorum piorum coronam.
Quippe uerè paruis Deus gratiam semper præbet,
Quemadmodum promissio est antiquior.
Bethleem in prioribus mea nuper ciuitate parua,
Suæ quidem generationi, huic uerò utiq; suis amicis.
Hic tibi chorus alius mea illustratur à terra,
Qualis optimiparæ patriæ nostræ
Armeniæ, quæ multum præstans in terra,
Optimam gloriam habet, iniugatorum diuitias
His gratificatus. paruam mihi quidem ô optime,
Tibi autem ipsi magnam scias gratiam præbens.
Tibi ipsi & filijs, caræq; uxori maximas
Diuitias agens, uitæ spem splendidioris.
Si quid uerò forsan & meæ sociorum mitissime omnium
Antiquioris memoriam habes amicitiæ,
Non enim inter pios meum unquam nomen ponam,
Neq; me spernere: non enim decet ô amice:
Sed in meis socijs gratiam & gloriam præbere.
Est autem & mei apud plures ratio.
Si quidem non pluribus, te uerò dignum pro omnib. sanè
Colere amicitiam ô beate nostram.
Sic uerò & omnibus amicis grata egeris,
Quibus simul honor placuit sanctorum.
Basilio autem maximè, quem egregiè Christus honorauit,
Qui medius utrorumq; stat in unum agens.
Summa amicorum, communi aũt desiderio cõiunxit melius,
Cui tu gratificari omnia iustissimus.
Reueritus patriamq; amicam, & æqualem sermonem,
Et pura sacrificia, & alatam uitam.
Quibus intra scenam omnium inaccessam pedibus
Secundus ex Aaron stans magno.
Et Deum celsiregem contrà oculo intuens,
Mortales immortali miscet precans,
Illi quidem, quæ mihi gratificaris: quæcunq; autem illi,
Christo: huius autem gratia in patrem est gratia.
Precor pro animis & cœlesti uita,
Precor pro membris, spiritu laniatis.
Des gratiam diurnis laboribus, nocturnisq; cantibus.
Da autem humisternio, tenuibusq; gemitibus,
Et asperis indumentis, & oculis liquescentibus.
Da autem menti puræ, da uerò sacris sermonibus,
Vt uirtutem honorans, uirtutis uiam aperias
Pluribus, & plurium mercedem habeas diuinitus.
Seminaueris autem, ubi manentẽ & incorruptibilem metas
Fructum cœlestem, diuitem pro paucis.
Vereare & canum Deiformem parentis mei
Plenam hominibus admirationis historiam.
Vtrumq;, annorumq; circulis, & moribus gloriosis.
Vltimum sanè uerbum loquar infirmus:
Ouili nostro parce, parce ouili
O' fili nostro, cui sanè timeo.
Etenim multum laboraui, Deus autem mihi tradidit
Pascere multas in annorum decimas.
Tibi uerò Deus præbuerit quæcunq; pijs præbet,
Aliaq;, & pinguem senectutem offendere.
Talia patris mei desipi. uerùm ego quidem
Loquar à nostra scriptura bonum uerbum:
Mensuræ Dei, mensuris æquantur nostris,
Quales inuicem hic mensuramus.
Talia dat hominibus Deus magnus. sed metiatur
Melioribus meliora, nunq; & postremò,
Nunc omnibus hominibus fundamentum, uel pessimum,
Vel bonum uitæ proijcitur diurnæ,
Et paruo examini magna possessio cœlestis
Quatitur: momentum autem hinc & inde fert.
Et Christus mortalibus uectigali præsente mixtus est,
Cum Cæsar totam terram describebat.
Et finem ipse dedit mortali Deus, ut præberet
Mortalibus seruitij hanc consolationem.
Reuereare Christi gratiam, & parce populis,
Reuereare, & tu scriberis librum in cœlestem
Bonum, bona scribens: si autem contrà rursus alius dicat,
Tamen quidem, sanctè melius est scribere,
Non satis quod mortalibus graue iugum duxit primum
Primigeni uitium, & planta homicida,
Inuidiaq; draconis, perniciositasq; mulieris,
Gustusq; pernicioſus cognitionis contrariæ.
Qui me mortalem reddidit, & in terram indestructus sum
Rursus repellens, molestam effecit uitam.
Doloresq;, pugnasq;, & in latum dorsion terræ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vergentem uiuere, uexatum laboribus.
Sed me & pluribus frater doloribus dabit,
Puluis unus, tuq; uno positus errore.
Non fas est, neq; conuenit, quoniam longè melius est
Medicinam quàm laborem ægrotantibus ferre.
Hoc tibi nostra manus, ô optime,
Mittit æqualitas, quod tempus non domabit,
Gloria Armeniæ Hellenie, qui sortem habuisti terræ
Statuere nostræ mensuras iustas uectigalium,
Et statueris magni Dei cum irreprehensa manu,
Vt sanctè statueris, neq; diuersiclinian
Lucris nefarijs domitus menes. utinam enim omnibus
Paria trutines, oculum magnum timens.
Parua quidè ciuitas sumus, uerum longè te præstantißime
Dabimus hominibus diui Cæsarienſibus
Nomen, & tabellis imprimemus. hic optimus,
Hic & Momo præstantiores mensuras ferem.

AD IVLIANVM.

HYmbre sitibundã terram obruit, qui ipsum uinxit,
Aliusq; ex aquis rapuit mundum totum.
Et morbis aliquis auxilium tulit, hic autem è bellis seruauit,
Alius autem cœlitus populum aluit magnum.
Tibi uerò Deus manibus uectigalium imposuit trutinam
Glorioſe Iuliane, ut antea iustitiæ
Immotum, insurtiuum, parem, celebrem. sed præstantißime
Parcas in meam gratiam pauperibus, parcas tuo stilo,
Quos morbus deleuit, carnem exedens miseram:
Parce, & tu scriberis cœlestibus paginis.
Tales dat hominibus Deus magnas contrarias trutinas,
Quales hominibus hic metimur.
Mortali commodius, quoniam corpus est omnibus
Lazarus in uestibulis, da micas alienas.
Et Christus hominibus uectigali præsente mixtus est.
Vereare Christi æqualem, paremq; scriptionem.
Vereare matrem tuam, pauperũ alumnam, pium sanguinẽ
Et domum, quæ miseris benigna esse docta est.
Reuereare & meas diuitias, amice, quas quidem pauperib.
Omnes reddidi ferens, crucifixis desiderijs,
Communis portuiagis portus, communeq; auxilium
Indigentibus, & pars possessionum.
Nostra possessio, tua autem scripto æquum habeamus.
Pauperum educationis mercedem, rex scribat.
Quippe quidem multis te Deus magnus celebrauit,
Quot paucos terram ingredientium,
Sanguis facer, sermones, possessionũ robur, species mirãda
Tribunalibus robur agere Ausonijs legibus.
Sed tamen hoc tibi omnium plus mansueti consilij
Manum Dei ferre insepultis mortuis.

A NICOBVLO AD PARENTEM.

OPater si me procreasti, parua gratia. qppe enĩ oim
Vna lex hæc à principio simul hominum brutorũq;
Flecti amore. rationis autem consilio sapientis,
Procreatos procreantes diurnam uitam trahere,
Et uiuere morientes in artis suis.
Sed educasti postea? boum uerò & fortibus
Vbera subeuntes excutiunt capitibus
Vituli. hæ uerò ferunt laborem dulci præ necessitate.
Auis autem implumes filios caro super nido
Circumstridet, & uexatur hinc & inde,
Escam errans nutrix inanis & ieiuna.
Amore enim coniunxit natura parentesq; filios q̃,
Commenta parentum hoc medicamentum, ut graues
Leuissimis desiderijs leuem dolores.
Quare & acris est iuuenem erga iuuencam mater.
Vt autem canis catulis iuuenibus, & uolucres pullis
Pugnam agit. uaria autem prorsus feranimis
Panthera ex nemore, aprorum autem furit robur,
Iuba arborea, pupillæ fax, anhelitus dentibus
Exacuentibus strepitu, gena autem obruitur spuma,
Cupientibus filijs opem ferre, uel domitari.
Furor enim hoc persuasit indoctis legibus.
Fuci autem rursus saxis insidentes, si quem uiderint
Propè, neq; ferentem malum filijs nuper natis,
E' saxo effusi, exercitus coactus circa facies
Insonant, aculeisq; amaris feriunt uiatorem.
Est & in profundis desiderij lex, si uerum sanè
Delphis marinorum regissimus, si quam uiderit
Feram maris infirmis aduantem filijs,
Suam genam explicans, intra fœtum rursus excepit,
Absorbens ut aliquem cibum, ne feris fiat.
Neque hic prius è latebra expuit onus incredulum,
Prius quàm feræ ualidæ fugiat lugubres minas.
Tunc uerò exilibus partum euomit leuem,
Quare ne mihi generationem obijcere, & paruam escam,
Quam tu quidem & seruis tuis & bobus præbes,
Sed aliquid his plus habere quæro optime
Vt homo, ut boni patris filius. sed annue,
Si quem & animi mordentem dicã sermonem, neq; celabo.
Non uolentem genuisti me, genitum uerò aluisti necessarioz
Si aũt genitum dimiseris me, mortalem genuisti pro mortali.
Non aurum cupio, neq; argentum, neq; Serum
Fila, & lapillis mixtos interius splendores:
Non terrarum immensam æquè undantem
Aegypti campis abundissimam, non seruorum
Multitudinem, quadrupedumq;, nuptiæ uerò alijs curæ sint,
Excelsæ dominam uehentes, honoratum pondus.
Et sedes, quæ paucos calcans, pluribus calcatur
Sæpe deterioribus, quod & magis animum concitat,
Alia enim alijs superbia. Humiles autem omnes,
Firmum nihil habentes in crastinum, alienis
Oblectamentis intumescentes euolantibus celerrimè,
Valeant quæcunq; ferat amara uitæ procella,
Hinc & inde nutans puluerem omnibus infidum.
Hæc enim infirmis quidem adhuc mentibus uidi tamen,
Et edoctos audiui. tempus uerò quiddam etiam plus afferet,
Quod omnes dicunt magistrum hominibus,
O pater. unum cupio, uerborum uim pro omnibus,
Pulchrum quidem elocutionis igneum robur, & in foris
Et in iudicijs, & in iustis sermonibus.
Bonum uerò, historiæ mens referta. historia enim
Coacta sapientiæ, multorum intellectus. nõ paruum autem,
Grammatica poliens sermonem, & barbaram uocem,
Græciæ nobilis linguæ adiutrix optima.
Et logicæ artis luctamenta, sub quibus uerum
Celatur, trita autem ratio, perclarum reddidit,
Quibusq; mores modesti formant optimi,
Vt caseum textis assimilatum qualis.
Atq; quæcũque alata mente subtilibusq; cogitationibus
Profunditates quærẽtes, hic quidẽ illius, huius uerò qs alius

Viri

Viri admirati sint sapientes, libriq; tradiderunt,
Aeriorum, terrestriumq; & marinorum naturã inuenerũt,
Cœlestiumq; in omnibus Dei mentem incomprehensibilis,
Quomodo hõc ducit, & quò profert, & in quod desinet
Mundus uniuersus, multis ornatus interius ornamentis,
Vel didicere, uel ea intellexere, quæ nõ est mortalis intelli-
Verùm postquam iam hæc pertransiero iuuentute, (gere.
Spiritui diuiniori dabo mentes, quæ celauit
Bona, peruestigansq;, & in lucem semper gradiens,
Et libramentum uitæ ferens motionibus diuinis,
Vt auxiliatorem socium negociationis ducem
Christum habens, leuibus cum spebus inde eleuer,
Et uitam puramq; & indefinentem sortiar,
Non amplius ueritatis simulachra procul uidens,
Veluti per speculum & aquam infirma:
Ipsam autem ueritatem admirans oculis puris,
Cuius primũ postremũq;, trinitas diuinitus sola ueneranda,
Vna lux in triplicibus splendoribus paris deitatis.
Aspice matris meæ auunculum magnum, qui supra omnes
Sermonibus prudentibus ornatus, quos collegit
A' finibus, linguisq; in pluribus confidere faciens,
Vltimam clarem orationum fecit Christum,
Et uitam excelsam, in quam pater oculum tendo.
Et si paruam humiliorem. sed metiri
Mensuris magnis uitam, mente prudentis uiri, (perum,
Melius est secundas partes habere magnorũ, q̃ primas pau-
Quando uolare aquila infra exsibilante desuper,
Aut humi serpentes alaudas supra aerem findere.
Hæc pater cupio, tu uerò mihi perfeceris desiderium.
Quippe rogo, tuum autem mentum attingo ego sanè,
Quippe rogito. occasionẽ apprehẽdamus, quam accedentẽ,
Est capere. quærere autem prælapsum, fatuum,
Tempus plantationis: tempus quoq; terram arandi,
Tempus, mariuagis soluere rudentes nauium.
Tempus, uenatoribus per montes feras interimere.
Tempus uerò rursus belli. flores autem ueris tempus
Parit. sic orationum est tempestiua uiris occasio,
Cum feruentiores animorum spirant amores,
Neq; formis multis imprimitur interius cor.
Sed recenter scriptis bonis solis pullulauit,
Et radicem uitæ iuuenes taciunt in terram,
Bonam q;, odiosamq;. quod & considerare melius
Suademus, uel aliquem sermonem meliorem his addam.
Vereor tuos sermones pater, quibus tu optimus
Bene excurrens linguaq; & auribus, & mente celeri
In omnibus legibus simul, imanctisq; uinctisq;.
Neq; laboribus multis, quod sanè & miraculum maximum.
Noui te & regibus assistentem magnis,
Et cum optimatibus honoratum, si quando unquam fuit,
Cum furentem hastam Achæmenidis incutiebas,
Et diuitijs elatum, & sanguine, & prudentijs,
Speciq; magnitudineq;, uetustissimis similis
Aeacidis eras, aut Aetolo Meleagro.
Sed & sic sermones te plus celebrarunt omnibus,
Firmum, inconcussum, insenescentem, immotum, bonum
Semper accedentibus auctum annis.
Hæreditatem habere cupio paternam, ut olim hastam
Spartiatæ, Pelopisq; genus, Pelopeum humerum,
Et sceptrum parentum in filios semper ueniens.
Cecropidæ cicadam nexus super filiam terræ
Terrigenæ, & speciem habet paternum uotum.
Vereare meũ desiderium. ipsum irreprehensum noui ego
Et odiosis desiderijs filiorum cedentem patrem,
Veluti quendã auxiliatorẽ morbi, & oblectamenta ferentẽ,
Commixtim bonis, ut meliora iucundis
Temperet. paruo autem deteriori morbus abigat.
Et aliquem & sapientiæ ignarum. sæpe filium
Sequentem cupientem sermones, & dantem desiderijs
Externis bonis, ut gratificetur filio.
Verùm ego iubeo te optima quidem cupientem
Sequi, & manum ferre pater. si autem malis
Delecter, filijs me tuis eminus proijce
Vt spurium, nobilis Rheni iudicatum fluentis,
Vel purarum aquilarum falsum fœtum radijs.
Da gratiam, quæ patris est magis, quàm filijs optime,
Contrà ruens à filio in patrem.
Gloria est enim parentibus filiorum gloria, ut filijs
Suorũ parẽtũ: cõmunis uerò gratia, et cõmune opprobriũ.
Iam & stadijs totam uitam excusserunt,
Saltus honore prosequuti incõmodos, & cædem uirorum,
Ferarumq; occisarum inania sapientes, ut ciuibus
Oblectamenta ferre, & gloriam habere suprematã cæterorũ,
Popularibus oribus celebratum non diu post.
Alij certatoribus uictum & diuitia hauserunt.
Circa puluerem laborantibus inania, aurigisq;
Aduersa insanientibus sub aduersarijs spectatoribus
Vibratis utrinq; in aerem. libidinibus alij
Virorum fœminarum flexuosam delectationem habentes,
Et mimorum umbrosis alapis, à quibus gena
Nudatur, strepens ridiculum pro luctu.
Talia enim insaniunt, suam uitam inter medios
Ludentes maleficum. quæ enim didicere, docuerunt,
Et merces solis malorum non ensis acutus,
Sed opes & diuitiæ, quoniam affectuum auxiliatores.
Facile uerò optimè se gerunt inter stultos pessimi.
Illi quidem talia, & quæ adepti sunt pessimè,
Deterius proiecere: iustitia autem recta astitit.
Tibi uerò Deus præbuerit quæq; desideras, qui optimus
Manum porrigere filijs, & quibus impertiri melius
Alijs supernacanea, beata autem nobis præbueris.
Non enim multa uolo, multo autem tu dignus ipse
Esse, ut à patribus non procul longè abigere.
Quæ gratia, si tu simiam habeas mortalis formæ noxam,
Aureis laqueis collum circumdatum?
Non enim ornatus immutauit ridiculam formam leuem.
Quæ autem gratia asino ferre auri talenta?
Asinus & inauratus ualde existens ruditum canit.
Neque gratia, plumbi structos enses occultare
Argenteis uaginis, quæ bellis non sunt utilitas.
Talis enim est homo, cum extrinsecus solum elenatus fuerit.
Finem orationis hunc audi, Deus autem testis adsit.
Etenim & Deus est ratio hominibus imperans.
Hæc pater à me, natura, mos, infinitus fudor,
Diesq; noctesq; continuè in unum cogere.
Alia uerò mihi abs te, Deus, tempus, spes melior,
Ne desinere acuentem monitis sociorum.
Etenim & lignatori securis robur est optimum.
Ne tu quidem ne mare horreas, ne tu quidem uiæ
Longitudinem. ne facultatibus parcas, neq; alicui alij rei
Eorum quæ magnam uirtutem mortalibus augent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Multis quidem facultatibus præstantior glorior esse,
Primigena & primus, in nomen patris sublatus,
Si quam & hoc habet parentibus gratiam, ut existimo.
Si uerò te quidè uel facultatiũ tollit cupido, uel te quidè filia
Effœminatior, mollis, maternus propè cadens,
Flamma è stipula ascendens, marcensq; celerrimè,
Dicam, non uolens quidem, uerùm tu mihi & hoc iubes,
Nunquam tibi dilectoris filij ego pater nomen applicabo,
Verùm pater tuo filio sis Deus pro homine.
Ne obstruas fontem fluuium magnum parturientem,
Neq; lux lucernæ moriatur, definente oleo,
Vel plantam non rorulentis crassescentem hostijs,
Aperi, ale, riga, fluentum, lucem, ramum augens,
Mater mea. tu uerò meis precibus fer opem & ipsa,
Vt utriq; gratiarium hymnum concinam.
Neq; solum luti, quod nonnullis placuit dicere
Considerantibus, quod carnibus timent parentes,
Sed & immortalium animorum parentes uocem.

NICOCLI AD FILIVM.

Fili mi, sermones cupiens, cupis optima.
Et ipse enim sermonibus delector, quos tradidit
Christus rex hominibus, uitæ lucem, quale à cæteris
Donum cœlesti è curru. neq; enim ipse
Elatus multis appellationibus delectatus est,
Aliud quid ante uerbum uocatus. sed audi
Sermonem meum, patris autem monitus est optimus.
Et canicies, iuuentute plus habet. historiam enim
Tempus, historia uerò genuit sapientiam alatam.
Quapropter mea uerba animaduertas. etenim melius
Fili mi, in cæteris quidem patre & melior fueris.
Gaudet enim pater superatus à filio bono,
Et plus, quàm omnes superare diuinis legibus,
Quibus hoc uniuersum colligauit pater magnus. è uerbo aũt
Firmum stabiliuit suam, possessionem peranans.
Illud tamen uolo, te paternum ouili habere
Pudorem maiorem, quàm nunc parentibus ostendisti.
Filius & ego fui boni patris: sed hoc nondum
Venit à nostris oribus uerbum, neque sub dentibus.
Neq; enim neq; Deo gratum est uerbum,
O pater, si me genuisti, parua gratia. non enim mihi sanè,
Tuo autem desiderio, tuæ carni gratificans, me plantasti.
Sed educasti posteaquam enim genuisti? quàm ingrata
Vox, & mundi solutio, magnæq; generationis.
Amore quidem colligauit natura parentesq; filiosq;.
Ne labor erga filios abscinderet parentes,
Et morti gigneremus incuriosi eorum quos genuimus.
Quapropter & bellum graue suis pro filijs parentes
Statuunt. quippe enim dixisti uerum usque ad mortem.
Fuci, pantheræq;, boues, apri, pisces, aues,
Omniũ rursus supra cætera mortaliũ genus. si autè legibus
Tot cesserimus, tota uita perit obscura.
Quis enim amplius filium complectetur, aut optima
Precabitur, aut cupiēti sermones, aut aliud quippiā annuet?
Quis partem facultatum impertietur, ut decet?
Si debitum, non gratia est, quod à patre filius ceperit:
Et nihil quidem habens, pudoris legem extra iaciat:
Bene autem passus, ingratam habere linguamq; mentemq;.
Animaduerte uerò, si tibi quis occurreret mente præditus,
Non solum hominum nos genus, sed Dei.
Horum antea. parentes uerò secunda sunt filijs
Instrumenta Christi Dei magni generationis.
Terram cepit, deditq; mentem, mixtumq; ostendit.
Vnum genus utrinq;, terrestrem regem,
Corpore malè sapientè, Deum positum pietatè colentem,
Multisq; malis interturbatum hinc & inde,
Vt in pluribus inflexum animum habeamus.
Sed nondum quis tantum à mente uenit bona,
Neque tantum iuuentutis immitis sanguine efferbuit,
Vt hoc ab ore prorumperet malum dijs inimico.
Non uolentem me feci sti. postquam aũt me feci sti, honorasti.
Si aũt formatiũ dimiseris me, mortalem formãs pro mortali,
Da sapientiam, da diuitias: quoniam pluribus dedisti.
Da magnitudinē & pulchritudinē, ut in urbibus excellam,
Fortem hastam habeam, morbis corpus non subiectum,
Aliaq; quibus magnæ opes in hominibus mensurantur,
Vel cessabo sacrificijsq; & precibus honorare.
Nõ enim mihi aliquid tribuens, ligasti animumq; corpusq;.
Gloriam autem desiderãs produxisti, quemadmodũ omnia,
Vt & terrestribus celebris ô beate sis.
Hæc odiosis Deo & inconsultis dentur,
Quibus diuitiæ Deus sunt mali fictoris sequacibus,
Nos autem in omnibus Deum magnum celebremus,
Bonisq; odiosisq;. hoc enim filiorum amabilium,
Et post primum regem terrestres parentes,
Qui me luce replerunt, à quibus trinitas in unum uenions,
Et splenduit mentibus meis, & omnibus apparuit.
Tacebo mundi circulum magnum, cœlum latum,
Oculis lucentia transparentibus, terga maris
Ipsius stantisq;, quod sanè & mirum mihi quidem.
Terram postea, fluuiorum fluxum, aerem spirabilem,
Tempora flores iocundos, mortalium naturam, aeriorũq;.
Quæcunq; Deus proposuit meis luminibus mensam.
Hæc pater magno à patre dedit mihi quidem.
Quare ne mihi talia respondere genitori
Confidenter, & fiducia euasit audaciæ extra modum,
Ne tibi aliquis & talis ab aure nostra
Fili calidiore à patre uerbum ueniat,
Siquidem natura filijs desiderium præbuit parentum
Et hoc, natura amare non amantes prohibuit.
Melius, pernicioſum ferre patrem, quàm ab alijs
Beneficijs affici. mortalib. aũt patris solũ ad manũ respiciet.
Si autem pauper, menteq; captus, & non mẽbris cõpactus,
Quid facies? non manum tuam scipioni præbebis?
Non humeris tuis tollens me procul feres,
Veluti Anchisiades genitorem suum è bello?
Aut dices, Quid me parasti? & quid me seruilem petis?
Da uocem piscibus, & aerijs uolucribus,
Et ijs quæcunq; in terra spirantq; & serpunt.
Non dicet, Quid me parasti maris filius ô rex Delphis?
Salsam non uolebam secare uitam semper errabundus,
Humidum flans, & in sidereum aerem intuens.
Opera bouis cupio, & montes & latum tergus,
Et uiuere hominibus communem uitam ut celer equus,
Quàm omnibus piscibus lubricis imperare.
Neq; boues desiderantes maris iter indignantur.
Non dicet obliquis laborans nexibus uentris
Amarus serpẽs, Quid me proiecisti in terram humũ edentẽ?
Volebam erectus esse, uerùm tu me uentre uolutas.
Neq; coruus aquilis similiter in orbem agi,
Quærit omnium regijssimam formam permutatus,

Amat

Amat autem quamcunq; habet uitæ uiam.
Neq; quidem suo fictori unquam dicet figulinum opus,
Quid nam in me uoluisti immanem orbem peccator,
Hæc quidem ut tuam flectam mentem carissime filiorum,
Vt discas examen orationis, & filum trahere,
Vel proijcere q, superfluũ est: quod autem satis est, cõtinere:
Neq; fluento iuuentutis committere, sed cohibere.
Plus dicendorum aliquid manere longè melius est
Intus, quàm aliquid infandum in aerem uerbum ire.
Nullus enim labor est manere sub labris uerbum.
Non enim uipereus q; fœtus uentrem discindet,
Matrem deuorans, pœnam patris pernicioſi.
Iam uerò uerbis tuum perterrebo amorem
Patris clementia, filij audaciam acre inspergens.
Non unà uitæ existit uia, ô fili, minimè,
Neque enim neque una omnib. natura, sed hæc quidè bona,
Sed deterior. feris irrationalibus similis.
Alia uerò rursus connexaq; & utriq; admixta:
Quemadmodum & triplex terræ robur nouit agricola,
Fertilis, atque infructuosa, spiniferaq; unà cum tritico.
Triplices igitur existunt uiæ, & fines triplices.
Hæc enim plana & trita uestigijs multorum
Lata molliq;, & in finem miserabilem ducens,
Præcipitiaq;, tenebrosaq; cauernas, & tartarum grauem,
Vbi ignis fluuij, & dæmones feranimes,
Animarumq; pernicioſarum pœna, & ultio incessabilis:
Illa uerò aspera, & ardua, aridaq;,
Angustaq;, tortuosaq;, & circumpræceps undique,
Accessa non multis, & in finem bonum ducens,
Cœlum sidercum, gloriam magnam, formas excarnes,
Ipsam ueritatem puram, & non umbratile bonum,
Vsque ad supremum lumen terminum nullum habens.
Tertia uerò, media quidè uia, media quidem permutationis,
Neque nimium laboriosa, & gloriæ non nimium multæ,
Veluti temperatæ lucis ad noctem nigram,
Crepusculum uerò utiq; hanc sapientes mixtionem uocant.
Facilis quidem transeuntibus, quibuscunq; mens est peßima,
Mendacibus, homicidis, adulteris, peierationem iurãtibus,
Effœminatis uiris, parentum offensoribus, raptoribus,
Ventri deditis, paludibus inexplebilibus similibus,
Qui morti uiuentes, suam mortem complectuntur:
Hostium capitibus hæc uita occurrerit.
Bonam autem secant, quibus uita non in terra est,
Ter beati uiuentes in terra carnem supra,
Iniugati, mundi despectores, cœliuagi,
Exortes facultatum, miserandi, humi cubantes, soliuesles,
Parum respirantes, euentres, intectiq;
Gloriam unam solam habentes, omnem gloriã hic spernere,
Et diuitias, paupertatemq;, & in Deum solum respicere.
Hos quidem ego horreo & timeo infrà aspiciens,
Vt Deum celsi regem, cum hominibus adhæserit.
Etenim longè supra mortales iuere omnes.
Nos autem rursus mediam uiam imus, neq; malis
Delectati, & paruum attingentes quidem Deum,
Quibus uxorumq; cura adest, & gloriæ amabilis,
Et filiorũ, facultatiũq;, amicum autè quod in manus uenerit.
Huius igitur primùm mihi ratio est uitæ,
Diuitias imprædabiles, facultates infurabiles, bonas habẽtis,
Si quidem non omnia percurri, ut desiderabam,
Neq; totum pertransiui sermonum laborem uelis pansis.
Non enim tuis uerbis pareo, neque me seducet
Laus mea, laus enim à sanguine est infida:
Sed tamen honoro te sermonum gloria supra alios.
Verba enim uitæ fundamenta, quæ me à feris
Diuiserunt, quibus extuli urbes, & leges adinueni,
Et Deum canto magnæ gloriæ, quibus tollo
Illustris uirtutis in summum gloriam, quibus domito
Odiosi uitij amarum robur, quibus diuido
Mundos, cœlestemq;, & eum qui ad solutionem uadit
Hic, & animum à corpore, ut uerò à formis
Imagines. ut autem uitarum naturas, & fines duplices,
Viuentiumq;, pereuntiumq;. hæc enim Deus edocuit,
Et uerbum stabiliuit sapientum, & fides firmauit.
Quomodo autem bonorũ uirtutem trahit tempus supremis
Diebus, exemplũ ferens scriptam gloriam, ut aut peßimorũ
Infamiam, columnis in immortalibus imprimens,
Verba, & uiuenti solo uita non indigna,
Et splendidum spiranti, magna corona, nihil simile
Floribus uernis unà cum aurora tonsis.
Pereunt autem postea ante diem pereuntem.
Verba & affectibus medela magna, quibus domito
Animam efferuentem, mentis nubem, quibus dolores
Sopio, & modum oblectamentis pono.
Neq; nimium laborioſis lesus, neque bonis
Elatus, alterum autem altero ponderans adiumentum,
Spem in rebus difficilibus, in serenis autem timorem,
Verbum & reges agit, & populum trahit,
In foris q; germinauit, & in conuiuijs dominatur,
Et laborem armat, mansuetumq; hominem reddit,
Molliens teneris & blandis sermonibus.
Et quamuis ualidum existentem, ignis robur ueluti ferrum,
Orpheæ citharæ fabula fuit, ut assimilo,
Omnes ducens modulationibus simul bonosq; malosq;.
Sic etiam Amphionia lyra & lapidibus persuadebat,
Animis contrarijs saxeis: nouit autem Mercurij
Medicamentum, quod sermo erat, quem eunti ad Circen
Laertiadæ præbuit muneri, ut suibus opem ferret,
Suis socijs, neq; ipse edere altricem suum escam.
Verbum & Polydamna temperauit Thonis uxor
Aegyptia. dedit autem Helenæ munus bonum,
Illuctuosum, & sine bile, malorũ obliuionẽ inducens omniũ.
Et bellum lugubre, & ferum æstum maris
Sæpenumero effugiens quis, cum Deus propitius fuerit,
Hunc simul seruauit, caram possessionem solam ab alijs,
Qua plus, quàm pluribus exultat alius in bonis.
Verbum enim mortalibus uenerabilem uirum efficit.
Coniectare autem ex Vlyxe, quem è mari elapsum
Nudum, & membris uexatum grauem profugum,
Verbis prudentibus supplicem occurrentem,
Virgo licet existens reuerita est, & regina,
Phæacibusq; ostendit, & Alcinoo regi,
Hospitem, naufragum, omnibus honoratiorem alijs,
Verba & pluribus oculos amaros inducente
Liuore, sunt superiora. non enim optimis
Inuidia, quib. aũt improuida incessit superbia, nouit luctari.
O sermones sermonum indigui, ut desiderabam
Tuis bonis uerbis meam orationem æquari. (lij
Verùm hæc quidè arripui, alia uerò nõ fuit uis, alia uerò fu-
Lingua cara connumerauit, festinantibus desiderijs
E cana iuuentute, quod mihi plus cor excitat.

Sed ubi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed abi mihi parentumq; precibus & tuis obtemperans
Promptus, integrq; cum spebus optimis
Quò cupis, ductor autem te ducat paternus bonus.
Etenim in nostram uitam Deus oculos iacit.
Siue te Attica oblectauit luscinia, siue te iucundæ
Phœnicis inclyta urbs, legum sedes Ausoniarum:
Siue te Alexandri solum magnum, ubiq; multorum
Onerariam complens quis, sua ad domicilia agit.
Omnis quidem uestris cursilis terra existat
Pedibus festinantibus, & flores pulchros producat,
Et fluuij strepant mansuetè, omnis autem pontus
Nauem ferat spiritibus leuissimis in portum,
Delphis aut tranquillum supra mare dorsa claris
Orbibus inflexis uolutatus supremis,
Saltet in unda tuam uitam ductans,
Vt quondam & humeris celebrem uexit cantorem.
Sermonum autem ductoribus sis lux, inter primates autem
Statim connumererent meum filium, æquè filijs
Honorantes, crater autem uerborum & fundum usq;
Merus sitibundis hauriatur mentibus,
Aureæ rursus complicatis in pugillaribus scribantur
Literæ tua manu, effluant autem sui è libro.
Si uerò tu ramis subsidens ueris tempore,
Tunc, cum spiritus dulciores sunt mortalibus
Aut igneum feriente supra caput sole,
Sermonibus labores prudentem mentem totam affigens,
Cicadæ garrientes unà cum auibus musicis,
Tuum corpus dulciloquis refrigerent cantibus,
In certamen uocantes concentionibus sociorum.
Verùm ego celerem ueluti caris sibilis pullum,
Licet calidum existentem, celeriorem incursum mittam
Victoriæ cupidum glorioſæ, uel luctator
Veluti senex magnos certatores iubens
In puluere Pisæo scitis sermonibus.
Filium meum in medio oleastrigerum opto uidere,
Neq; alicui facultati parcam, ut tu iubes,
Neque labori parentibus conuenienti, neque alicui alij rei,
Eorum quæ magnam uirtutem mortalibus congregant.
Melior enim est paupertas prudens diuitijs pessimis.
Non obstruam fontem fluuium magnum intus habentem,
Neq; lux lucernæ moriatur, desinente oleo,
Ramusq; hostijs uiuacibus crescat.
Hæc autem tibi à me modulatio missiua sit.
Christum habeas uerborum ducem, & uitæ
Salubre uerbum, qui uerborum præstantissimus est omnũ.
Ne tu quidem associes tibi malum, & prauum socium,
Pestis & ualidis inhæret membris:
Neq; uirtutem præbebis, & opprobrium offendes.
Temperantiam sociam habeas, & delectare sola,
Nec desiderium elidat uerbi desiderium optimũ erroneum.
Vnum sermonis existima, sapientem morem esse meliorem.
Si uerò tu compleueris sacram mentem, quibus ipse crasti,
Retro ueneris, ductor autem te ducat conspicuus omnibus,
Ductor autem qui eunti socius negociationis fuit in uia,
Merces autem rursus parentibus gratia, & nomen optimũ.
Hæc quidem tibi à me fili care. si autem gaudes
Vltra traijcere uelis, & eò Deus dux sit,
Nil incredibile existentem sapientem, & profunda uerborũ
Semper in uestigantem sub ducibus optimis,
Talibus quem dixisti à sanguine nostro,
O fili summi boni ad profundum peruenire.

AD VITALIANVM A FILIIS.

O Pater, quem mihi manè Deus Deum hic dedit,
Non genitus genitum, & non periens pereuntem,
Vt terrestribus honorem & gloriam præberet.
Vt enim omnium simul genitor, rectorq; optimus
Christus rex magnis intellectionibus mundum uoluens,
Sic sanè & suis filijs pater est Deus. sed audi
Sermonem meum diuinis in uisceribus optimum,
Et Dei magni: Deus mortalem non spernit,
Cui mortuus est, quem excitauit, & cui Deus uenict rursus,
Vemet supremis in diebus omnes arguens,
Cúrnam tantum filijs tuis aggrauasti dentem?
Quomodo pœna malis gaudens insiluit tuis domibus?
Quæ uerò Erinnys tantas opes pernicioſa excußit?
Quippe parẽtibus quidẽ bonis genitus es, nõ paruus autem
Ipse inter mortales, Deo autem ualde curæ es,
Qui amat amantes, odit peßimos.
Hæc quidem antea Dei lex, sed obstupui.
Quemodo tu ijs q Deo odio sunt, similes dolores sustinuisti,
Perdomitus uerberibus (ut fama est) ipse tuis?
Alijs improuisos uitæ natura dolores adinuenit,
Hinc & inde uersans mortale genus: neq; quisquam nouit
Vbi desinet magna tempestas errabundæ uitæ.
Aut quis nauem nigram meam excipiet portus?
Alium mare perdidit immensum, aut allisit terræ
Viuam sine ueste & indumento, miserabilem, errabundam,
Antea opulentum. quæ autem uehebantur, occuluntur salo,
Alium puguantem bellum interemit, uel ipsum misit
Captiuum, manibus sub homicidis uictorum.
Alium rursus reges priuarunt ijs quæ habuit,
Eodem die humilem & beatum uirum facientes.
Atq; aliquem prædones immites, aut aliquem fures
Diurno scelere, & nocturnis dolis.
Alios uerò rursus membrorũ discerpsit lacerator morbus,
Tibi uerò horũ quæ enumeraui Deus annuit trãquillitatem
Omnium, & annuat adhuc oculis benignis,
Omnia obspiens, & interiora, & quæcunq; sunt
Exterius. ubi autem quippiã est dolor, & robur præbuit,
Vnum autem hoc non annuit, tuis filijs auxiliari,
Veluti pupillam supercilijs subrotundis seruans,
Ne quis uitæ peragens nauigationem sic dixerit.
Solus ego malitiam uitæ & dolores fugi,
O Samiorum olim rex tu Polycrates, quid commentus es,
Veritus felicitatis cursum liberum, intecisti salo
Anulum, quem amabas, ut inuidiam placares.
Atq; hunc rursus habebas, uerùm mortem nõ subterfugisti.
Nostrũ aũt nullũ præmiũ habet inuidia, nõ magnũ miracu-
Si quid domibus uel parum obnubilauit nostris. (lum,
Nebula enim hoc sanè est uerè, uel quæpiam nox
Stans filiorumq; media & patris optimi.
Quis hæc lugeret luctuum multifcius cantor?
Quomodo fabulam prioribus dedimus nostris affectibus?
Formam quidem quidam suam olim adamauit, & in fontem
Desiluit, & ipsum speculum perdidit speciei bonæ.
Carnes autem nunquam suas quisquã odit. illud autẽ audiui,
Quòd mater earum filium interemit insanijs: (intellexit,
Interemit quidẽ sicut quandã ferã, quod aspiciebat. ut autem
Lugebat non ulterius feram. filium autem à manib. domiũ,
Et mater filijs suis ensem immisit,

Irata

Irata de cubilibus & patris amore,
Et quendam uenatorem in monte pro cerua
Celeri dilecuerunt citæ canes, quas amabat?
Ne te pater horum aliquem numeret poeta
Memor patrum sceleris & calamitates canens
Vulgaris belli, & sanguinis aduersarij,
Veneror ego uitium quidem meum, & uitium uerò patris:
Patris autem adhuc malus, quonian & præstantior est
Secundum, utrumq;, scientiq; & moribus gloriosis,
Siquid non uitium, infamia autem molesta,
Quæ & bonũ existentẽ, in humũ proiecit sæpenumero ho-
Multi enim sciunt mera, non pauci autem (minem.
Opinionem inspiciunt: quod te cauere iubeo.
Etenim in omnibus uolo omnes uincere genitorem,
Et ualdè licet iratus, quoniam natura sic iubet,
Et gloriam bonam habentem inter uiros altè ferri,
Quomodo te pater hospiti quis clementem hominem existi-
Tantum filijs iratum, quos genuisti, (mabit?
Quos rogasti olim regem tuis in genibus ponere,
Et inclytis honorasti appellationibus in lucem editos?
Petrus ego, Phocas autem frater Christi discipulorum
Vocationes, uerùm deinde ira & omnia obliuioni mandata
Quis pater ut tu optime, tantum filijs suis (sunt:
Mansuetus nuper genitis, auctis autem immitis,
Si quidem igitur fas erat Deo mortalem opponere se,
Aut filios parẽtibus. fortasse aliquem sermonẽ adnuenirem,
Nostris affectibus sautorem. nunc uerò hoc solum
Rumpemus nostris è buccis uerbum, siue peßimi
Tibi pater, siue boni seminis arista sit,
Tua gloria, hic ego quidẽ felicißimè, tuũ quoq; opprobriũ.
Vel bonus, uel peßimus existens, hoc omnib. demõstratũ est,
Amare bonum existentem, malo autem manũ supponere.
Non enim integris medicamenta, sed à morbo
Vexatis inducunt medicatores. neq; quisquam auem
Insidentem ramo, & aeri calcem mittentem,
Suo autem procul cadentem caro miseratus est nido,
Vel curuis unguibus transfixum crudiuori
Accipitris, & mœstum subgementem pedibus.
Tua gratia existentem peßimum, suis uisceribus honorare.
Si autem bonus, ubi patris mihi lex: etenim optimi,
Et hospitibus sunt mites, neque Dei
Hæc gratia optimum habere prope. sed peßimo
Beneuolum esse, & manibus è terra sursum tollere.
Neq; enim non casum patientibus mortuus est Deus, cum in
Venit, & diuinitate suum mortalem utrinq; cõpegit, (terrã
Sed humi prostratis, & qui mortui fuere ex Adamo.
Non audis filium iuniorem, quòd à patre
Profugus fuit libidimibus, paternis omnibus dilapidati,
Atq; ipsum fames uexauit errabundum, ut aũt in domum
Patris sui reuertens uenit, & genibus flexus est,
Statim pater miseratus est malum filium, collo manus
Connexuit, lacrymas fudit, & epulis honorauit.
Et pastor ouium quis unica sola separata
Bonus, liquit omnia, in uestigia autem iuit illius.
Si aũt ipsam aut in montiũ cacuminibus lõgius, aut in syluis
Errantem inuenerit, suis humeris tollens,
Lætabundus decimis adnumerauit caris.
Talis mei Christi lex magna, qui humilibus
Beneuolus est omnibus, superbos spernens.
Sæpe confessio peccati, uirum seruauit
Sola & lacrymis abluit noxas amaris,
Et animam mundauit denigratam uitio,
Septies sæpe tantum rex placatur peccatoribus,
Vt oracula audiui Dei, & spiritus docuit.
Quis Manasse rege inter homines deterior?
Quæ uerò uitiq; inter urbes Nini magni urbe?
Quæ uerò etiã publicana immensa manu: sed etenim et hos,
Christus rex miseratus est deplorantes scelus.
Sed quid mihi Christo? quid autem mortali desiderio?
Quod sanè natura pepigit erga sobolem,
Et feræ amant suum fœtum, si quando audisti
Pantheras, quæ aprosq;, boumq; armentũ nigrãtibus oculis
Vt quippe circumhorrent, & ut impugnasse habent,
Ferisq; & uiris inimicis occurrentes,
Tibi uerò uitiq; & ferarum pernicioſior extitit animus,
Et hominũ, domita iram magnam, uel te quidem saxa
Celsa aluere care pater, uel te mare
Solidiorem adamante in mentibus iram habentem,
Alij quidem in facultatibus tuis delectationem habent,
Externiq; nostratesq;, deiformes, inconsulti.
Communis enim omnibus portus indigentibus structa est
Tua domus, mensa uerò, & nemore Alcinoi
Iucundior, referta amicis, referta & cibo
Aeriorum terrestriumq;, & quotcunque natant aqua.
Nos autem diem in diem in alienis foribus
Arentes, algentes, & exusti hinc & inde
Erramus, neq; aliquod est mœroris medicamentũ. neq; faciẽ
Tuam pater aspicientes in tempus cum iratus fuisti,
Et ualde licet cupientes, quod & seruis præbes,
Sæpe licet iratus, quod sanè dolor est: uerùm mensis
Accumbimus in rudibus infelices, neq; paucas saltem,
Lazarus ut quidam ille superbæ mensæ,
Micas arripientes, communem canibus cibum ferentes.
Multi quidem odere tuam grotiam, non pauci autem
Honorant, magnum miraculum, patris honos filij uilipensi,
Quos poculum paruum aliquod refrigeraret lugentes
Dolorem. utrisq; enim auxiliatores sunt deteriores.
Alij uerò rursus neq; sciunt qui, cuius, uereor enim
Dicere & genitorem: duo tamen beneuoli sunt,
Vt uel fugiant dolorem, uel auxilium habeant,
Calamitatibus in suis cum contra æstuat
Fortuna alienis suam uindicantes mœstitiam.
Dicam maius uerbum, sed pater propitius sis,
Tantam medelam affectibus præbeas, nec uerbũ prohibeas.
Alijs quidem filijs pater & mitis es
Tantum quantumq; decuit Deo patre procreatum,
Non inuidia. non enim decet fratribus inuidere.
Educans in cubiculis rorulentos, res docuisti.
Generose manibus efformasti mores glorioſos,
Fœminæ deterioris sub radicibus nuptiarum,
Bonos uiros præbuisti, in urbibus honorasti.
Partem tuarum facultatum impartitus manu crassa.
Nos autem, quos tu genuisti una à matre optima,
Quam te adhuc lacrymantem pater care sæpe uideo
Pia omnibus terrestribus admiranda,
Primigenitos filios, quod parentibus est maximum,
Tantum odio habes, & domum extra abigis,
Quantulum illis mitem animum ostendisti,
Loquar non uolens quidem, sed sermonem extra rumpam,
Vt ne me rumpat contentus mentibus,

Erat

Universidad de Deusto
Biblioteca

Erat cubiculum & cœnæ nuptiales, omnia læta erant
Munera, sermones cubiculorum, & lusus iucũdi nuptiarũ,
Multi quidem germinantes à sanguine, non pauci autem
Vicini, quiq; regis in septis gloriam habentes,
Epulum nuptiarum honorabant, celebresq; sacerdotes
Votis & coronis coniunctionem cogentes.
Atq; hi quidem uibrabantur pulchrum circa iuuenem socij,
Sponsum canentes similem ramo pulchro:
Alij uerò utiq; uirginem nigrantibus oculis aptabant
In nuptias sacras, pater oblectabatur filijs.
Nos autem ueluti feris similes, aut apris,
Aut forma deperdita immiti fortunæ fato,
Contenti in domo à sorore procul,
Execrabamur, quòd molestã ingressi sumus tẽpestatẽ uitæ.
Vtinam non matris in uisceribus cossem,
Vel perissem imperfectus in partubus parentis.
Quod si portas præterij, & traxi spiritum mortis,
Luctum mihi primum meæ mortis fieri
Lacrymabam, nequaquam ego quidẽ tot occurrissem malis.
Vnum aũt hoc lugeo supra modũ: quippe enim cantationis
Peritus existens, cupiensq; nuptias & lectum canere
Germanæ omnium perniciosissimè dæmon,
Et cubiculi modulationibus patris iram curare,
Et ab hoc ut quis peccator aberraui, alius cecinit
Formam meam, flauis sub crinibus nigrum
Supercilium exoriens sub argenteis genis,
Vesperum traxit alius, luciferum alius cecinit,
Neq; bonus quis cantor, ego autem inhonoratus, mutus,
Luctus indutus nubem iacebam, neq; quantum Echo,
Pastorales dum concinit in montibus Panos cantilenas,
Summis, supremam à scopulis fundebam uocem,
Lugebo primigenorũ uersuũ interitũ, non alterius concinã.
Valete mihi libri multisoni, ualete musæ.
Quæ gratia, nisi patris in auribus iacebit cantilena,
Nisi & Orphea quæpiam in Odrysijs scopulis
Lapides agat, & feras longius, & uolucres?
Dabo & hoc tibi laboriosa inuidia, desinite cantus,
Ne tibi talia optimè Deus, neque quisquis socius
Contra pendat, timor autem me & hoc agitat.
Neq; nos amas quam potentissimũ, neq; filias,
Quas nunc in manibus fers, & sursum tollis.
Nobis quidem tuam domum, carumq; obclusisti aspectum.
Has uerò utiq; omnibus reddisti inimicas. non uult enim
Christus rex filiorum huic quidem patrem mitem esse,
Illi uerò grauiter affectum. & contrà uergenti examine
Sæpe dilectis imprimit maleficium
E' parentibus in filios agens iram filius carentis principio.
Hæc quidem in maris decidant profundum, nostram autem
Domum extra sint, neque dolores dolor sequatur,
Et hoc satis in filijs primis Erinnys.
Tibi uerò pater omnes quidem quicunq; existunt parentes,
Et filij irascuntur implacabile cor habenti.
Abruptio enim uitæ patris labor, quem colligauit
Coniunctioq;, desideriũq;, mala autem dissipauit Enyo.
Omnes igitur magnam miserationem in uisceribus ferunt,
Vel quid Deo facientes dignum, aut passi.
Præcipue uerò rursus sacerdotes quot donis honoras,
Et prosequeris honore domibus, spernis autem absentes,
Sæpe etiam & præsentes? quando te quidem cõsolationibus
Non solùm mollibus, & beneuolis uultibus,
Sed utique & solidis adstringentibus sermonibus,
Gregorio primùm, cognominationeq; uitaq;
Coniugatricem eructauit diuinitatem,
Bosporius uerò posita, & Amphilochus, magnanimo,
Quibus utique & odiosius morborum domitatur mœror,
Votisq;, Trinitatisq; cultu & sacrificijs.
Tibi uerò neque precatio flectit mentes, neque sacrificium.
Neque uerò etiã certatoribus des gratiã, quos tu honorans,
In annum ex anno magna & infinita manu,
E' gradibus, & donis, & conuiualibus saltationibus,
Et multis crateribus meri iucundi,
Et magnis stramentis Dei legem sic uilipendis.
Melius parua ferentem Deo cor sacrare,
Quàm omnibus sacrificijs mente sordenti honorare.
Non enim quidpiam Deo dignum, neq; quæcunq; terra
Hæc fert hominibus, & cœlum, ac mare.
Etenim omnia Dei, quid mortalis extrinsecus inueniat,
Solius autem animæ purum sacrificium quo quis inops,
Sæpe & opulentum offendens præterijt.
Vereor & hoc pater magnanimum consilium,
Quo multos præterijsti uoluntatibus Dei,
Non sola mortalibus una timidis soboles
Veniens, carniumq; & sanguinis, ueluti mortalibus
Hic procreatis, & pereuntibus celerrimè.
Talis quidem primùm, deinde uerò spiritus sancti,
Cum lauatis per aquam uenit splendor.
Tertia autem, lacrymariumq; & doloris nostri
Imaginem abradens denigratam prauitate.
Horum quidem hanc habes à parentibus, illam uerò à Deo:
Huius autem genitor ipse, uitæ lucem bonam præbens,
Rumpens uincla uitæ, & lutum extra posuisti
Tuum pedem, & Sodomorum aufugisti igneas minas,
Et planorum camporum te cara excepit Segor,
Non amplius spectantem ad urbes in cinerem redactas.
Omnium autem facultatum unam margaritã bonã cepisti
Extremo die, Christumq; mentemq; tuam sanctã colligens.
Et nubem desuper induisti seorsum à mundo
Diuisus terrestri, medium autem murum attollens,
Ventris iniuriam sopisti inexplebilis barathri.
Sedes superciliosas respuisti, inflatumq;
Tumorem superbiæ inanis gloriæ proiiciens humi.
Qualis tibi gloria est Deus magnus, humanoq;
Sanguine pij longè meliores cessere omnia
Cruci, cui impegisti ferens prædonem mundum,
Hymnis nocturnis & diurnis cantibus
Concinis cœlestis trifulgentem spiritus splendorem.
Hæc quidem bona pater, & finem propè optimum,
Finis autem mihi est Deus intellectus, non ulterius speculo,
Sola autem intus mansit ira & iucunda pernicies,
Lacerans ueluti ferrum indomitum clandestina rubigo,
Vel ira grauis infidissimi draconis,
Qui & primogenitos gustu iecit è paradiso
Paruo, & diuinitate priuauit, à qua decidit ipse.
Sed pater domitat grauem iram. est & nobis
Christus rex, indiges autem & tu beneuolo.
Talis tuis filijs sis pater inconsultis,
Qualem precare Deum tuis calamitatibus inuenire,
Si quando tibi iracundus occurrerit mœror.
Non solus mortalium genitor factus es, neque te solùm
Filij dolore afficiunt non obsequentes. uidi ego sanè

Sæpenu-

Sæpenũmero & solidis malis cedentem parentem,
Filio pernicioso se gerente. hic quidem talis immodicus,
Ille uerò pernicijs potibus, & ardentibus amoribus,
Quibus domũ exhauserũt. ille uerò uenit et aduersus patrẽ,
Contrarijs uerbis, manus autem erexit Erinnys:
Sed tamen & his pater iram bonus misit.
Scriptarum enim regna legum indocta necessitas,
Quæ sanè & parentibus ob filios animum oblectat,
Multa quidem eorũ quæ uidens, quoniã sanè uolunt inuisa,
Multa autem obaudierunt in auribus suis habentes,
Ne audaciam grauem rumperet redargutio,
Pudorem parentum bonum auxiliatorem redarguens.
Parit enim audaciam iniuria, clementia autem cautionem
Et filijs potissimum, quando gloriam propè habentes,
Non manus cedunt ui persuasionis autem uinclis.
Flamma stipulæ, filijs patris ira statim desinens:
Ira linguam accendit, extinxit aũt misericordia succedens:
Execrationem protulit, mens autem eloquuta est auxilium.
Oneri manus tollit, & dolori luit cohibens,
Dauid, qui regibus splenduit in Abramidis.
Omnibus quidem mitis fuit, tantum autem filijs suis,
Vt & patricidis iram & curas concoqueret.
Coniectare rege, quem contra armatum
Ramoq; asinoq;, mortuum sub densa sylua,
Non solũ lamentationibus deplorauit, ut aliquẽ optimum,
Sed & nuncio pœnam addidit interfectoris.
Tu uerò ô maleuole, quantum malum? aut quid passus?
Adeò iram indomitam in mentibus tuis auges?
Neq; te paterno priuauimus ô rex honore,
Neq; uerò aristis irruimus tuæ regionis,
Neq; boum armentis, non ouibus, neq; uerò equis,
Neq; cubile cõscendimus, quod non carũ sit, temerè ineũtes.
Neq; dolum struximus cum uiris hostibus.
Hæc enim si quid iræ afferunt, pater, nõ reprehendendũ est.
Vnum tuis filijs pessimum, præstantioris parentis,
Deteriores apparuimus, qui nemini primas partes reliqui-
Formaq;, magnitudineq;. sermo aũt nõ cursilis nobis, (sti,
Lingua aũt uinculũ habet. quid nã peccaui, uel tu optime
Nolens filijs meliorem naturam præbere,
Sistemus hic sermonem. rex pater, fili maxime,
Da manum, & annuas mihi patrem propicium esse,
Ecce uerò & manibus barbam, ecce etiam genua
Attingimus ut Dei, Dei autem uoci occurramus.
Non nuptias, neq; uerò diuitias decẽtes, non domum celsam
Petimus, da manum & beneuolum aspectum.
Mater mea, tu uerò mihi quidem & nocturnis insomnijs
Patri assistens, precibus iram immiscens,
Memor cubiliumq;, coniugijq; amabilis,
Supplica tuis filijs tuum maritum propicium esse.
Et cantus satietas est, & difficilis belli.
Siquidẽ igitur persuadeã, malorum satis: si uerò nõ pareas,
Et filiorum Deus est, errabimus ut antea.
Tua gloria, siue linquamur inglorij, siue moriamur,
Lachrymas parẽtis habeamus in posterum beneuolentis.

IN NOBILEM MALE MORATVM.

Sanguine ex bono quis, totũ malũ, uiro genus quidem,
Non nobilium, in cæteris uerò admirabilium,
Præferebat maiores. & ille periucundè arridens,
Dixit uerbum memoria dignum, quod genus
Est opprobrium mihi quidem, generi autem tu, hoc caue,
Ne uirtutem aliud quidpiam antè duxeris.
Si tui quis deformitatẽ incessuerit, aut maleolentiam,
Dixisses quòd pater fuit pulcher, uel unguenta spirant:
Si uero te quis ut timidum cauillaretur, & imbellem,
Quòd maiores multas cæpere Olympiadas:
Sic si te malum quis arguat & fatuum,
Ne mihi parentes, neque mortua dixeris.
Auro structam citharam quis habens, pulsauit pessimè,
Alius à rudi, generosam misit modulationem.
Quis horum ô optime melior tibi citharista?
Qui seruat artificiosis pulsationibus harmonias.
Verùm tu aureis quidem parentibus natus es, ut te dicunt:
Ipse uerò non bonus, deinde magnopere superbis?
Hoc splendidum tibi genus est, maiores
Mortui, & fabularum figmenta, & anus.
Ludis: in te autem ego respicio solum, si iustus quis,
Vel malus, principium autem lutum omnes idem.
Pelles omnes similes, inflamur autem sublimes
Diuitijs, & gloria, & patrijs magnis.
Quare quid mihi superuacuas? pater, genus, neq; me fabulæ
Delectant, neq; sepulchra: sed bone in te respicio.
Vnus puluis omnes unius fictoris genus, tyrãnis autem
In duo res mortalium scidit, non natura.
Seruus mihi, omnis rudis: liber, quisquis optimus.
Si autem tu superbiam habes, hoc quid ad genus?
Mulis quid pater, quando asinus est opprobrium
Nullum? quæ uerò asinis gloria à mulis?
Aquilæ autem pariunt, & quos proiiciunt pullos.
Quare quid mihi parentes te omisso tu dicis?
Melius est, optimum existentem, malum genere, quàm pessi
Esse nobilem. & rosa ex aspera (mum
Germinauit planta, rosa quidem. si autem à terra
Venisti spina melli, igne dignus es.
Quo pacto tu pessimus existens, tantũ superbis maioribus?
O' asine molaris, equinam eleuationem habens.

ITINERARIA.

Christe rex, qui omnia existis tuis hominibus
Bona, & in omnibus uia recta constas,
Qui igne & nebula exercitum duxisti, quiq; uiã inuenisti
In pelago secto anicis, Pharaonem autem contexisti,
Panem autem è cœlo externum præbuisti, è petra uerò
Scaturire fecisti in summo secta fluentũ, magnũ miraculũ in
Hostium uirorum statuens, cum disiunxit (solitudine
Crucem figurans Moses manus, opem meam.
Luna autem & sol cursum tenuerunt. ut autem fluentum
Cesset festinantibus, uia autem in terra structa est
Facilis, quam ipse pollicitus es & annuisti.
Ipse uerò cœlestem uiam hominibus ostendisti
Postremum. ueteri autẽ nouum immiscuisti callem,
Cum Deus mortalisq; mixtus, in terram profectus
Nostram: rursus autem in cœlum hinc inde sublatus,
Veni cupientibus manifestior, quàm prius.
Ipse etiam pelagus conscendisti, tuis autem pedibus
Tempestas cecidit difficilibus coacta uentis.
Sed beate, & mihi comes ueni uocanti.
Hodie bonum iter autem præbeas, & angelum bonum,
Ducem, auxiliatorem, fautorem, ut me ab omnibus
Diurnis nocturnisq; malis longè arcens,
Et finem bonum uiæ largiens laboranti,
E' domo integrum, & domum me rursus agat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Affinibuſq; amicisq; coniunctam uitam regentibus,
Vbi te nocte ac die liber, quietusq;
Precarer, malitiei immixtam uitam tibi trahens,
Tibiq; mentem alatam uitæ lucem semper attollens,
Quousq; & extremam communem uiam peragam.
In mansionem autem ueniam laboris finem pijs.
Tibi uiuam, te alloquar, tibi sedeam ô rex CHRISTE,
Tibi tollam pedis ueſtigium, quoniam tu me manu tegis.
Sed me etiam nunc agas ad bonũ finem itineris.

IN SILENTIVM IN IEIVNIIS.

Contineare lingua cara. tu uerò mihi calame inſcribe
Verba, & loquere oculis res cordis, (ſilentij
Cum carnes deuinxi Dei mortalibus paßionibus,
Myſticum agens ſacrificium, ut morerer uitæ
Diebus quadraginta, legibus CHRISTI regis,
Quando purgata corpora ſequitur medicina:
Primùm quidem quietè meneem firmaui, ſolus ab aliis
Habitans, dolorum nubem indutus,
Intus tota collecta mente indeceptus. uerùm deinde
Virorum ſanctorum placita ſectatus,
Labijs impoſui fores. cauſa autem, ut diſcerem
Verborum modos ferre, unumquenq; deuincens.
Etenim quiſpiam pluribus in uiris furibundum attollens
Telum, pauciores facilè domitabit:
Et alatas ſagittas qui cetra longè iecerit,
Nunquam exſibilabit fruſtra cominus:
Nauem autem mariuagam, cum magnã undam traiecerit,
Mittere audentem paruos ſupra portus.
Qui enim parua uincit, magna incertum
Si quando ſuperabit, & ualde licet cupiens:
Qui autẽ magnum excedit, hoc certũ, quod utiq; paruorũ
Habebit facilè cum uoluerit victoriam.
Quapropter penitus deuinxi orationis robur. quippe enim
Nõ amplius ſuperſcaturire uerbũ meis oribus, (ſperaui
Quando nihil lingua perniciosius eſt mortalibus,
Equus ſemper præcurrens, telum paratißimum.
Videt qdẽ aliquis omnia, quæ aũt prope ſunt, manus habent
Pauca nimium, neq; pedes terram peragrauere omnem,
Labor homicidis. adulteri autem uertunt in fugam
Rabiem ſuam, furibus dies execratißimus,
Diuitiæ aũt nõ illaboratæ habeo hoc quidẽ, perdidi autem
Tantum conſtringens, quantũ fluctum manu, (aliud,
Naues itineri prædatores, alius inſatiabilis,
Oculos amaros ferens alienis facultatibus.
Tot auri cupidis contraria omnibus adſunt,
Labor deterioribus, labor præſtantioribus.
Linguam autem nihil prohibuit feſtinantem ad uerbum,
Non homo, non nix, non fluentum, non ſcopulus
Propè iaculator. ad arcum autem amara ſagitta,
Neruus circumducit digitum in cornibus,
Mens emiſit ſagittas. hæc autẽ euolarunt, omnia aũt ferũt,
Cœleſtes, terreſtres, uiuos, poſteros,
Quicunq; ipſam expectant, & non expectantes ſimiliter.
Bonos atq; malos, hoſtes, amicos,
Eminus, propè exiſtentes, à ſcopulo nihil eſt ſagittæ.
Hãc autẽ quis conſtringens, primas partes ferat ſapientiæ.
Multa quidem turpia laſciuis eructat, ut ridiculus
Ipſe exiſtens, hominibus feruorem riſus inducat,
Vibratus uibransq;, & imaginem diuinam dehoneſtans.
Multa autem è cœlandis auribus euomit.
Sæpe autem rurſus iræ grauiter ſpirantis feram ſpumam
Extra effundit omnem uerborum tractationem.
Sæpe autem rurſus inſidiantũ ſert gratiam intra animum,
Et cordis alterius labijs alia ſert:
Mendaciaq;, blandosq; ſermones, homicidialiq;:
Quis omnia diceret, huius quæcunq; moleſta ſunt?
Inimicam effecit uolens domum domui, urbi autem urbem.
Statim nihil omnino lingua laborans,
Populum dominantem regnatis regem,
Vt ſcintilla ſtipulæ citò accenſæ
Socium nauigationis, filiũ, patrẽ, fratrẽ, amicũ, inopẽ, conius
Omnes inter ſe armauit facilè: (gem,
Malum, bonum reddidit: è contrario perdidit bonum.
Hoc iunxit rurſus. quis poteſt, quot ſermo?
Parua quidem lingua eſt, uerùm robur nulli tantum:
Vtinam moreretur ſtatim cum malis.
Omnibus quidem lingua eſt malum temerarijs,
Præcipuè autem ſacerdotibus cœleſtis ſacrificij.
Inſtrumentum ſum dei, & benè ſonãtibus modulationibus.
Cantum regi ſero, quo uniuerſum contremiſcit.
Canto autem non Troiam, non bene nantem, ut quis, Argo:
Neq; apri caput, non multum Herculem:
Nõ terræ latos orbes, quomodo æquoribus accõmodata ſit:
Non fulgores lapillorum, non curſum cœleſtium:
Neq; cupidum canto furorem, & formam iuuenum:
Quibus lyra molle pulſatur à prioribus.
Canto autem celſi regem Deum magnum, atq; illuſtris
In unum collectæ ſplendorem meæ trinitatis,
Angelicorumq; chororum magnos latiſonos hymnos
Propè ſtantium ex uoce oppoſita,
Mundiq; conſonantia ac meliorem præſenti:
Quam expecto omnibus in unum properantibus,
Et Chriſti paßionũ gloriã incorruptibilẽ, quibus me Deum
Virilem formam cœleſti commiſcens. (fecit,
Gãto miſtionẽ meã: non enim dicendum opus ſtructus ſum,
Opus ut connexus ſim mortalis cœleſtibus.
Canto autem hominibus Dei legem, quæcunq; mundi
Geſta, & conſilia, & finem utrorumq;.
Vt hæc quidem oculas tuis mentibus, ab illis autem longè
Fugias, & horreas diem aduenientem.
Tot rerum linguam habeo citharam, animaduertite ſacerdo
Ne quid præterſonet diſſidens à concentu. (tes,
Linguam & ſacrificijs puram puris ſeruabo,
Quibus regem magnum in unum ago mortalibus.
Non enim ab aliena lingua, maculataq; mente
Mittam puro uiuiferum ſacrificium.
Vnus meatus non dulce fluentum & amarum emittit.
A' ueſte purpurea cœnum alienum
Et ignis magnus perdidit ſacerdotis olim
Filios, non purè attingentes ſacrificium.
Sacram enim olim audiui Dei magni arcam
Inclinatam occidiſſe eum qui tetigit.
Hæc ualde horreo, & timeo ne quid patiar,
Non purè puram attingens trinitatem.
Vtinam uerò in mentem liceret perniciosam, inſtabilem,
Hinc & inde multis diebus ſtultè elapſis
Flectere finem propè in uerſili habenã.
Vel penitus continere indeceptam in corde,
Magis Chriſtum glorioſum propè impellens,
Splenderet fulgoribus magnæ lucis.

Nunc uerò hæc non tantum efficit malum intus manens.
Etſi longè à deo parum aberret.
Neq; enim in ſaxis impedita firmis,
Intus feruet at flamma ignis uel fluxus,
Aut arbuſtum denſum læſit, aut aliquam uineam.
Viuit autem ſemimortua intus tecta.
Verbum etiam linguæ multiſonæ cum eruperit,
Irretentum inſanit, non amplius recurrens:
Quemadmodum quis intorti germen rami palmis
Senſim acclinans, contra curuum ducat.
Sed ut ille ipſum reliquit, ui manus rectum ſtetit,
Non poſthac in priſtinum declinatum uitium:
Sic & ego uerbi bene curſilis impetum
Videns examen extrà & normam.
Etenim uita erat mihi, cum erat ratio. inueni optimum
Medicamentum, habui totum in excelſo corde.
Vt diſcat dicendáq; & indicenda lingua ſeruare.
Accepit totum ſilentium, accepit beneloquentiam.
Omni re ipſam priuaui, decorum non poſthac uilipendet.
Hæc ſemper ſit immodeſtis lex.
Quippe magnum & hoc cõmodum, cum parturientẽ conti
Sermonem, pulſato extrinſecus tuo corde. (neat
Verbo domito ſimul domatur & unda iræ.
Non enim facilè, ſed tamen domabis.
Si enim ipſam tumentemq;, & immite inſanientem
Suffoces dolens, iniuriam diffundes.
Duce mortuo, rex paßionum ceßit,
Sic autem reſpiraueris difficili procella.
Hæc omnia ducatu CHRISTI magni regis,
Sed poſtea, mente gubernaculi noſtri.
Nam ſi hanc non habueris rectricem, nequicquam ſilentij,
Nequicquam tolerantiæ melioris eſt utilitas.
Et paludis os anguſtum poſtquam manibus prohibuiſti,
Rurſus abruperis, collectum effluet.
Sed ratio iubet te clariſſima inde, ô optime,
Incipientem omnium æſtum malorum continere.
Has noſtri meditationes, ô amiciſſime, ſilentij.
Et manu loquor mentem excipiente.
Hæc mea nauigatio eſt, tu aũt in aliã nauigationẽ feſtinas.
Alius ab alio uento portum habeat.
Sed age, & ſermonem alium mei audite ſilentij,
Et qui odit, & qui amicus eſt.
Erat quando robur habebam inter iuuenes maximum.
Et me Chriſtus rex duxit in aduerſarium,
Solidiorem adamante in mentibus fidem habentem,
Armiſq; ualidis undiq; obſtructam.
Diuinis quidem oraculis meam mentem puram ſtruxi.
Scriptura ex ſacra ſpiritum abſtrahens:
Quibus librorum antea amarum expuebam ſal.
Formam adſtructis coloribus ſplendentem,
Carnẽ aũt meã feruentẽ, quoniã iuuentute germinauerit,
Multis & frequentibus radebam in laboribus.
Ventri quidẽ libidinẽ ſopiui ſatietate, & uicinam rabiem.
Oculum autem in palpebris affixi temperantiæ.
Deuoraui iram. & deuinxi membra, & deploraui riſum.
Omnia ceſſere rationi, omnia periere, quæ prius.
Terra ſtratum mihi, laterum dolor, dies amari
Medicina uigilantiæ, locus mearum lachrymarum.
Diebus humeros flexi, & hymnis noctiurnis
Columna euaſi, mortali animo ſeductus ab affectione.
Hæc antea. carnes enim feruebant, quibus curæ eſt
Cœleſti aſcenſu hominem magnum continere.
Et facultatum grauem molem deſpui, ut tollerer
Leuis, diffuſo ad deum omni onere.
Nũc autem cũ morbus habet me amarus, & ſenium flexit,
Veni in alienam hanc dolorum affectionem,
Linguam habens indomitam, loquacem, quæ me tot
Calamitatibus inuidi dedit ſemper manibus.
Neq; alicuius ſedes incurri, neq; à terra
Exilui paterna, non dolum meditatus ſum:
Non linguam immiſi contumelioſam, neq; aliquid egi
Noſtris ſacrificijs illicitum. ſcit CHRISTVS,
Nõ cogitationẽ. neq; uerò aliũ, quoniã & omnibus ſuccẽſeo
Populorum ducibus talia tractantibus,
Quorum nunc totum mare, & lati fines terræ
Pleni ſunt, obſcurus luctus mei cordis.
Sed ſermone me diminuit perniciosius, non tamen ego
Ante hoc exiſtimabam. ſed minuit tamen.
Omnibus me reddidit amicis inuidioſum. ô inuidia & tu
Ex me quid ceperis, contineare lingua cara.
Parumper contineare lingua, in fine uerò non te uinciam:
Non tantum ex me accipiet oſor Chriſti.
Audio Samiorum quendam regem, inuidiam ut placaret,
Veritus felicitatem, commentum eſſe talem dolorem.
Annulum, quem amabat patrium, iecit in pontum:
Sed qui exceperat, piſcem deuinxit rete.
Piſcator quidem regi, hic uerò tradidit ſuo ſeruo
Piſcationem. annulus autem erat piſcis in uiſceribus.
Piſcem quidem uenter excepit, manus uerò annulum.
Miraculum magnum. neq; uolens inuenit ille dolorem.
Sic & ego. ſermoni enim meo inuidia aſperũ ſemper
Oculum fert. ſilentij profunditatem attraxi.
Tantum mihi Samijs. cræ uerò non manifeſtè ſcio,
Bonus ne an malus occurrerit finis.
Sed inuidiam contine mortalium medicinam: ex amaris ue-
Linguas liberans, tuum ad ſplendorem agas. (rò me
Vbi te cum luminibus ſemper uiuis uenerans,
Concinam ab oribus ſonitum concinnum.
Accipe & hæc manus meæ ſcripta. ſic quidem habetis
Noſtri ſilentij monimentum loquens.

HYMNI AD CHRISTVM, POST ſilentium in Paſcha.

Chriſte rex te primũ, poſtquã ſermonem aeri dedi,
Aßiduum continens, loquar ab oribus,
Sanctißimi ſacerdotis ſanctum ſacrificium, ſi fas eſt dicere,
Hunc ſermonem profundens noſtræ mentis.
O' patrilux magnæ mentis uerbum præſtantius ſermone,
Lucis ſempiternæ lux ſumma, ſoligenum:
Imago immortalis patris, & ſigillum ſine principio,
Cum ſpiritu magno lucens amplo regi,
Seculi experientia glorioſa, opidator
Altithronum, cœleſte, omnipotens, halitus mentis,
Rector mundi, uitiferum, artifex
Entium. futurorum. tibi enim omnia ſunt,
Qui mundi fundamenta, & quæcunq; ſunt uolentis,
Vinciens fers nutibus inſallenter.
Tibi quidem rex ſol celſiuagus ſidera occulit,
Orbem ſuperans igneum, ut tumentes.
Tibi uiuit, occulitq; alternatim oculus noctis
Luna propinquiluca rurſus accedens,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tibi autem, animantiferq; orbis, & modi choreæ,
Temporibus mensuras ferunt benignè temperatis.
Fixaq;, erroneisq;, retrorsum ruentia
Sidera, admirandæ sunt uerbum sapientiæ.
Tua lux sunt omnes, quot mentes cœlestes
Canunt trinitatis gloriam cœlestis.
Tua mortalis item gloria est, què angelum hic posuisti,
Cantorem tui ô lux splendoris.
O immortalis mihi, mortalisq; regenerata celsitudo excæ-
Postremum mortalium nocumentis carniger. (cis
Tibi uiuo, tibi loquor, tibi autem spirans sum arcula,
Quæ sola facultatibus linquitur ex nostris.
Tibi & linguam uinxi, & auribus sermonem solui.
Rogo, sed præbeas utraq; sancte.
Loquar, quæ decet: quæ aũt nõ est fas, neq; intelligam.
Fluam margaritas, cœnum repellens.
Aurum ab arena, rosam aspera ab spina
Colligam, ab aristis triticum dimittens stipulam.
Has tibi primitias ô nostri Christe laboris,
Lingua eructans primum dedicat uerbum.
Hodie ex mortuis Christus magnus, quibus mistus est.
Expergefactus est, & mortis aculeum dissipauit,
Et tenebrosa uestibula non ridentis inferni
Rupit, & animabus dedit libertatem.
Hodie è sepulchro exiliens, hominibus apparuit
Quibus natus est, quibus mortuus est, quib. surrexit à mor
Vt regeniti, & à morte fugientes, (tuis.
Tibi colleuemur hinc ascendenti.
Hodie splendens te magnus chorus circum oblectatur
Angelicus, canens hymnum coronalem.
Hodie sonitum spiraui clausa labra silentio
Soluens: sed habes cantatricem citharam.
Menti mentem intus feci, uerbo uerbum: uerùm postea
Faciam & magno spiritui, si uoluerit.

MONITORIVM.

Fili mi hoc tibi missorium bonum præbeo
Gregorius. patris autem monitus est optimus.
Non aurum lapillis commissum nobilibus
Ornatus est mulieribus Olympias, neq; etiam speciem
Coloribus medicare regiam fœditate iucunda,
Speciem in speciẽ ducentẽ pernicioſam, indumenta aũt alijs
Purpurea, aurea, splendentia, uaria,
Quibus nulla uitæ splendidæ gloria est.
Tibi uerò temperantiaq; curæ sit, & pulchritudo miranda
Oculis celatis, mos autem flos optimus
Firmus, inconcussus, celebrem gloriam habenti.
Reuereare primùm quidem Deum, deinde uerò maritum
Oculum uitæ, tuæ rectorem uoluntatis,
Quem solum ama, soliq; animum oblecta:
Et amplius si te desideriis perfectioribus amet.
Amorem habens inseparabilem concordiæ sub uinculis,
Fiduciam habens nõ tantã, quantã desideriũ uirorũ præbet:
Sed quantum est par, quoniam satietas est omnium.
Omnium quidẽ satietas est, desideriũ aũt insatiabile melius.
Nunquam fœmina ens, in uiri molem festina.
Neq; genus profer, neque uestibus supercilia tollas,
Non sapientiam. sapientia nuptiarũ uinculis pareas.
Omnia enim utriſq; uitæ coniunxit uinculum.
Cede quidem excandescenti, laboranti autem opes feras,
Verbis mollibus, solatijsq; optimis.
Neq; leonis altor feræ uim sopiuit robore
Anhelitibus rugientibus iratam, sed domat
Manibus demulcens, & blandis sermonibus.
Nunquam uel iacturam aliquam exprobraueris coniugi,
Et quamuis ualde irata, quoniam maior ipse utilitas,
Neq; finem uoluntatis contrarium. non enim decens est.
Fortuna sæpe finem fert prudenti consilio.
Neq; uerò imbecillitatem. certè enim dominanti ensis est.
Neq; uerò laudaris, qui non sit amicus uiro tuo,
Comparanter uerbis perstringens dolosis,
Et alioqui conuenit simplex mos nobilibus
Viris, atq; mulieribus maximè fœminis,
Communes autem oblectationes, & dolores omnes faciat.
Communes rursus curas, quoniam hoc domum adauget.
Consilium quidem & tuum, sed imperium mariti esto.
Cum mœrente parum quid dole. & hoc iucundum
Medicamentum doloris est, amicorũ medela. citò aũt postea
Serenam speciem habens, solue curas animi.
Marito enim dolenti portus portuosius uxor.
Radius tibi quidem curæ sit, & lanæ, curæ
Diuinis in oraculis. exteriora autem uiro curæ sint.
Nõ multũ extra uestibula mitte pedẽ. neq; ad delectationem
Popularem, & immodestam turbam. hæc enim pudorem
Aufert & prudentibus, oculos uerò oculis miscet.
Pudor enim abiens omnium genitor peßimorum est.
Ad probas autem iubeo te ferre pedem cum prudentibus,
Vt aliquam etiam orationẽ bonã in mẽtibus tuis imprimas,
Vel utij perdtricem, uel uinculum optimorum.
Domus tibi urbs est, & nemora. non uideris
Ab alijs quàm affinibus temperantibus, atq; sacerdote,
Et canicie iuuentute præstantiore, neq; uerò mulieribus
Quibuscunq; collumq; multum, & popularis species,
Neq; autem pijs, quot maritus extra cohibet,
Et quamuis ualde honorans. quid tibi tanta est utilitas,
Quanta maritus bonus, cum solum deames?
Nimium quidem sapias, nimium uerò etiã non superbias.
Laudo fœminas, quas mares minimè norunt.
Neq; uerò uel ad conuiuium, uel natale
Festina, ubi potationesq; solutionesq; risusq;,
Et gratia non grata. hæc enim & tempes antem mulcent,
Vt radius ceram penetrans celerrimè.
Neq; uerò domesticas potationes in domibus excita
Viro aut præsente inculpabili, aut absente.
Venter modos ferens fortasse affectibus imperauerit.
Apertum uerò horreo quidem ego, horret etiam maritus.
Neq; genarum saltationibus uibrere lasciuis,
Aut ira plena. id enim hominibus opprobrium.
Fœminis aũt magis, & malè moratam speciem reddidit.
Aures ornatum habeant suæ margaritis. bona recipe
Verba. malis uerò, mentis claus inesto.
Apertilesq;, clausilesq; temperantes sunt auditus.
Stillet autem sanctum coniug ruborẽ uirginalis pudor
Tuis sub palpebris. da uerò uidentibus ruborem,
Oculos cæcos habens, & in terram supercilium agens.
Linguã habẽs infrenẽ, semper maritũ tibi inimicũ facies.
Lingua & impeccantibus malum iecit sæpe lasciua.
Tacere melius est, cum ad uerbum opus urgeat:
Quàm loqui tempore sermonem claudente indecorum.
Verbum semper desideretur, pedes autem superbè euntes
Mendaces temperantiæ, & gradibus iniuria inest.

Et

Et hoc accipe, ne carnis habe indomitum impetum,
Neq; semper cubilibus gratificere. persuade coniugem
Diebus sanctißimis ferre gratiam. sic enim decet
Imaginem magni dei legibus cedere.
Et si legem dedit nuptialem, filius ex carnis
Nostræ generationi, & figmento manus opem ferens,
Vt abeuntibus & uenientibus generatio
Trahatur. hominum mutabile genus ueluti fluctum
Instabile ex morte & stabile filijs.
Sed quid mihi hæc singula dijudicate sic dicere?
Noui ego quidem monitum, & eo longè meliorem.
Est tibi ô gratiosa dei donum. hoc præponatur
Omni à te uerbo, & operi spiritus imago.
Fœmina Cheronis sub radicibus nuptiarum,
Quæ te à patre suscepit, & formauit moribus prudentibus.
Soror germana ualde irreprehensibilis pontificis
Amphilochi. Quem misi deo Thecla cum sancta.
Angelum ueritatis magnisonum decus meum,
Et si quod meæ caniciei celsiuolum uerbum suscepisti,
Hoc iubeo mentium te caris latebris seruare.
A quibus autem & maritum bonũ liberatorẽ, urbis cures,
Si quam & iactabundam superiorem gloriam habens,
Nũc quidẽ tibi hũc dedi thesaurũ. Si aũt, quod est optimum,
Et filiorum filijs exist as fructuosa uinea,
Vt pluribus deus magnus laudetur,
Cui geniti sumus, & cui fas est hinc ire uiam.

AD SEIPSVM POST E CONSTANtini urbe reditum.

INcipio è uita relinquens magnum æstum maris,
Hinc, & inde difficilibus flatibus feruentem.
Venio habẽs quæcunq; feci, & quæcũq; laboraui relinquẽs:
His quidem subtremiscens, his uerò lætabundus.
Nihil iucundum reliqui, quod desiderans doleam.
His quidem nolens, his uerò uolens domitus sum.
Sola mihi possessio fuit amabilis, solæ à cæteris
Diuitiæ, fomentum obliuionis laborum.
Magnæ trinitatis communis splendor, quam ostendens,
Vsq; ad alienigenas iui nobiles,
Non tamen omnino inuulneratus, postq; saxis exceptus sum
Veluti peccator. tua ô trinitas hæc gratia.
Sed tamen resipiui, & ut circulus circa centrum
Omnes detornabam uerbis pietatis.
Erat cursus, sed simul misit labor, & morbus retrò,
Multum ualde inuidam fortunam accusantem.
Quæ mei partus sanctum fœtum excußit
Nuper compactum uitæ stantem in uestibulis.
Hæc uerò ô mea trinitas rursus ab oribus infandis
Scinditur & in foris, & in choris.
Et meretricij ualent sermones, ensis autem heu heu
Quis fiet Phinees scorticida manu,
Aemulator animoq; & nomine? aut quis opem feret
Placitis Hebræis percußis iniustè?
Moses. perdens autem Aegyptiam statim fabulam
Populum apud magnum gloriam habeat magnam.
Quis totam diuinitatem in mentibus suis iaciet,
Nihil subtrahens magnæ trinitatis?
Vel mente prudentiq; & ualidis sermonibus
Aduersariorum uerborum animum dißipabit?
Quis autem sagittarũ tẽporibus inflexã fidem perhibebit,
Inuertibilis in mobilibus roboribus stans.
Neq; ut euripi pererrabundi fluentum,
Hanc declinet hinc & inde fluens.
Quis autem laborem horridumq; ualidorum sacerdotum
Statuet amicitiæ in unum agens propugnatores?
Huius quidem desiderium mihi erat, quoniã deus sic iubet
Suis legibus Christus medicina paßionum hominum,
Quibus cruci colligauit simul bonosq; malosq;,
Quiq; à sacerdotio est procul, quiq; propè.
Quare & lapis est in utrisq; summangulus,
Populos in unum agens compage amicitiæ,
Erat desiderium. qui uerò me antea perosi spreuerunt,
Nullum meæ pudorem fecere admonitionis.
Vtinã uerò mihi trinitas sit sine cõtentione, quam iaculis
Feriunt crebris. ô trinitas cohibe bellum.
Nihil spectet malum bellum, sed laboribus
Da finem nostris bonum adaugens.
Inclyta Anastasiæ ualeas sedes, quæ quidem mortuam
Fidem posuisti desuper rursus meis sermonibus.
Tui quidem neq; mortuus abliuiscar. sed simul cum bonis
Statuam, pro filijs supplicans trinitati.

AD SEIPSVM.

VIrtutem cupio quidem. uerũ hoc me non docuit.
Quæ nam est, & unde ueniet mihi,
Et si ualde cupienti? desiderium autem infectũ dolor est.
Siquidem purus est fluxus, non permistus
Aquis hybernis, torrentibusq; sine auris,
Quæro qui ipsam secuit in terra. aut enim substulit
Cœnum e corde, aut suscepit carnem grauem
Trahens, & tenebroso turbatus extrinsecus inimico
Vitæ nostræ, & lutulento barathro.
Neq; enim erat decens (quoniam fluxus sum fixus,
Et è uita fluxiua desluo) esse influxiuum.
Si autem non argenteus ubiq; fluxus, sed admistus
Est deterioribus uirtus & mistio immunda,
Quomodo uirtus est, hæc considera. etenim ego
Hinc & inde mentem in pectoribus uoluo.
Frigida quidem niuis natura est, candidaq;.
Flaua rursus, calidaq; ignis natura, neq; admista.
Hæc sunt. soluta autem est uis prius quàm commista est.
Virtuti autẽ quomodo turpitudo accesit, imaginẽ spernẽs,
Imaginem magni dei malis gaudens peccatum.
Si uerè deus sum, sors autem tua dicor esse.
Audio Alphei pulchrum fluxum per amarum
Ire mare, magnum miraculum, dulcẽ fluxum, neq; admistũ.
Noxa exist it. noxa uerò aeris nebula.
Et morbus membrorum, uirtutisq; nostra nox.
Sæpe calcem subsiluli ad ætherem, & me grauis
Et consumptiua cura in humum iecit, sæpe autem rursus
Vidi diuinitatis sanctam lucem, sed medium quiddam.
Venit nubes. contecta autem fax magna, & me enecuit,
Vt fugit propè exsilentem: quæ inuidia, uel desiderari
Semper mihi cupit mortalis lex: uel hoc melius
Est mihi labore quidem capere, labore uerò seruare.
Hoc enim firmum est, quod mens laborauit. sæpè aũt rursus
Bonitq; atq; mali distinctionem inimicus deleuit,
Vt fera astuta quædam in uestigijs uestigia iaciens:
Vt uenatorem boni in errorem ducat dolis.
Aliud quidpiã caro iußit mihi carũ, aliud uerò mandatum,
Aliud deus, inuidia aliud, tẽpus quidẽ aliud, aliud quid æuũ.
Facio uerò, quod odi, & ualde delector malis:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et rideo mortem grauem in uisceribus meis
Sardoam, male lætam. quoniam & iucunda pernicies.
Nunc humilis, nunc rursus sublimis iniuriam spernens
Hodie. conuiciator uerò in crastinum alius in alijs
Temporibus, polypus quidam assimulatus colore saxis,
Lachrymas calidas fundens: hic non fluxit autem reatus.
Et has quidem euacuaui, alias autem intus rursus excito
Alijs erroribus. medicinæ autem remedia proieci.
Carnibus uirgo sum, & an mentibus, non manifestè scio.
Pudoris oculum celaui. mens autem abnuit impudens,
Oculata alienis in malis, in proprijs autem cæca,
Cœlestis uerbis, terrenus mentibus.
Sum, tranquillusq;, & serenus: si uerò uentus
Et paruus spirauerit, attollor inflatis
Vndis, neq; confregit æstus prius, quàm fiat
Tranquillitas, tunc aut cadere iram non magnum miraculũ.
Sæpe autem prospere currenti cum spebus optimis.
Iam & mediæ uirtutis supertendentem
Confestim retrogradum sub radicibus posuit.
Vt in arena ferens pedem pernicios ius, inimicus,
Subducta antea sub uestigijs uacillantibus
Rursus ascendo ego, & rursus uenio retro.
Plus adhuc quàm antea infelix semper proficiscens,
Sẽper habẽs magnũ terrorẽ, ueni uix. citò aũt dilapsus sum.
Longa mihi uita est, & non uolo uitæ solutionem,
Medicinam desiderans. medicina autem longè à me,
Diebus pluribus plus uitia congregans.
Quare nostro generi hoc placitum fixum sit.
Prima quidem trinitatis pura natura: uerum deinde
Angelica. tertia autem ego mortalis utrinq; libratus
Inter medium uitæq;, & difficilis mortis
Stans, opulentum habens finem, sed laboriosum.
Et si parum aperui malæ uitæ fores:
Sic deus enim iussit meæ mentis esse certamen.
Ille autem est optimus, qui in pluribus malis
Pauca fert, uitij autem terga insequens.
Vtq; fluentum fluuij cogens aliud fluentum,
Asperum turbidumq; & ferum. si autem nusceatur,
Occulens maiori puro fluentum lutosum
Virtus autem connexi, plus uerò cœlestium.
Si autem quis hic existens deum uidit, uel ad regem
Cucurrit, carnem grauem in cœlum hinc attollens.
Hoc dei præmium est. mortalibus autem modi adsint.
Si uerò & hunc ego sermonem in mentibus posuero,
Quomodo magnæ uirtutis in finem ueneris,
Quæ sola puro pura uictima: non equidem existimo
Hic, multisusus enim in oculis hic fusus.
Acquiesco autem si postea liquero mala lachrymosa.
Non solum magni dei tunc donum effectum est.
Imaginem licet honorantis, quoniam & tuæ curæ:
Neq; tuæ mentis solum, quoniam & præstantioris roboris,
Quoniam neq; aspectus mihi solus spectauit uidenda,
Quamuis longè uidens procul à magno sole,
Ipse autem oculos illustrauit, & oculis ipse apparuit.
Duæ quidem magni dei ad meliora partes,
Primaq; ultimaq;, una autem & à me.
Ille susceptiuum fecit boni, & robur præbet.
Ipse autem in medio, studij cursor non nimium leuis
Eo, non immuneratus in saltibus membra tendens,
Christũ habens spirationẽ, Christum robur, opes, ductorẽ,
Qui me & oculatum & cursilem facit.
Illum extrà, omnes inanes lusus mortales.
Et mortui, uiui olentes peccatis.
Neq; enim extra aerem uidisti uolantem auem,
Neq; extra aquam mariuagus uolauit delphis.
Sic nec sine Christo mortalis uestigium tollit.
Quare ne mihi nimium magnificere, neq; in tuis
Robur habens mentibus, etsi magnopere sapiens fueris.
Neq; aliquem uidens humiliorem, in altum attollaris.
Vt omnibus dominans, & finem propè agitans.
Finem intra mansit, qui non nouit finem uitæ.
Nimium quidem tremas, nimium uerò ne superbias.
In terram altitudinem posuit, in cœlũ altitudinem subsudit.
Atqui superbijs deus trascitur magnis:
Apprehẽde hoc quidẽ manibus, hoc autem spera, huic cede.
Et hoc temperantiæ est, modos scire suæ uitæ.
Par quidem malum est, extra spem bona ponere,
Et magnam fiduciam habere, quoniã facilè est esse optimũ.
Vtroq; modo uiæ malam seditionem in mentibus posueris.
Semper tibi sagitta speculatrix in manu iaceat,
Nihil prætermittere Christi magni præcepti.
Neq; quidem intus agere impercussus scopulus utrinq;.
Sæpe & quod est excellens, inutile est, cum recentem
Gloriam desiderantes ualde iaculemur.
Si ualde superbieris, memorabo tibi unde in uitam ueniſti:
Quis quidem fueris antea, quis uerò in uisceribus celabare:
Quis uerò eris postea, puluis, & uermium cibus.
Nihil imbecillissimo ferens amplius in mortuis.
Si humiliaberis structura Christi effectus es.
Et spiritus, parsq; uerenda inde compactus es.
Cœlestis, terrestris fabricatus deus, opus quod nõ latere
Christi passionibus in immortalẽ gloriã gradiẽs. (possit,
Quapropter ne carnibus gratificere, ne superuacua
Huius uitæ astes, templum autem melius struas.
Templum enim magni dei homo, quod struxit
Motus è terra, in cœlum semper gradiens.
Quem ego iubeo te odoratum omnibus seruare
Operibus ac uerbis, semper deum intus habentem,
Semper optimum entem. uerùm, non uisum.
Ne nauem rubrigenam benè coloratam, uel adulterinis
Pulchritudinibus splendentem dacere in tergora maris:
Sed bonam clauis benè nauigantem, benè compactam
Manibus nauifabri per undam citò ferentem.
Omnis quidem est antea, deum autem omnes teneatis
Qui sapiens, qui robustus, qui dues, quiq; indigens est
Pali minimè fallacis, rudentes inde suspendat
Omnibus. mihi autem maximè, qui sedeã celsi sedens,
Populum agens uictimis in cœlum, cui tantum onus
Christum spernenti denigratis mentibus
Quantula gloria bona, cum diuinitati adhæream.
Et enim modos dei, & modi uitæ
Sequuntur. ut autem modos uitæ, & modi dei,
Sic autem mihi sapiens uitam firmam hic agites.
Hic & postea dei cum meliore pompa
Soluta umbratili in die hac uita.

IN CONFICTE SOLITARIOS degentes.

PAulò antè quispiam me deliciari contendebat stultus
Et delicatus, dues, superbus,
Aliaq; multa dicens, & ad diescendum hortum habentem,
Et ocium, & modicum fontem.
Lachrymas uero rursus taces, dixi miser, atq; frena
Ventris, & genuum uulnera, & uigiliam,
Quibus monachi mortificant corpora, qui uerè sunt.
Imperitos enim proiciemus ad cornos.
Quæ autem fastidia existimas animam pati pugnantem
Cum corpore & mundo oppositam?
Monachi quid dicant, audite ô mundi studiosi,
Temporali qui estis & magno supercilio.
Vos possidetis, ditescitis, nuptiæ, filij, omnia iucunda
Vestra sunt, siue quid terra, siue mare nutrit.
Nos autem si fontem, aut hortulum, aut paruam auram,
Aut umbram ex arboribus, possessiones leuissimas
Contineamus, deinde delicias hoc dicitis. an & respirare
Non oportet Christianos? hæc iniuria afficimini sola.
Vna lex, unus deus, uocatio una, omnes pariter
Saluos fieri Christus carne exutos
Vult: sed nos compellitis ad perfectum,
Veluti debitum hominibus nullum pollicitos.
Si autem deo (hoc ipse scit) non tu iudicare
Dignus eum qui malus est, deteriora uulnera habens,
Quàm mœstus ô adolescentule, & pallidus, & excalceatus,
Squalensq; comam, loquensq; uix:
Et cingulo dissecatur tunicula, & nigra
Vestis compositè trahitur ad talos.
Hæc siquidem ob fidem tota uita est reprehensio.
Si autem picturam alius laudet,
Ne posthac neq; aratri curæ sit cuiquam, neq; ligonis,
Ne uectigalia tribuat, ne parentes nutriat.
Sit tibi barbaq; profunda, & saccea uestis,
Et collum comminuens, placita noua pone.
Si autem solæcisses, & omnes simul dilapides,
Nuncius, neq; pili robur habent paruum.
Si quis nunc impuram habet uitam, uel habendi cupidam,
Aut manus cædi obnoxias, aut legionem magnam
Neq; membrorum tabescentia, neq; lachrymis, neq; laboriSe ipsum absterget, fabula omnia hæc. (bus
Sed uitas uoluat, & uerba omnia deligens,
Sectæ autor sit, hoc solutio uitij.
Cædere carnem pinguem, in speciebus omnibus optimum
Votis, ieiunijs, curis, uigilijs.
Purum enim puriorem decet esse,
Malum autem consumere uitij aliquam partem.
Si quis autem est confictus, mihi & hunc placere
Cædi, ut pœnas falsitatis det.
Pingues carnes, & uentrem propensum,
Tenuis capere ingressus non potest.

IN MORBVM.

VEnisti rursus mihi nectidole, ut cogitasti
Profunditatem mei cordis interius depascens,
Et multis fortibusq; concussionibus huius uitæ
Imaginem sacram genuatim iacere cupiens,
Carnibus fortibus insiluisti, & me lacerasti
Ad pedes à capite fluxu uinculis solutis,
Quo siccam humectauit deus naturam, ut temperauit
Frigida calidam mundigena sapientia.
Vt æquo statu corpus æquale nexus seruet,
Diuisionem autem & uitæ fugiam.
Venisti homicidis conceptibus, in me autem miser
Tui tenebrosi uitij uirus fudisti totum.

Non satis erat mihi lacrymosos senij trahere
Dolores, & scopulorum pondera Siculorum,
Sed me & odiosius lacerauit lacerator morbus,
Absumptiuus membrorum in annum ex anno.
His illugeo, & lamentor. ueluti cum quidam leo
Fortis implicitus retibus ferici darum.
Non uerborum desidero saltus, non amabilem
Omnibus societatem, neque conuiuandi copiam,
Non fora urbium, non nemora, non balnea,
Non quicunq; sunt dolosæ flores huius uitæ.
Hæc enim neque antea mihi amica, ex quo Christum
Vlnis complexus sum, à terrestribus procul exurgens.
Lugeo autem me Christi magni deseruisse
Oculum uiuiferum, cui curæ eram, siquando eram.
Qui me & in uisceribus sanctæ glorificauit parentis,
Et à mari horribili liberauit, & ab effectibus.
Lugeo populi deisapi habenas proijciens,
Non tamen proijciens, neque & manibus ferens.
Qui prius uerbis exultabat nostris,
Cum à lingua triplex fulgebat splendor,
Nunc uerò ut relictor mammæ in ulnis parentis
Infans mammam traxit uirentem
Labijs fitibundis, desiderium autem mentita est mater.
Sic igitur à mea lingua populus pendet,
Cupiens fontem multis antea fluentem,
Cuius nunc neq; paruum humorem aures habent.
Alij quidem profundunt dulcem fluxum, audientes autem
Dolent. non enim sui patris habent sermonem.
Vt mihi nocturnorum cantuum status, quibus firmans
Pedes gradiens animatus ut lapis,
Vel solus Christo unitus, aut cum cœtu
Delectationem habens sacrarũ contrariũ modulationum.
Vbi flexibilium genuum dulcis labor, quo antea
Lacrymas calidas fundebã, mentem tenebrosam colligens?
Vbi autem pauperum altrices palmæ morbum gubernãtes?
Quò absumptio membrorum abit imbecillium?
Non posthac quidem sacrificijs sanctis manus attollo,
Magnis Christi mistus affectibus.
Non amplius præmisseris caram statuo choream,
Bonis uerbis preciosum sanguinem colens.
Situs autem in libris meis, sermones uerò imperfecti,
Quibus aliquis uir dabit finem amica sentiens.
Omnia mortua sunt uiuenti. uita autem mihi est imbecilla.
Naui debilior, quam liquere compages.
Sed tamen & si me luctuose, ô dæmon, agitas,
Nunquam tibi flectam genua mei cordis:
Sed inuulneratus, inflexus meam ad matrem terram
Subibo. habeat uermis serpentis impensam,
Verbera pellem. anima aũt impercussibilis, imagine diuinã
Statuam apud Christum, quam sortitus sum, ô homicida.
Et enim antea deuinxisti Iob magnum, sed domitus es.
Quia illum certaminis autor coronauit magnus.
Et reddit celebrem suo præconio uictoriam.
Omnia aũt dedit ad habendum duplicia quæ ei dissipasti.
Talis benignitatis Christi lex. sed me iube
Serò quamuis conualescere. tuus sermo est medicina,
Lazarus inter mortuos ego nouus. sed clama,
Expergiscere, & uiuat tuis uerbis mortuus.
Solutus membris nouus sum in lecto iacens. sed clama,
Solidare, & lectum ascendam altè ferens,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tuarum fueror fimbriarum medicinam, sed fluentum
Saltus cohibe statim carnibus flaccescentibus.
Tibi subslector ego tua sors. ut Cananæa
Curuum habens corpus: sed attolle me ô rex.
Pontus supra tibi autem somnus inest dulcis, sed celerrimè
Expergiscere, & cesset tuis sermonibus perturbatio.
Est quidem dolor mihi, & membra morbus habens.
Non enim mortalium penitus expertes sumus,
Neq; ego, neq; quisquã alius, quoniam deus sic iubet
Neminem supra ferre supercilium supercœlestem.
Omnes autem in magni dei aspicientes auxilium,
Indigentia stimulum haberet plus in pietate:
Sed tamen non tantum langueo gratia morbi.
Morbus enim intellectiuo & quandam torsionem habet.
Qua omnes indigerent & qui ualde fortis est.
Vinculum enim mortalibus & aliquid nigri fert.
Quantulum humilium curam habeo dolores patiens,
Ne quis labatur calamitatibus nostris.
Pauci quidem hominum fortisapi, qui dei
Recipiunt libenter omnem cognitionem.
Delectabiliũq;, molestarũq;. rationẽ autẽ in omnibus sciũt,
Tametsi celatam suæ profunditatem habet sapientiæ.
Multi autem pijs insiliunt imbecillibus.
Quod dei culturæ nullum habent præmium.
Vel etiam omnino contemptus in pectoribus conceptus,
Statuunt spontaneam uniuersum hoc solidationẽ habere,
Neq; deum regem mortalia omnia gubernare,
Neq; enim tales temones nobis serve.
Quorum memento, & fer auxiliũ tuo seruo, ô maxime,
Neq; in finem noxium iecoris uitæ.
Tuus cultor hic ego, tuis autem manus immitto
Donis, & capitibus subclinatorum.
Et morbum uocant auxiliatorem, propiciare Christe:
Siue etiam celas, da robur præmisserum.
Neq; me penitus spretũ habeas ô uerbum, neq; laboriosum,
Neq; effrenem agas, neq; dolores patientem.
Aculeo punge ô beate, non hasta, neq; me leuem,
Neq; ualde oneratus nauem pontus ferat.
Et sanctas iniuria afficit, & dolores nocte occulit.
Compenses ultionem innocentiæ.
Tenuisti superbientẽ me, admodũ laborantem miserare,
Quia adhuc clementiæ tempus, ô optime iudex.
Reuereor meam caniciemq;, & membra per se laniata
Et sacrificia laborans calamitatibus, & à deo.
Sed quid mihi superuacua leges diuinitati ponere?
Eò me Christe feras tuum cultorem, ut uis.

AD NEMESIVM.

O Nemesi iustitiæ, uerborumq; lumen, qui antea
Gradibus iustis ab rege gloriam ferens,
Primis, Ausonijsq; legibus magnum robur præbens,
Ac à uoce aduersarij minorem sermonem redarguens,
Postremò super sedibus exoreris admirandis,
Cappadocibus iustitiæ tuæ primitias ostendens.
Alij quidem cantibus, cantilenisq; ualde sonoris,
Etiam facundiam illam tuam ore effundentes,
Qua tu ualde procul omnes sepositi,
Tuam gloriam laudent, quoniam pluribus sermonibus
Abundans fuisti, si egregiè loqui uelint,
Velut fluxus magni diuisus fluuij.
Alij item picturis sublimem Nemesium extollentes,
Aut ære, fusorijsq; in medijs
Sistentes ciuitatibus mutum, multiloquum,
Vrbes glorificent, quia gloria sunt urbibus boni
Duces, & specimen uidendum posteris.
Ast ego (iam enim deus magnus gnarum me fecit
Cœlestium, terrestriumq;. mens ucrò in omnia fertur,
Profunditates uestigans cum splendore magni spiritus)
Loquar, quæ decent sacrificum utrum dicere,
Nuncium admodũ canorum ueritatis, horum discipulum,
Qui mundum dei retibus deuinxere.
Neq; confisi potentibus uerbis, neq; diuitiarum
Potentia tumidi, pergloriosi nequaquam antea.
Vt quis ita dixerit potentia est filij dei.
Sed age hisce sermonibus adhibe mentem, & dulcibus,
Insanibusq; uerbis aliquantum aure submissa,
Quorum gratia est commentitia, similis speciebus lasciuis,
Parumper meis uerbis inclines auditum,
Quorum pulchritudo est delebilis inconcussa,
Oculis sanctissimis lucida luminata illustrans.
Si enim sagittet tuam mentem Christus desuper,
Et mediam uulneret refrigeranti sagitta,
Ambos amores inspiciens utrinq;.
Noueris quanto dulcior est stimulus regis,
Iam mihi canumq; caput, & membra rugosa
Declinata sunt ad uesperum dolentis uitæ.
Multis molestis rebus meum cor obuiam iuit,
Multis item iucundis uicissim caducis:
Sed nondum talem tantamq; gloriam uidi,
Vt parumper cœlestis dei diuinitatis adhærerem.
Sola mihi amica fuit sermonum gloria, quos collegit
Ortusq; occasusq;, & Græciæ gloria Athenæ,
In quibus multum laboraui multo tẽpore. Sed & ipsos
Pronos in pauimento ante Christum posui
Cedentes magni dei uerbo, qui occulit
Omne mentis mortalis uolubile multiforme uerbum,
Tantum, quantum sol celsiuagus sidera alia.
Quare meorum uerborum satage: etenim melius.
Non fas est à deo mortalem procreatum,
Cœlestis filij dei pulchram, & incorruptibilẽ imaginem,
Intelligibilem, intelligibiliumq; gnaram, celsiuadam,
Simulachris uanis subinclinari nefariè.
Marinorum, terrestriumq;, atq; aeriorum uolatilium
Materia sparsa imaginibus nullius precij,
Lusibus tuæ manus rubigine, & tinea laborantis.
Quorũ aliquid quidẽ est uenerabile, sed mediũ iacet inbono
Neq; uerò cœlestibus, quæ nõ sunt dei, sed ex Deo (ratũ.
Conditore procreata sunt, & si magnam gloriam habent,
Lunaq;, soleq;, & stellis, quæ cœli sunt
Ornatus. hoc autem cœlestis filij dei lata infinita species,
Circulariter multis exornata intus ornamentis,
Præco splendiuocus mutis uerbis artis,
Quæ hoc omne compegit, & concordantia colligauit,
Vt uisilibus inuisilia homines capiant.
Etenim quis domum celsam uidens, ædificatorem uidet?
Et nauis nauifabri nuncia est non loquens.
Tu uerò ô deifice nouorum cœlestium pater,
Lum & odiosis cultibus genua flexisti
Dæmonibus inanimatis, & malos & bonos uocasti.
Qui omnes sunt mali, & figmenti boni
Inimici, inuidiq;, amici dæmonum, efferi animo,

Carniuo-

Carniuori, nidorisequi, lutulenti.
Quos Christus magni Dei filius, cum apparuit,
Humana forma inuictus deus, trusit retrò
Diu dominantes super terra. sanguine uenerando
Sanguines redemit peccato obnoxios, mẽtisq; ostẽdit sacrifi
Occultum antea, uisum paucis. (cium
Non multum, etenim ego Christi sors, nomen uenerandum
Sæpè solum dixi, longè ucrò abijt dæmon,
Stridens, dolensq; clamans robur omnipotentis,
Aut crucis magnæ signo. non autem manente,
Aerem medium descripsi: forma autem statuit trophæum,
Quemadmodum prius Mosis glorioſi in manibus
Volebam supra aeriam speculam eleuatus
Tonitruosum omnibus terrestribus inuocare.
O homines mortales, & fabri eorum qui nihil sunt,
Quousq; falsis & diurnis insomnijs
Elusi ludentes in terra frustra erratis?
Cultores simulachrorum insani, qui affectibus
Proprijs medelam excogitastis, deos statuendo peccatores
Mendaces, homicidas, peruersos, peierantes,
Raptores, mulierum tros, adulteros, uitores uirorum.
Vide primum quot fuit ob libidines:
Taurus, olor, aurum, serpens, maritus, ursus, omnia,
Quæcunq; ipsi celer amor iussit, puerq; imbellis,
Vt ipsi cantant deorum imbecillium formatores.
Non solum affectuum, uerum etiam ipsorũ sacra colitis.
Alios rursus statuendo in alijs malis potentes
Ne solum impunitum omne malum, sed & omne bonum
Esset, ueluti Deo gratus, qui hoc honorauerit.
Considera mihi exercitum alium glorioſorum Epicurorum
Mentulatos, cornutos, sine collo, semidracones,
Feras, ferumscuos; ridiculam speciem habentes,
Tales ut filios uideant, quandoquidem talia uenerantur,
Tales ut sint auxiliatores suis amicis,
Tales etiam sortiantur, cum quis inimicus contrà uenerit.
Vt illi suis ipsorum auxiliatores sunt malis.
Sed quid mihi singula separatim dicere,
Ex sacra lingua talia fundenti profluuia?
Vnum autẽ in omnibus maximum, sed ratio clauus, firmat.
Nos quidem magnis libris, diuinisq; interpretibus:
Et postremò Christo interruncio diuinis,
Spiritu splendente impressis intellectum,
Et cordibus puris Deum magnum uidentibus,
Cui soli diuinitatem informem est prendere.
Nos inquã periti cœlestium diuinitus splendentes altiuados,
Quantum est accessibile hominibus dei hic existentibus.
Non enim facilè per nebulam perspicit oculus
Etiã ualdè pupillatã: quod autem maius, ultimum nobis est.
Nam desiderij merces est nanciſci finem desiderij.
Vobis autem siquidem sunt detenti quantum sunt
Verbis uestris, cultibusq; pernicioſis.
Ter & quater beati mortales, qui malis
Nec aliquo modo assentiẽtes sunt, legẽq; ultioni suppoſue-
Nam quales in aris, hymnisq; benè compoſitis (runt.
Colitis popularibus, celebribusq; sacrificijs
Sæpe cœnam poſuerunt uoracibus coruis.
Si autem ut theologis placet uestris:
(Sunt enim sunt & uobis interpretes cantus)
Hæc quidem sunt cantus manis, & ritus cantus
Iucundi admiſta mensura cum deceptore uerbo.

Ipsis autem rursus est mens subiecta lasciuæ speciei
Venerabilior. sapientibus uisa, bifacies,
Mercurius bis sculptus ueluti hoc ante, hoc uerò retrò.
Specta & hic mihi sermonem immutabilem. ut existimo.
Est & noſtris duplex sermo intra uenerandum
Spiritum, qui super impreſsione diuina.
Ambo alter paucis, alter pluribus uenerabilis,
Puto ut sapientes habeant plus, quàm accipientes
Labore continuer in: quod aũt nõ contentibile est, quàm ee
Attamen uerbis meis & corpus clarum lerrimũ.
Circundans animam deiformem, duplex ueſtimentum
Purpureum, molli transparens splendido.
Dedecus autem nullum ineſt, quod mihi Deum occulit,
Vereor, diuinitatis habens medicum sermonem.
Quis Scyllæ scopulos te præternauigantem iubet
Festinare in Ithacam, ne aliquo modo ibi pereas?
Quis Charybdim perniciosam, immitẽ? Quis ad fõntem
Puræ diuinitatis in cœno morantem?
Cœnum antea deuinxit, fugit autem splendida aqua.
Considera mihi & hũc prudentẽ sermonem, optimum.
Plures sunt mali, & sine duce
Prompti in uitium. parum autem in melius graditur.
Continere fluxum opus mihi quidem, sed in promũ ut ualde
Si autem deos statuas peccato imperantes, (leue.
Priusquam uerbi obscuri soluas tenebras prudenti uerbo,
Verbi cultorem expugnasti sequentem luminibus.
Sed quid mihi pluribus? tu aũt mihi sermonẽ ipse fugito.
Circa uerò hunc, sapiens quamuis existens & aliũ arguere:
Si uerba hæc sunt firmamenta, proijce in humum,
Quæ gratia turpitudinẽ incredibilẽ suis facultatibus bono-
Suum uerò Deum genitorem, uitæq; ducẽ spernere? (rare?
Nisi sermo trahit suis luminibus tegmentum.
Reueritis canis similia fabulari.
Oblectatis calicibus caris, & noctibus insomnibus.
Hæc quidem in ponti decidant profundum. sicut perijt
Pars maior. Christus enim omnia occupauit,
A finibus ad fines suis manibus congregans,
Quas olim in cruce glorioſa expandit.
Si autem quod per matrẽ mihi deus uenit immaculatam,
Virginem, inuiolatam legibus nouis generationis,
Et interijt, & mortuis missus est, & recurrit rursus
Solamina ferens affectibus meis, quem iecit reatus,
Hoc est ubi indecorum. quoniam puris deis
Ex puris genitis das uenerationem ô mundi studioſe
Hodie, non autem antè mea uerba exaudi,
Quæ mihi Christus spirauit meus deus firma loquens.
Est quidem non paucis & hoc uerbum, quod à finibus
Virginalibus manauit Dei mortalis. Quem compegit
Spiritus dei magni templo templum sanctum erigens.
Mater enim Christi templum, Christus autem uerbi:
Sic enim fas erat, quoniam naturam perdita fera
Noſtram administrabat præuaricatione subamara
Diuinioris mortalis natura uitium curare:
Et uincire robur graue infandiſsimi draconis.
Quare uentrẽ permutauit. dimidiũ uerò honorauit sobolis
Noſtræ. illud uerò reliquit, quod peperit uirgo indomita.
Verũ poſtquã ipsum conſtruxit, & in uiſceribus deificauit,
Eduxit in lucem peracto tempore,
Tunc carnem craſſam induit, compleuit autem templum,
Ex pura deitate rex uerbum, utrũq; autem

Vnus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vnus deus erat mihi sanè.mortale enim non cessit
Immortali completo . mortuus est aũt uolẽs paulum quiddã
Sepulchro apponens nexum corpus,ut exurgens
A' mortuis,reuersus suscitaret mortuos,
Trahens ueluti magnes lapillus ualidum ferrum.
Omnibus enim cum humanis totum me excepit Christus,
Carnẽ accipiẽs,fœtũ speciẽ,iniuriã,tumulũ,uotũ, expergesicqdẽ uestri uerbi detinuerũt indetẽtibilẽ impetũ. (scẽtiã
Qui tantã turpitudinẽ habẽtes , mihi bellũ graue posuistis,
Cœnum non uidentes,mearum guttarum curam gerentes.
Si autem uis uerè cognoscere uerbum,aurem porrigens,
Scio equidem,quod pluribus obscura hæc dicam.
Non enim in pluribus totum uerbum,qui inanes
Sequentes glorias, ueritatem neglexerunt.
Attamen dicam sermonem firmum,neq; occultabo,
Et ualde licet cupiens uitam candidam,nihil indecorum
Præter odiosum uitium.Virtus uerò tanũ res optima est.
Alia uerò in medio bonorum malorumq; structa sunt.
Nostra uoluntate pendentia,benè quidem habentia
Bonis,sed malis & nimium indecora.
Quorum unum & hoc uidi meæ mysterium materiæ,
Specie immortali coeunte membris.
Neq; enim ut perosus fabricauit mortalem suæ diuinitatis
Testem,& regnantem infrà,& gloriam regis.
Neq; ipsum amans odiosam præbuisset generationem.
Aut define à uerbo.Dei autem remitte intellectum.
Siquidem non purum per uentrem in lucem uenit
Nõ purus.purum enim comprehensibile nunq impuro est.
Si autem uis, & immundus sit fœtus.sed hoc tamen
Omnibus rectè sapiẽtibus ualdè cõsiderandũ.quibus in men
Radius solis fert lucem,quibus immistus est. (tem uenerit,
Odorati unguenti gratia spirantibus celerrimè,
Sed neq; solem maculamenta,neq; unguentum
Attingunt.sic quidem Deus purã per matrem profectus,
Neq; ipse uisceribus fœdatus est,& ipsa purgauit.
Sic igitur & mortis moriens imperium expugnauit.
Neq; ipse morte aliquid passus es ô uerbũ,& ipsam perdẽs,
Hoc meum uerbum est.tua autem lingua indomita
Erat,cum erat.nunc uerò rursus domare.sic dicit
Christus meus,linguam uerò tuam benedicam excites.
Ver aduenit,hyems autem præterijt.sed splendes serenitas.
Huc ite,& mihi luce infinita satiamini.
Vsquequo tenebrosis in latebris deuincti estis?
Tempus hoc,quod antea uobis pollicitus est spiritu illustris.
Huc ite,& uiuatis.nouam autem suscipiatis purgationem.
Desinite cantores, quippe desinite,insamentesq;
Dæmones inspirantes infandissimis cantibus.
Orpheus feras agat,Persæ autem Ascræus canat
Hesiodus.Troiam autem,& dolores inclytus Homerus.
Musæusq;,Linusq; à deis carmina ferant:
Qui sane antiquissimis celebres sunt cantibus.
Mercurius ter optimus meis uersibus opem ferat.
Neq; uolens.crucem uerò uenueretur uersibus Sibylla
Magnæ diuinitatis agitati iaculis,
Nihil curo,& si quid propè ierint
Non diuinitus,libros autem obaspicientes meos.
Hi enim & penitus sine splendore,illi autem parum quid
Fulgur uibratum inspexere.citò autem priuati sunt.
Quapropter cedite mihi sanè & serò licet bene sapientes.
Phœbus uaticinetur deorũ mortẽ nõ amplius existentium.
Sui pater,ingenitus.sine matre est ille:
Qui meum expugnauit imperium postremò canens.
Castaliaq;,lauruq;,quercus uaticinia iaceant.
Non amplius optimatum obtinentia inter uiros stultos.
Dæmonq; Aegypti deus uaniloquus Ammon.
Branchidæ autem post hos,& superbus Epidaurus.
Et sacrificia,occultaq;,& oculis occurrentia,
Claræ inter priores Eleusinis uituperia noctis,
Tibiarumq; Phrygiarum insaniã pariens castratus sonitus,
Dictæi Corybantes armate furentes.
Bacchiq; circa sobolem Semeleiam,montiuagi.
Et nocturnæ Hecates mala uisa.ut autem templi
Mithræi mala opera,& orgia non posthac iussa
Gallææ Cybeles ululationes,& quæcunq; Nilum
Fructidatorem colunt in turpitudinibus fœmuuiris.
Isidis,Osiridisq; magitus lachrymosi,
Et Sarapis lignum siccum habens noxium sermonem.
Et uitulus multicarnis Apis,& Memphis stultitia.
Et tu Lacæna infelix diuersim hinc & inde
Cæsorum uerberibus iuuenum in aras uis.
Et Geticus Zamolxis taculus per cœtum.
Omnia deorum,taurorumq; malum hospitibus sacrificium.
Et Prosymnij boni deus Priapum adamans
Ligneum,lasciuaq; Venerem colens celebritas
Lucrosa,& Lindus iniuriam addens sacris.
Omnia mortua sunt Christi sanguine uenerando
Primigeniq; nouiq;,quod sane & miraculum maximum.
O' Empedocles te quidem statim inaniter tumentem
Et mortalem Aetnæi ignis crateres ostenderunt,
Soleas ebullientes leuimentis Dei
Aereas,& te mortalibus infamem omnibus posuerunt.
Gloriam cupientem per saltum exitialem.
O' Hercules,Empedotime,Trophonie,desinite à fabulis,
Et tu Aristæi uaniglorij ô supercilium incredibile.
Vos quidem mortales,& non affectibus,
Parum aberrantes in temporeis dolis,
Fabulis nostratibus spuriam gloriam arripientes.
Christus autem neq; paucis circumscriptus fuit uocibus,
Neq; ipsum obscurauit fluens tempus,uelutiq; fumum
Aeris in ilibus deletum celerrimè.
Talis enim euanidæ gloriæ lex statim cadere
Sed semper omnibus celebris adhuc magis,
Semper accedentibus auctus annis.
Credo olim terram totam uinculis contenturum.
Sic enim oraculum est,sermo autem in opus uenit.
Sed hoc quidem magni Dei in genibus iaceat.
Verùm ego quæ me Christus mea lux edocuit,
Edisseram,uerbi fundamenta omnia ostendens
Nostri,diuinitatem Dei creationem temonem uniuersi,
Quo mundum magni Dei uerbum semper uoluit.
Et hæc cursim paucicarminem latum sermonem.
Quando lex est mihi, illa uerò extra ieci Gades.
Sed ô amicorum quam optime Nemesi hoc suscipe
Munus meæ amicitiæ omnibus dulcius alijs
Solum à nostris facultatibus,& solum mihi
Non oloris striduli mortem lugentis cantum,
Semlibus alis cum incidit flatus.
Neq; uerò luscinię lugubris modulatio cum hyems
Vincla affert omnibus,& auibus cantatricibus:
Sed Christiferarum buccarum deiſabrum cantum

In præsentia hanc ferat meam sortem pro omnibus,
Quibus meam caniciemq; caram & morbum honorasti,
Et fabulã alatã,tuã gloriã.quippe magnum miraculum
Et omnes supra priusquam oculis uideri.
Pudor enim hominibus in oculis siquidem sequaris
Hos sermones , uelis dans nauigationem nostris.
O' ter beate ducatu,& fine:sin uerò non pareat,
Et te tantum deceperit inuidus oculo amaro,
Non uolens omnibus unum mortalem beatum esse,
Gregorij hoc te monimentum bonum sequatur,
Certe celeriter postea meum sermonem laudaueris ,
Ex parua scintilla in aerem facem attollens,
Vt aliquis hoc pacto dixerit.Nemesius magnanimus
Cappadocibus examina iustitiæ recta tendens,
Non aurum dolosum,& argentum,neq; etiam equos
Nobiles,alatos,celebrem gloriam habentes
Abijt agens.diuitijs enim inutiuerabilis. pro omnibus autẽ,
Vnionem splendidum magnum prædatus est Christum,
Quo omnibus imperantibus meum genus,glorior ego
Cappadocæ:tu uerò mihi & cœlestibus pugilaribus,
Vt nunc nostris cum nostris scribaris.

SENTENTIAE GREGORII distichæ.

NVdus totus uitæ feces mare.ne grauis uerò
Nauis in pontum eas confestim demergenda.
Tanquam semper præsentis frigidæ mortis
Memineris,& mortem minorem offendes.
Semper templum erige deo mente,ut regem
Sedem immaterialem habeas intra tuum cor.
Cognosce te ipsum ô optime unde,& quis fabricatus es.
Facilè enim sic sortiare formam archetypam.
Dies in diem agit te. uolutatur,quisquis est leuis.
Mens autem eius qui stabilis est,diem insolutum habet.
Quisquis abeuntibus & euntibus confidit,
Fluxui credit nunquam consistenti.
Æquale mihi malum est uita,& sermo erroneus.
Vtrum habueris,& alterum sortiere.
Iniuria est,impurum existentem assistere sacrificijs.
Grauius,mortuorum reliquias omnes colere.
Sistæ nunquã è uia bonorum malã in profunditatẽ repere.
Tibi status,qui iuisti extra uitium.
Cæcus uidens,qui sui uitij non uidet perniciem
Vestigia quærere feræ summorum luminum.
Indigens affectibus medici,si mala abscondas,
Nunquam marcorem effugies molestum.
Tuus sermo,opus meum,qui non bonum opus fecit.
Bene loquentiam habeat fautricem circumpositam.
Iniuria.satietas est.ego uerò te uolo optime,
Opus habere animæ fixionem semper uolubilis.
Ditescere autem diuinitate sola,& mundum omnem
Par est araneis filis semper habere.
Omnia quidem hominum aliena ab hac uita.
Virtus autem,mortalis hoc solum uita est.
Agite uerò omnibus Dei clamat uerbũ incorrupti consilij,
Festinate ad trinitatis cognitionem supercœlestis.
Ponite mentem,uitæ quidem , quot nuptiæ sanctæ uinxere,
Torcularibus cœlestibus maiorem fructum agere.
Quæcunq; autẽ rursus magni Dei uerbum complectimini,
Sponsæ uirgineæ,omnia Deo adducere.
Splendor præclarus,unimodus,sed à mundo
Animum habere,à carnibus procul stare.
Iniuria est,fidem habere in coloribus,non in cordibus.
Facilè abluti fuerint.profundum mihi carum.
Neq; iustitiam aliquam inflexam,neq; prudentiam
Curuam habere,modum optimum omnem.
Regere & temeritatem,quia temeritas nõ fortitudo erit.
Est temperantiæ & aliquid tranquilli habere.
Aperire in sermonibus suam mentem,semper optimum.
Gnarus supercœlestium sic fueris legitimorum.
Festina esse optimus,displice quibus est optimum.
Et uitium delectare,ingloria est gloria.
Turpe est,eũ qui optimus est,auxiliatorem esse peccatorũ.
Aequale est ac si in uitio tuum pedem habeat.
Aurum quidem follibus domatur,sed doloribus bonus
Dolor indemnitate sæpe leuior.
Facilè abnegaret Deum magnum,qui genitorem.
Scito autem & genitorem patrem pietatis.
Tineæ deuorant omnia,liqueris tua neq; sepulchris
Funeris honor dexterum nomen habere.
Hospitibus nostratibus parce:præcipuè uerò rursus,
Qui omnia hæc liquerunt imbecillium cadauerum.
Huc age mundum omnem,& onera hic relinquens.
Velum in uitam cœlestem pande.
Omnia semper optima diuinitus opera perficiantur:
Sed trinitas præter cætera tibi curæ sit.
Infans,quicunq; regem Dei filium semper existentem,
Non colit æquè diuinè ut patrem supercœlestem.
Infans, quicunq; regem filium mortalem hic apparentem,
Non colit æquè diuinè ut cœlestem filium,
Secat autem uel à magno patre filium,uel à filio
Formam humanam,& crassitudinem nostram.
Erat Deus,sed cõpactus est patris uerbum,nostrum lumen,
Vt Deum misceat mistus ens terrestribus.
Vnus deus utrinq;,tantum immortalis quatenus me faciat.
Pro mortali Deum,propiciare primus suprà.
Tantũ habeas,quid uerò mihi genus & mistionẽ indicendũ,
Circa Deum mortales amatis modos uerbi.
Si igitur crediderim hoc melius,si uerò inficis
Chartam multis millibus carminum,
Huc age tabellis tuis paucorum uersuum has imprimam
Literas meo stilo,qui atrum nihil habet.
O' uirgo,uirgo sis & oculis,& occultis:
Neq; introducas marem curatorem.
Christum habes dilectum,respue uiros omnes.
Cur uis mortis uenenum intus habere?
Iam mihi cani.lanio corpus.oculum domo.
Curis diurnis & nocturnis liquefeci.
Animam ter miseram, ut ab igne liberarem.
Sed tamen & uinco corpus non sine labore.
Quomodo tu & iuuentutem ferens,& carnes exitans,
Latiores elephante deinde mihi deliciaris.
Veluti sanè quis purus,& spiritu dilectam
Amans.ô fugiendã delectationem,quam Christus spernit,
Solitarij solitariam uitam trahite.si autem cum dilectis
Vnà uiuatis non solitarij,duitas aliena.
Angelicæ gloriæ imago unitas:si uerò dilectis
Delectamini,mortalis estis amici duitatis.
Virgo Christum habes semper iuuenem auxiliatorem,
Sponsum desiderabilem,tuæ amatorem formæ
Cœlestis,nc carnem rursus carnisq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ceperis curatorem autem fugito peßimorum.
Ne Christi tunicam immaculatam turpitudini miſceueris,
Omnibus uirginibus opprobrium infundens.
Quoniam difficile eſt carnibus fugere bellũ propè entibus.
Quare à fœminis ô monachi longè abeſte.
Multa enim ſunt nuptiarum myſteria & ante nuptias,
Quibus polluit animam aſpectu ſemen trahens aliqua.
Ignis prope paleã non res tuta: neq; mulierem
Virginem ô monache poſsidere contubernalem.
Marem, & fœminam ſeparauit ſpes melior.
Natura autem occultum morbum intus habet.
Si abfueris longè, ſcintilla manet: ſin autem commiſceare,
Accendes rogum ſpiritu ex paruo.
Albi & nigri miſta natura eſt fuſcum.
Vita & mors nihil habent medium.
Introductitios autem, ut aiunt omnes,
Neſcio, ſiue nuptijs dabimus, ſiue innuptos
Ponemus, ſiue medium quid ſeruabimus: non enim ego,
Et ſi mihi maledixeritis, rem laudabo.
Marem omnem fuge, inductitium autem maximè.
Merrhæ amara eſt aqua. uirgo pare mihi.
Alij quidem aurum, alij argentum, alij uerò menſam
Magnificiunt pinguem, luſus huius uitæ.
Alij rurſus Serum pulchras texturas, ac terras alij
Frugiferas, alij quadrupedum greges:
Sed mihi Chriſtus diuitiæ magnæ: quem olim uideam
Mente nuda purè: alia uerò mundus habeat.

CONTRA MVLIERES ORNATAS.

NE capita turrificate adulterinis crinibus mulieres,
Mollientes mollia colla ex ſpecula.
Neq; Dei formæ inungite coloribus turpibus,
Vt perſonas, & non facies feratis.
Neq; enim intectum caput fas eſt mulierem uiro
Oſtendere, aut auro conſtrictis crinibus:
Aut coma illigata poſt humeros hinc & inde
Saltante Mænadis mollibus auris.
Neq; criſtam deſuper ferre galeis ſimilem,
Conſpicuam ſpeculam uiris ſplendentem:
Aut lino molli tranſparentem caſariem
Occultam palàm hanc frontalem,
Flauum fulgurantem, quæ capitis tegmen fugit,
Vt uideantur opera laborata manu,
Cum non uidentem magiſtrum mortuam imaginem
Formæ ſtatuens pulchritudinem illinc pingis.
Pulchritudinem uerò ſi dedit natura, ne occultate inunctio
Sed ſolis puram uiris ueſtris (ne,
Seruate, non alieno, oculos auidos ferentes.
Oculos enim cor ſequitur non ſanctè.
Sin uerò genitas non ſecuta eſt, ſecundum dedecus
Fugite, manibus pulchritudinem attrahentes:
Pulchritudinẽ, quam terra producit, & uenalis eſt mulieri-
Publicis, obolis quæ uenduntur paucis. (bus
Pulchritudo, quæ abterſa in humum fluit: neq; riſu
Stat, cum ſoluerit lætitia mala totam.
Et lachrymarum riuis arguitur, uaporantiq;
Timore, ac gutta ſoluitur pauca.
Antea uerò ſplendens, & gratioſa mala
Gaudium magnum, confeſtim bicolor apparuit.
Nigra, marmorea ô nigricolor, fucataq; mala
Quomodo potes continere pulchritudinem culpatam?
Hæc non motis ſtatuis: ſed tibi ferenda
Forma, & multis ſoluta paßionibus.
Hoc Dei opus eſt, manus illud: hoc uetus,
Illud nouum, pratum flores duplices ferens.
Iucundorumq;, odioſoriũq; permutatim, uel aliqua ueſtis
Vtrinq; colorata cingulis pluribus tracta.
Quare uel fuge pictum corpus, uel ſerua:
Neq; noxium formæ auxilium habe,
Telam Penelopes, quam nox ſoluebat, dies texebat:
Intus Hecubam, foris Helenen.
Si igitur modus eſt aliquis latêre maritum, nõ eſt ferendum,
Speciem diuinam mortali occultare,
Ne te Deus talibus compellet indignatus,
Quis? unde fictor? pereas mihi aliena.
Non te pinxi canis, ſed formaui imaginem mei.
Quomodo ſimulachrum habeo formæ pro amico?
Attamen aliquid huic uitio concedamus: ſi uerò manifeſtã
Tabella pictorum ſpeciem ſupra ſpeciem habet,
Columnam turpitudinis ſcito mortalibus illuſtrem erigere
Formam, quam tu pingis ſpirantem, Alcinoi.
Hortus Adonidis. tua uerò gratia frugiperdi,
Polypodis color, literæ in arenis.
Quomodo tu ſpeciem habens graculinam, ſi graculum
Benè alatum alienis floribus fabula habens,
Rurſus nudum poſuit graculum: non curas
Opprobrium poſtremum, pulchritudine pereunte?
Speras aũt incõcuſſum habere oblectamentũ? nõ multo pòſt
Videbis alienæ pulchritudinis quantus dolor.
Audio optimum quiddam habere formationem, ſi quando ſe
Incuruauerit formam olim florigeram. (nectus
Tũc, cum indepicta eſt membrorũ formatio, ut igne ſuccẽſæ
Linquantur carnium reliquiæ, ex puluere.
Serò autẽ deplorare membrorum dolum, cum ſimiam
Rugis in denſis compulit, quod relictum eſt.
Talis mentientium membrorum gratia: ſed ô optima,
Nunc ſtatue formæ effor mem ut antea.
Verùm non equidem exiſtimo: ſed multo prius
Neminem neq; uiuorum precabere oculos habere.
Qui te antea illuſtrabant, in oculos aũt habebãt paratos
Hinc & inde grauibus greßibus motam.
Et hoc riſus. uirorum latêre genus cupiens,
Myſtas tuæ formæ uiros traxiſti.
Viri enim triuerunt medicamenta, quibus tu delectaris
Prædatores atriorum fabri ſuæ inſaniæ.
Hæc non temperantiæ commenta, libidinis autem.
Omne enim quod ſtruis maribus, libido.
Aiunt pauonem iactabundum, cum rotam fecerit,
Collum curuans aureum ſidereus,
Clamare fœmellis gratulabundum. ſi autem tu formam
Non uigentibus pingis oculis, admiratio me habet.
Si enim mariti tui habes deſiderium, ut tuum ille,
Ex eo uſq; cum te duxit in thalamos
Puellulam, uigentem, habes gratiam. Si uerò tu aliorum
Oculis places, hoc maritus odit.
Occultare melius eſt membrorum gratiam ſuis domibus,
Quàm mentientem non ſanctè proferre.
Huic quidem maritus ſufficit. ſi uerò in multis
Stat ut linum uolatilium gregi,
Delectaris delectato, & reddis aſpectum aſpectui.
Sed deinde riſus, & ſermo oppoſitus.

Occul-

Occultati primùm, hinc uerò audaciam habentes.
Non amplius mihi ulteriora loquere lingua loquax.
Sed hoc uerè dicam, nihil ſine aculeo.
Eorum, quæcunq; fœmellis luduntur erga iuuenes,
Omnia enim mutuò ſimul ſequuntur ut ferrum,
Quod magnes trahit aliud ſub aliud agens.
Quoniam utinam ceruſis & fucationibus loco mulierum
Splenderent uel abunde uiri inconſulti,
Qui tantã turpitudinem habentes in oculis contubernalem,
Delectantur uitio, nebulam induti.
Alias quidem feriunt uerborum iactibus illuſtres:
Ipſi uerò in ſuis turpitudinibus ſunt ſues.
Quippe citò & aris in obſcuris deciderint,
Contenti Circes inunctionibus feriparis.
Qui neq; odere, & ut igni aridam matricem
Iaciunt, quàm trahere melius eſt, quàm ferre.
Alium enim alius quis uir ornamentis mulierum
Vincant, ſtultitia plus habere uolens.
Sæpe enim facultatum indigi, ut excitent
Iniuriam ſuarum uxorum, plus habent laboris.
Inimico autem nunquam porrexiſti eius enſem, neq; torrẽti
Tuas in ariſtas porrexiſti facile iter.
Pandoram canunt, igne candenti ſubrepto,
Pœnam hominibus repenſam uenisſe
Pro igne ignem alium, bono malum ut urat,
Et plus exerceat pulchritudinibus ingenioſis:
Dæmonas aliud quidpiam fuiſſe unum in unum agentes,
Collectam fraudem uiris admouiſſe.
Inſidiantem cœnãdo doloſam, impudentẽ ſermone blãdam,
Oblectamentum pernicioſum facem ſemper urentem.
Non tamen fabulis credo. ſi autem iubes,
Ne tu fias Pandora ingenioſa.
Pandoræ generis ſunt impudentes. ſed tu Chriſti
Imago temperantia ſplendeas, & mentibus.
Alia autem non amplius fabula, mea autem uerba audi,
Quæ tibi diuinis loquar ex uerbis.
Non audis & antea tuum patrem ut decepit
Homicidæ ligni pulchricolor mitor,
Decepit, uirentiq; ſtatim eiecit ex paradiſo.
Inimiciq; dolus, deceptioq; uxoris.
Hæc tibi lex eſt patria uſq; ex illo,
Nunquam in bono colore fiduciam habere, ô filia.
Omnem enim pulchritudinem mihi parua gratia uer tulit,
Et hyems frigida perdidit confeſtim:
Vel morbus ipſam flexit immaturum, aut tempus graue
Perdidit, conſumentium annorum ferens orbes.
Hoc autem & plus eſt ridiculum. nouit inornatam
Speciem habens mulier, & calcat Danaen
Turpitudine gloriata: ſed turpius, cum dicant
Gnatæ: Non enim ego huius malæ futuræ ſum.
Communem morbum habent, & mutuo uolunt
Celare. quidnam morbo hoc peius?
Faber fabri opus nouit, peritus cantor
Peritum cantilenæ, furem uerò fur didicit.
Sed hæ non uolunt quæ ſciunt ſciri.
Certè uerum. uitium ferè cæcos oculos.
Quemadmodum autem uiui honorant, quæ uident, facies,
Delectati coloribus, quæ mouentur, tabellarum.
Nequaquam tantum tabellis puto, quantum in uirorum
Animo, cuius exiſtunt colores teſtimonium.
Audio inanem, & efformem poſt uocalem
Echo quendam cupientem, errãſſe ſupra ſcopulos,
Et formam quendam ſuam adamaſſe, & in fontem
Deſiluiſſe ob ſimulachrum pulchritudinis perniciosæ:
Aliam autem rurſus fluuij pulchris inſaniuiſſe fluentis.
Inſanichat, neq; ripas hæc relinquebat caras.
Prenſabat aquam, manibus hauriebat, ſſumam capiebat:
Sed neq; ſic igneum aquis deſinebat deſiderium.
Sic res cæca amor eſt, & incommoda. nõ admodum mirum,
Si quem & tu iuuenum longè à mente teceris.
Boricolor, delicioſe ueſtitus roſeis digitis, celſiceps
Non unum, ſed tot, quot pingeris.
Audio olim Taurum uirum ſapientem decepiſſe arte
Coloribus formantem ligneam iuuencam.
Cõmunis amor nõ ſpirantibus in ſpecieb. ſpirãter graditur,
Quando & tu iuuenibus commenta es tale ſcelus.
Orpheus feris perſuadebat, tu uerò uiris, quibus ſimilis
Feris eſt mens, & quæ fœmineo amore inſanit uita.
Si non carnibus gratificare, pro carnibus
Oculis, & hoc morbus aerius amor.
Sed inuulnerata tota: certè neq; hoc bonum
Eſt mihi inanis gloriam habere uitij.
Sic autem & multis gloriam ſcripſeris indecoram,
Et quamuis ſapiens exiſtens, facilis res curſu uitium.
Aliorum quidem ſordentem uitam machinamentis occulta.
Tibi uerò temperantiam, & nigrum quiddam fer.
Si enim temperantes ſunt floridæ, nunquam alijs
Perſuaſeris fœminis temperantem animum habere.
Verbum autem noſtræ legis, neque oculos iacere
Vxorem in alienam adulterinis deſiderijs.
Principiũ enim amoris impudentis, aſpectus impudens.
Quem uir fugiens, & uitium fugiet.
Quomodo autem tu tantum amoris in uiris ceſtum agens
Nuptiſſi-ago, ô mulier longè manes à uitio?
Sed age. ſi tibi & fabulam conuenientem fabulabor
Turpitudinibus ueſtris. canicies uerò res loquax.
Iniudicatum erat antea mortale genus, quiq; optimus,
Quiq; deterior, ut fama uetus.
Multi quidem uidebantur incommodi exiſtentes optimi,
Multi uerò rurſus boni ex contrario inconſulti.
Gloria uiliſſimos, uilitas uerò optimos
Sequebatur. nequaquam iuſtitia his retributis.
Sed non latuit regem Deum uitium regnans.
Sera autem indignatus, tale dixit uerbum:
Non fas eſt bonis meam gloriam, atque malis
Eſſe. ſic enim eſſet maius uitium.
Quare his ego ſignum bonum præbebo:
Vt bene cognoſcas qui malus, quiq; bonus.
Sic fatus rubefecit genas bonis
Sanguinem ſub cutem fundens, turpitudine expulſa:
Fœminis uerò præcipuè, quoniam & ſpecie raræ,
Et corde molles, magis ſubdiſipauit.
Malis autem fixit, & immutabile intus poſuit.
Quapropter neq; parum dedecori confertur.
Quorum tu mihi ſola exiſtens multicolor. nõ enim ruborem
Reuereor, & ſi mihi tantum deſuper fers.
Hoc enim eſt rubor impudentiæ irrubeſcentia
Proles, quam obruit imber prior Sodomorum.
Ne pingas faciem, ô perniciosa, neq; adulteres
Tuum corpus. pulchritudo mihi ſola, quam dedit natura.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam diuitiæ mihi paternæ sunt meliores
Iis quas mea manus non sanctè colligit,
Et paruæ licet existentes, multo pluris. ut autem mulierem
Amo puellulam, non autem adulteram.
Et exscriptis filijs multo meliores quos genui,
Licet melioribus qui deteriores:
Quorum tu memor, serua corpus quale est fabricatum.
Neq; uelis uideri pro altera altera.
Celti quidem iudicant prolem Rheni fluentis.
Et auri puri carbones sunt iudicium.
Tuum aũt temperantè animum deformi pulcritudine formæ
Pondere fuligineus ne te pingat Belias.
Aut enim cinerem posuit totam, aut fumum fudit,
Tantum deturpans delectatione pro tanta.
Non aurum lapillis implicitum oculos iaciens,
Splendoribus aerijs preciosum nobilibus.
Colare pectoribus circumcurrens, aurem deprimens,
Oneret gemmeo circumuibrans.
Neq; quantum circum caput supremum, non auro referta
Vestis tenuium ingeniosa opera filorum.
Purpurea, aurea, resplendentia, fulgida,
Neq; genarum medicamenta perniciosa.
Ornatus mulieribus non labra purpurea.
Non pictarum palpebrarum supercilium desuper feras
Cœruleum, humentesq; pupillæ interius uolue.
Non uoci delicatæ benignam aurem duc.
Neq; manuq; pedesq; caro, & iucundo uinculo
Aureo stringens, seruilem gloriam habe.
Neque uerò ungentis mollibus tuum corpus, uel caput
Inungere, mortuos consectantur uultures.
Neq; in oribus tuis ineptam cibo escam
Molliæ, mouens hinc & inde genam:
Veluti contemnens temperantes, ex dentibus uerò
Mitte, & humentibus spumam ab oribus.
Neq; stellarum fulgoribus exulta: non ostende,
Speciem à scissis ingeniosis biforibus
Spectans uidentes. ne extollare seruorum
Multitudine, non ancillis imaginibus tui cordis.
Veris nuncij sunt hirundines, flos, fructus,
Dominæ ancillæ. & hoc animaduerte mihi.
Horum enim etsi unumquodq; inornatus quidem leuis,
Omnia quidem simul inuicem firma est mors.
Flos unus est mulieribus amandus, bonus rubor
Pudor. hoc pingit pictor noster.
Dabimus, si desideras, & secundum. pallorem trahas
Pulchritudini tuæ Christi absumptæ laboribus,
Precibusq;, suspirijsq;, & diebus, noctibusq; insomnibus.
Hæc & iniugatorum medicamenta, & iugatorum.
Colores quidem parietibus dimittimus, atq; mulieribus
Iis, quot rabies fordes animæ est iuuenum.
Illæ & lasciuiant impudenter & rideant.
Nobis autem neq; uidere lasciuas fas est.
Mos est mulieribus res preciosa, domi manere.
Plurimum, & diuinis alloqui sermonibus,
Telaq;, fusoq;. hoc enim præmium est mulierum,
Ancillis opera distribuere, seruos uitare,
Labijs uincla ferre, & oculis atq; genis,
Neq; pedem extra uestibula sæpe habere.
Delectari fœminis temperantibus, sed uiro solo,
Cui mitram diuinitus soluisti uirgineam.
Et huic modum ferre, tu quidem fiduciæ, ut præbeas
Fidem, quòd externis procul manes à luminibus.
Quis primus colorauit Dei figmentum? ut pereat
Primus impudentiam coloribus immiscens.
Quemadmodum autem natatores impudentes, uiri imbelles
Simulachrum formæ intus absconsæ (uenit
Extrinsecus statuerunt, ea aũt consequuntur: quæcunq; con-
Saltationes, & stridulorum turpis solutio membrorum,
Viris inconsultis placentia. sic utiq; hæ
Indutæ formam extrinsecus alienam,
Comicum, non sacrum pudoris tegmen, inde posteà
Mouentur formæ digna ingeniosæ.
Huic circum laborant fores, claues, specula,
Medicamenta ueneficæ, intremens neq; tectum,
Hæc formæ picturæ inanis gloriæ. Calluitici autem
Nihil illaboriosius temperanti splendore.
Si autem tu pulchritudine tantum inductitia insanis,
Nunquam inculto temperantem animum habueris.
Esther specie fuit amabilis, sed quid illius
Opus decoris? gens mansit tota.
Pinxit olim oculos scorti Iezabel animifera,
Abluit tamen scorta sanguine meretricio.
Tibi uerò neq; opus regis capere iram, neq; in scortis
Partem potes. quare mihi parcas temperantiæ
Non tremis sacerdotes declinans caput,
Tentorium utrinq; positis speciebus splendens.
Neq; manus horrent, quando in arcanam escam
Tendis, quibus tu pingis lugubrem nitorem.
Quomodo aũt tu quidè certaminiferis, quot statuit choreã,
Populus passim preciosum sanguinem colens,
Speciem agis multorum pellectiuam, ut forum quoddam
Multitudinem trahens in medio urbium.
Aut ferarum demonstratoribus similia qui proferunt
Reptilia clandestinorum formidolosi ilium.
Sed ô mulier uerbis obtempera nostris,
Nec te mens uulneret manus in speciem agens,
Ne tu quidem, ne illis connauigans ô filia fueris,
Ne tu consilij socia, neq; contubernalis,
Alijs superflua. tu autem uereare, labijs uirorum
Et celebrata. hoc est mulieribus gloria.
Si quidem tibi uita omnino libera fuit à uinculis,
Christo uiue soli omnia excutiens.
Virgo splendida. prudens, clara consilijs,
Sponsum tui cordis immaculatum habens Christum.
Si uerò te lateris cæpit desiderium, à quo diuisa es,
Solum latus complecti carum,
Bonum aculeum habens, liberum pro malo.
Alijs autem affectibus neq; in somnis occurre.
Et tu Dei magni adstatrix, neq; tu lates,
Si quando humili muliebre aliquid commisceas.
Est & in sordentibus olim uestibus delicatio indecens,
Et grauitas mollibus, gnari non pauci.
Ruga tibi plus est scito uel maxima
Vulnera in mundo uiuens reuereare testimonium.
Neq; enim in sordentibus gutta tantum, quantulum
Videtur in puris uestibus æquicoloribus.
Hæc quidem si persuaserimus, profuerimus. sin autem faciẽ
Firmaris, splenderis bis tantum, si desideras,
Auroq;, electroq;, & argento, atq; ebore.
Talia largior ego nuper pulchritudinem pingentibus.

Columna

Columna quidẽ parata, ego autem inscriptionẽ imprimam.
Huc ades quibuscunq; carũ est pulchritudine oblectandi.

IN MAGNVM BASILIVM FVnebria, seu sepulchralia.

Corpus sine animo prius uiuere, quàm me sine te,
Basili amice Christi cultor, existimabam,
Sed toleraui & sustinui. quid moramur? non me sublatum
Locabis in beatorum, tuumq; chori ordinem?
Ne me deseras, ne sepulchrum adiuro: nunquam tui
Obliuiscar, neq; uolens. Gregorij oratio hæc est.
Cum Basilij deisapi rapuit spiritum
Trinitas, libenter hinc festinantis,
Omnis quidem cœlestis exercitus lætatus est eunte:
Omnis autem Cappadocum lamentata est ciuitas.
Non solùm uer, sed mũdus magnopere clamauit: Perijt præ-
Perijt pacis uinculum decoræ. (co,
Mundus totus à sermonibus aduersarijs indecenter
Quatitur trinitatis hæreditas æquipotentis.
Ehcu Basilij clausa labia silent.
Excitare, ac cesset tuis sermonibus perturbatio,
Tuisq; sacrificijs. tu enim solus æquè ostendisti
Et sermone uitam, & uita sermonem.
Vnus Deus celsipotens. unum uerò dignum antistitem
Nostra ætas uidit te Basili
Nuncium ueritatis magnisonum, oculum clarum
Christianis animæ pulchritudinibus splendentem.
Maris Cappadocumq; magna gloria etiam nunc
Supplico pro mundo stes dona adducens.
Hic Basilij Basilium antistitem
Posuerunt me Cæsarienses, Gregorij amicum,
Quem præter cor amaui. Deus ei beata tribuat,
Aliaq;, & uitæ quam celerrimè occurrere
Nostræ. quæ nam utilitas in terra morantem
Absumi, cœlestis memorem amicitiæ?
Parum etiam spirasti in terra. omnia autem Christo
Tradidisti ducens, animam, corpus, sermonem, manus.
Basili Christi magna gloria, firmamentum sacerdotum,
Firmamentum multifidæ nunc maximè ueritatis.
O' sermones, ô communis amicitiæ domus, ô caræ Athenæ,
O' diuinæ uitæ diu consortia,
Scitis hoc, Basilium in cœlum profectum, ut optabat,
Gregorium uerò in terra labijs uincla ferentem.
Cæsariensium magna gloria illustrissime ô Basili,
Tonitru tuus sermo, fulgur uerò uita.
Attamen sedem sacram dereliquisti. uoluit ita
Christus, ut misereris quàm celerrimè cœlestibus.
Profunda omnia edoctus es spiritus, quæcunq; sunt
Terrenæ sapientiæ, spiritale sacrum eras.
Octo annos populi deisapi habenas rexisti.
Hoc solùm à te ô Basili parum fuit.
Valeas ô Basili, etsi liquisti nos tamen.
Gregorij est hoc tibi scriptum sepulchrale,
Sermo hic, quem amabas: habes debitum ô Basili
Amicitiæ, & tibi donum abominatissimum.
Gregorius Basili tuo pulueri dedicaui
Inscriptiuncularum hanc duodecadem.

EIVSDEM SENTENTIOSA DISTICHA.

Boni principij, & finem esse optimum,
Rectè probant exitus rerum.
Principium pariens mortalibus bonum finem,
Vitæ purgatio est diuinè exercita.
Sermonibus alatus, ne extra alas uola.
Nam neq; uolucris uolat absq; alis.
Cognitio, maxima est gloria mortalibus:
Malum uerò hac malè utentibus.
Inanis gloria nullo pacto te corripiat:
Etenim callidares hæc simplicioribus.
Bene agens, serua te ipsum, in hoc ut maneas.
Celer enim est in deterius cursus.
Risus contineatur, & ira accipiat finem,
Ociosum autem penitus prohibeatur uerbum.
Deum time primum, & parentes honora.
Sacerdotes lauda, senes reuerenter habe,
Filium patri nequaquam iusta dicere
Neq; lex definit, neq; ante leges, natura.
Quæ pati ab alio non uis omnino,
Ea & tu ne facere alij uelis.
Non graue est ira ijs qui grauia egerunt.
Etenim iudicat huiusmodi iustitia.
Labia sapientia stillant dulcissimos sermones.
Guttur autem amarum eructat pugnas.
Fluenta dulcoris facunda scaturit lingua.
Sermones autem malos gignit os temerarium.
Amici amant & quæ amicis amica.
Inimici uerò uilipendunt turpiter amicos.
Mendicos latent diuitum fores,
Splendidæ uerò aulæ diuitibus semper amicæ.
Aqua, potus optimus temperat mentes.
Turbat autem mentem corripiens crapula.
Nescit uinum moderari naturam.
Mouet autem magis uoluptates excitans.
Mens tenuis molem abigit uentris.
Contraria enim contrarijs pugna.
Melior est cibus modicus facile comparatus,
Quàm cœna delicata, quam finxit quis in somnis.
Ditescunt stulti somnijs plus,
Quàm pecuniarum abyssum possidentes.
Melior orbitas filiorum, quàm stultos procreare filios:
Ille quidem solus, hi uerò multi & mali.
Omni mortali morienti, omnis terra sepulchrum.
Omne enim quod ex terra est, terraq;, & in terrã rursus.
Pastor mulget si uult & hircos,
Sed pro lacte sanguinum fontes pluet.
Sus inspectans cœnificium
Nouit mensæ terminos non confundere.
Coge & tu inordinatos: non solue
Ordinem decentem, & legibus accommodatum.
Legem seruans, metus extra iacias:
Sine metu enim est seruator legum.
Gubernator peritus fugiet tempestates,
Et grauia omnia mens sapientes ferens mentes.
Vitæ optimæ ne sapias contraria,
Et enim manifestus est uitij error.
Maxima incus non timet strepitum,
Et mens sapiens omne extrudit nocumentum.
Foliorum strepitus perterrent lepores,
Viros autem molles umbræ rerum.
Odi pauperem diuiti largientem,
Vt dicenti nutriendi oblito.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Orator improbus leges corrumpit,
Bonus uerò orator, temperata gubernatio.
Rident diuites pupillorum miserorum opprobria.
Ipsam rident Dei ultionem.
Legibus circumcurret ad perniciem,
Qui non fert legitimè obseruantiam legis.
Iniustum est pauperibus, non sapere admodum.
Diuitibus enim neq; cura uitæ est.
Erudi stultos ut possibile est natura.
Habebunt enim fortasse & mentes præter spem.
Percutiens ferrum, accendit & lapides:
Durum autem flagellum instruit cor.
Iusiurandum pessimum est dare, & accipere.
Forte enim ambobus offendisti iustitiam.
In æuum thesaurissa qui extra finem.
Hic enim deficit & ante finem.
Ne ama diuitias, quas soluit tempus.
Quæ enim tempus condidit, & soluet tempus.
Turpe est mulierculis utrilem morem efferre,
Temperantibus enim ordo, pudor hesternus.
Procluuis res est uoluptas utentibus.
Et ut accedit, abit lapidis instar.
Nullæ diuitiæ dolentibus sanitate potiores.
Sapienter & hanc natura semper uult.
Sontius maris uiri insipientis sermones:
Grauant litora, non impinguant herbas.
Persuadent dona uel sapientes obuidere.
Hominibus autem aurum uenatio est, ut auibus laqueus.
Senectutem mœrores pariunt uel ante tempus;
Quæ enim mos abstulit, non statuet tempus.
Diuitiæ, celerrimus malorum minister.
Nam prompta est potentia ad maleficium.
Nulla est possessio amico melior.
Ne improbum uirum possideas unquam amicum.
Ordo honoretur, & antecedat imperio.
Imperium enim ipse est, ac imperij semper custos.
Mens concitabunda, tinea est depascens ossa.
Viret autem corpus curas præteriens.
Nulla satietas natura temperanter se habet.
Etenim ignis solet in materias currere.
Vinum excitatio est passionis, quæ defecit.
Materia enim influens roborat flammam.
Fugiunt iras, qui iudicia timent.
Iram enim semper accendunt iudicia.
Graue est laboribus laboranti labores addere:
Attamen labores sæpe sedauit labor.
Alij quidem qui aliorum labores timent,
Alijs uidentur periclitari laboribus.
Gloriæ semper curam habe æternæ.
Nam præsens mentitur quotidie.
Nullus cum ira tutè decernit.
Nam quæ cum ira fiunt, nunquam consilium habent.
Mala res est dracones, maleficas res & aspides,
Duplex mulieris malicia inter feras.
Persuadent nuda uidentes ossa,
Nihil hic esse nobis cognatum.
Si obliquè meat cancrorum soboles,
Experientiam capiunt maternorum incessuum.
Dabis manifestè cogens naturam,
Bonos discipulos ex malis magistris.
Orna teipsum bonis indicijs,
Et ne pauperem orphanum sperne.
Deo dante, nihil ualet inuidia.
Et non dante, nihil ualet labor.
Paris uipera. ne time partus dolores,
Potes accipere partus materni experientiam.
Nullus est optimas ex manifesto timore.
Victoriæ enim tribuunt laudationes.
Vir somnolentus, inueneor somniorum est.
Sacer enim est somnus uisorum, non rerum.
Solet persuadere nolentes uiolentia.
Strangulat hæc enim sæpe & Gigantas.
Populo decepto, omnis circulator incipit.
Plebs uerò est omnino bonarum rerum inordinatio.
Opus præter rem, non opus dico.
Ea enim quæ fiunt præter rem, spernenda sunt.
Ad mortua humi proiectorum membra
Ordo honoratur cæubus collectis.
Auro loquente, omnis infecta oratio.
Persuadere enim nouit, licet natura loqui non possit.
Poterunt & nunc quæ ad pacem sunt ferre,
Qui in cadueis uitæ insaniunt.
Rota est instabiliter firmata,
Parua hæc & nultimoda uita.
Sursum mouetur, & trahitur deorsum.
Non stat enim, quamuis uideatur fixa esse.
Fugiens tenetur, & manens excurrit,
Exultat uerò sæpe, nec fugere potest.
Trahit, detrahit motu statum.
Ac si nihil sit uita, describens,
Quàm fumas aut somnium, aut flos herbæ.
Ait quidam aliquando amarus hæc:
Malo fortunæ guttam, quàm mentis dolium.
Cui quis contradixit ex sapientibus:
Gutta mentis mihi sit magis, quàm profundum fortunæ.

FINIS.

EIVSDEM TETRASTICHA.

Gregorij labor sum. quadricarmen uerò seruo.
Sententijs spiritalibus, monimentum sapientiæ.

ACTIVAM ne uitam præponeres, an contemplatiuam?
Visio perfectorum hæc opus est. illa uerò plurium.
Ambæ quidem sunt commodæq;, & amicæ.
Tu uerò ei, cui natura aptus es, attende magis.
Interrogauit me quidam quæstionem ex ijs quæ de spiritu,
Si purgatus fueris inquam. sed sum prudens.
Si purgatus fueris. nunc uerò opus est expiationibus.
Vnguentum uasi putrido non creditur.
Neq; repugna, neq; assentire omnibus sermonibus.
Sed ijs quos didiceris, & quantum, & quando.
A Deo uerò plus pendeas, quàm eum tuearis.
Orationi pugnat omnis oratio, uitæ autem quis?
Aut ne doce, aut doce moribus, & opere.
Ne hac quidem trahas, hac uerò retrahas manu.
Minus opus erit uerbis ei qui fecerit quæ oportet.
Pictor plus docet imaginum exemplis.
Vobis dico maximè, qui præsidetis,

Oculum

Oculum esse non tenebris plenum,
Ne præsessores rei malæ uideamur.
Si enim lux talis, tenebræ quantæ?
Mutum opus, melius inefficaci sermone.
Sine uita quidem nullus unquam exaltatus est,
Multi uerò sine sermone bene loquente.
Non loquentium enim, sed bene uiuentium gratia est.
Donum Deo pulcherrimum sunt mores.
Si omnia etiam tuleris, nil feres digni.
Quod & pauper tribuit, id adfer.
Mercedem meretricis Christus non partitur.
Nihil unquam uoue, ne ex caducis quidem rebus, Deo.
Dei enim est prius, quàm accipias. cur igitur dicens,
Abscondis quæ tua sunt, non tribuens? ô nouum debitum.
Ananias te persuadeat, Saphiraq;.
Ferias puta esse hanc uitam,
Si negociaueris, lucrum. permutatio enim est
Paruorum cum magnis, & cum caducis æternorum.
Si uerò præterean feriæ, aliud tempus non habes.
Multus quidem est propositus cursus,
Amplior uerò merces. ne uidens totum simul,
A toto tollaris. & non totum nauigas simul.
Atq; hoc tentatio sæpe diaboli facit.
Ne nimium confide, neq; desspera nimis.
Hoc enim dissoluit te, ab hoc euerteris. (uidia,
Hoc quidem perficias, huic uerò inhæreas. at huius nõ in-
Non ut uiæ reliquum inutilem reddidit laborem.
Ne immodestè res aggredere, mane uerò in ijs quæ iudices.
Melius sensim procedere, quàm aliquid abrumpere boni.
Etenim malos uocamus, non qui inferius:
Sed qui cum eleuati fuerint, ceciderunt ualde.
Scintilla accendit uel breuis multam flammam.
Et semen uiperæ sæpe perdidit.
Hoc itaq; uidens, uita uel paruam lesionem:
Parua quidem est, sed in maius procedit.
Scrutare quæ tua sunt magis, quàm quæ propinquorum.
Hoc enim ipse lucraberis, illud propinqui.
Melior consideratio actuum, quàm pecuniarum.
Hæ enim sunt corruptionis, illi uerò permanent.
Mens semper tibi laboret impressa
Diuinis cogitationibusq;, & uitæ orationibus.
Linguæ uerò abstine. etenim facilior
Ad nocendum. lucrum uerò minus, benè mota.
Visio corripuit me, tamen detenta est.
Simulachrum non constitui peccati.
Simulachrum stetit, conatum effugimus.
Gradus hæc sunt deceptionis diabolicæ.
Cera aures obstrue ad prauos sermones,
Adq; cantutas delectabilium suauitates molles.
Rursus uerò honestisq; & bonis semper præbe
Dicendo, audiendo, & fac parium medium.
Ne supra modum odorum soluaris effœminationibus,
Tactusq; leuitatibus, neq; gustibus.
Quid unquam uiriliter ages ab his uictus?
Seorsum sunt mulierum & masculorum suauitates.
Da, inquit uenter: si cibo accepto temperatus fueris,
Dabo promptè. si uerò inferioribus dederis
Stercus, accipies quidem, sed non copiosum.
At si continens fueris, dabimus & copiosum.
Risus risu benè sapientibus dignus,
Maximè quidem omnis, magis uerò meretricius
Risus inordinatus effert & lachrymam.
Meliores tristes mores, quàm immodesti.
Pulchritudinem esse puta mentium ornamentum,
Non quod pingunt manus, aut dissoluit tempus:
Sed quæ usu mentis prudentis cognoscitur,
Turpitudinem uerò pariter mentium inornatum.
Mœrores præcesserunt, uoluptates, confidentiæ, timore:
Diuitiæ, paupertas, gloria, dedecus, sedes.
Fluant ut uolunt, nihil attingit
Ex ijs, quæ non permanent hominem benè confirmatum.
Exaltare uita potius, quàm cogitatione.
Illa quidem deificat te, hac uerò decidis admodum.
Consequeris uerò hoc non paruis mensus.
Etsi plurimum eleueris, infrà mandata eris.
Gloriam sequere neq; omnem, neq; nimis.
Melius enim esse, quàm uideri. si uerò immoderatus es,
Nec inanem uenare, nec nouam.
Quid enim simiæ lucrum, si uideatur leo?
Lauda quidem alium, sed tu ne glorieris laudatus.
Nam timendum est te laudibus carere.
Sed ne aliũ quidẽ statim antè, quàm experientia didiceris:
Ne fortè prauus usus, sit tibi dedecori.
Malè audire melius, quàm malè dicere.
Cum proponat quis alium in reprehensionem,
Vt lætificet te, te ipsum positum arbitrare.
Sic maximè indignaberis oratione.
Nil nimis dicas, benè nauigans ante rudentes.
Multis ad portum benè nauigans submersa est nauis.
Multi portu potiti sunt ex tempestate.
Vna tutela, non obiecere fortunas.
Melius bene uiuentem, ac laborantem,
Liberè quid loqui aduersus dominum:
Quàm non bonis florentem, exigi pœnam,
Etsi omnia cum ratione proficiscantur.
Dimitte omnia, & deum posside solum.
Es enim distributor pecuniarum alienarum.
Si uerò non uis omnia, da plura.
Si uerò ne hoc quidem, superfluis sis pius.
Pulchrum quid ab eruginibus eripere, & inuidia.
Christum debitorem magis, quæ omnia habe,
Qui uel regnum frusto permutat.
Christum operis, nutris ij;, pauperem nutriens.
Pauper aduenit, deinde abiuit non consecutus.
Timeo Christe, ne & ego tua manu
Indigens, abeam indigus meis legibus.
Quod enim quis non dedit, neq; speret.
Paupere uiro nil tutius.
Ad deum annuit, & solum spectat.
Tu uerò amplectere: aquila enim (ut prouerbium
Multum) nido paruos pullos circumgubernat.
Melior paupertas iniqua possessione.
Nam morbus est malæ habitudinis.
Fame quidem nullus facilè confectus est.
Sed rursus pessimis interitus prauitas est.
Quid dominus, quid seruus, quid prauа distributio?
Vnus omnibus formator, una lex, unum iudicium.
Seruiatur tibi quidem, sed tu conseruum uide.
Cum autem solutus fueris, liberior apparebis.
Ministri uerò quid, & maximè dei?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ne fugiant esse beneuoli dominis.
Liberum,& seruum mores describunt.
Et Christus iussus est seruus,sed liberabat.
Malus autem audire erubesce,non ignobilis.
Genus enim sunt,qui olim putruerunt.
Generis principium esse melius,quàm soluere genus.
Quod honestum est esse,quàm ex honestis natum esse.
Dei solius,diuinorumq; inexplebiliter habe,
Qui accipientibus & plus gratificatur.
Sitiens sitiri abunde semper fluens.
In cæteris uerò & patere uinci.
Ne omnia uince,neque semper studium habe.
Bene uinci melius,quàm uincere malè.
Nam luctator non substratus
Omnino uincitur,sæpe uerò superior.
Et damno afficiare aliquo.hoc sæpe lucrum.
Sicut purgare plantam ad fertilitatem.
Si uerò non bene quid addis ijs quæ nunc habes,
Materiæ fers ignem,aut morbum corpori.
Si nil debes Deo ultionis,
Neque ipse sis debitoribus misericors.
Si uerò scis debere,& tu præbe te mitem.
Misericordia enim misericordia à Deo ponderatur.
Cum aliquando iniuria accenderit tuam mentem,
Memento Christi illius uulnerum,
Quantáq; portio hæc sunt eorum quæ dominus.
Sed quod mœrore afficit,ut aqua extingues.
Amor,ebrietas,zelotypiáq; & dæmon æqua.
Ad quos accessere sapientiam obruerunt.
Liquatio,oratio,lacryma,medicinæ.
Hæc medicina nostrarum ægritudinum.
Iusiurandum fuge omne.Quomodo igitur persuadebimus?
Oratione,moribusq; orationem probantibus.
Negatio est Dei fulsum iusiurandum.
Quid opus est tibi Deo?mores medios pone.
Quod probitatis præceptum est compendiosissimum?
Talis sis amicis,& proximis,
Quales tibi hos esse uis.
Et quod compendiosius?Christi passiones.
Fido amico puta nihil dignum,
Quem non poculum ostendit,sed temporis fortuna,
Qui non gratificatur,quàm solum conducibile.
Inimicitiarum terminos cognosce,amicitiæ uerò minimè.
Alia uidens oculus,se ipsum non uidet.
Sed neq; alia,si nimis lippositus fuerit.
Huius rei gratia consultorem ad omnia habe:
Nam mana manus,& pede pes indiget.
Si bonos sequeris admonitus,
Ne te pudeat à malis deriderì.
Cum aliquando turpe cogites,puta tibi
Multos adesse,& te tui ipsius pudeat.
Semper pluris facias bonos,quàm non bonos.
Cum malis consuetudinem habens,& malus omnino eris.
Malo à uiro nunquam bonum accipe.
Quærit eorum quæ in uita fecit,ueniam habere.
Ego quid lucri eligo uel ab inimico.
Nam ansas fugientes tutiores
Esse moneo,& amaram medicinam.
Tamen tim eo,& suauem culpo.
Bonos remunerare,malos despice.
Et his habenda gratia est,si nihil noceatur.
Vt bonos & hos faciat tempore
Magnanimitate,bonitas pulchrum donum.
Omnibus sis bonus,si hoc robur:
Magis autem proximis.cuius gratia id dico?
Quis te credet hospitibus bonum
Esse,non iustum quibus debetur?
Cur in omnibus miserum accusamus
Satanam,cum dederimus uitæ potestatem?
Accusa te ipsum aut omnino,aut magis.
Ignis à nobis,flamma uerò à uento.
Ne ualde sequere lusus somniorum,
Ne attonitam ad omnia habe mentem.
Ne uola mihi dextris uisionibus.
Insidiæ hæc sunt sæpe Satanæ.
Spes proponatur dextri omnis finis.
Si enim auxiliator est quis peioris,
Quomodo non boni iustum est esse,& amplius?
Non enim fero malo uictus.
Existima fortuna prudentiam tutiorem.
Hæc enim est rerum impetus.
Hæc uerò gubernatio.nihil disciplinæ
Puta melius,quæ sola possidetur.
Factiuum ostende non malefaciendo,
Sed bene quid faciendo.si uis esse Deus.
Hoc est uiri scientis affinitatem.
Interficit autem facile & pastinaca & scorpio.
Turpe est iuuenem sene imbecilliorem
Esse,senem uerò imprudentiorem iuuene.
Tamen hic quidem secundum tempus sit ualde sapiens
Hunc uerò pulcherrimum & ante tempus sapere.
Semper quidem exerce salutem.
Occasio uerò maximè uitæ solutio.
Senectus uenit,exitum præco clamat.
Vnusquisque instruare:propè enim iudicium.
Finis sermonis,duplex quædam negatio Dei
Opere,uerboq; ne surripiare circumspice.
Semper persequitur occultis luctamentis,
Ne indigeas ultimarum purgationum.

FINIS.

SANCTI GREGORII NAZANZENI THEOLOGI Tragœdia,

CHRISTVS PATIENS.

Argumentum.

QVandoquidem auditis piè poematibus,
Poetice iam nunc pia audire cupis,
Prompto animo audi:nunc enim, ut uerbis Euripidis utar,
Mundo salutarem eloquar passionem.
Vnde discas pleraq; mystica dicta,
Tanquam ex ore matris simulq; uirginis puellæ,
Discipuliq; dilecti magistro.
Primam namq; ipsam mox in medium producet sermo,
Vt matrem decet lamentantem tempore passionis,
Fatiq; causam à principio primo
Ingemiscentem,ut quæ appareat re ipsa esse causa,
Quo & nunc ipsa uerbi responsa daret,

Et nunc

Et nunc uideat pati ipsum immerentem.
Nisi enim lapsi fuissemus per negligentiam,
Non damnati essemus principiò ad mortem.
Ac nisi corrupti fuissemus serpentis astu,
Nec corruptio intrasset bestiæ dolo,
Nec morti subiecti fuissemus iusto iudicio,
Vti non malum ipsum integrum maneret,
Non licebat hominem induere,& perpeti mortem
Vitæ authorem dominum Deum uerbum,
Restituentè suæ integritati id quod corruptũ erat benignis-
Et uiuificantem mortale genus totum. (simè,
Manente uerò ipso nulla sui parte imminuto uel diminuto uer-
Illa non enituisset mater Domini: (bo,
Ac illam nunc conspicata patientem iniustè,
Plorans eiulasset mœrore confecta.
Personæ itaq; huius fabulæ sunt mihi hæ,
Mater castissima,uirgo initiata,puellæ
Quæ præstò aderant apud matrem Domini.

Præfatur ipsa Virgo.

OVTINAM in prato neq; reptasset serpẽs,
Neque in salubus istius insidias tendisset draco
Versutus,non enim lateris germen,
Mater generis infœlix decepta,
Ausum audere audacissimum sustinuisset,
Rami desiderio animo attonita,
Diuinitatem persuasa se adepturam ex eo.
Neque ut ederet persuaso de fructu marito,
Qui non profuturus erat mox ipsis,
Ex prato expulsa fuisset perquam beato,
Ad perniciem damnata,& sæuam mortem,
Mater sobolisq; audisset ex inauspicato thoro
Difficulter pariens,doloribusq; partus implicita,
Cum sudore incolito istam terram calamitosam,
Cum coniuge ac liberis,execrationis ultimæ:
Quos ut pareret,præfinitum erat tristicæ & suspirijs,
Successionesq; ad posteros transmitteret uitæ,
Et reconciliationem inde ut inueniret eximiam.
Neque etiam genus periisset hominum totum,
Et illum qui potest mederi,persuasisset quodammodo,
Vt motus clementia in terram descenderet,
Nouoq; modo mortalis fieret,& sustineret passionem:
Nec ego fuissem mater uirgo,
Et nunc audirem filium trahi ad iudicium
Cœlestem,terrestrem,purum natalibus,
Visoq; inhorruissem illo indignè tractato:
Ego inquã,quæ absq; titione fero heu uehementem flammã,
Quæ ualde torret me,& uersat cor,
Et cor penetrat,ceu malleus ingens,
Vt uerè cecinit Simeon senex,
Procul spectantibus oculis omnino præuidens.
Certè maxima est salus,
Si mulier uiro non dissideat,
Omnia conferens cum eo ut fas est.
Nec ab alio sermonem ullum audiat,
Sed consentiat proprio marito.
At nunc omnia infesta,& laborant lætaliter,
Si ipsa deserat uirum, & imperij eius gloriam.
Solet enim iniuria antiqua parere nouam.
Et lacrymis lacrymæ destillant,
Quarum neque modus,neque numerus est ullus:
Cum malo enim malum commissum est.
Vnde ueneranda natura dedecore affecta,
Ingemiscit,deflens calamitates mixtas,
Et successiones intolerabilium laborum,
Et successiones intolerabilium laborum,
Omni contabescens lacrymis tempore.
Quoniam præter alia hostilia,sensit inter iniuria affectum,
Etiam matris ipsius primò lædenti noxa,
Quorum omnes sumus qui terram occupamus posteri.
Clamat quidem iusiurandum datum,reuocat dextræ
Fidem maximam,& Deum testem citat.
Didicit & misera ærumnis ab
Vt patrium non relinquere bonum sit solum.
Odit autem mundum,nec aspectu eius lætatur.
Eò enim processit nunc doloris,
Vt desiderium me teneat,terræq; & polo
Referre profectam huc naturæ incommoda.
Nondum enim misera cessat fœtum edere,
Pariens,non pariens,fugiens rursum partus
Infœlix.me ipsam enim ita uoco,te uocans
Parientem,non parientem,quasi super rationem. (labor?
Partũ enim experta sum non partum,quomodo enim appel
Labores quæ effugi,& corruptionem,& cruciatus.
Nescio uoluptatem,aut carpentem famam
Vllo à uiro,magis quàm ferrum tincturam.
Non enim uirginitatis nexum uiolauit quisquam,
Et filium quomodo enixa sum.O stuporem ingentem.
Iniuria affectũ uerò iam nunc quomodo potero aspicere?
Cum laboribus defuncta sim,quomodo crucior corde?
Iubilum edidi quomodo olim gaudio præ,
Quando uenit auspicatus angelus annuncians partum,
Indicans solutionem omnis inimicitiæ mortalium generi,
Et exhilarantem lætitiam mihi ferens magnam.
Verbis autem illius facilis deceptu non uidebar,
Fidem habens afferenti diuinum oraculum,
Non uictimam præsagiens me partu edituram,
Sed quasi regem terræq; ac totius cœli:
Nihilominus tamen concita sum,& muliebri more,
Animi emisi iubilum ex recessu,
Resonans læta ominatione prosequens nuncium,
Thuricremam ferensq; odoratam flammam,
Quali suffire se dicunt sacerdotes
Zelum feruentem,spiritum contritum,
Charitatemq; submissam ardentissimam,
Quæ sacrificium nouimus laudabile.
Ac nescio quo pacto mea uiscera torquet acutum iaculum,
Et ego prompta nocturna currere uolebam
Visum filij quam diuexationem patiatur.
At hæ persuaserunt me,ut diei expectarem lucem.
Chor. Domina nũc pro decoro compone tuã corpus ocyus.
Deip. Viri currunt conspicui extra portam.
Ecquid est?nunquid hostium nunciatur
Cohors ex insidijs exorta esse per noctem?
Chor. Nocturna turba cum tumultu conflat,
Exercitum urbemq; totam per tenebras conspicor,
Faces gerentem,ac multos enses.
Deip. Etiam iam nunc ad nos nescio quis celeri pede
Contendit,nouã quandam rem habens fortè ut nunciet.
Ac uideã quid dicturus sit,& què cõmemoraturus sermonẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Chor. Veneranda,pudica,castißima uirgo.
Ah ah ah ah.
Crebrò quidem inter homines,nec ignobilis,
Casta appellata es indigenas,quotquot solum
Inhabitant,clarum lumen aspicientes solis
In præsens uerò misera,illa olim beata.
Deip. Quod uerò est,nunquid quispiã me interficere uult?
Chor. Non,sed filius moritur tuus à scelestis.
Deip. Eheu quid ais!ut me perdidisti ô mulier.
Chor. Tanquã nõ amplius existente filio,prospicio tibi iam.
Deip. O' indigna eloquens,an non occludes os?
Et omne omittes indecens dictum ferre?
Eum enim qui est perpetuò,non amplius esse quo ore dicis?
Bona uerba quæso,etsi tibi usus aliquis loquendi,
Loquere,ut decet,nec dehonestes Deum.
Stirpe enim ab aurea germinauit mihi.
Nouum uerò foret fundi sanguinem à uiris Dei.
Mori quod est immortale,caret ratione.
Peperi cum,noui autem qua ratione genuerim.
Chor. Ah ærumnosa,haud scis quò malorum deueneris,
Tamen istos moues & tractas sermones:
Auroræ ubi illuxerit,filij uidebis mortem,
Vt per totam noctem iudicant polluti sanguine.
At enim conspexi hic ex filij quendam
Accedentem sectatoribus animo irritatum,
Celeriter ad nos suum dirigentem cursum,
Præ se fert quòd aliquid noui nunciaturus uenerit.
Deip. Quid tandem significare nouum uult?
Chor. Age uideam quid dicere anhelus iste uelit.
Nuncius. Papæ.
Pulcherrima,ueneranda,castißima Maria
Ah ah ah ah.
Perijmus:nec id ab hostium forsan aliquo.
Deip. Quam edis uocem?quem intonas sermonem?
Age dic quis territat te, dico iterum ô puella.
Chor. Audisti,ô percepisti inquam,accepisti quis,
Quis inquam filium tuum prodiderit sanguinarijs?
Deip. Insuper & aliud nouum referes malum?
Quisnam est!num aliquis eorum qui amare credebantur?
Chor. Argenticapax, peruersus moribus discipulus inquã,
Præfectus ærario, argentiuorax potius.
Deip. Eheu hoc quale ad cumulum accedit malum?
Si ab his qui amare uidentur, pessundati sumus?
Certè designauit facinus temerarium miser.
Cuius uerò criminis reum agens prodidit eũ qui erga omnes
Aut quæ ansa facti fuit furenti? (beneficus?
Chor. Audi illum qui tibi clarè omnia nunciabit.
Nunc. Audi calamitosa,quæ anteà beatissima:
Audi quæ tibi infausta porto dicta.
Deip. Eheu perijmus,quantum ex tuo sermone liquet:
Malorum enim ades,ut uerisimile est,nuncius.
Nunc. Malorũ quidem, uerorũ tamẽ. Quid enim eloquar?
Postquam pascha nouo modo,ut dixit,comedisset,
Discipulis epulo appositio,cœna magna,
Indicatoq; per inuolucrum uerborum suo uenditore:
Deinde ablutis discipulorum pedibus,
Exierit pro suo more oliuarum in montem,
Cum dixisset discipulis omnia quæ tamiam ipsi perpetiẽda,
Cumq; confirmasset omnes sacra institutione,
Multis cum aliis,etiam hæc præfatus est ad Deum.
Pater maximam nunc mihi exhibe gloriam.
Nam quæ mihi apud te est, non relinquens unquam, gloriã
Ampliorem reddam,inimicitia perempta mortalium,
Gentesq; des omnes,habenti à te. (pro ipsis
Acceptis uerò omnibus,tanquẽ præmio rei præclaræ gestæ,
Suspensus rursum tuis manibus reddam.
Glorificatus autem mea uictoria,
Inuita amicos ad conuiuium beatus es,
Beatus tutalia, qui peregeris.
At ipse rursus emittit quasi tonans uocem,
Declarans glorificationem per æthera permeanti clamore:
Etiam prius glorificatum,nunc glorificabo te plus.
Cum autem discipulis hæc insonuissent insolito modo,
Conuenit eos in loco torrentis,
Ad hortum,quò sæpius cogebat.
Quem nec uenditor ignorans nocte intempesta,
Præuertit,turmam sanguine inquinatorum ducens,
Ensigeros & confidentes.
Qui & adiens,tanquam amicus,magistrum
Rabi (dicens) salue,osculabatur inquissimè.
Deip. Papæ.quid peius isthoc designasset quisquam?
Quid ergo contra ipsum locutus est filius meus?
Nunc. Non dixit quicquam,nisi: Amice qua de causa adest?
Tum protinus iniecerunt manus immanes.
Nos autem relicto eo,alius aliò fugimus.
Petrus autem iste inclitus etiam uerbis abnegauit.
Solus uerò pectori incumbens sequebatur intrepidus,
Visus est ipse ab aliquo audisse
Tacitè dicente quasi ipsi soli clanculum,
Nefarium uenditorem magistri.
Vah impietatem,ô miser non metuis Deum?
Non legem reuereris humanæ substantiæ?
Adamq; satorem terrigenæ spicæ,
Et patriarchas delecti generis?
Discipulus uisus tu condiscipulos dedecoras,
Sacrorum præceptore heu prodito argento,
Prodidisti eum ad cædem sanguinarijs.
An non dixit,an non sciuit tuam mentem?
Meditari,ob quæ nunc lubens cruciatus perfert?
Tu uerò non inhibebas, itaq; senties mox.
Certo certius patris pium fouet genus.
Nisi enim iureiurando Abrahæ adstrictus fuisset,
Nunquam sustinuisset hæc non subterfugere,
Et inde nobis soluere pœnas.
Putasne ipsum hos subire cruciatus,
Nisi aliquid lucrifaciat inde magni?
At nunc ex terra quidem statim migrabit iterum,
Mirabiliter ascendet,sile,suscipiet iudicium.
Dolens,mœrensq; unà cum patre ob peccatum,
Populiq; illius uesani audaciam:
Sicut etiam prædixit Dauidis lingua olim,
Quem non fugit quicquam etiam ante ausum,
Implebitq; terram omnem celebribus sermonibus,
Operibusq; insignibus,infinitis,admirandis.
Videbitis autem in patris redire rursum gloria,
Iudicium ferentem iuuentibus & uita sanctis,
Et omnibus rependentem se digna. (sperfi istit
Quomodo igitur in conspectũ uenies tuq; & sanguine con-
Aut quod non luetis iustum supplicium?
Quin & ante illud tempus dabitis iustas pœnas,
Nisi ma-

Nisi manus abluetis maculatas sanguine.
Quas si uolueritis etiam nunc intelligere,
Ipse profluente liquore absterget.
Si tuam audaciam uel nunc agnosces, postquam degustasti,
Vnà tecum uerò etiam totus scelestorum cœtus.
Nunc uerò si expectandum est,expecta unum diem,
An non quid accidat eorum quæ timor ingens habet.
Et ergo uates sermonum ero.
Quin aufers te hinc,& tui ipsius
Curam gere,sua uerò ipsemet rectè disponet.
Tu uerò,ut par est,morieris malus malè,
Primùm dependentibus in laqueis pendens,
Saltu in infernum pernici ruens subito
Mœrore confectus tanquam is qui prodidit argento.
Et impetus ignis uoracis te capiet.
Non enim uis nunc effugere uindictam.
Ideo hæc assequeris.prædico autem tibi ista,
Non te secutus fulgor capiet Dei,
Non rediuiui ex mortuis suscitationẽ ex mortuis perspicies.
Ad tantam enim stultitiam processisti,
Vt cum liceat in posterũ bona firmaq; capere consilia,
Et omnibus relictis rebus ad genua procidere magistro,
Et à palpebris calidas fundere lacrymas,
Laqueum potius pensilem nectas strangulationis,
Animam exhalare laqueo festinans.
Nihilominus etiam in his non desperatum te aliquo pacto,
Seruabit tuum si plangas pectus.
Non enim queat benignus usquam non permanere.
Sed non te nolentem lucrifacere uult.
Non enim legem sancit inter homines uim,
Remotissima ab ipso est uoluntas tyrannica,
Disruptus enim fœdè pessimum rumpes cor.
Sed non hac uia istæc tu reputas,
Adhuc ad certamina tuq; & cruenti isti,
Sed omnibus socijs non parui labores scilicet incumbunt.
Sentiet autem eos populus improbus uniuersus,
Siue mortui,siue lucem contuentes,
Quos rapidus ignis in posterum corripiet.
Rectè pronunciatus est sermo uerus hic,
Audi Iuda tui infortunij statum,
Atqui proficiam nihil,præter simulationem tantum.
Non enim Deus te resipiscere coget,
Sed in electione,& mente hominum
Moderatè agere inest omnibus in rebus semper.
Hæc dixit,incertum angelus'ne aliquis an homo
Ad ipsum,ut retuli,uerbi uenditorem.
Deip. O' Tellus parens,cœliq; plagæ,
Cuiusmodi uerborum infandam audiui uocem.
Nimirum à sectatore facinus fili perpetratum est,
Quem sæpe ostendisti sub inuolucro amicis.
Non enim te latuit horum quis author malorum.
O' nequissime,hoc enim de te dicere possum,
Tu isthæc commisisti,tuum ut proderes benefactorem?
Tua hæc sunt ô dæmon.quis enim alius unquam
Fecit aut concepit animo infensus uir?
Pereat quisquis id egit,sed ultio imminet,
Turpisq; discipulus meritum soluet supplicium.
Argento commutans ubi conscius es uerbo?
Num adhuc uiuis,indigna hæc tu qui patrasti?
Neque subtus terræ ima tuum abdis corpus?
Oportebat enim in præsens aut in terrã te abscõdi deorsum,
Aut ignis in radijs ætherei mori.
Proh scelus,ô maximum,detestandum flagitium,
Quod suum herum prodidit eloquor caput.
Sustinuisti accedere,tanquam amicus,præceptori?
Venisti ad eum,uenisti infensissimus existens,
Et patri,& ipsi,totoq; humano generi?
Qui qui cõpellasti? quomodo salutasti,qui iam prodideras?
Lingua allocutus es, corde piaculum tegens?
Et talia cum feceris,solemq; intueri,
Et tellurem,ô scelus,audes adhuc?
Hæc nec fortis animi sunt,nec constantiæ,
Bene merentem ubi prodideris,audere coràm aspicere.
Sed maximus eorum qui inter homines sunt morborum
Omnium impudentia.bene autem mentionem feci tui,
Licet nullo cum fructu.ignominiam uerò tuam
Etiam nõ præsentis,etiam si moriaris,etiã si dicas te uidere,
Ego ubi exposuero leuabor
Animo ueritatem,tu uerò licet non deflens discas,
Disces enim,sortitus te dignum supplicium.
A' præcipuis uerò primum exordiar narrare.
Audi Iuda quæ ab eo bona tibi contigerint.
Traxit è tenebris te ignorantiæ,
Seruauitq;,commonstrauit lucem salutis.
Dedit tibi donum multorum miraculorum.
Cum discipulis dixit etiam te assessurum,
Iudicaturumq; tribus Israel totius gentis:
Concredidit pecuniam omnem in manus tuas,
Ademit tibi prætextum penuriæ pecuniæ.
Furabaris semper,non putes te latuisse.
Sed ipse,utpote benignissimus,non redarguebat te
Dictis,ne tum quidem cum à te malum acciperet,
Pernoscens te planè etiam ante istam audaciam.
Lauit etiam tuos quammaximè infestos pedes,
Panisq; frustum dedit maleuolentissimo.
Et hæc cum ab ipso,ô scelestissime uir,acceperis,
Prodidisti ipsum,& munera acquisiuisti cædis,
Cum abunde tibi suppeteret. si enim fuisses egens pecuniæ,
Ansam habuisses eius duci cupidine forsan,
Nunc autem non habes excusationem,nõ habes sermonem
Labia diducendo,& exponendo causam.
Non enim tantum tu poteris unquam,
Non si genus totum malorum geniorum tibi aduolet,
Et terram simul omnem uerbis impleas malis.
Quando ipsum bonum esse scit creatura,
Et omnes id didicerunt ex ipsis actis?
Sed suffocauit te argentangina,
Quæ radix omnium malorum existit quasi.
In cassum uerò est fides quæ prius fuit,perijt tibi.
Cum talem te esse constet,lucem cernere audes miser?
Num eũ qui ante solebat nõ imperiũ tenere Deũ putas am-
Aut utinam iustitiæ uacuam iacere iam nunc? (plius?
O' noxium germẽ, non unquã pullulasti ex radice hominũ?
Ex amaris sed radicibus aio te porcreuisse.
Diabolo quidem primò,tum deinde ex inuidia,
Cæde,morteq;,quaq; terra alit noxas.
Non enim fatebor unquam ex Deo prognatum te ego,
Perita quamuis,ut omnia sita sint in electione.
Deus enim non inuitum seruat per uim.
O' peruerse,ô pessime,& spirans cædes,

Quale

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quale edidisti facinus, uenundato bene de te merito?
Ipse te, quem spes est filij esse patrem,
Radicitus extirpabit consumptum incendio.
Valeas turpissime, amicitiæ uiolator:
Expui, neq; absenti tibi colloquendum est.
Nam fraudulentum etiam Deus abominatur.
O fili cur auri quidem, quod adulterinum sit,
Indicia hominibus præbuisti manifesta,
Inter uiros autem quo conueniat malum dinoscere,
Nulla nota innata est corpori:
Sed ipse tu cognoscens, ignorare nos omnes uis.
Pereat pereat optimo iure maleficus.
Abi in malam rem nequissime, & sitiens sanguinem,
Pereas, at ego uiuentem filium aspiciam,
Licet nunc ingemiscens multum & icta
Stimulis tristitiæ, ego plus quàm æruinosa lachrymas fundã.
Fœmina enim sum, & ad lachrymas nata.
Chor. Ah ah ah ah.
Tace, tace inquam, filium non amplius uidebis uiuũ tuum.
Deip. Eheu quid lamentaris? quæ uerò rei occasio?
Chor. Nescio. uidetur autem non multo pòst hic nuncius
Dicturus esse quæ illic faciant, tuo charo filio de.
Nuncius. Decretum est mori filium tuum hoc ipso die,
Scribarum calculo ac seniorum.
Deip. Eheu aduenit metus, quem metuens
Dudum quod futurum erat, contabui luctibus.
Chor. Cæterum quælis & controuersia, quæ Hebræorum
Confutarunt eum, & addixerunt morti? (uerba
Deip. O mulieres, quæ huic uicinæ estis calamitati,
Mulieres non feretis, non sufferam,
Prosternam, præcipitabo corpus, moriar
Vita functa. Valete, nulla sum ego.
Tu autem die quo damnatus sit genere mortis mori
Filius: nunquid lapidante manu suffragiũ habet eũ perimi,
Aut ferro spiritum abrumpere sententia est?
Nunc. Commodùm ex rure portas intra
Me contuli, audire autem cupiebam de istoc,
Tuo enim semper fui beneuolus filio,
Videns ipsum qualia edidit miracula inter homines,
Quin & mei ipsius aperuit oculorum pupillas:
Video uerò turbam currentem, & occupantem arcem:
Ciuium uerò quendam scisciatus sum cœtu uiso,
Quid noui in urbe, num aliquinam hostibus ab
Fama excitauit cum tumultu Hebræorum urbem?
At ille dixit, Iesum illum non cernis propè
Astantem, in discrimen mortis adductum?
Tum uideo insperatum spectaculum, quod nunquam debui,
Illum quidem mœstum uultu demisso, & tacitum stantem:
Illos uerò uelut canes sanguinem sitientes,
Vndiq; circumcurfitantes, inhiantes.
Postquam autem frequens erat Iudæorum turba,
Timidus dux discrepantia pronunciabat,
Verba implicans aliena imprudenter.
Tandem autem inquit tuum filium animo perculsus,
Tanquam syncerum irreprehensibilem uidens,
Et prudenter occurrentem cuiuis sermoni:
Hos uerò non approbans, ut qui immineren: morti iniquè,
Contra quem non inueniebant causam cædis.
Dixit igitur, dixit, quid attinet dicere,
Vtrum Iesum mori, aut non necesse foret,
Et an ipsum potius dimitterent, quàm homicidam,
Quem habebant in uinculis latronum unum.
Summa ope annisi sunt quod mori in cruce oporteat,
Latronem autem dimitti facinorosum.
At præses repugnabat hisce,
Non tamen persuadebat uulgus,
Beneuolus propensusq; dicendo.
Alius enim iterum dixit contra eum,
Clamore fretus, & imperita audacia,
Ipse uerò non approbabat. tum contra ipsum assurgit
Turbæ tumultus effreni lingua præditæ impens,
Quæ uociferabatur, tuum filium mori fas esse.
Ille autem uincit malus in cœtu uerba faciens,
Qui censuit tuum filium mori in ligno.
Vix bene aurora protulit iubar, pulsis tenebris,
Iam ipsum trahent extra portam,
Anima certamen instans de
Cursurum, quo mori ipsum iudicatum est.
Die enim hoc relinquet uitam.
Deip. Eheu malorum authorem aperis sermonem:
Certissimè malorum pelagus misera uideo,
Tantum, quantum nunquam declinare rursum,
Neq; traijcere fluctum huiusce calamitatis datur.
Vah Hebræorum, quò tandem cuadet, mentem?
Quis terminus audaciæ & confidentiæ erit,
Si etiam Dei audent struere cædem?
Sed ipse quidem non mihi curæ est. non enim mors
Superabit eum, qui neci dat mortem.
Enixa sum eum, noui uerò quomodo genuerim,
Vehementes quæ effugi partus dolores,
Ipsos autem deploro clade diuexatos.
Aderit enim, aderit uindex ultio cædis,
Quam impij patrant iniquè ex inuidia.
Ah ah ah.
Non iam primùm, sed sæpenumero inuidia
Læsit multos, non tamen usq; adeò quantum amicos
Suos in præsentiarum lædet, Hebræorum turbam.
Chor. Quid istos moues & magno conatu fers sermones?
Perijt tibi filius, & tu iactas multa uerba.
Deip. O tu quæ horrenda dixisti, an non comprimes os?
Seruatorem mundi tu putas interijsse?
Chor. Paulum progressa, filij uidebis cruciatus
Animã luctam impendentem pro
Currentis, quã uitam aut mortuum nunc uidere licet.
Deip. Eheu quid cerno? manibus nefariorum
Deo sate mihi fili traheris & ferris.
In uincula uenisti, & uolens duceris ab ipsis,
Tu qui uincula soluis generis uinctorum.
Ah ah ah ah.
Hæc non conueniunt cum prioribus angeli dictis,
Nec spei consona meæ mi fili.
Chor. At consentanea uaticinijs,
Quibus dixit passurum manibus sceleratorum.
Deip. Ah ah quid agam, cor enim conficitur.
Quoquo abis fili: ut perij.
Cuius rei gratia nunc celerem peragis cursum?
Nunquid nuptiæ iterum in Cana, & eò contendis,
Vt ex aqua uinum facias nouo modo?
Assequar ne te nate, aut expectabo te diutius?
Da da inquam responsum mihi, tu qui es Dei patris uerbum.

Ne iam transeas cum silentio ancillam matrem.
Nunc enim oris grati cupio tui
Vocem audire, & affari, mi fili.
Concede mihi per ipsummet patrem obtestor ô fili tuum,
Tuum diuinum corpus attingere manibus,
Contrectare q; pedes, & amplecti te.
Eheu quid agam, cor meum liquescit.
O agite sodales, agite omittamus metum.
Accedite, amplexamini, & compellate.
Prendite manum dextram. O me miseram,
Vt modò steam, etiam metu repleta,
Ah ah pessundata misera interij.
O mulieres, uultum tristem ut uidi filij,
Cupio mori, uitam uerò nequaquam fero.
Eheu quid agam, qui fugiam populi manus?
Hostes enim extendunt omnem rudentem.
Neq; est ulla expedita elabendi uia.
Quid ergo faciam? quomodo effugero tot laqueos?
Chor. Haud scio soror charissima. timeo enim.
Ac mihi oculis calida oborta est lachryma.
Auersis uerò pedibus exi, & tacitè incede.
Repe ad arduæ & grauia, nunc certamen est
Confidentis & animosi pectoris.
Nosq; comitabimur timido gressu.
Turba etenim ipsum furibunda circundat.
Nec decet cominus accedere meditantibus.
Grauata enim mens non quibit aspicere.
Turba hostilis, infensa, sanguine fœda,
Impetuq; uehemens odiosi animi propensione,
Sæuum ingenium, barbaræ naturæ mentis.
Vereor autem, ne quid statuens insolens
Asperiorem tibi calamitatem adornet.
Et intentius istum contemplans pertimesco magis,
Ne acutum adigat ensem per epar,
Et deinde maiorem calamitatem feras insolitam,
Intestinaq; filij uia publica accipiat.
Sed declinantes modicum à scelestis,
Inspiciamus facinus sanguinarioram.
Eamus ergo, eamus quà saltus est.
Deip. Vincitis, quando hæc omnibus placent,
Et quod superest, abeamus quò uobis uidetur.
Chor. Inde contemplari tanquam ex specula oportebit.
Deip. Miseram me infelicem, si filium non uideo
Pati grauia, donec etiam tumulus capiat
Turbas autem fugi, ne quid accidat.
Quid me porrò uiuere prodest in uiuis?
O utinam fato fungar ocyus,
Si non magnificè senescere datur,
Vt spes est filio resuscitato,
Gentesq; congregante iusto iudicio,
Quem cognati necant Hebræi moti inuidia.
Et cognati mei ærumnosæ matris inquam,
Non patris ipsius, quòd hominem assumpsit uerbi,
Quem absq; semine peperi, scio supra rationem,
Et duros effugi in partu dolores:
Forti sum animo, confidens sum, etiamsi multum ingemisco,
Patientem non ferens istum nunc aspicere.
Peperi cum, noui uerò quomodo ediderim in lucem.
Sed sum remota à iactatione, ut pandam arcana,
Tamen necessitas postulat calamitate urgente
Linguam laxare. primò autem ordiar dicere,
Vnde mihi subierit primùm esse matrem,
Quæ gero purum in hunc usq; diem corpus.
Non experta sum uoluptatem, uel uerbo audire grauater,
In picturaq; spectare. neque enim huiusmodi contemplari
Ego prompta sum, uirgineam animam sed habeo.
Obtestor eum qui cuncta liquidò cognoscit,
Quod nec allubuit, nec in animum induxi,
Aut peream infamis, ignobilis,
Et nec pontus, nec tellus, nec ipse adeò polus
Corpus meum recipiat, & animam manus
Patientis filij, ut in uotis mihi est
Spesq; alit, & non confundit me.
Hæc scio, nunc enim non ultrà fas est loqui
Lugentem, ut addecet. Lacrymis enim digna
Perpessa sum multa. haud scio an quid insuper patiar.
Primùm tamen mihi bona indaganda sunt,
Malis enim plus commiserationis addam.
Eram innupta & permanens uirgo.
Quæ enim fœminæ modestæ sunt inuenta,
Ea elaborabam, Deo multum gratiæ
Admetiente semper, & conferente assitim.
Primùm itaq; siue insit, siue non insit,
Probrum mulieribus hoc ipsum impingitur,
Vt malè audiat, si qua non domi se continet.
Cuius rei desiderium repudians manebam in ædibus
Intra atria. iactabunda mulierum uerò uerba
Non intromittebam, eundem uerò quem nunc doctorem
Mei ipsius habens Christum sufficiebam mihi,
Modestia in omnibus edocta quàm res pulchra sit,
Et gloriam ueram ubiq; ut reportet.
Linguæq; silentium omnibus rebus, & oculum quietum
Præstabã: nouerã uerò quibus me oporteret superare pupil
Et quibus uictoriam, quæq; deceret admittere. (las
Impollutam autem me à Deo cum accepisset maritus,
Iterum uirginalem nexum incorruptum
Seruantem reddidit. neque uerò hæc uerba sunt,
Res ipsæ etenim arguerunt me.
Sic cum res meæ haberent, Deo desponsor,
Indeq; filium mirabiliter genui,
Quo pacto mulier nulla iactare potest se perperisse unquã.
Chor. Decora, ueneranda, castissima uirgo,
Absq; uiro atq; absque sponso scimus matrem
Vnicam te quotquot in terris sunt matres.
Obstetricis manus suas partes non obiens
Deprædicauit, haud dubiè tuus diuinus partus.
Deumq; audisti ab angelo parituram esse.
Opera autem quæ egit, non mortale genus præ se ferunt.
Ideo stupor est, si patiatur hominum passionem.
Deip. Mirum dixisti, si hoc suppeditat pater,
Vt per hoc mortales bona adipiscantur.
Non aliud enim remedium in hominibus mortis,
Corruptionis quod liberet miseros à malis.
Quin ego edocebo, quod hoc bene se habet hæc res.
Quod enim docet scientiam hominem uerbum,
Mihi obumbrauit, & gratiam confert.
Postquam mortalem finxit è terra ille figulus,
Pratoq; imposuit plantarum cultorem,
Inde in cœlum subducere uolens:
Serpens autem ipsum festinauit per mulieris seductionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hortoq; eiscere, & deturbare è cœlo.
At is contra prudenter excogitauit puta Deus,
Ex muliere ut nasceretur, idemq; Deus permanens
Mortalis fieret, ac mortalium peremptorem
Cæsus ut ipse trucidaret, & calcaret pedibus.
Ita tu crede, & Deum ad terram suscipe,
Qui uenit ut duceret ad cœlum humanum genus.
Et libera, & glorifica, & illum celebra.
Rursus enim ipsum uidebis ad terram, tanquam è thalamo,
Proselire è sepulchro: quinimo ascendere cœlum,
Sicut ipse dixit, & ante eum prophetæ.
Spes uerò mihi inest certissima,
Mihi supra omnes, quibus reliqua est
Indita est spes, neque fallit me animus,
Habitura quidda gloriosum, suaue uerò est etiã æstimare.
Quando autem magis spes tua permanserit,
Gaudium quantum? at superor laboribus,
Et præuideo quidem hæc ut euentura sunt citò,
Tristitia tamen ualidior est mea spe.
Chor. Inclytissima, formosissima puella uirgo,
Quæ in utero infantẽ, ut ais, Deũ summũ thesaurũ gessisti,
Tu hæc cognosti, etiam reliqua nunc perpende.
Prudentiorem enim constat esse te mortalibus,
Et hæc cernentem intelligere & finem.
Nam horrenda omnia etiam mortali generi.
Veruntamen matri scilicet datum est grandia intelligere.
Deip. Quàm misera, ob meos dolores,
Quàm noui quidem multa, nescio uerò ut eloquar.
Quàm stupor mihi est, illum pendentem in aere
Videre me, & mortuum licet sua sponte.
Heu mihi, heu ah ah.
Semi. Quid ergo, quid facies ô perpessa difficilia?
Deip. Nescio, nisi quòd mori libet, si non ilico
Præsentium calamitatum remedium nacta ero.
Vt est spes admodum firma,
Vnum solum expectare me oportet crastinam diem,
Vt finem habeat cura, quæ nunc me torquet.
Sed ô chare fili, ne me, desertam te destituas.
Semi. Ah ah lamentans multum, planum nihil demonstras:
Partim enim mihi refers, ut audiam terrores,
Persuades q;, ut ualde paueam tuis dictis:
Partim uerò erigis: neutrum tamen dilucidè.
Deip. Non procul abestis à cladibus expectatis.
Semi. Ipsa quidem nunquã dum nauis ingressus sum cõcauũ,
Sed in picturis aspexi, & fando accepi.
Nautis enim si mediocris fuerit tempestas quam perferant,
Alacritatem habent emergendi è periculis.
Vnus enim ad clauum, alius uerò ad uela ascendens,
Porrò alius sentinã hauriens nauis: q, si uerò æstuat immani-
Valde cõmotus pontus, intus quidam casus seu fortuna, (ter
Permittunt sese fluctuum undis.
Itidem ego horrenda uidens mala,
Muta sum, & laxans fino os.
Vincit enim, ut qui non ex Deo est, uehemens æstus.
Te autem spes tua utinam alat
Domina dominatrix mater Domini.
Sed ex dicto aliud procedit dictum.
Quem huc rursum aspexi rectà tendere,
Ah ah quem gradientem conspicor nunc huc
Tetrico uultu præditum lacrymis oppletum.
Nunc. Hera filia præpotentis mater uerbi,
Ne tristeris, inuitus, lubenti animo tamen
Tristia referam tibi præter uetera etiam noua.
Deip. Quidnam est tam proœmium incipis inauspicatum.
Nunc. Domina uirgo, quomodo dicam, quomodo edisserã?
Tibi enim cura dignum porto sermonem,
Vehementiq; mœstitia & acerbis doloribus.
O' augusta puella, castissima uirgo,
Quàm te gemitu prosequor molestus existens, discipulus ta
Præceptori fidus, licet pati eum uideam. (mem
Deip. Quidnam est? Iudæorum quid indicas nouum?
Nunc. Filius tuus nunc nõ amplius est, si sic loqui fas est.
Intuitus sanè est lucem paruo momento.
Deip. Quid narras? quid hoc dixisti? sisne illinc?
Age dic mihi, cedo, quò tollitur è medio genere mortis?
Christum iam nunc ais filium perennis patris,
Quem spes erat etiam ipsum immortalem permansurum,
Assertoremq; fore totius Israeliticæ gentis?
Nunc. Vbi urbe huiusce Solymorum terræ
Relicta, peruenerunt ad locum stratum lapidibus,
Regem meum trahentes impia turba,
Statim caterua pertingenti ad cœlum in ligno
In sublime sustulerunt, duxerunt ad ultimũ usq; finem.
Rectus autem in sublimem æthera erigebatur.
In ramum uerò obliquum alium è uestigio
Tenderunt, expanderunt, clauis perforarunt manus,
Pedes uerò suffixerunt compacto in ligno.
Cum autem haberent Dominum isto pacto suspensum,
Alij quidem cum arundine fortiter feriente
Percutiebant instar turris conscensa petra.
Alij uerò una cum hyssopo, spongiam aceto repletam,
Felle temperato, admouerunt ori.
Qui uerò auribus famam perquam clarè hauserunt,
Neq; uiderunt qualia edidit miracula inter homines,
Frustra hinc inde mouerunt, & in diuersas partes quassarũt
Et pectora tundebant non rite ex inscitia. (capita.
Ego uerò eminus (Dominum enim sequebar)
Primò quidem in uiridi sedebam alicubi saltu:
Et quæ in medio posita erant occulta & tacita,
Conseruabam, ut qui uidebam ipsum, non uisus ipse
A' turba malefica & crudeli:
Teq; rursum lacrymas fundere stantem ut uidi,
Veni ut exponam res indignissimè factas.
Deip. Hei mihi, heu.
Ah ah quid agam? cor enim me linquet.
Quomodo, quomodo adhuc uiuo, & sustineo hæc audire?
Vt uideam autem ista, qui perferam perquàm misera?
Ite ô mulieres Galilææ oriundæ,
Alloquimini eum, & deducite interram.
Agite ô sodales, agite relinquamus metum.
Chor. Tu quin fugis populum, ne quid mali accidat.
Deip. Ego hoccine amisso ad quid iam formidabo?
Eamus ergo, eamus, absit pauor.
Quid enim iam uiuere prodest nobis hic?
Quin discedamus, ut uideam filij tormenta.
Ehcu mihi, ehcu.
Meæ mulieres aspectum lucidum non uideo filij,
Colorem enim mutauit & formam raram.
Meæ mulieres oculum lugubrem postquam uidi filij,
Expeto mori, uiuere uerò amplius nequaquam possum.

Pergite

Pergite, pergite, uitæ impatiens sum.
O' qui communis utilitas mortalibus exhibitus es,
Fili suauissime, quo iure patris ista?
Pœnas autem qualium delictorum luis?
Puras enim puras manus à sanguine habes,
Mundaq; labia, ac membra singula, & os,
Animam omnino castam, doliq; nescium cor.
Et quomodo uideo unà cum latronibus te suspensum,
Non ex alieno alicuius hostis nocumento.
Sed amicus perdit non inuitum sua sponte
Discipulus, quem demonstrasti pane tuis amicis,
Parcens misero, ut euitet malum.
Quamuis non intellexit, etiam cum incidisset in casses.
Cuius uerò gratia te demittit pater?
Quis te tàm ignominiosè uoluit mori
Infœlix? quale quale facinus nunc uideo
Intolerabile? infandum? sed actum est,
Ah ah gnate tuæ iniquissimæ mactationis.
Ah etiam atq; etiam, ah quàm malè peris,
Nullum peccatum cum commiseris ipse, sed peccata
Primus mulieris sanans noxam.
Scio scio quidem hæc, nescio autem ut eloquar,
Et intelligo quidem cuiusmodi hæc futura sint breui.
Dolor autem superat meas spes,
Ingemisco autem frequenter calamitate uicta,
Lachrymisq; palpebræ calidis rigantur.
Semper enim est muliebris sexus
Gemebundus & luctuosus supra modum.
Christ. Ecce ô mulieres inter omnes optima
Virginali uerecundia præditus præsto est, loco chari filij.
En uerò etiam tibi ô discipule, mater erit uirgo.
Quid igitur, quid ô mulier lachrymis humectas ocellos?
Quid porrò demittis uultum, & lachrymas fundis?
Et confusa perplexaq; stas, cum prospera utaris fortuna?
Et non imbecillem istum à me expectas modum?
Hæc congrua sunt ijs quæ prædicta sunt,
Quæq; ego dixi, & prophetarum os.
Nũc tẽpus appetijt, ut hostib. terrigenis debitas luã pœnas.
Quid ergo adhuc quasi suspiria ducis ob filium?
Deip. Nihil de populo isto animo uersans,
Equidem mecum ipsa in hæc uerba deueni,
Eaq; cum lamentatione profero calamitate adacta.
Deploraui q; opus quod perpetrandum est.
Iam inde his, qui te exaltarunt mi fili,
Obseruo omnia, quò tandem euasura sint.
Mœstitia autem potentior est etiam firma spe.
Etenim nobis infestum hominum perniciem,
Facilè obtruncabis tu et prosternes, mortem.
Moxq; ex inferis redux, istos nefarios punies.
Mulier autem tenera molliq; est, & ad lachrymas nata:
Vnde & ego suspirans & icta
Stimulis mœroris arumnosa lugeo.
Sum celebris quidem, interim tamen pereo,
Orbata tuo admirando mihi conspectu.
Ex quo enim insperatum facinus quod accidit istud,
Animam corrupit, rapior fluxu uitæ.
Gratiam remittens, mori cupio nate.
Etenim desolata & extorris existens diuexor,
Non matrem, non fratrem, non cognatum,
Ad quem tanquam portũ appellem, in hac habens miseria.
Ac nisi te ocyssimè uidero, quî feram ô fili?
Sed ô dilecte fili, ne me orbam tui destituas.
Christ. Bono sis animo, rectè enim ista ego disponam.
Tuum quin potius deprædica deum.
Inuentum haud scis quale inueneris istud.
Aptabo rursum tibi dona, quæ præcipua sunt
In cœlo terraq; & omni creatura.
Multorum autem gratia hoc te donabo munere.
Deip. Credo, neq; tuis diffido dictis,
Et mihi hæc sunt optima, noui probè.
Ego te peperi, nõ clã uerò me est quod ego te genuerim,
Superat autem dolor ea quæ apud me certa fixaq; sunt.
Sed obsecro te per istam salutarem
Passionem, ferentem immunitatem cruciatus generi,
Materno ex affectu uerò tuos pedes apprehendo,
Miserere, miserere mei infœlicissimæ,
Nec me desertam, explosam à te relinquas.
Suscipe uerò regioni & ædibus tuis domesticam,
Si ocyus nolis tuum iudicium exequi,
Ita placitum tibi quæso per patrem quod attingat
Scopum sit, & mortuum libenter
Viderem rediuiuum ex mortuis die tertio.
Sicut ipsemet dixisti sæpius ad tuos amicos.
Omnino enim isto pacto tutiusq; mihi erit,
Tuq; ipse existens beatus, beati patris filius
Agnitus, hymnis & laudibus celebreris ab omni creatura.
Ne igitur producam tristem longius uitam.
Turba uerò immanium det pœnas,
Quæ dominum occidit terraq; cœliq;:
Illi ut perpetrarunt, sic inueniant mala,
Quæ impios manent homines.
Minimè enim ipsorum ut liberorum curam gero,
Ne quo modo clade afficiantur, qui ipsos genere attingunt
Paternam commemoraturi impiam cædem.
Sed ipse ô dimidium animæ meæ iucundam lucem
Prohibe, tranquillum redde, ne patiaris à cæde quicquam
Reliquum seminis dilecti.
Christ. Probo mulier ista, nec illa damno.
Multis autem de causis hanc tibi largiri gratiam
Promptus sum, neq; frustraberis.
Opitulabor enim tibi omnino ad istum scopum tendens,
Meq; cognosces damni illati compensatorem,
Liberata ab hac mœstitia.
Deip. Papæ mentem tuam generosam & bonam,
O' fili, quali calamitati coniugatus es?
Sed generositas tui pectoris salua permanet.
Quantum usq; mihi prudentiam affers.
Hæc mecum perpendens sentio stultitiæ
Magna me laborasse, & frustra tristatam esse,
Frustraq; me mecum ipsa talia dicta edidi.
Semi. Ah ah crebros gemitus edentiũ audiui clamorem lu-
Vocẽ audiui, audiui frementes gemitus. (ctuum,
Deum implorat aliquis tanq; qui flagitiũ cõmiserit magnũ.
Dei opem inuocat, tanquam dira aliquis perferens.
Atqui ille clarus fecerit Petrus
Tetricus, miserabilis, & animo compunctus.
Quid Petre luges? horrenda perpetrasti, sed tamen
Adhuc licet tibi etiam horum ueniam adipisci.
Deip. O' nate, ô amantissimè, ô Dei uerbum
Da ueniam, peccare nempe uerisimile hominem ô fili,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et Petrus deliquit turbas, metuens.
Christ. Pergens nunc abi mater uirgo,
Condono uerò Petro suum lapsum uolente te:
Nam etiam antè tuis parebam sermonibus,
Tuæ pietatis & integræ mentis gratia.
Ac mihi quidem tuum aufer sermonem.
Elicium uerò etiam lachrymæ uberē meā gratiam,
Et omnem dissoluunt nexum uitiorum.
Teq; porrò cohortor, ne quē mortaliū odio prosequaris,
Non etiam eos qui me fustulerunt iniquè in crucem.
Deip. Papæ mentem tuam nobilissimam perpetuò,
Dum nec patiens iniquo es animo erga genus,
Neq; ijs qui clauis affixerunt iracoeris ligno.
Quis enim sustineret furorem iræ tuæ, ô nate?
Aut quis indignationem sufferret tuam?
Christ. Abi abi hostium iam è medio.
Quorum enim gratia mecum collocuta es,
Ea iam peracta sunt, eorum uerò ego memor ero.
Illic quidem te ab istis liberabo sermonibus.
Deip. Congruit, ut apparet, ô me miseram.
Ah ah quam edit horrendam istam uocem,
Dulcedo existens, totus & iucunditas?
Quam sitiens degustasti amaritudinem,
Iterumq; sitire ualde clamauisti.
Chor. Clamore audito attonita facta sum miserrima.
Ego quippe rem, ob quam in præsentiarum gemis,
Ignoro, cuperem autem à te discere.
Eloquere, respice ad me, hei mihi ob mala
Cur tuus uisus colorq; contabuit iam.
Deip. Silete ô mulieres, actum est de nobis,
Premite uocem, filium interrogare uolo.
Video enim iam eum uicinum morti.
Certè certè uideo inclinasse uenerandum caput.
Longo relicto facilè colloquio,
Age quid uideo, tuum corpus mortuum, ô fili,
Conspicor maxima admiratione hoc dignum.
Qui modò clamauit ad patrem
Voce, penetrat uerò fundamenta terræ hiantis,
Quo uniuersa quidem tellus sono repleta
Horrendè reboauit, aspicientibus uerò
Spectaculum superans oculos uidebatur,
Quem recens uiderunt æquè ut lucem hanc,
Is non tempore diutino intuebatur.
Quam rem pateris? quo modo peris,
O' fili? audire uolo abs te.
Desiderans enim cor omnia nosse,
Etiam in malis auidum esse deprehenditur.
Ae, æ, æ, æ, æ.
Hæc respondent uaticinijs.
Ah ah quid faciam, cor enim me linquit.
Mulieres uultum non cerno serenum nati.
Colorem enim immutauit, & pulchritudinem rarā,
Dirum spectaculum. etiam metus est cadauer attrectare.
Doctorem habeo stellarum passionem,
Terræ fundamenta concussa ruptas petras.
Ite, procedite, non amplius sum aspicere
Potis eum, sed succumbo laboribus.
Et intelligo quidem qualia hæc euentura sint citò,
Tristitia tamen superior etiam solida spe.
Fili summi regis quomodo in Plutonis nunc ædes
Abis, mortis gratia primæuorum patrum,
Subitò autem auolasti, quasi dimissus sponte?
Audiui, percepi tuam uocem ad patrem.
Cuius rei gratia terræ demittit te pater.
Cur te tanta cum ignominia uoluit mori?
Cur quæ te in lucem edidit matrem orbam te
Feciste? heu utinam liceat commori tecum mi fili.
Ecce mortuus es, quæ me recipiet urbs?
Quis terram confugij, & domos defendentes contra uim
Hospes præbens, eruet corpus istud?
Nullus est. expectans igitur adhuc pusillum temporis,
Num tertium diem illustrem aspiciam,
Sicut ipse dixisti, resurrectionem à morte indicans,
Et ego confisa sum, & perduro fulta spe,
Et quamuis tam te mortuum uideam exaltatum,
Ingemisco mea potius causa quàm tua propter absentiam.
Amissus enim uerius, quàm corruptus es.
Vtinam essem ô fili loco tui mortua.
Perij nate, nec mihi ulla uoluptas uitæ scilicet superest.
Ah ah oculos occupat iam caligo.
Perij, & nunc inferorum expeto domos.
Quæ infra terram uolo, quæ infrà terram inquā tenebras
Iam nunc inhabitare, tuo conspectu priuata.
Infœlix qualem habui modò dolorem ego,
Non ferendum, ineffabilem, imò perij.
Quomodo uerò ex eo qui uoce caret, & occlusit oculos,
Habitura sum consolationem miserrima materi?
In cassum te utiq; ipsa ô fili enutriui,
Qui alimentum cunctis large suppeditas.
Frustraq; laborabam, & attrita sum laboribus,
Dum fugerē manus eorum qui insidiabantur uitæ tuæ, ô fili,
A' primo exordio tui insoliti ortus.
Sed non opinor, etiamsi duco suspiria, etiamsi lachrymo.
Ego te peperi, nouī autem quo pacto genuerim,
Vnde in posterum misera habebam spes
In te sitas maximas, & quod senem nutriturus esses me,
Ideq; defunctam manibus rite linteamini inuoluturus.
Te inquam amabilem hominibus. at hæc perijt mihi
Spes dulcis, te filio extincto.
O' loquelam suauem, iucundum gaudium mihi afferentem,
O' lepidissimum aspectum, ô desideratam
Venustatem ineffabilem, quæ excellit totū genus hominum,
Imago non picta, non picti item exemplaris,
Vt nunc tetro es aspectu, nequeo ferre dum cōtemplor te.
Qui, qui inquam obmutuisti nunc, nec aperis os?
Ede sonum mihi, da, cedo consolationem mihi.
Eloquere quiddam paululum matri infœlici mi fili.
Certè fili cognosco te deum meum, tametsi seras
Mortem miserabilem, me immortalem reddere.
Mortem, immortalem ferentem gloriam,
Et gaudium toti mortalium generi ingens.
Theol. Cohibe præpotens domina numio luctu cōmota.
Volens enim subijt mortem, nec coactus.
Vt omnes deuorantem nunc prosternēs mortem, genus
Vindex adsit Dominus beneficentissimus.
Lebeti aureo uerò impone mihi corpus,
Solerti prudentia me renouabis mirè.
Molestum enim senium scitè abstergens
Pestis hominum perantiquæ mihi tristitiæ,
Adolescentem gratum reddet me pubescentem.

Nam nunc pessima senectus omnes diuexat
Certè certè affligit senium me malorum pondere,
Ex noxa antiquæ matris deceptæ.
Sed ipse effugisse me damna dixit,
Et ad sese matrem rediisse meam
Et terram, & domum qua deserta peruenit
(Consilijs impuris bestiæ efferatæ)
In hanc terram matrem suspiriorum
Vnà cum uiro, quē prius ipsa ignominia notās experta est:
Edocta est inquam misera à miserijs,
Quanta relinquere uber telluris sit miseria.
Et illius rei gratia omnia sustinere se uelle,
Ipsemet prædixit, & lubens pertulit mortem.
Die tertio autem resurrecturum è sepulchro,
Discipulis charis afferentem gaudium ingens.
Cumq; sciret ista omnia, prius clarè dixit.
Iam uerò habent cuncta ista finem.
Defit hilaris dies, isq; unicus.
Eum nunc expectabimus: aderit haud dubiè, ut dixit.
Qui enim trista uera nunc esse comprobauit,
Etiam gaudium ostendet luculentum die tertio.
Nouisti quoq; tu præ cæteris, terminum rerum gestarum.
Reponet uerò tristitiæ loco huiusce & luctus.
Honores maximos per terram tibi & polum,
Implebitq; totam terram præclara fama,
Templaq; tibi extruent mortale genus.
Statim enim in locum istius diræ cædis
Celebre festum huic terræ constituet,
Et terram Solymorum sacrum reddet solum,
Ideoq, decet non modum flere ultra.
Quare ne mea Domina impatienter gemitus trahe,
Neq; oculos attollens, neq; leuans à terra
Vultum, non palpebras à lachrymarum undis.
Quousq; tandem demittes ceruicem?
Manantibus rigans terram lachrymis?
Vindicem oculum omnia intuentis Domini,
Cum scias ocyus letitiam tibi afferre magnam,
Ad quem te intendere oculos, ac solum quidem conuenit.
Nosti enim, nosti, sequetur hæc procœmia
Etiam finis insignis, hilaris dies.
Solam expectare te oportet craſtinam diem,
Vt finem habeat cura, quæ & me mordet.
Deip. Filius mihi alter uideris, ô castissime.
Ipsi enim dixit filius qui mihi unicus est.
Scis ista omnia, quid refert enarrare?
Vt absq; femine pepererim, doloribus absq;,
Rigidosq; effugerim in partibus dolores,
Deiq; filium illum is qui annunciauit, nuncupauit,
Multaq; quoq; egit, quæ solius Dei sunt.
Et qui nunc ferrem nudum & exanimem,
In crucem cernens erectum in altum?
Qui terram extare fecit aquas super,
Ob quem fulgor solis obductus est,
Ipsiusq; lunæ obtenebratum est omne iubar,
Et fissæ sunt petræ præ metu,
Monumentaq; aperta sunt ad demonstrationem roboris,
Ipso ferente supplicium pro ipsa culpa & reatu.
Theol. Hera omnium domina, mater uerbi,
Ipse etiam met obstupui, non ferens aspicere
Horrendum spectaculum, Dominum mortuum,
Cassum spiritu eum qui inspirat uiuentibus anhelitum.
Ducoq; suspiria crebra, & fundo amaram lachrymam:
Spes tamen alit me, & inter lugendum perfero.
Non enim fidem derogo uerbis Domini,
Illa lætissimè fulgens dies tertia,
Finem ostendet fouentis me spei.
Quæ non transierit, quin mori mihi conducat.
Deip. Tertium quidem diem per me sciens, audio,
Rursum à corruptione penitus integrum redditurū corpus.
Sed nunc inimicam diem, infensam aspicio lucem,
Ideoq; ærumnosa ego, illa quondam beata.
Vnde res humanas potius duco umbram,
Nec metuam dicere eos qui sapientes inter homines
Videātur esse, & magnā curā & studiū in eloquētia ponen-
Eos in maximum damnum incurrere. (tes,
Mortalium enim nullus est beatus natura,
Sed fœlicitate affluente celebrior fama,
Quam alteri, contiget uni, at beatus non erit.
Semi. Omnium quæcunq; sunt animata, & mentem habēt,
Nos mulieres sumus miserrima planta,
Quotquot ubi pepererint, etiā mortuos aspexerūt liberos.
Ter enim mori malim, quàm parere semel,
Et mortem cernere enutritæ à me prolis.
At non idem ad te atq; me pertinet sermo,
O' excellentissima ueneranda uirgo beata,
Quæ multo toto es præstantior sexu.
Ego enim uiri uoluptatem quæ percepi,
Pro uoluptate dolores in laboribus foueo,
Et mortalem ut edidi fœtum sciens protego:
Leuiter ferre enim ærumnas mortales conuenit.
Tu autem uiri nescis thorum ô uirgo,
Deum parituram & audisti angeli uerbis,
Ac mortuum ipsum nunc uidens, quomodo fers?
Sinite me, minimè grata mihi sunt quæ ingrata.
Deip. Nunciauit qualia nunciauit, reprehensione carent,
Faustus nuncius, à gloriaq; leta nunciantis.
An uerò falsa sim ego hoc nuncio,
Nescio, locupletes enim habeo fideiussores.
Tamen lugere oportet me: lachrymis enim digna
Perpessa sum multa, & ingemisco, & ploro,
Donec uidero uiuum eum qui iam nunc mortuus.
Semi. Hera uirgo decet te ignoscere,
Si quis ob ætatem teneram uiscera firmiora habens,
Vana garrit, non iudica ista te audire.
Sapientiorem enim nouimus esse te mortalibus.
Deip. Ah, ah.
Toleraui ingenti digna luctu ego.
O' cladem immensam, neq; aspiciendam,
Cæde miseris manibus confecta
Illa quæ uictoriam insignem reportat, inclitū quid effecistis,
In lamentationem in fletus, egregium certamen
Sanguine manantem admouere manum.
Papæ considerantes qualem designaueritis.
Feretis dolorem grauem. si uerò usq; in finem
In eodem perstabitis quo nunc proposito,
Nō fœlices cū sitis putabitis, nos nō aduersa fortuna premi.
At ego isthæc arbitror impunè abitura esse.
Quid enim honesti, imò uerò quid impietatis horum facinus
Pereatis pereatis inuisi latrones, (non cōplexum est?
Qui Dominum cum occideritis, nihil pensi habetis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vniuersam tremere cum uideatis creaturam,
Sed estis perpetrata cæde superbientes.
Chor. Malè actum est omni ex parte, quis negabit?
Tota utem reuera mortalium molestijs obnoxia uita,
Amant nihilominus eam, calamitatibus circumuenti.
At tibi non pax dolor cum hominibus, ô puella.
Quamuis non sola tu tuo separata es à filio,
Non enim similis tuus partus, ac generis humani:
Tamen omnia patienti pectore ferre
In præsentiarum decet, ualdeq; considere.
Ah, ah, ah,
Deip. Vidi quendam ex scelestis ô puellæ,
Qui comminuerunt latronum crura,
Dirigere filij in epar lanceam.
Timeoq; ipsum ne quid statuens insolens,
Etiam aliam mihi calamitatem paret denuò.
Filiũ si uiderẽ etiã mortuũ petulantiæ & iniurijs expositũ.
Eheu mihi mihi,
Spectaculum immane oculis conspicor insolens
Perlustrate, uidete sanguinem confossi cadaueris,
Spectate, uidete ut geminus fons scaturiat
E latere sanguis, & dilutus potus,
Promicuit subitò ut punctus est ense
Iuuenis uiri hostibus ex Ausonijs.
Geminus etiam num ebullit fons inde.
Ipseq; adeò qui pupugit, cõsternatus, clamauit nescio quo fa-
Quod sit uerè filius Dei mortuus iste. (to,
Currit uerò, uidete, & procidit ante lignum,
Caditq; in humum spectro illo uictus,
Pectusq; ferit, & amplectitur solum,
Vbi palum fixit, tinctum
Fluxu defluente ex latere etiamnum.
Hauritq; manibus de liquore, & oculos
Vnxit, ut mihi uidetur, ob hoc ut lustretur.
Chor. Probabile est, ô rex, multa hoc ipso die
Mala ingruitura optimo iure homicidis:
Contra ipsos quippe neutiquam amicos aget aliquid
Vindex oculus Domini omnipotentis.
Veniat ultio, ueniat palàm ensigera,
Et flammigera, celerrimè hisce sanguinolentis.
Est enim profectò miraculum stupendum uisu:
Ille quidem adegit in latus lanceam,
Sed lateris confossi admirabilis latex
Stillauit ilicò, sanguine commixtus,
Horrendũ spectaculum, etiã tremor, me dũ aspicio, inuadit.
Magistram habeo enim ipsam conditionem rerum,
Terræ fundamenta commota, disruptas petras
Monimentaq; mortuorum protinus aperta.
Ipseq; adeò qui punxit, tremebundus concidens tangit.
Deip. O fili, ô charissimum, ô diuinum caput.
Talem declarasti te omnibus, etiam non amicis.
Valde desiderat lachrymas ista calamitas,
Quòd fundis expiantem sanguinem genus hominum.
Etiam maleuoli horrent uidendo res nouas,
Deiq; clamant clarè te filium.
Omnia timent quippe qui notitiam non habent.
Cæterùm qui eiusdem sunt generis, trucidarũt carente om-
A quib. debebas coronã capiti sumpsisse, (ni rationi cæde,
Non quali per ludibrium coronarunt te quodammodo.
At illi nihil curant, ut te mandent sepulchro.
Quomodo igitur ego te à ligno deponam?
Quo autem in tumulo condam tuum corpus?
Quibus ue linteis inuoluam cadauer?
Quomodo etiam pro more patrio canam tibi carmina?
Cuius tibi iusta persoluent manus?
Eheu quid agam, quid me fiet perquàm misera!
Cur ita despondeo animum? parendum est tuis dictis,
Operibusq; quibus declarasti, in testimonium,
Quod quicquid est tibi placitum, idem & possibile.
Multorum penu est insperatorum Deus,
Multaq; inexpectata sæpenumero peragit Deus.
Porrò quæ decreta iam erant, non perducta sunt ad finem.
Tu igitur rei inopinatæ ipse inuenias mihi uiam.
Theol. Atqui ille Ioseph festino gressu
Incedit, nouã aliquã rem habens fortè quam referat.
Rursum aliud mirum & præter spem cerno,
Discipulum nocturnum cum hoc unà accurrere,
Instrumenta ferentem idonea ad depositionem.
O beatum, qui iuxta Dei arcana
Commodè traducit sanctam suam conuersationem,
Et offert per purgationes animam,
Corpusq; ab omni excutiens illuuie,
Et circulo omnium uirtutum coronans suum caput,
Semper colere festinat Deum.
Nam sobrium esse, & colere numen,
Longè pulcherrimam puto, eandemq; sapientissimam
Hominibus esse rem exercentibus.
Ioh. O charissime, ubi tuam uocem auribus percepi
Sapientem, sapiente ex uiro, ex longinquo
Adueni paratus, istum habens apparatum, citò
Quo mortuum sepeliam mihi adamatum.
Decet enim ipsum existentem etiã ante uenerabilẽ, ô amici,
Pro nostra uirili, etiam mortuum ipsum uenerari.
Quomodo conuenit eum demere, quomodo itè ad tumulum
Linteisq; inuoluere? nunc præi me tu (ferre,
Iuuenis senem florens, tu enim sapiens es.
Nam non defatigabor siue aurora, siue uespera sit,
Donec cadauer posuero in nouum meum sepulchrum.
Quantum enim conuenit, non genere
Coniunctum discipulum, istius commiserescit & me.
Theol. Idem uerò citra difficultatem nobis præiuit,
Et omnem facilitatem manibus indit.
Ioh. O rem multo pulcherrimam, domina mea.
Quid filium apud tum illum desolata
Stas, attonita ob tuas ærumnas?
Et tibi solus præstò est discipulus pudicus,
Relicto fratre in cœtu reb. diuinis uacantium discipulorum.
Alij autem abscelæ luctu satiati
Fugiunt, magno præ metu comis arrectis,
Non uiderunt quicquam recentium malorum.
Tu autem non expauisti hostium inconsultam temeritatem,
Ego uereor ne quid statuat noui
Turba infesta, maleuola, cruore fœda.
Grauis enim & obstinata mens non poterit audire,
Si uel mortuum recondemus in preciosum monimentum.
Theol. Nondum enim desierunt, non cepit satias
Latrocinij & pessimæ amentiæ.
Ioh. Laudo te in principio: sed mali dimidia pars hæc non
Theol. Ecquid uerò est, mi senex, ne taceas, eloquere. (est.
Audiui dicentem, non uisus audire

Confessus

Confessus frequentans, ubi sanè grandiores natu
Sedent, sacram circum Solomonis porticum.
Quod istud cadauer non permittat seniorum
Turba, quæ adijt huius principem terræ
Sepelire. Sermo tamen iste num certus sit,
Haud scio, mallem uerò non sic habere ista.
Mihi enim cum concesserit tanquam amico,
Ipsum qui exoraui ut liceret tollere mortuum.
Theol. Actum est, si malum ferendum est
Nouum præter uetus, priusq; hoc exantlauerimus,
De eo quod ipse dixit, die tertio finem
Miseriarum fore, præ lætitia cordis.
Ioh. Non hoc pater filio patietur accidere.
Veteres nouis cedunt consultationibus,
Nec amplius illi cordi sunt hæc decreta.
Ipse quippe peraget, non enim remittet
Iram. apertè dixit, etiam incẽdio cõflagraturã urbem:
Hostes sanè, non amicos faciet amplius
Iustus oculus patris uindicans oppressos.
Theol. Minimè per dominam, quam semper colens,
A filio nunc accepi in locum matris,
Gaudens, quisquam illorum ob hanc uitã deget cædẽ.
Deus enim est, ut cognouimus ex prodigijs,
Quorum tu ipse uidisti multa, & etiam nunc uides.
Nec fugit te solis tanta obscuratio.
Postquam autem inclinauit, & emisit sua sponte
Animam, mors enim nequaquam superior illo,
Nisi iussa uenisset capitis nutu:
Tũ deinde magis horrendum licebat spectaculũ uidere.
Terræ fundamenta commota, fissas petras,
Monimenta mortuorum uidisti patentia.
Cum uerò pòst uenit uibrans hastam,
Ferit assistens imum latus ense,
Florenti ætate uir: ictus namq; audiui
Plagam grauem sulcum uulneris uides.
Ille quidem fixit in latus hastam,
Latere transfixo uerò mirabiliter aqua
Stillauit ilico, sanguisq; non temperatus.
Geminus enim stillauit fons ibidem,
Dirum spectrum, omnibus autem erat metus attingere.
Ipse autem qui uulnerauit, perculsus clamauit nescio qui,
Iste præsens mortuus est filius Dei.
Aerumnosaq; mater comminus astans patibulo,
Procumbit gemitum edens, ac sanè adplicat se ligno,
Eiulauit uerò statim, & amplectitur pedes,
Et inanibus hausit gemini scaturiginis laticem.
Osculataq;, loquitur talia: O diuinum caput,
Mortalium quidem ipse uita functus curam geris apertè,
Et exoneras, tu qui es piaculum humani generis.
Te uerò nemo curat condere sepulchro.
Postquam autem à luctu & lamentis cessauit,
Cupiens impollutum resuscitare corpus,
Inhærebat, sicut hedera ramis lauri.
Tandem defuncta luctibus ait:
Quid ita mœrore conficiorẽ credendum est filij uerbis,
Operibusq; quæ edidit in testimonium,
Quod ipsi quicquid lubitum, possibile sit.
Et rebus incredibilibus uiam ipse dat.
Hæc dixit, & extemplò uisus tu mihi es.
Ioh. Mira narras, & res ipsa docet,
Cæterùm tu, non enim est tempus opportunum sciẽdi hæc,
Domina quietẽ age, & cohibe sermonem.
Et quantum potest, isthæc omnia absint,
Et ne appropinquetis comminus deliberantibus,
Néue accesseritis, sed cauete alicubi
Ferum ingenium, odiosæ indolem mentis.
Deip. O strenui heroes saluete, ô amici ambo,
Nicodemus unà cum Iosepho generoso.
Opportunè ueniistis, bene sanè bene feciistis,
Fidis amicis enim aduersa res est, si res amicorum
Cadant malè, & animos percellit.
Festinate, nunc festinate, deponite,
In hoc enim uenisse ambos nunc uideo.
Ascendite, ascendite ocyus, ut mihi mortuum
Deponatis, dominicas ulnas
Vt amplectar, & omnes artus,
Osculans carnes, quas enutriui.
Ioh. Exi, abi, ne te aliquis cædibus opertus
Malè tractet, nec aspicere dignetur.
Nos uerò ascendimus, ut uides, & cadauer
Deponemus manibus proprijs citò.
Ac chare Nicodeme tu prior ocyus
Insiste impactos scalæ super gradus,
Refixis clauis soluens à bis sculpto trabe corpus
Leonis, quo gaudet assecutus prædam populus.
Tu uerò exi quàm primùm, licet flens,
Nam ista congrua sunt: nec habes robur, ut
Hæc immutes, etiam si gemis & ploras.
Deip. Miseram me, infœlicem, si filium non uideo
Licet mortuum, donec tumulus eum capiat.
Fugiam sed populum, ne quid mihi etiam accidat,
Filio enim fine, quis amor mihi huius uitæ?
Deflere mortuum mihi filium & sepelire concede,
Attrectare pedes, & amplecti membra.
Age ô misera manus mea mortuum tene.
Ioh. Non non admoueas manum, nec attigeris mortuum,
Non inquam: nam ipsum ego humabo manibus,
Nicodemo assumpto cooperario,
Vnguentorum copiam qui affert abundantissimam.
Quo nullus ipsum hostiũ petulãter & cõtumelioſè procul-
Peplosq; detrahẽs, corpusq; asportãs è sepulchro. (cet,
Nam ut decet generis communione non
Contingentem, etiam ego mortuum honoro amicum.
Quomodo igitur efferre, aut quid non agendo
In mortuum nos, tuo gratificari animo possimus,
Dispice. meis autem usa consilijs,
Tacitè fer: fiet enim totum negotium decorè concinneq;.
Neq; crudum in tuum filium mortuum uideris.
Esse enim me Iudæum non inficior,
Cæterùm tantum non potero unquam,
Tuũ ut credam filium nõ probum integrumq; fuisse,
Non si uniuersum hominum dicat genus,
Et si montanam literis impleat aliquis
Syluam: nam ipsum bonum esse compertum habeo.
Extende tamen manus regina, unaq; puellæ,
Et suscipe mortuum filium tuum dilectum.
Et defle, ut cupis, & contrecta membra.
Deip. Rectissimè locutus es, inter bene meritos de me
In posterum iam, & amicos numeraberis magis.
Nam uictoria nobilis ad famam peruenies magnam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare senecto gratißime Ioseph cape,
Vlnis complectere filium, & adplica propius.
Tene, tene nunc, & erige corpus,
Attolle caput, cubitum inserens ceruici eius,
Ad dextram, latus uerò eius subleuate.
Theol. Extende regina manus, atq; aliæ puellæ,
Suscipite mortuum, qui mortuis uitam suppeditat,
Etiam ego pro uiribus suscipiam.
Deip. Age ô misera manus mea, mortuum prehende.
Heu heu quid uideo? manibus quid nunc gesto?
Quis est iste quem mortuum manibus teneo?
Qui etiam ipsum misera timida
Pectoribus applico? quo lamentabor modo?
Ipse mihi dones, & ut te affari tanquam mortuum queam,
Et omnes utinam amplexer tuos artus, mi fili.
Vale, postremò te cernens nunc compello,
Quem nec ipsa quæ in lucem edidi, debebam mortuum
Iam nunc aspicere, perditum te ab iniquis.
Cedo ut cum osculo ualedicam matri dextram manum.
O' suauissima manus, quam ego sæpius prensaui,
Arctiusq; inhærebam, ceu hedera ramis quercus.
O' iucundum uisum, gratißimum quoq; mihi os,
Et formam, & faciem generosam nati.
O' dulcißimam adpressionem labiorum.
O' diuinum & incomparabilem colorem, anhelitum quoque suauißimum filij.
O' diuinam odoris fragrantiam. nam etiam in malis
Cum essem, sensi te, & resöcillata sum pectore.
Quid uerò tanta cum ignominia uoluisti mori?
Quid parentem matrem orbam te
Feciſti? heu utinam commoriar tibi, mi fili.
Mori mihi melius esset, quàm mortuum te aspicere.
Qui enim à muto & eo qui compressit oculos
Habebo solatium? quomodo uerò potero durare?
O' corporis dulcem spiritum, frustra utiq; te
Aluit fili mamma mea, in fascijsq;
Nequicquam laborauit, & attrita sum laboribus,
Iam inde à primordijs tui singularis ortus,
Profectò ualde uiuens, ualde etiam ad inferos descendens,
Omnipotentis fili meum perculisti animum.
A' primis autem primò ordiar recitare.
Superbia quidē quæ in peccatū illexit omniū nostrā matrē,
Et patrem antiquissimum, à quo mortalium genus
Propagatum est, & demessuit pulcherrimam messem,
Vt párerē ego, effecit præter omniū expectationē, te ô fili,
Gloriosum, ut decreuit tuus genitor,
Priusquam facta essem uel ego, uel omnis creatura.
Postquam autem nata sum patris puto tui iudicio,
Nutrit me pater non in quibus homines incolunt laribus,
Sed mater commendauit sacram in ædem.
Illic educatam manibus angeli insolito modo,
Tempore opportuno uiro modesto tradidit me
Senatus totus, ut custodiret legtimè.
Non absq; numine etiam hoc, sed diuino iudicio,
Vt irrefragabiliter probationem suo tempore haberem,
Et informatorem filij, cuius ortus singularis.
Maneo enim adhuc uirgo, ubi te peperi,
Ipsaq; me ipsam noui ut casta permaneam.
Tuq; ipse nouisti, ut qui omnia cognita habes apertè.
Te autem à me edito, ex patre Deo,
Absurdos obiecerunt multi mihi sermones
Mendaces, peperisse dictitantes ex aliquo homine.
Et non satis habuerunt ista per calumniam obiecisse tantū,
Sed percurri fugiens etiam in Aegyptum,
Pertuliq; multa, & attrita sum laboribus.
Sed uidi res stupendas à te gestas,
Ac omnia conferens & stupefacta,
Non mortalem credebam te, neq; timebam moriturū esse.
Sed te patris Abrahæ pactum quoddam
Et deprecatio intercessioq;, quiq; infiniti fuerunt patres
Et iusiurandum quod iurasti, ad salutem (grandæui,
Mori persuaserunt, & subuenire generi.
Inde est quòd sustinuisti tam partum quàm obitum.
Sed & ego præmium non ferendi laboris
In ulnis tenens, mortuum te, ô fili,
Desleo te acerbè, & ingemisco & ploro.
Lamentor, artificem næniarum aliam non adducam.
Velamentis te Ioseph decenter amicire
Promptus est, insuper etiam struere sepulchrum,
Et simul effundere plurimorum delicias unguentorum,
Quas Nicodemus adest animosè apportans,
Exiguū testimoniū propensi animi erga defunctos amicos.
Quid enim utilitatis ex unguentis ad mortuos redit?
Mortuorum rebus consulet, & prospiciet pater tuus,
Quos omnes ipse tu, tanquam spolia reduces
Ex inferno, quos coercuit, quos rapuit,
Et alligauit uinculis, in caligine crassa obducto tecto.
Mysteriorum autem horum arcanorum spectra
Commonstrauit pater, filio maclato solum.
Dixit mysteriorum gnarus consobrinus tuus,
Maximus inter omnes, ut dixisti, theologos,
Quem populus tradidit Hebræorum ad lanienam,
Autoritate præditum ciuē, & inter plurimos uirū qui solus
Præ se tulit, purum, nudum, immunem uirum.
Alimento præterea inculpato ab omnibus usus est,
Veste uili amictus.
Sed solis illis uilis & abominabilis, qui dediti sunt uoluptati,
Squalens, sordidus, duram agens uitam,
Qua patet uasta solitudo,
Alucum ubi rapidus Iordanis fluit.
Nam sepulturæ edidit specimina auspicata,
Qui tres dies fuit in profundo propheta.
Et hæc sciens, memet oblecto,
Dum expecto etiam sepulturæ uidere finem.
Sic ergo pertulisti, ô fili, tam moriem,
Et hæ sunt præsentium gestorum causæ tibi,
Qui festinasti mori, & opem ferre mortalibus.
Interim non Iudas, neq; miser Pilatus
Duplicem pœnam effugient, sed ipsos puniet
Iustus oculus patris uindex,
Vrbemq; totam, & exercitum crudelem.
Feciſti, feciſti, noli putare clàm ea esse,
O' Ponti, iustitiæ oculum omnia perlustrantem,
Etiamsi manus abluisti, tanquam alienus à cæde.
An' non proditor proiecit mercedem cædis?
Quem oportet quidem collo adigere ensem,
Oportet & miseram ceruicem immittere laqueis,
Aut in fluctibus ceruleis consumere corpus,
Postquam præcipitauit in mare piscibus escam.
Quod si simpliciter uirum uendidisses miser

(Conuer-

(Conuerto enim ad te personam orationis)
Si quem prodidisses alium ad necem,
Lege ciuium periculum sustineres utiq;.
Nunc autem qui te multis dignum iudicauit donis,
Redemptorq; totius aduenit à patre generis,
Vendidisti, dedidisti ad cædem, ex inuidia,
Et ultionem quam te non subire fas est?
Ioſ. Iam sententiam tulit iniustissimus æquissimè,
Discipulus teterrimus, qui tradidit Dominum,
Visus est pensilibus in laqueis pendere.
Ex laqueis autem mox ex alto in terram decidens,
Alliditur humo, cum mille eiulatibus.
Malo enim uicinus cum esset miser, non agnouit.
Rectè sanè, rectè iudicatum est: prosperè succesit uindicta.
Deip. O' fili, quàm sanè tibi pater est potens,
Qui rectè exaudiuit meas preces.
Percussit ipsum malleus, ut qui te prodidit,
Infidum, impium, nefarium, iniquum.
Furem enim existentem, & Dei concinnatorem cædis,
Et nolentem conuerti ab improbitate,
Sic oportuit ipsum tali mori fato.
Pereat pereat optimo iure facinorosus.
Commoditas maxima est in conuersione ad effugiendum.
Est numen aliquod, est robustum, magnum:
Est præterea & prouidentia, & iudicium Dei.
Respuit, nullus impius Deo gratus.
Prehendite, ferentes in recens quod supereſt sepulchrum,
Procedite, sepelite beata tumba mortuum.
Habet enim qualia decent honesto loco natos uclamina,
Leue solatium mortuis.
Puto interesse, mortuorum parum,
Sponte quis adipiscetur exequias?
Vana autem ostentatio sunt iuuentium hæc.
Velate itaq; faciem quamcelerrimè peplis,
Attingite manibus, sepelite hoc loco mortuum,
Qui necatus est regem Iudæis ab.
Tollere portando modò extinctum conuenit.
O' fili, omnium authoris Dei summi opificis,
Quid enim peragent homines absq; te?
Quid uerò non Dei obnoxium imperio harū rerum est?
Io, io, io.
O' rex rex, quomodo te deflebo?
O' Deus meus, Deus meus, quomodo te uocabo?
Animo ex amico quid tibi tandem canam?
Iaces enim linteaminibus istis inuolutus,
Fascijs prius qui inuolutus eras.
Nicod. Fer ô senex strenuè ter beatum,
Rectè accommodemus, ualidum autem quo
Corpus summa cura collocemus in urnam ponè.
Ioſ. O' iucundissimum uultum, ô teneras malas.
Ecce tegmine isto mulicbri tuam obuelo caput.
Sed sanguine tinctas & sauciatas
Partes corporis ac membra, peplis nouis tego.
Et latus confixum totum cruore oppletum.
Deip. Imò per Deū cōmuni opera incūbite, nā res postu- (lat.
Nam instat iam nox & crepusculum.
Erigite intendendo beatum collum.
Aliquantisper hæc custodia domus est charo domino.
Portate eum, ut cernens corām
Quo deponatur filius, ibidem lamentans maneam,
Donec tertia illucescat dies dulcis mihi.
Proh luctum, quale quale peractum est fili.
Communis iste est dolor omnibus credo mortalibus,
Communis iste dolor omneſ ex improuiso occupat.
Occupet autem & omnibus cōmune utinam gaudium me.
Ioſ. Sequimini me, feramus beatum onus,
O' quantis perpessis, post mille preces.
Obtinui hoc, cum impetrassem Domini ex dono,
Nudum tribus clauis transfixo positū in ligno accipiens.
Papæ per illum ipsum obtestor, uiri fitis intrepidi, (nitati.
Corpus manib. attingite eius qui diuinitatē cōiunxit humanitati
Et commodè sustollite, trahite iterū intētis simul uiribus.
Ecce enim, ut apparet, propè est sepulchrum.
Eheu mulieres terra Galilææ oriundæ,
Iam collocatus est, & occultatur lapide.
Agite, ite puellæ, & contemplatæ mortuum,
Compellate eum, & deducite ad terram,
Vt nullum unquam alium generis redemptorem Io
Videbitis iacentem, ista Iudæis placent,
Procedite, pergite, non amplius aspicere possum
Sepulchro abditum, & tectum petra,
Qui è petra scaturiuit aquam patribus,
Et nunc petras dissidit suspensus,
Mortuorumq; monimenta aperuit sua potentia.
Deip. Stemus autem parum, ut alloquar mortuum,
Migras desiderate fili in inferni domos.
Celas uerò occultationem, quam tu celatam uis,
Vbi ueneris in Plutonis opacam tenebris domum,
Inferno uerò acerbissimum aculeum infliges.
Abis ad mortuorum latebram, & tenebrarum portas,
Cupiens illuminare & illustrare genus,
Adamq; excitare patrem omnium hominum.
Quorum gratia speciem adsumptam mortalem geris.
Veniſq; ad tartari densissimas tenebras,
Occisus ab hostibus, matre misera yelicta.
At beneuolentia patris te interficit,
Istud supplicium aliorum est salus.
Istud bonum, quo ad mortem, uenit tibi à patre
Luctus acerbus, terra te fili capit,
Penetrantem ad Plutonis atri portas.
Inferis acutissimum infigis telum.
Etenim ob hoc ipsum descendis solus,
Rapies autem mortuos, non corripieris tu à mortuis,
Asseresq; omnes, existens liber solus.
Vnus enim uir hæc audens, eò peruenisti.
Detnuerunt autem luctæ, quæ expectabant tuum finem,
Victoriam ex eo contra hostes obtines.
Infernum, serpentem, mortem fortiter caleans.
Sapiens, sapiens tu, & prudenter subiisti mortem.
Nam communem mortem tua prosternis morte,
Et in terra confirmans indues gloria,
E' terra promicans, & afferens salutem,
Ad similitudinem patris commutato corpore.
Iterum namq; uenies, inclytus erepto genere hominum.
O' rex, rex perennis, tu Deus manens,
Formæ tuæ connexisti uiri naturam,
Et nunc in inferni descendis domos,
Festinans lucere, & lucem infundere caligini.
Vbi, ubi reliquisti hanc maleuolorum terram,
In quam primò uenisti, Israelis domos,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Perditas oues pascere cupiens,
Et promissiones perficere patribus,
Formæ ubi copulasti diuinæ hominum naturam.
Te enim pater generat quidem constanter, & sine motu per
Ego contrà te peperi casta permanès usq; (petuo,
Formam sumentem ad diuinam etiam humanam.
Sed consanguinei tuæ matris, quos minimè conueniebat,
Miracula multa ipsis edentem,
Non dicenda prophana, ut sciat uulgò,
Seruatorem te negabant prognatum esse Deo,
Sed me desponsatam ex mortali aliquo
Peperisse te nugabantur, & nuptias fallentem,
Lecti probrum ad Deum etiam tanquã autorem referre,
Idemq; occidere te accelerarunt præter ius ex inuidia,
Hostis ex astutia. quare ipso iam iugulato,
Ob alias omnes pessimas uersutias & artes,
Compesces eum qui concitat uersatq; mundũ suis sutelis:
Ac ipsum ferreis constrictum compedibus,
Constitues malum executorem omnium scelerum, ô fili.
Hos contra ipsos è terra exiges,
Alijs uerò dabis & urbem & imperium,
Vt per symbola significasti iam antè tuis amicis.
Quibus rebus choragum ages, & rata firmaq; reddes tua
Mysteria, ut sis manifestè Deus mortalibus,
Sicut in cœlo cunctis. porrò in aliam terram
Rectè compositis istic rebus, translatum excitabis imperiũ.
Oportet enim ciuitatem istam perdiscere, etiamsi nolit,
Nunc ignaram tuorum mysteriorum,
Aliamq; quamcunq; terrigenarum coloniam,
Quæ cũ Deo pugnat in his quæ te spectãt, & à fœderibus
Descisens, in precibus aut nullibi meminit,
Nondum enim miseri cognouerunt prolem
Venisse patris è cœlo ad terram infernè.
Ideoq; ipsis ostende, quòd tu sis Deus.
Ostendes autem omninò, si Iudæorum gentem,
Ex ira armis eijcere sua terra uolueris,
Simul omnes impelles Ausonum duces,
Quos sibi imperare potius uoluerunt stultè,
Tuum dominium quasi pertæsi.
Pœnam namq; uideo unà cum morte salutifera,
Ignem in proximo esse ædibus, & domorum rudera
In cinerem redacta iam, ignis inextinguibilem flammam,
Perpetuam Dei urbem tali iniuriæ obnoxiam.
Laudo autem iudicium ineuitabile, quod solum istud
Dat omnibus cæsoribus tuis, ô fili.
Qui Lydorum celeberrimas relinquens urbes,
Phrygumq;, Persarum apricos campos,
Barca mœnia, hyemalem uerò terram
Medorum transgressus, Arabumq; fœlicem,
Gentes remotissimas & tenebris mersas,
Omnemq; Asiam, quam ad salsum mare
Græcis sitam aiunt, Barbarisq; simul,
Diuites habentem pulchris turribus insignes urbes,
In hanc primò uenisti Hebræorum terram,
Quæ te in tumulum reponit trucidatum.
Io Dei palatia, & urbs grata,
O turrita ciuitas Dauidis terræ,
O domicilium priscorum prophetarum,
Dei cæsorum spelunca ut iam facta es. (cædem?
Quomodo te gemitu prosequar? quomodo te lamẽtabor ob
Sed ô relicta Galilææ regione
Mearum chorus sodalium, quas comites mihi
Illinc trahit, peritas & imbutas mysterijs,
Ille qui iam mortuus est, ab in fouea collocatus,
Ommittite solenne apud mortuos nænias,
Tequibus autem lamentis nunc ipsum celebrate,
Deinceps regem uiuentẽ lætis faustisq; acclamationibus pro
Vt est spes certissima mihi. (sequimini,
Discedite, discedite, non amplius sum aspicere
Potis ipsum, & insuper tam sepulchrum, quàm lapidem.
Cedamus igitur, cedamus charæ puellæ.
Ite ite, & abeamus leni gradu
In domum, in qua muliebris habitat sexus,
Mater ubi inprimis Marci Maria,
Sacris initiatum quo chorum puto concurrere.
Et illic expectabimus optatæ lucis cursum.
Aut potius discedamus in iuuenis domum,
Quem mihi adoptauit in filium filius meus unicus.
Chor. Certè probè hoc, nec aliter fiet, dicis.
Illò conuenit, ô hera, nunc abire,
Quo propius existẽtes apud sepulchrũ omnia obseruemus,
Totoq; die crastino quietem agamus
Præcepti gratia, & expectemus crepusculum,
Crepusculum illustre tertiæ diei,
Vtq; proficiæ clanculum seruiatis consuetudini.
Eamus igitur, eamus, cedamus à sepulchro,
Antequam hostium aliquis accedens deprehendat.
Ostendamus locum ubi noctem transigere conueniat.
Deip. Ecce te fili relinquentes solum
Abimus, ubi mansio est fœminei sexus,
Ad domum filij, cui me commendasti fili.
Oportet manere apud syluam prope sepulchrum.
Ios. O charissime uir, licet mortuus, à me tamen
Inter charissimos semper numeraberis longè,
Vale, postremum te nunc ego compello.
Theol. Natales honestas non per inuolucra edisseram,
Homo iste est, idemq; Deus, Deo satus.
Clarè enim ipsum ex rebus gestis
Deum iudico. quod uerò mortem attinet,
Sapientem prouidentiam causam facio, & iudicium,
Per quod interitus generis humani dissoluetur.
Ipse quoq; humi repens hostis generis
Conteretur nunc, neci datur, occiditur.
Iugulabit enim ipsum, & contratraijciet genus humanum,
Poli utriusq; perquàm inclytus Iesus rex,
Suppliciaq; fratrum & patris primi tollet
Antiqui senis, qui mortale genus
Seuit in terra, regione expulsus
Fraude draconis uersipellis,
In urbem uerò collocabit beatissimam.
Atq; hæc illius mors efficit.
Atq; ob hæc etiam mortalis natus est:
Horrendorum autem hic uir miraculorũ uisus est plenus
Erga istum mundum, quorum tu multa non ignoras.
Cumq; uisus esset optimus uir esse, perit occisus,
Iterum autem resurgens, & Deus esse conspicuus erit.
Quod si in cœlo fuisset, bonum esse nesciremus,
Ab exercitibus hymnis celebratus solis cœlestibus.
Tacitamq; gloriam habuisset in cœlo,
Causæ hæ sunt ortus ac fati.

Summa-

Summatim uerò ut dicam, hominum salus.
Etenim mortuus est ab ijs quos minimè id decebat,
Inq; uinculum coniectus est, & uerba irrisorum.
Hæc populus antea dilectus,
In suum benefactorem contulit, obturatus inuidia.
Et hæc quidem passus est ille lubens.
Quæ uerò contrà pati oporteat populum, nõ celabo mala.
Relinquet oppidum barbaris, cedens inuitus,
Seruus, inquilinus, est enim hoc fatis constitutuum,
In omnem terram barbarorum deportari,
Hastis captiuos, post multa perpessa mala. (refertam
Interfectoribus enim omnibus euenit omnis generis incolis
Relinquere urbem istam, nefandi sceleris
Pœnas luentes, propter eum quem interfecerunt, moti inui dia,
Et non amplius uidere patriam: non enim fas
Manere occisores in sepulcris interfectorum.
Vrbes uerò ad multas peruenient, iugum
Seruile trahentes infausti,
Lanceis capti, oraculum ut canit Dei,
Passim dispersi. Non reditum autem amplius
Miseri habebunt, neq; regressum,
Ex quo deuastabit eos innumerabili exercitu,
Dnx lanceis Ausonum accurrens.
Hæc non mortali patre prognatus dixit
Aliquis denuncians, sed ex Deo, sicut ille ipse est,
Qui nunc mortuus est, prædixit omnia cum uirtute,
Non edoctus à uatibus,
Sed ipse potius omnia uates docens antea.
Iste uerò quam cladem accepturus sit, referam,
Venditor fœdus, exstipatorum numero.
Ipse quidem dixisti, quòd insania correptus præ dolore
Laqueis pendentibus immissum collum exeret:
Tum deinde delapsus, in binas partes disrumpetur miser,
Videbitq; diram diem, nec cessabit
Ruptus miser, nec decliuem
Infernum transiens, quietus fiet
Ingemiscens absq; oblitione, & clamans ob nimios labores.
Ac rapidus ignis istum recipiet.
Ios. O amice quàm in enormia ais ruituros mala
Omnes, neq; adeò ipsum, cognatosq; simul omnes meos.
Etiam ego infœlix ad barbaros deueniam,
Aut quò me uertam patria depopulata?
O fortissimum pectus gerens contra Barbaros quondam
Vrbs, inclyto nomine priuaberis nimirum.
Vale ô palatium, uale ô patria urbs.
Relinquam, relinquam te infortunatè seruus factus,
Hastis subactus, barbarumq; uidebo solum,
Nisi senem existentem me præuertat mors.
Quem utinam uideam in patrio permanens solo.
Intellexi enim oraculum, quod sic habet.
Theol. Tua quidem uoluntas pia mi senex,
At cognatus tibi populus soluet pœnas.
Dignas quidem se, attamen doloris plenas.
Ipse autem se ipsum authorem huius pœnæ fateatur,
Non enim quicquã proferet ad excusandum se, quòd forsan
Non uenerit, non opem tulerit, nec conuersus sit ad ipsos
Benefaciendo eis & olim, & nunc benignissimè.
Quos enim non misit præcones olim?
Quibus autem muneribus non impleuit ipsum inauditis,
Quem eductum ex acerba tyrannide,
Gentium regem fecit potentissimum magnum,
Et qui contermini sunt Basam, & Amorrhæorum terram
Cum gentibus fortibus commissus à fronte,
Perfregit Peltam, illa re in seruitutem redigens.
Præbuit hæc, quarum rerum pedib. conculcãs ingẽtem gra-
Tradidit ipsum ad cædem sanguine pollutis. (tiam,
Qui postea quidem uenit, tamen tempestiuè:
Prophetæ enim & lex longo tempore
Desudantes, pugnantes, non inuenerunt finem.
Christo autem lux unica solis sufficiet,
Vt inferni ædibus dirutisq; iterum
In terras redeat, peremptо omni dolore hominum.
Horum enim gratia mendici assumpto ornatu
Intrat infernum: multa uerò inde spolia
Reportans, uidebitur inferorum inspector uindex.
Interfectisq; custodibus, & portitoribus,
Isthinc redibit, ab omnibusq; cognoscetur
Auxiliator, propensissimus existens benefactor.
Quem consanguineus interfecit populus inuidia,
Qui uerò cum nulla ei iuncti essent cognatione, (pulchris,
Eum tanquã onus excusserunt, partim quidẽ in aggestis se-
Partim uerò in monte, & spelunca & terræ uoragine
Frigidum uentum, sitibundumq; ignem Dei
Expectabunt, expectantes non in cubilibus,
Neq; tunicis mollibus induti,
Neq; in auro fulgentibus domibus dormientes.
Sed hi cultris, ense, & gladio
Cadentes declarabunt fidei ueritatem & constantiam,
Non illam quam scilicet habet uẽditor, & trucidator bene-
Quos pendere iustum est pœnas. (factoris,
Te uerò postquam resurrexerit, facile eripiet,
Quem decenter deposuisti in nouo sepulchro,
Ac beatorum in sedes collocabit,
Tubæ clangore à mortuis excitatum exhibens.
Oportet enim te spirantem cædes relinquere urbem,
Et mansuetorum incolere te solum fœlix,
Te qui Deus iam uideberis humana immutata (noxium,
Crassitudine, & quicqd mortale, abiecta, q, corruptioni ob-
Quam ex deceptione contraxisti, quippe mortalis existens.
Horum uerò nihil canebat ex sermonibus uatum
Præceptor, sed didici ipsis in pectoribus reclinatus,
Sic fore Deo dilectos,
Ego intellexi Domini pectori innixus,
Itaq; ex abysso multa hauriens sapientia.
Ios. Sapiente à uiro decet sapiens quiddam discere.
Credis te iterum ipsum uisurum in terra?
Theol. Credo, ostendet posterа splendorem Dei,
Vnam solam expectare me oportet crastinam. (Deo,
Ios. A nobis quidem tanquã magnus aliquis qui uenerit à
Simpliciterq; mortuus, ut mortalis, tumulatur,
In sindone, unguentisq;, matre ex mortali
Visus, illaq; natum erat mori debitum.
Si uerò tanquam Deus, nunc dominabitur etiam morti,
Habebitur in posterum, ut Dei filius, & quidem unicus,
Omnibus colendus qui id sciunt Deus.
Luctus uerò est exiguus edito matre ex mortali
Iaceat, nam ex tali prognatum erat mori debitum.
Nobis quidem ista ratione nunc honoratus est amicus.
Ipse uerò si quid agere tanquam Deus uolens potest,
Tempus instat, lux enim tertiæ diei

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non procul abest, & res apparebit.
Theol. Confido, omnibus diem liberam
Radium tertiam solis afferre.
Videam uideam iucundissimum diem istum.
Vtinam utinam amicus miraculum hoc uideam ego.
Nunc autem discedamus Nicodeme operarie.
Pergamus nos, atq; bona precemur
Et pro populo, quamuis existente sæuo,
Et pro patria, ne quid Deus singulare
Faciat: saltem diem fruamur nos ambo uita.
Quin & tu charissime uirgo cum pudico adolescente,
Ad ista adiuta nos amicos.
Certè & tu adiuua, quamuis lugeas,
Domina mater eius qui duas naturas cõiunxit, ut sermo
Adolescentis persuadet mihi discipuli tui filij.
Deip. Abi, & potentiam enuncia mortalibus,
Vnà cum Nicodemo nocturno discipulo antea,
In præsentiarij uerò tecum omnib maximè cõspicui amici.
Theol. Læti ite, nihil usquam pauentes.
Vitæ dux enim honestæ tranquillitatis,
Et sinceræ charitatis & amicitiæ est,
Et sapere rectè, & modestiam seruare in uita,
Seruat omnia, ut immota maneant.
Deus etenim nouit omnia, & sapienter iudicat.
Io. Tu sanè persuades, tuisq; fidem habeo dictis,
Ordinemq; seruans sum libera metu.
Theol. Ite, etsi res ipsi placet amicorum,
Ipsiq; experiemini re ipsa mea uerba.
Vos autem sequimini nunc puellæ unà cum matre mea,
Sequimini, Christo in pectoribus armatæ,
Exterritæ nihil, quin sequimini me.
Monstrabo enim domum in qua pernoctandum sit.
Atq; adeò illa est ad dextram domus hic.
Iam nunc diuertite, etenim noctis
Non parua præteriit, quantum uideo, pars.
Iam uerò aurora apparet, fugiunt tenebræ.
Deip. Eheu mi, eheu.
Anima sollicita, corde mœrore pleno,
Somnus palpebris meis quomodo incidet?
Eheu fili mi, tuæ mactationis iniquissimæ.
Væ miseræ mihi ob facta contraria,
Non enim consona hæc his quæ ego speraueram,
Quamuis conueniant cum his quæ prædicta sunt.
Pertuli maximas calamitates etiam prius, ô nate,
Iam inde à principio tuorum insolitorum natalium,
Sed sequebatur mox calamitates lætitia,
Te præsto existente & dissoluente anxietates.
Nunc autem grauissimum dolorem, ah ut potero ferre.
Quid igitur, agè, uah quæ passa sum qb, neq; cõsilio nec au-
Demulcebit aut sedè oculi somnus q tãdem (xilio mederi ẽas.
Semi. Nos quidem ô Domina humi stratæ,
Reclinatæ sumus corporibus relaxatis,
Adolescentulæ, uetulæ, uirgines q; adhuc innuptæ,
Aliæ aliarum tergo fulcientes capita,
Aliæ uerò genis supponentes manus,
Et aliquãtulo tempore rapuimus somni paululum quiddam.
Tu uerò non dormisti, neq; refocillasti corpus,
Per totam noctem gemens & dolens.
Per totam enim oculum uigilem noctem circumfers.
Quousq; permanebis tandem assidens
Expers somni, oculis planè non conniuens tuis?
Aurora ecce illuxit, & per uiam publicam
Discurrit populus sursum ac deorsum.
Terramq; ambiens sol lucem afferens
Radios emittit, calorem diffundens per terram.
Deip. Filium positum mortuum uidens in sepulchro,
Non deberem lugere, & gemere, & fiere,
Donec uideam uiuum iterum è sepulchro?
Somnus autem meis qui palpebris incideret?
Sem. Etiam ego sollicito corde omisso somno (ctâ,
Iaceo, utens seruili ex herbis & gramine thoro, humi porre
Et neq; grauatæ cibo somnus obrepsit, neq; dormiui, nimios
Tuos, ô uirgo, audiens, & gemitus. (luctus
Deip. Surgite surgite, cur ô mulieres cunctamini,
Exite, abite parum, uia qua itur in urbem,
Quantum prodire mandatum permittit.
Fortasse aliquid discetis insolentius:
Vulgus enim uos nescient, nec est quod metuatis.
Chor. At enim sectatorum quendam uidere uideor
Celeriter tetricum huc cum impetu tendentem:
Apparet nouorum nuncius esse indiciorum.
Nunc. Quò nunc profectus inueniam Iesu matrem?
Dicite mihi, ô mulieres si quidem scitis mihi,
Indicate sanè, num domos istas intrat?
Semi. Ea, ut ipse cernis, domos intra manet.
Nunc. Domina mater præceptoris mei charissimi,
Etiam nunc cura & sollicitudine dignum porto sermonem,
Tibi, & discipulis, & mulieribus tuis charis.
Deip. Opportunè ades, quamuis nuncians metum.
Quid uerò est, nam aliqua calamitas noua?
Nunc. Magna turma armata ad sepulchrũ proficiscitur:
Cuius autem rei gratia, conijcere planè nequeo.
Adsum aut nõ quidẽ audita re manifestè, sed fama quæpiã
In populo ferebatur, quòd custodes
Veniant sepulchri. & unus quidem licet nõ uiderit, dicit:
Alius uerò qui uidit eò incedentes, non potest dicere.
Rursum alius scire se qui dicit aliquid, eloqui non uult.
Præter unum aliquem, qui dixit scribas accessisse,
Et hæc persuasisse domino huius terræ,
Vt mittat custodes, & obsignet sepulchrum,
Ne forsitan furto auferant discipuli cadauer.
Ideoq; ueni ad te isthæc renunciaturus.
Deip. O' consutor malorum intolerabilium mihi
Scribarum turba & seniorum.
O' mortifræ author audaciæ.
O' confector cædis Domini.
Quam ubi intellexeris qualia audeas temere,
Recipies telum acutum quoddam corde,
Grauissimo cruciatus dolore. Quod si uerò ad finem usq;
In hisce persteteris, quibus iam nunc malè uersaris,
Non feliciter putabis res tuas esse saluas
Ex amentia & mala temeritate:
Cognosces tamen deinceps, quòd nihil inde fructus tibi sit.
Quomodo enim erunt cadaueris fures, qui uix
Cruentatas uestras manus effugerunt?
Propius accedere uerò quis ipsos persuadebit ad sepulchrũ,
Adeò trepidos & ualde horrore correptos?
Abi abi, & custodi sepulchrum,
Certè certè phalanx abi, & tutò prospice,
Testis enim fortassis resurrectionis eris.

Semi.

Semi. At nos dilectæ hoc loco maneamus denuò.
Næ næ maneamus quietè in domo,
Nec abeamus ad sepulchrum Domini,
Sed progredi expectemus noctis tenebras.
Deip. At enim ecce labitur subitò caligo,
Quod supereſt, discamus tacitè à custodibus, citum
Quomodo enim quis in tã obscura nocte hostiũ per exer-
Penetrans, unguentis delibutũ reddet istum, tutò profectus?
Quin speculatorem ad sepulchrum ire opus erit
Aliquem ex sectatoribus uigilem magistri:
Næ næ conuenit istum abire citò.
Quòd si aliquem latentem non cognouerit dolum,
Eamus summo manè tumbam ad uitalem,
Corpus mortui ut aromatibus condiamus pro more.
Veniemus, hæc est sententia mea.
Sin rursum aliquam inimicorum artem resciuerimus,
Clarissimi diei radium
Clàm expectabimus, nec opus est inungere
Iacentem nunc: non enim sub terræ caligine
Corruptio ingruit ulla in corpus uerbi.
Nec detinebit animam infernus uorans omnes.
Lubens enim pertulit mortem, nullius criminis reus.
Vt concludatur ex debito in tenebras.
Ex incorruptibili enim incorruptibilem enatum,
Quomodo nũc corrũpet promus cõdus infernus umbrarũ?
Quem etiam manubias illinc secum tracturum puto,
Quoscunq; mortalium inclusos tenuit quos rapuit,
Atque adjtrinxit in uinculis obscuri tecti?
Semi. Cautè ire oportet primò ad explorandum.
Mitte quàm celerrimè nunc, probe enim narras
Vnà uerò tecum me uidebis expectantem, ut uis.
Deip. Quænam ex sodalibus, quæ præsto hic sunt,
Vult exploratrix nocta ad sepulchrum ire?
Quænam fiet nunc in me beneficat
Discipuli enim non adsunt magistri,
Fugientes impetum carentem ratione crudelissimorum.
Non enim pariter spirant furorem contra uniuersos:
Despiciunt quippe nostrum genus,
Discipulos autem persequuntur stulta confidentia.
Magd. Ego à uobis istud periculum uolo
Propulsans, speculatrix tumuli diuini abire.
Omnibus uerò illic cognitis ut sese habeant,
Redibo ad uos, antequam lux redeat ad terram.
Veniam autem citius. istum subeo laborem
Propter multa, à quibus liberata sum, mala.
Ac deinceps forsitan excellentius donum
Ipse præbebit mortuus, non mortuus autem mihi,
Dormire uidetur aut, et expectare me. adhuc tenebræ sunt,
Dormiamus igitur, dormiamus, non multum abest aurora,
Quam utinam uideam ocyus sanè, ô omnium rex.
Sed diluculo ibo uelox,
Forsan etiam in sorores simul currentes incidam,
Quæ illic manere maluerunt, & spectare sepulchrum:
Omnes enim in hoc incumbebant concordes mihi,
Noctem transigere nunc ad inungendum cadauer.
Semi. Abi abi nunc currens, ut aliquid discas,
O' uirili prædita audacia.
Nos uerò assectabimur unà cum ipsis puellis,
Aliæq; multæ Galilææ alumnæ,
Omnes enim puto tecum cursuras ad sepulchrum,
Videre desiderantes finem speratorum.
Paululum autem expergiscamur, aurora non procul,
Magd. Valde laborare me oportebat, laborantè aũt dignũ,
Præmium ante alios uidere: cuius enim propositum
Præmium ad opus gratiam parit geminam,
Quam multo prius percepi, & iterum accipiam.
Deip. Verè etiam iustum hoc, nec aliter sentiet,
Tuq; probè mones, & tu commodè loqueris.
Dicis aũt quòd mercedem & gratiam, quãtamcunq; habes,
Ante labores adepta, etiam quòd denuò acceptura sis.
Verùm tamen quod maius hisce postulabis munus?
Dabit uerò nihilominus dona, quæ primas obtinent
Inter ea quæ nunc hominibus contingunt, noui ego, longè,
Beataq; in posterum compos facta eris.
Magd. Ecce quòd ad te attinet prospiciens curram,
Prima autem uideam resurrectionem puella.
Præmium enim peto laborum auferre istud.
Videbis enim, uidebis meam alacritatem.
Deip. Vide per tenebras, ne excubias incidas.
Magd. Cauebo, & pedem placidè sistam.
Sed utinam successu utar, & assequar quæ cupis.
Cupis autem omnino filium uidere citò,
Quod quidè desiderans cũ periculo ne præceps cadã curro,
Deip. I quàm celerrimè, mihi autem ocyus exoptatæ rei
Læta nuncia fias, assequi ut possim.
Magd. Obtempero iussis. cum sis enim apud me in precio,
Minimè aberrabis hac in re, quare obsequor.
Deip. Comitabor uerò etiam ego te, ô Maria,
Dolco enim doleo, & remanere post tuum discessum
Adeò curans, quî tandem feram nunc miseram?
Magd. Quod supereſt eamus, ô charæ puellæ,
Te enim cum habeam comitem, gaudeo supra modum.
At hæ somnum non excutiunt oculis ab.
Surgite surgite, mulieres dissertis?
Truculentam sedem statum palpebrarum soluite.
Non uidebitis in lunæ splendorem omnibus lucentem.
Aurora propè aurora, at stella proxima est Lucifer,
Demulcet uerò sedem oculi suauissimus somnus,
Iucundissimus, dulcissimus enim in palpebris
Dulcis obrepsit mœrore confectis cordibus.
Chor. Ego curans corde perturbato,
Vigilem oculum totam per noctem uerso,
Nos citò incedamus, ô chara puella.
Magd. Nimia cum cura cordis arrosi,
Pergamus ergo celerrimè tumbam prope.
Ast aliæ ubi abiecerint somnum ab oculis,
Venient ocyus lento gradu.
Deip. Næ næ ocyus eamus, bonum uerò fuerit assequi.
Confido omnibus diem liberam,
Radium qui iam appetit solis ferre.
Abeamus igitur, abeamus: quæ uerò à tergo sequuntur,
Nunc auribus sonum paulatim percipientes,
Vt puto columba celeritate non inferiores,
Pedum current citato cursu.
Iterum nanq; emitto tenuem uocem,
Claram cohortationem, ut concurramus ad sepulchrum,
Sed en erectas, mirum est intueri pulchrum ordinem.
Au au.
Fili, expectata dies ecce tertia,
Tertia iam lux, spes tuis amicis.

Ne iam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ne iam prætereat, quin mori mihi expediat.
O fili, ô carissime, ô diuinum caput.
Quando nam ego te, aut ubi te omnino misera aspiciam?
O fili, utinam citò redeas mihi in lucem,
Redeas mortuorum latibulum & tenebrarum portas
Vbi reliquisti, ubi Pluto seorsim habitat à luce,
Nunc autem uidit lucem maximam in tuo descensu.
Ades ades, appareas, præuertens auroræ iubar.
Deum Deum inquam te cœlestem omnia habent.
Mag. Ah ah.
Cubilia deserta excubitorum cerno.
Deip. Hoc quid sit? num cohors abijt aliquò?
Fortasis nobis dolum ut struat pergit aliquem.
Populus enim cõfidens, iam cũ rebus potitur, magis cõfidẽs.
Magd. Quidnam ô soror agemus? non enim inuenimus
Vt sperabamus, sed spe frustratæ sumus.
Deip. Pare, iterum pergamus, utinam inueniamus
Mortuum ipsum cordibus munitis.
Seruat enim se, quisquis sapienter Deo
Commendat. quin nunc eundum est.
Nobis at lapidem quis sanè deuoluet?
Mag. Otto ti.
Rex æterne quis nam est hic tumultus?
Qui autem deuolutus statim uisus est lapis?
Vacuum autem conspicitur & sepulchrum Domino?
Quin abeo, & charis discipulis dico
Sublationem mortui rursum autem huc reuertar ocyus,
Inueniam uerò hic te cum mulieribus rursum, ô uirgo.
Deip. Bene bene sanè reuersa es celerrimè nunc amica,
Ego autem lapidem ablatum cernens, etiamnum
Stupore inhorresco, qui adeò derepente
Visus sit deuolutus ab ostio quod prius erat sepulchri.
Ah ah. file file.
Ille fulgore ignem referens, quis putas est?
Qui supernè insidet nunc lapidi,
Omnino decorus, ueste candida decorus?
Relucet enim instar teneræ niuis recentis.
Ecce autem etiam custodes ceu mortui prostrati?
Nunc. Vos nolite trepidare, absit & metus.
Quem quæritis enim, non amplius est in monimento.
Rex Iesus iam recens crucifixus,
Hic non amplius est in sepulchro mortuus permanens,
Sed excitatus in Galilæam contendit,
Sicut dixit, à discipulis uideri quodammodo uolens.
Vacuum autem accedentes huc locum perspicite.
Abite igitur, abite, & hæc ipsis
Dicite liquidò, omnia etenim ego dixi:
Et simul omnibus dicite, necnon & Petro, (nimento,
Quòd cassus iam sit infernus, Christus quòd surrexerit è mo
A sepulchro autem lapis magno cum robore amotus sit,
Et custodes inferni ostia reliquerunt metu
Soluti, umbræ uerò ad lucis terram
Saliunt, potentem & robustum appellantes Deum,
Cui ultrò unicula omnia disrupta sunt.
Deip. O lucidum solis iubar hoc
Aduenit ut sperabatur, terminus omnium curarum.
Cecidit hostis, Christus resurrexit è sepulchro.
Die præsenti quæ nam unquam lætior?
Quid uerò mihi euenire queat gratius?
Quò ergo inferno destructo uadis ô fili?
Vbi ubi uerò ego te & quando uidebo fili?
Ades ades, & appareto tuæ matri quàm primùm.
Magd. Videbis mox, ut ego reor, plura.
Sed discedamus ut candida indutus dixit,
Discipulis charis omnibus gaudium ut indicemus:
Primò uerò abeo ad Petrum, & castum iuuenem,
Lætam ferens famam amicis.
Nam ipse cum apparuisset, iußit dicere & Petro.
Abeo igitur, euacuationem ut dicam sepulchri,
Et spectrum eius qui apparuit, & uerba.
Illi tamen cucurrerunt iam contemplatum sepulchrum,
Puto autem omnia ipsos inspexisse probè.
Sed ô quem conspicor? Dominum ne noua forma?
Haud scio plane, conijcere tamen licet.
Ex forma namq; nõ malum est adoriri scilicet uerbis aliquẽ,
Christus. Saluete.
Deip. Salue optime optimi fili rex omniũ gubernator,
Supremo hoste suffosso cum morte unà.
Rex ô rex incorrupte, tu Deus magnus.
Pedes autem tuos nobis da contingendos metu,
Illos enim ad terram nunc osculantes procidimus,
Attonitæ factæ gaudio simulq; metu.
Chri. Nolite metuere, neq; uobis adsit metus,
Sed abite renunciate fratribus meis, ocyus
In Galilæam ut perueniant, & me quodammodo
Illic uideant, ut prædixi ipsis.
Deip. O inclytum, ineffabilem solis radium,
Quàm exorta est grata nunc aurora.
O splendorem ineffabilem fulgoris radiorum,
O gaudium totius mundi, ô iucunditatem,
O uoluptatem lætam, ô lætitiam magnam.
Quomodo quis effari queat, quomodo assequi sermone
Mei exultationem in præsentiarum cordis?
Sed abeamus, sicut Dominus dixit?
Magd. Adsunt en, ô domina, dilectæ tibi puellæ,
Aliæq; omnes Galilææ alumnæ.
Ad sepulchrum currunt, ut inungant mortuum,
Resurrectionem ignorantes illius adhuc.
Igitur cum ipsis eamus iterum ad sepulchrum,
Non enim satias est ulla admirabilia uidendi.
Nam cupiens cor omnia scire,
In mirabilibus luxuriæ deditum esse conuincitur,
Spectareq; eadem creberrimè auet.
At ô quis est speciosus adolescens,
Qui alba tunica indutus, à dextris sedet sepulchri?
Stupor me inuadit uidentem fulgur spectaculi.
Adolesc. Ne timeatis, absit procul terror.
Illum Nazarenum, scio, Iesum, ô puellæ
Quæritis: at is non in sepulchro mansit,
Sed surrexit, & uacuus locus manet.
Abite igitur, dicite discipulis & Petro,
In Galilæa ipsis appariturum citò.
Magd. Ego tremens, & metu correpta,
Ad Petrum nunc uado, & cæteros amicos,
Lætam ferens famam iam secunda uice:
Nam qui apparuit, iußit dicere etiam Petro.
Semi. Nos autem stupore perculsæ ô charißimæ,
Et consternatæ animis ob insolens spectaculum,
Fugiamus quàm celerrimè à monumento cum cursu,
Celantes totum illud uisum auditumq;.

Neque

Neq; quicquam proferamus apud quenquam,
Memoria retinentes uerbi uenditoris dolos,
Meruentesq; laqueorum strangulationem,
Mortuum ornans tanquam monumentum suorum morum,
Res sacras qui ludibrio exposuit hostium in medio.
Fugiamus, exeamus fomes infrà,
Et hosti nihil eorum quæ cognouimus
Dicamus nos, nisi charis discipulis solis.
Malum enim nihil cuiquã, sed cõmunis quidam est cõsensus,
Ad ueritatem læti nuncij,
Et nullum mendacium, mendacium enim nobis non cordi est,
Eorum qui mortalia sapiunt animum quæ effugimus bene,
Et quæ perpulchro stupore perculsæ sumus ex metu,
Quo quinis à uitio refugit iuxta Deum sapiens,
Talem non quidem cuiquam proferre fas est
Egressas, ut dixi, è monumentis,
Neq; in animo habentibus memoriale in posterum,
Conueniente mortuos modo ob uiuentem
Correptæ metuq; & multo tremore,
Videntem trementes nos ad ipsius dicta,
Ita fugiamus à monumento, ô puellæ,
Ne quicquam dicamus cuiquam insolenter.
Mali enim substantia non inest ullo modo,
Vnde malum nullum esse disco,
Et illi nihil sacrorum arcanorum fas est dicere.
Hosti enim secretum quis proferet?
Videtur autem honesto repugnans contrarium,
Perinde ut diei nox, & tenebræ contrà luci
Oppositæ sunt, & mendacium uero sermoni.
Sed pergamus ocyus ad discipulos,
Lætum gaudium significantes amicis.
Sed ô quem cerno noctu tendentem huc?
Ang. Domina mater filij, qualem necdum
Aliam mulierem audiui cuixam esse unquam.
Deip. Consortum quispiam ipse es per noctem?
Debilis uisus, neq; te cognosco liquidò.
Nun. Beneuolus semper tibi, & occiso tibi filio,
Propter miracula, & integram mentem.
Deip. Noui quid nuncias? quid? celerrimè eloquere.
Nunc. Domina læta sis, hoc tibi primùm dico.
Gestiens gaude, huius enim proœmium.
Et alio nullas scit appellare mortalium,
Sed nihilominus tibi fero inclyta uerba.
Quale namq; nuncium adsum tibi portans.
Deip. Filium reducem ex inferno nunciabis recens?
Nunc. Nouisti, sermone isto duplo me leuasti.
Venit, & præstò est, ut fert fama,
Et in terra, infernum postquam effugit, ambulat.
Talia ego enim nunciaturus ueni.
Deip. Nos quidem scimus hoc, at tu unde nosti?
Age dic, quid ais? qui narras? & quomodo scis?
Quod uel euidens huius dices argumentum?
Nunc. Exercitus custodum totam per noctem duram,
Et sepulchrum aspiciens diligenti prouidentia,
Nunc nocturnus per tumultum confluens,
Ad sacerdotes cucurrit rapido cursu.
Nouum autem uisus est rumorem aperire amicis,
Et excubitores erant sicut horrore concussi.
Non abs re autem cohors tremuit,
Tremoris namq; didici causam præter spem.
Noctu per urbem mœnia intra profectus,
Eamq; cum rescisissem, ueni placido gressu,
Exercitus à tergo audiens uerba.
Is dixit hoc modo meticulosa ex audacia,
Cum ambagibus narrans omnia, ob stuporem.
Dixit igitur, dixit ad seniores,
Sacerdotesq; autores cædis
Congregatos, & deliberantes quapiam de re:
O horrendam necem qui perpetrastis,
Scribarum turba & seniorum,
Adsum ut dicam tibi & urbi multa aliena,
Nam noua omnia, admirationeq; digna.
Quæ quidem mortuus exhibuit. cuius noctu custos
Ego constitutus sum, & nunc etiam tremo.
Itaq; si adfuisses, illum quem nimirum tanquam mortuum
Nos obseruare emisisti ad sepulchrum,
Precibus cum adortus esses, intuitus res insolitas.
Volo autem audire, primùm tibi liberè
An dicere debeã quæ illic facta sunt, aut sermonẽ cõtrahere.
Metuo enim dicere uerba coram
Ad tyrannum, animorum pertimescens uelocitatem,
Et iracundiam, & nimiam elationem.
Hæc phalanx ait ad seniores.
At illi uersi apud seipsos hæc
Dicebant utriq;, & colloquebantur miserè.
Iam hæc propè uelut ignis accenditur
Iniustiß. tractatio Iesu. nunc metus nobis ingens.
Quare non cunctandum est, sed prensandus exercitus.
Rursus autem conuersi, ad turmam dixerunt hæc.
Audi ô phalanx, quæ sit sententia mea.
Si ea quæ nobis cordi sunt dicere potes,
Occulta rem. nam immunis per me ab omnibus eris,
Si dixeris sectatores cadauer furatos esse clanculum.
Dabo uerò tibi & dona quæ primas obtinent.
Non enim opus regi ea te dicere,
Quæ ad gloriam uergant sepulti,
Nobis autem mœstitiam afferunt,
Turbæq; furorem inflammant nimium,
Omniumq; indignationem in nos habent.
At ipsa respondit cohors custodum:
Ego quidem non dicam quicquam eorum quæ cõperta sunt
Quando uidetur tibi, & me asserturum dicis (mihi,
Apud tyrannum: tibi enim mox dicetur.
Sepultus hic inferior nihilo Deo uidetur,
Tam ex ijs quæ prius egit, & ex præsentibus miraculis:
Qui surgens impositio lapide sepulchro,
Etiam sigillis permanentibus postea,
Nobisq; expertibus somni obsidentibus per gyrum,
Omnia fulserunt, nos autem tremore
Quasi mortuos effecit exanimatos.
Terræ fundamenta commota sunt immenso tremore,
Statim uerò lapis deuolutus est à sepulchro.
Et hoc ut probabile est, quantum & uidere possum,
Intelligereq; omnia, uidebam sepulchrum.
Ex æthere uerò uox quædam, quantum coniectare licet,
Deus pater sonuit per uocem insolitam:
Vnà cum uoce uerò tonuit etiam in cœlo,
Et terram firmauit flamma sacri ignis.
Siluit æther, sine strepitu autem syluosus saltus
Folia cohibebat, & nusquam audires strepitum.

Illum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Illum itaq; uirum, quisquis est, ô amici,
Recipite uel nunc, omnino enim uidetur magnus.
Et hoc aiunt, illum, ut ego percipio,
Sedans mala munus dare hominibus.
Et absq; hoc nihil boni esse unquam,
Neq; etiam fuisse. & si uera narrat sermo,
Sacra facerem propter eum potius, quàm furore pereitus
Contra stimulos calcitrarem, mortalis existens Deo.
Sinag. Tu diu dormisti, & loqueris somnia.
Furati sunt, dum dormisti, discipuli mortuum.
Et hoc ad tyrannum dic, & solum.
Quod uerò non acceptum nobis, tu tace.
Celans uerò hoc, munera tu accipies.
Aut certè lubentes uendidistis mortuum,
Quod nisi tacueris, hoc tyrannus resciscet.
Custod. Persuadet quidem nihil meas quòd audias sermones.
Ego autem, licet à te malè audiam,
Non dico conuenire ut attollaris tu amplius,
Sed quietem agere, non enim feret.
Quod autem non uendiderimus sigillum solum
Probat manifestè, & excusationem non habes.
Seruato enim sigillo, impositoq; lapide,
O miraculum nouum, surrexit è sepulchro.
Conc. sac. Omitte multa ista uerba, & cape dona.
Cust. Quandoquidem non locum das tu meis dictis,
Ego tuis, ut dicis, obsequar.
Tu autẽ dispice hoc, quomodo me à tyranno liberes.
Conc. sac. Ne tibi curæ sit hac de re quicquam,
Persuadebo enim ipsum nunc ut affectu fraterno te comple-
Vt qui gentilis tibi sit, & ex terra Ausonum. (ctatur,
Quare migremus hinc ocyus, ne tibi metus sit.
Dices autem, discipuli eius nocturno pede
Latentes uisum meum, sustulerunt mortuum.
Cust. Eheu mihi. Io. Ah ah.
Pila. Quis ille est, qui flens lugensq; foris gemit?
Conc. Cohors custodum condemnati mortui,
O domine adest, & metu ex magno suspirat.
Pila. Opportunè ades, licet indicans nescio quid.
Quid enim quod lugens eiulat, & suspirat?
Qua uerò gratia metum fert? dic.
Conc. Ipsi præsentes uerba faciant.
Cust. Discipuli namq; illius nocturno pede,
Latentes uisum meum, sustulerunt mortuum.
Pila. Quomodo ô qui maximum detrimentum intulistis,
Discipuli uenientes in sepulchrum ingressi sunt,
Vobis clàm, & mortuum per uim rapuerunt?
Ac neq; ingredi in sepulchrum intellexistis,
Neq; exire: harum rerum quis luet pœnas
Nisi tu? te enim custodem dico esse sepulchri,
Fecisti ut dignum existiment homines risu me.
Præter infamiam etiam pœnas dabo ob cædem.
Fures te latuerunt, irridentes supra modum me?
Quæ tandem causa mortuum furandi corpus?
Qui uerò ausi fuissent custodibus in medio tot,
Quos aiunt & lucentem facium ignem ferre,
Et absq; his splendore lunæ collucens nox currit,
Venire tremebundi & deuoluere lapidem?
Quem citra laborem exercitus non imposuit totus,
Addiditq; sigilla extra lapidem
Cateruatim uobiscum etiam cœtus seniorum.
Haud noui discipulos, quos cadauer furatos esse dicis.
Tu hoc fecisti, nihil admittemus.
Sententiam conaberis eximere meam, fingendo sermones.
Atqui longa tibi & uehementi opus erit oratione,
Qua mihi persuadeas te non dicere falsa.
Non enim constantes sunt ueritatis sermones,
Sed mutant sermones consilia,
Nec permanent sermones ijdem in consilijs.
Cust. Probe ô rex dixisti, ut res habet.
Ego namq; oculum peruigilem habui noctu,
Neq; stertui, neque dormiui, non per tuum caput.
Vidiq; omnia, & curriculo ueni ut dicam.
Et ego quidem eram paratus nocturnus accurrere,
Et tibi omnem rem recitare, & declinare pœnam:
Sed sapientes scilicet, & numen cognoscentes,
Expectare me persuaserunt diei claram lucem.
Non enim lucidi me cohibuerunt solis
Splendores, sed cucurri ad ipsos protinus,
Et ipsis dixi quicquid uisum auditumq; fuit.
At illi non perstant in meis rectis sermonibus.
Pila. Vereor ô cohors, ne frustra ficta concione utaris.
Discipuli enim an furati sint, nescimus liquidò.
Nam suspecta res est ualde meæ menti.
Quod nam euidens huius rei dices argumentum?
Cust. O rex festinas, priusquam audias rem gestam.
Fur in nocte qualibet perquam magnum potest.
Sed quàm ocyßimè mandare oportet exercitui,
Vt aliquis ipsorum, & pernix pedibus existens,
Cohortem qui iam superauit noctis in statu
Quasi in laqueis uinctus, captus,
Verberibus cæsus, edisc at quid agendum sit.
Turpe enim nobis, & præter infamiam, malum.
Deo præbente ut eius quod urit pœnam citra difficultatem
Exigamus, dimittere impunitos q facinus designarũt tantũ.
Pil. Nescio tuos quos cadaueris fures dicis,
Non scio, suspectum est, suspectum inquam mihi:
Quomodo enim fugientes furati sunt mortuum,
Quem uiuentem reliquerunt in magno metu?
Neq; adeò obdormiunt phalanx,
Et custodiam monumenti desperit,
Neque illi deliquerunt ex audaci confidentia,
Quos concussit etiam ancillæ uox
Audita, ut ipsum abnegarent ex metu.
Conc. sac. In omnibus firmus, nunc fluctuas corde,
Et hæc audiens omnia suspecta habes abs re.
Vtinã esses uir æquè prouidus, ut peragẽdo manu prõptus.
At non unum omnia posse mortalium
Natura comparatum est: alij sed aliud datũ est munus,
Tibi quidem pugnare, alijs uerò rursus occulta nouisse.
Qui nunc ignis flammas, excidisti tibi, cum audias,
Furatosq; non credis sectatores impostorem,
Simplex in hostes sermo est armare manus.
Pil. Exercitũ tu cũ fefelleris, etiã me conaris contorquere.
Tu omnia fecisti, etiam quæ reliqua sunt, ipse uideris.
Conc. sac. Quin tu crede ita, quandoquidem tibi placet,
Agendi habenti & dicenti magnam potentiam.
Ang. Hæc cum rescisuissem nefariorum flagitium,
Resurrectionem ex mortuis qui supprimunt per dolum,
Cucurri ô domina tibi ut indicem,
Ne igitur diffidas: omnia uerè enim audis,

Et totam

Et totam puto urbem famam istam spargere.
Ex cusi odia enim sunt qui in uulgus proferunt.
Et rem mirãdam deprædicant, quod mysterij quid in se ha-
Venient ad te ciues, & omnem rem audies. bet.
Ocyus enim ego nuncius indiciorum
Cucurri, ut uenirem læto corde,
Et tibi afferrem gaudium, & animi oblectationem.
Deip. Opportunè ades, & gratiam tibi habebo.
In tempore uenis, quamuis nuncies detrimentum,
Ipsorum tamen magis iniquorum seniorum
Falsa, & uana multa qui agitarunt.
Qui enim coerceret sepulchrum, aut sigillum lapidis,
Aut custodum phalanx ulla incomprehensibile uerbum
Ad cognationem patris unctum corpus?
Quod etiam antè uisum est ingredi humidum ceu solum,
Non aliũde quàm ex sese prognatum, & creatũ Dominum,
Ferentem illum dico ferentem quicquid est sua potentia.
Qui claustra uirginalia minimè soluens
Prodijt, emicuit diuino robore.
Non enim uirginitatis nexum rupit ullo modo.
Peperi ipsum, noui uerò qua ratione genuerim.
Custodum turba autem, quomodo sensisset
Resurrectionem illius qui latet angelos?
Quomodo mortali è sanguine fingat corpus?
Quomodo caro usus est, qui expers carnis erat uerbum?
Quomodo item manens unà cum patre in cœlo?
Totus cum totus etiam in meo utero erat.
Hæc fremebundi iactarunt sacerdotes frustra ex inuidia.
Nos autem ô charæ nunc curramus ad sepulchrum,
Accedamus quàm primum tumulum propè,
Omnia exactè cognoscamus tutò nunc,
Et omnia aperiamus, ut habent, amicis,
Sed ipsi quoq; cursu certantes, præuertunt.
Chor. Atqui Petrus cum Ioanne dilecto,
Ocyus cum cucurrissent ad sepulchrum uiuificum,
Et omnia cum exactè indagassent retulerunt amicis.
Sicut Magdalena dixit Maria, cui fides habita.
Quæ prima cucurrit, omnia diligenter peruestigans,
Et uacuum spacium quæ indicauit sepulchri.
Deip. Certiß. ante omnes hæc cucurrit ad sepulchrum,
Egoq; unà cucurri protinus,
Et euacuationem uidimus prius sepulchri,
Et leuationem monstrauit istam mortui charissimi.
Et ad locum corporis alium alicubi situm.
Quare ubi primùm cognouimus ut res haberet,
Idem hoc discipulis Maria cum festinasset, dixit.
Petrus autem excitatus cucurrit ad sepulchrum.
Vnà cucurrit protinus etiam discipulus castus,
Et contemplati sunt quæ quidem dixerat Maria ipsis.
Rursum & nos insequi à tergo festinabamus.
Propè attamen adest illa ipsa Magdalena,
Dicetq; ipsamet quicquid uisum actum'ue est,
Magd. Quid ais puella Domina lætitia generis?
Deip. Quæcunq; præuidisse, & antè dixisse amicis
Dixisti tu ipsa, eadem annuncia puellis.
Magd. Ita habet res ô Domina, quemadmodum dicis.
Nosti enim, nosti ad sepulchrum me manè contendisse:
Et quæcunq; dixi tenes, non opus est repetere.
Quæ cum cucurrissem ad beatissimum monimentum,
Sola primò, deinde cum discipulis duobus,
Illicq; lacrymans fundens, assistens,
Vidi & perscrutata sum clarè,
Albis stolis indutosq; uidi angelos duos,
Supernè & infernè sepulchri sedentes,
Hunc quidem à capite, alterum contrà à pedibus.
Eosq; refulgentes conspicata non absq; numine,
Steti perculsa gaudio & metu,
Ibi tum auribus uocem quam non conferre possum
Hausi, & conuersa sum curriculo.
Ibi confestim cerno Christum in nouo aspectu. (ceham,
Ex forma enim non uilem quempiã concipiendum animo di
Procidoq; humum, & pedes apprehendi.
Ipse uerò ablegauit, & ad amicos misit me.
Hisq; auditis quæ inquirebam discere,
Quòd ad cœlum ascensurus sit, & ad patrem:
Nondum autem ascendit, ut dixit nuper,
Sed in terra manens in Galilæam amicos,
Sicut ipsis dixit, antecessurum, & apud eos mansurum.
Discipulis cuncta hæc charis dixi:
At illi pro nihilo duxerunt mea uerba,
Sed uenerunt ipsimet ad sepulchrum celeri cursu,
Viderunt q; quæ audisti: nam nihil attinet repetere,
Vt quæ intellexeris & tu paulo antè.
Audiui, tu quæ uidisti tenes optimè.
Præterita enim cum audisses cum charis puellis,
Stupore attonita ne mecum unà ires,
Cum duabus alijs Marijs dilectis,
Cucurristi uisum quæ audiuisti antè.
Vidistiq; omnia, etiam tuum filium, ut decebat.
Ego uerò audio etiam amicorum duos alios
Nunc abisse in agrum spectatum,
Et omnia ad discendum, quæ discere desiderabant.
Qui etiam accurrunt, amicis quo dicant,
Et illic conuenire statim nos conuenit,
Forsitan uidebimus iteron etiam Dominum:
Ecce enim iam & tenebræ uesperæ sunt.
Curramus ego, curramus, ubi amicos
Nocturnis se colligere puto tenebris.
En assecutæ sumus domum Mariæ,
Vbi adesse etiam charos discipulos audio,
Intra portas manentes inclusos,
Omnino metuentes istos immanes latrones adhuc.
Et feræ portarum communitæ manent.
Quomodo autem ingrediemur foribus clausis?
Iam uerò audiuit, & clàm aperuit sensim
Maria chara, & inuitat ut ingrediamur.
Quare introcamus placido pedis gressu,
Ne conturbemus timidos amicos.
Ecce congregatæ sumus undecim amicis,
Alijsq; omnibus qui conuenerunt amicis.
Iterum autem ianuam communit Maria.
Quare silentium mando, audiamus Cleopham:
Adest enim, quantum uideo, & multa decantat,
Quæ Dominus dixeritq; & fecerit ipsis,
Vtq; ipsum agnouerint panis fractione.
A, a, file, file.
Stat ecce Dominus fores intra,
Certè maxima admiratione res digna est.
Quomodo tandem præsto est ianuis occlusis,
Forsan surrexit etiam & sepulchro clauso,

Et antea

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et antea prodiſt è portis uirginis,
Infracta ſeruans claustra matris perquàm castæ,
Christ. Pax uobis.
Cur consternimini? manus ecce & pedes,
Ipsumq; latus meum confossum
Liquidò cernentes, cognoscite me quòd ego existens
Sum ipse, non enim spiritus carnem ullo pacto habet,
Nec ossa insunt spiritui uspiam,
Sicut ipsum nunc uidetis habere me,
Et attrectantes me uidistis quod omnia habeam.
Sicut autem pater huc misit me,
Sic uos ad mundum amando etiam ego,
Et spiritum sanctum inspiro amicis uobis.
Quo accepto, omni creaturæ prædicate me,
Cum patre & spiritu sanctissimo.
Ite igitur, ite præcones dilecti,
Canite epinicia, id est, carmen uictoriale per omnẽ terram,
Et regias peragrantes domos,
Dicetis Dauidis per urbem, tota ut ipsum sciat
Salutarem celerrimè reuersum esse à sepulchro,
Eritis mihi testes per uniuersam terram.
Saluabit autem seipsum, quicunq; sermone recepto
Amplexabitur baptismum, qui purgat à sordibus.
Qui autem reiecerit uestros sermones,
Hic utpote infidelis, incidet in damnationem,
Ideoq; do spiritus diuini gratiam,
Cuiuscunq; solueritis uinculum criminum,
Etiam liber à uinculis inuenietur tum:
Cuiuscunq; autem retinueritis nodum delictorum,
Vinculis insolubilibus astrictus manebit.
A' talibus uinculis insolubilibus me supreme rex
Qui uinculum soluisti ipse, ô seruator, libera,
Quibus pròh dolor innexuit me negligentia mea,
Hostis uerò seductor degrauauit ex inuidia,
Cum uideret me ex ijs quæ ante firmissima liberatum,
Per fidem in te, ex munere benigno.
Salue bone bono genite rex omnia gubernans,
Fontem mali ubi conculcasti serpentem,
Extremumq; hostium ubi prostrauisti, nempe mortem.
Quibus ne me sinas dominio premi iterum,
O rex, rex incorruptibilis, tu Deus solus,
Iudexq; iustissimus uenies me iudicans.
Quomodo igitur ego te illo tempore intuear, ô uerbum?
Oculosq; quales defigam in tuum thronum?
Qui me ipsum indignum declaraui miser,
Poloq; & terra, tuoq; opificio?
Insensus ille raput, deiecit me
In foucam, in tartarum, in chaos uastum:
Valide persecutus nactus est me ille impostor,
Totum me deturbauit in inferni tenebras.
Misericors Deus, rege manibus fer me,
Ne me permittas ludibrium hominum perniciei.
Tuum sum figmentum, tu me castiga solus,
Et feri ipse clementer hoc in seculo.
Et non ad gehennam relegari me sinas.
O redemptor obsecramus te, iniustè egimus,
Et corpus, & anima, & mens miserè.
Peccauimus tibi, & in multis præuaricati sumus.
Serò didicimus, quid deceret, inscij.
Neq; tamen ex illo tẽpore præstitimus, quæ tibi grata sunt.
Agnoscimus lapsus, tu uerò ignosce,
Scimus uerò te ira non similem esse mortalibus:
Misere mei ô seruator, neq; in meis
Delictis perire permittas.
Filius enim ego tuus, filiumq; ancillæ tuæ.
Mea quoq; gratia mortem perpessus es, ô uerbum,
Ideo hosti me ludibrium ne permittas.
Sed uirga tua castiga, tamen humaniter.
Venerandam admitte matrem tuam, ô uerbum,
Eosq; quibus dedisti soluentem uincula tuam gratiam.
Veneranda, pudica, perbeata uirgo,
Tu quidem beatorum sedem incolis in polo,
Omnem secem terrenam ubi exuisti,
Immortalitatisq; pallio ornata,
Semperq; expers seni instar Dei cognita
Sermonibus meis è supernis beneuola sis
Nænæ ô uirgo inclitissima uerba suscipe.
Solus enim contigit hic tibi inter mortales honos
Quippe uerbi matri, quamuis supra rationem.
Vnde fretus te uerba reponam,
Et tibi coronam contextam ex amœnissimo
Prato, ô domina ornans afferam,
Eo quòd me uberrima dignatus es gratia,
Semperq; eruis ex calamitatibus omnigenis,
Ex hostibus uisibilibus, inuisibilibusq;, quod plus est.
Tandem uerò migrem, ut precata sum, é uiuis,
Tanq diuitè thesaurũ ut habeã semper te præsidẽ totius uitæ,
Et mediatricem acceptam erga tuum filium,
Cum beneplacitis ipsi purissimis.
Ne ergo sinas tradi ad tormenta,
Et ludibrio exponi hosti pesti mortalium.
Protege & assere ex igne & tenebris,
Per fidem iustificantem me, & tuam gratiam.
In te enim conspicua fuit gratia nobis adeò,
Et tibi gratias agentem hymnum texo.
Salue ô puella gratiosissima, mater uirgo,
Formosissima inter omnes uirgines, suprema,
Cœlitum ordinibus superior,
Domina omnium regina, Letitia generis,
Semper benigna sis generi,
Et mihi maxima quouis loco salus.

FINIS.

RERVM

INDEX IN OMNIA NAZIANZENI opera diligentissimus.

A

Aaron ex sacerdotibus sanctissimus 28
Aaron uoluntarius ad uocationem 24
Aaron secundus fuit Cæsarius frater Nazianzeni 40
abaridis Hyperborei sagitta. 87. 405
Abraham magnus ille patriarcha, ex fide quidem iustificatus est, & hostiã Deo mactat nouam, & quæ maguam illam imagine sua præsignaret: sed Deum, non ut deum, uidit: sed ut hominem pauit, et commendatus est, propterea quòd illum pro suo captu coleret 243
abraham patriarcha & sacrificus. 105
abrahã honestus patriarcha, preciosum ac uenerandum caput, bonorum omnium habitaculum, uirtutis norma, sacerdotij perfectio 311
abrahã nouus Gregorius episcopus 50
abraham fide iustificatus 148
abrahæ cur Deus uisus in forma humani corporis 401
abrahæ sinus 45
abstinentia & frugalitas res admiranda 100
academicus disputator 194
actio inutilis sine sermone, & sermo sine actione 95
actio speculationis fundamentũ. 165
actionis natura 270
accusationis zelus 25
adam uisibilis impudenter aggressus 286
adam habuisse liberum arbitriũ. 283
adam Dei manu, necnon delicijs paradisi, & legislatione prima factus est dignus, sed mandatum non seruauit 105
adam immortalium plantarum colonus 314
adam ueterem omnino in aquis sepelire 290
adam cœlum sibijpsi, & descendentibus ab eo clauserat 291
adam an solus Dei figmentum. 255
adam sub peccati iugum cecidit. 316
adami peccatum quomodo sublatum 6
ader scelestus 98
adolescentes quomodo Athenis ad artificia ducti 425
adonius 359
adorare spiritu, aut adorare quid 272
adoratio unius, trium est adoratio 272
admonitio utilis 297
aduersitates misericordia interpolat 146
adulatur inimicus, non ut laudet, sed ut amarulẽter thesaurizet, quo in tempore uenenum contra credẽtes euomere posit. 141
adulteriũ solũ causa diuortij. 223
ægrotantis manus pulchra est mendela, si distribuit & dat pauperibus 305
ægroti officium 206
ægrotos etiam decet seruare decorum 51
ægyptus primogenita domesticorum operum, & cogitationum deplorat 317
ægypti eremus multos Christianos tempore persecutionis excepit 81
ægyptiorum dij 189
æneus ignis unde augmentum sumat 361
aeris utilitas 248
æuiternum quid 313
æuum, neq; tempus, neq; temporis est particula aliqua, non enim mensurabile est 281 & 313
affectibus non dandum tempus. 61
afflictio consolatione non caret, neq; prosperitas correptione. 145
afflictio optimum quãdoq; remedium est ad salutem 112
aglaophontes formis pingendis nobilis 247
agnominationes humanæ 225
agnus paschalis iuxta sensum spiritualem 317
agnus ob innocẽtiam cur in sacrificium sit sumptus 316
agnus cur Christus dicatur 399
Alacritatẽ deus magna commendatione acceptat 302
alexander trinitatis pugil & præco 198
alexandria uniuersæ doctrinæ officina 41
alexandrini, populus natura seditiosus & inianus 362
alexandrinorum inhumanitas. eod.
alius non de alienis, sed de consubstantialibus dicitur 326
altari ministrantes tempore Nazianzeni neglecti 204
Amalec oratione debellatus. 346
amatores simus potius fratrum, quàm opinionum nostrarum defensores 325
amazonius amicus Naziãzeni. 431
amicitia nihil honorabilius 26
amicitiæ affectus quomodo comparatus sit 429
amicus fidelis protectio fortis est, & munitio regia 28
amor absentia probatur 120
amor fidei uiam facit 123
amphilochius olera mittit Nazianzeno 421
anaxagoræ corrigia 357
anaxarchi sacculus 356
anaxarchi sorte dictum ad tortores 427
andrienſis Apollo 582
angeli puré puro ministrant 148
angeli subſtantiam non mutant, cum formam humani corporis sumunt 400 & 401
angelorum naturam, uel incorporeum quiddam, uel certé proximum aliquid constituere 250
angelicæ uirtutes ac cœlestes, primi luminis splẽdores primi. 130
aniculæ interuunciæ amorum. 123
anima ex deo est, & diuina & cœlestis nobilitatis consors 5
anima appellatur nomine fœmineo, quum tamen ab omni fœminea diſtet natura 228
anima ob duas causas corpori inserta 5
anima omnis inobediens, & malè curabilis 61
anima adflicta deo est uicina. 422
anima postquam à corporis exoluitur uinculus, et hinc discedit, quam primum ad intellectum & contemplationẽ boni, quod ipsam manet peruenit, tãquam à tenebris purgata 47
animæ peccatum pernicies 79
animæ mortuæ an intelligant nostros sermones 56
apum industria 246
animam solum ad Dei imaginem factam respicere decet 131
animarum curandarum prouincia qualis & quanta 13
animarum mundi & carnis amatricum quæ passio propria. 49
animarũ ductor & pronubus. 17
animabus profanis nihil ex bonis fide dignum uidetur 68
animal an in igne, qui cuncta absumit, circumuolet 87
animantium discrimina 245
ab Animi passionibus non castrari, turpe 226

Universidad de Deusto
Biblioteca

anna priusquam natus esset Samuel, illum Deo uouit 298
annus Iubilæus 233
anni partes 249
antimachus cur multiloquus. 494
ad Antiochum sermo filiorũ Machabæorum 164
antisthenis superbia 184. patientia 357
anysius princeps nuptias celebrat 410
apidis præsepium 287
apiaria Christi 311
apis aculeus citra mortem 72
apollinarius quomodo diuinitatis nomen sancto tradat spiritui 390
apollinaris hæresis de Deo & Christo 172
apollinaris uolumen multa absurda habet de Christo 219
apollinarij rexantur 386
apollinistarum intolerabilis arrogantia & uæcordia 413.229
aphricanus princeps 429
in Apostolorum congregatione fuisse ordinem 176
Aquę satietas magnum quiddam pauperibus 163
aquæ calidæ unde proueniant. 247
aquis superiora quædam tegunt 326
aquila cur Christus dicatur 399
Aras honorare, ad illasq; confugere fideles iniuriam declinantes 98
aratrum cur Christus nuncupetur 399
arethusiorum dementia 362
Arius Alexandrinus 9
Arius ualde corrupit ecclesiam. 90
arius nomine insanus, ob linguæ intemperantiam pœnas morte, in locis dedit impuris 112
arius distinguit naturas 279
arius rectè insanus est appellandus 184
arius noluit filium Dei de patris substantia credi 400
arij doctrina deitatem incidere cœpit 68
arij error de trinitate 69.163. diuisio 142 dogma 214. mors. 198
ariani notantur 222.225
arianorum insidiæ in uerbis erga simplices 394
arianorum contra fideles gesta. 193
arianismus subsitijs tribus excogitatus 119
ariana impietas 191
arianæ hæresis origo 400
armenios nequaquã simplex hominum genus esse, sed admodum uafrum & scopulis seu aris simile marinis 85.86
armentarij officium 3
arrogantiæ malum in episcopis. 93
aristoteles taxatur 183
aristoteles quomodo felicitatem definiat 416
aristotelis argutia adeò & angustè patens prouidentia 234
ex Aristotelis artibus malæ artes ortæ 178
artibus circularibus operam dare 110
arma salutis 48
ascriptitij 387
asphodeli prata 88
assyrius malitia 58
assyriorum peregrinus luxus. 232
astra an morborum sint caussa. 169
astronomiæ scientia Babyloniorum est inuentum 369
astronomiam etiam pij discũt. 42
Athanasius orbis oculus, & sacerdos optimus 185
athanasius quomodo acceptus à populo ab exilio rediens 117
athanasium laudare, est uirtutem ipsam laudare 109
athanasium inuocat Naziãzenus mortuum 120
athenæ multis nociuæ fuerunt. 87
athenæ sermonum parens 84
auaritiæ morbo multi corripiuntur 335
per Auaritiam naturæ generositas est dissecta 157
auari taxantur 63
auditorum ratio habenda in rebus theologicis 231
auditui ianua ponenda, quæ rectè claudatur & aperiatur 29
aues mira arte nidos suos extruunt 246
auguria inuenta sunt à Phrygibus 369
auium uolatus Phryges primi observarunt 369
aulici instituuntur sana doctrina. 202
auræ citius, aut literis in aqua scriptis confidere poteris, quàm prosperitati humanæ 146
Azoni 318

B

Babylonica captiuitas luctu & lachrymis digna 111
baculus sustentatiuus & instructiuus 318
baculum pastoralem suscipere. 129
balneum secundum dare 192
balthasar pœnam arrogantia dignam pendit 193
baptisauit Moses, sed in aqua, & antea in nube, & in mari, sed per figuram 291
baptisma accipientes, confessionem faciebant 198
baptisma quartũ, quod per martyrium & sanguinem fit 291
baptisma omni ætati conuenit. 298
baptismatis gratiã remissionem peccatorum habere 290
ad Baptismatis uim an solum sufficiat desiderium 300
baptismatis initiator uel coinitiator 96
baptismatis gratia acuis uniuscuiusq; peccati cõtinet purgationem, & omnimodam fœditatum & inquinationum, quæ à prauitate ingressæ sunt, reiectionem 294
ad Baptisma rudes properare. 290
absque Baptismo discedere quale periculum 305
baptismate Christum acquirere. 296
in Baptismate dãdo, quibus ceremonijs ueteres sint usi 309
è Baptismo leuare aliquem. 430
baptisatoris uel prædicatoris dignitas non quærenda, aliusq; rei huius est iudex 302
barbæ osor, sermo Iuliani 385
basilius Magnus 405
basilius fidei fulcimen, ueritatis canon, ecclesiæ character, canicies prudentia referta, humanę uitę ac uirtutis uictor, fidus minister, sacerdos magnus, mediator inter Deum & hominem, & spiritus sancti habitaculum. 414
basilius solus propè ueritatis scintilla, & uiuida quædam uirtus & facultas 411
linguæ licentiam ac libidinem nemo cohibebit 412
basilius frumenta populo distribuit 92
basilius sudarium circa collũ gestauit 92
basilius donum sanitatis habuit, & multos sanauit 98
basilius per inuidiam quorũdam episcoporum ejicitur 90
basilius Ioseph secundus 92
basilij Exameron & reliqua scripta, quomodo legenda 105
basilij liberum responsum ad præfectum, qui eum à fide catholica reuocare conabatur 96
basilij constantia in periculis 99
basilij cubile ab insano præfecto perscrutatur 98
basilij constantia apud præsidem 96
basilij funus quomodo elatũ. 107
basiliũ populus, per seditionem concitatus, è manibus prçfecti liberat 99
basilismus 413
Bellum in affectionibus nostris. 20
bellum laudabile paci à Deo dissidenti præferendum 19
bellum unum solum nosciit Christiani aduersus diabolum. 134
bella tributorum sunt patres 39
beneficentia cum lætitia, & non cum mœstitia est adornanda. 161
beseleel tabernaculi architectus. 327
bethlehem orbis fuit metropolis, & tanquã nutrix Christi & mater 69
Blasphemiæ & lapidationes sunt improprię de Deo locutiones. 221
Bonitas & laus ex spiritu 225
bonum perfectum non est situm in cibo & potu 335
bonum uelle, diuino indiget auxilio 224
bonum quid censendum 224
bonum à natura, est reprobum. 225
bonus fieri incipias 36
bona quæ per se sunt, si non bene quoq; tractentur, boni gratiam amittere 332
bosphorus Colonia 421
Brachium Christus dicitur 399
byzantiũ ciuitas in Europa præcellit omnes ciuitates 42
byzantium sophistis & philosophis præcelluit clarissimis. 84

C

Cęroscopus prauus ac uersutus figmento Dei insidiatur 315
cæsarius frater Nazianzeni 40
cæsarij constans uox in tribulatione 44
cæsarienses ciuitas sermonum metropolis 84
cæsarienses crudelitas in Christianos 364
cæsarienses ciuitas ex sui natura ad seditionem procliuis. 75
Cain fratricidam fecit inuidia. 199
cain septempliciter condẽnatur. 323
calamitas inuẽtrix est ingeniosa. 73
calamitate premi potius est, quàm uti rebus secundis 422
calamitatẽ pro agricultura exercere 92
calamitates alienas in delicijs habere 63
calamitates unde 58
calamitosi quidam tantum unam ob rem existunt 150
calumnia maximum malum 338
canonibus nihil derogandum. 417
cantilenis theatralibus & narrati unculis gentilibus auditum inquinare 67
cantibus remplorum mendicanti um oecinit luctus pauperum. 152
cappadocia ueneranda non minus iuuenturis altrix, quàm eorum generosorũ procreatrix 80
cappadoces ex cũctis hominibus minimè esse contemnendos, quibus nihil tam propriũ est, quàm fides inconcussa 91
caro mancipat mundo 224
carnes cum ordeo deuorari à suibus 362
carthaginis olim ingens nomen. 121
castaliæ pocula diuina trina 287
castitas splendoris indicium. 219
castitatis legem fert Paulus. 222
catena admiranda, quam spiritus nectit sanctus, uinculis inditio lubilibus compaginata 198
cathedra sine ullo acquiritur labore 89
cathedræ sublimitas inuidiæ, & periculo obnoxia 217
celebres fecit non solum actio extra, sed & malicia 362
celeusius princeps 404
celeusius iudex admonetur 411
centuronis dictum ad Christum. 31
chamælcontem ferunt facile uariari, omnesq; assumere colores, præter candidum 355
chamos abominatio Sidoniorũ. 308
charitatis affectus 216
charitate nihil ditius 179
chelidones quid olim cygnis uitio dederint 404
cherubin sanctitates tres in unã contrahunt dominationem. 192
christianus uenerabilis ob quam rem habetur 225
christianus est, qui Christum Deum credit, non qui amat eod.
christiani ab omni libertate loquendi priuantur, ab omnibus prohibentur conuentibus, panegyricis ac iudicijs 365
christiani publicis comœdijs fugillantur 19
christiani honestissimos mores, decentissimasq; suas obseruant leges 369
christianorum uox post abnegationem 361
christianismum nequaquam facie bus, sed fide designare 96
christus spiritualis legis perfectio & finis 6
christus imaginem ruinã minantem reuocauit 121
christus primus martyr 121
Christus Deus, cur homo & pauper sit factus 48
christus intercessor apud patrem. 148
christus tentatus 122
christus dictus peccatum ipsum, & maledictum ipsum 221
christus piscator uaria loca quare perambulat 220
christus factus omnia omnibus. eod.
christus à Galilæa in Iudæam migrat ellegoricè 221
christus filius Dei talis & tantus. eod.
christus cibus nouus eorum qui esuriunt 189
christus quomodo uisitandus, uestiendus, & alendus 161
christus literæ dissolutor, & spiritus adimpletor 319
christus nouum iugum 318
christus tum bis copiã sui facit. 221
christus omnia nobis offert 311
christi magnum corpus tractare. 110
christi nomine uirtus 19
christi corporalia finem habent. 324
christi somnus, labor & lachrymæ 221
christi una persona, duæ naturæ. 221
christi quosdã esse peruersè amatores 142
christo coniunctus, alia omnia arbitratur ut stercora 121
christum subijci nihil aliud est, quàm paternam explesse uoluntatem 263
christum inuocare ad frigidi calicis haustum 361
christum qui tentarint 222
chrysippi syllogismorum resolutiones ecclesiam euerterunt. 178
circulus est in rebus humanis. 145
circumcisio post octauam diem figurale fuit signaculum 303
ciuitatum excellentia quosdam gloriari 195
cleanthis puteus 357
clementia Deus magis gaudet, quàm cunctis alijs, quæ principes facere possunt 127
cleombroti Ambraciotæ salus, quum sermonem philosophicum haberet 356

Clidonius compresbyter 386
coactio præterquam quòd tyrannica est, nec laudem meretur, nec diuturna est 4
coactũ quicquid est, diuturnum non est 276
cogitatio ad Deum eleuat 224
cœlum cum aere & terra communicat 131
columnæ in ecclesia sanguine plenæ 362
comæ primitiæ 293
communionis manus dare 190
communionem profiteri 97
compositio dissidij est initium. 294
compassio uera multũ calamitatem subleuat 158
concionatores pro uiribus alendi 204
concionatorum quorundam mores 3
concionatoribus libertas loquendi à Christo concessa 146
concordia optima in omnibus rebus 372
concordiæ affectus melior, quàm pro pietate seditio 130
ob Concordiam laudantur Paulus & Petrus 71
concordiam in malo laudare nemo potest 139
concordiã nihil tam fortiter conciliat inter eos quibus Dei negocia cordi sunt, quàm consonantia de Deo 130
confessio magnum malitiæ remedium, & fuga peccati 62
coniugium bonum à Domino. 66
coniugij quale sacramentum. 222
coniugij incommoda 223
cõnubijs & cœlibatui Paulus præmia statuit 149
consortia non parum uel ad uirtutem, uel ad improbitatem occasionem præbere solent 41
cõstantinus Magnus seruauit ingratum Iulianum 347
constantius communibus omnium elatus est laudibus 378
constantius tria mala, & quæ regno eius indigna essent, sibi accidisse dixit 116
constantij imperium impietati tribuit audaciam 184
consuetudo tempore corroborata, pro lege habetur 241
consuetudo magnum memoriæ incentiuum 120
contemptui est obnoxium, omne quod facilè superatur 25
contentio ab omni spiritu bono est remota 209
corpus Christi uenerabile diuidi & scindi 126
corpus sordidũ carnis indumentum 53
ex Corporis & sanguinis Christi uenerando subexemplari manus aliquid recondere 54
corporis castigatio 123
in Corpore quod est cibus, hoc in anima est sermo 144
corporalia Christi quæ fuerint. 324
corripiendi modus 180
correptio sæpe in bonum cedit adflictis 381
crates inanis gloriæ amator 357
cratetis nuptiæ 184 simplicitas. 43
credere solum iustiria est 179
crudelitas ingens in mulieres. 186
crudele exemplum in uirgines castas 362
crudelia exempla 364
crux coronata Iuliano apparet. 353
crucis figura in Aaron & Hur designata 53
crucis notis fuere signata uestimenta 375
Ctesiphon propugnaculum uallidum & captu difficile 376
Cunctatio multum mali infert. 318
cupido fidei hospes effecta 113
curas dissoluere remissionibus. 205
curetum sonitus & plausus. 287
curiosiores quàm decet in diuinis ne existamus 315
Cyprianus non solum Carthaginis, sed totius orbis episcopus. 121
Cyprianus arreptitius ad Deum confugit 123
cyprianus Catechumenus uix recipitur 123
cyprianus Christianus, mox diaconus, & episcopus 123
cyprianus epistolis suis consolatus est martyres 114
cyprianus magicos libros exurit. 113
cyprianus à Decio in exilium ejcitur 124
cyprianus longo sermone suijpsius malitiam infamia notauit, quo & Deo confessionem fructificaret, ac multis qui se à pra uitate conuertunt, uia ad spem fieret melior 122
cypriani uirtutes & sanctitas uitæ 124
cypriani celebris memoria 120
cypriani corpus reuelatur 125
cypriani eloquentia 124 uera laus 121
cypriano caput ense detruncatum 125
cyprianum amore sanctę uirginis captum 122

D

Dæmon uictus à uirgine, Cyprianum inuadit 123
dæmonis insidiæ 122
dæmoni præcludenda uia 224
damasus episcopus Romanus. 190
damni nulla reparatio post uitæ præsentis peregrinationem. 301
dare Deo, est accipere 155
dauid tanquam præco uocalissimus 155
dauidis mansuetudo 71
in Dauide spiritus sanctus locutus 1
decertatio in rebus diuinis sit timiditas spiritalis, & non pertinacia diabolica 325
decimus numerus perfectissimus 316
decij crudelitas, qui omnes pœnarum formas excogitauit 124
decipere seipsum facilis res 198
defuncti quomodo laudandi. 40 & 43
defunctorum singulis annis renouare memoriam 45
delicias solus Basilius esse ducebat, ne delicijs diffluere appareret 100
delicias quomodo honoret Nazianzenus 282
delphici tripodis commenta. 287
democritum forensem ad concionandum qualem finxerit Aristophanes 416
deuoratorem apud Lindios pium est execrari 386
deitas nequaquam est ex pœnitentia, neque ex processione, ut aliquando desinat 187
deitatis calumniatores taxantur. 214
deus quid 227
deus in plurimis non clarescit. 211
deus solus sincerus, & fraudis expers 422
deus quid sit, intueamur pro captu, pro uiribus, & pro fide. 398
deus hoc est, quod cum dicitur, non potest dici: cum æstimatur, non potest æstimari: cum definitur, ipsa definitione crescit 398
deus se credi uoluit, non iudicari, non examinari eod.
deus an substantia dici debeat. 397

deus solus sine initio 395
deus & angelus duo sunt insuperabilia, tertiũ est philosophus. 207
deus & homo natura sua sunt duo 387
deus quid tandem in sua natura & essentia sit, hoc hominũ nemo inuenit unquam: sed quòd sit, hoc nemo nõ inuenerit. 242
deus expers culpa 352
deus solus bonum est per omnia sufficiens 426
deus ignis consumens cur dicatur 267
deus quomodo uisus sit patribus 401
deus quomodo puniat 284
deus nulla ex omnibus re perinde ac misericordia colitur 149
deus an nusquam sit, an alicubi. 259
deus an corpus habeat, ut incorporeus sit 238
deus ab omni specie mendacij alienissimus est 248
deus qua ratione carni per medium animæ commixtus sit 6
deus nos per contraria erudit. 145
deus illustrissimus & corpoream & incorpoream naturam transcendit 2
deus lumen est sublimissimum, inaccessibile, ac ineffabile, qd neque mente comprehendi, neque sermone exprimi potest. 295.294
deus est nequaquam seditionis & confusionis Deus, sed ordinis & pacis 37
dei uox uel à currẽdo, uel fulgendo dicitur 267
dei pœna misericordia 314
dei dogma antiquum 145
dei notio, quanto est perfectior, tanto est captu quoque difficilior 244
dei natura innominabilis est. 266
dei naturam neque humana cogitatione percipi, neq; quãta hæc sit, ullo simulachro ad animũ perferri posse 240
dei tergum quid 236
dei meminisse licet cuiq;, at non etiam de Deo disputare 231
dei uelle, opus est perfectum 60
dei est nihil peccare, ac primæ & incõpositæ naturæ proprium. 294
per Dei uaria uocabula diuinarum dispositionum mysteria cognoscuntur, non ut ipsa maiestas filij Dei proprié definita monstretur 398
deo nihil pulchrius uel sublimius ex omnibus existentibus. 130
deo nihil tam magnificum, ficur sermo depuratus, & anima perfecta in doctrinis ueritatis 212
deum faciunt quidam lunã, quidam solem, &c. 241
deum uidere crucifixum 102
deum unum in trinitate adorandum esse, tria uerò in unicã deitatem contrahenda 69
deum esse omnium effectricẽ conseruatricemq; causam, & oculi & naturæ lex nos docent. 237
deum ut intelligas, difficile sanè est 236
de Deo præcipuæ opiniones sunt tres 251
à Deo nihil factum, cuius nullus sit usus 231
de Deo loqui, magnum quiddam est: sed longè maius, seipsum expurgare Deo 175
de Deo loqui non quouis decere tempore, neq; de omnibus, sed est quãdo, & apud quos, quaq; fine fieri hoc conueniat 231
de Deo aliquid discere suauius, quàm docere 26
dextera cur Christus dictus 399
Diabolus ipse contra semetipsum multis modis & affectibus decertat 131
diaconi à modestia laudantur. 211
ad Dilectionem conciliandam, nihil tam ualidũ, quàm affectus dilectioni respondens 22
diluuium animarum 69
diocæsarea ciuitas ob seditionem punita 419
diocletianus primus Christianos affecit iniuria 365
diogenis obsonia 184 scurrilitas 357
disciplinæ iuuenes ad uirtutẽ uel uitia formare solent 87
disciplinæ non sunt uituperandæ. 83
discordia res turpissima 171
discordia res perniciosa, ac malorum multorum causa 133
discordiã nihil magis alit, quàm dissonantia de Deo 130
discordiam quid introducat 171
disputare de Deo non cuiuis. 231
disputandum de quibus rebus in theologia 231
disputandi peruersum studiũ de incorporea natura, perinde ac de corporea 254
disputandi genus ambitiosum, & linguæ quædam prurigo unde proueniat 2
disputandi studium intra certam legem & præscriptum coercendum 232
disputationis rixosæ pugna non est iucunda hominibus pijs, quibus aduersarius diabolus negotij satis exhibet 259
disputationum pugnæ nullã adferunt utilitatem 230
disputationibus personata facie simpliciorum oculos perstringere 252
differendi duplex ratio 252
ditescere non solum substãtia debemus, sed etiam pietate 157
ditescendi ægritudo, terminum incrementi nullum uidet 47
diuortium lex ob omnẽ causam permittit 324
diuinæ naturæ appellationes. 240
diuinarum rerum cura 71
de Diuinis ut corporeis loqui. 224
diuinitas infinita, et contemplatu haud facilis 312
diuinitatis amarulenti censores. 321
circa Diuinitatis doctrinam tres esse languores 9
in Diuinitate nulla est seditio. 130
diuitiæ Basilio erant ut nihil possideret 100
diuitum officium 206
docere magnum est, uerùm discere periculo caret 175
doctrina uera et solida feris & immanibus hominibus lapidum uice est 216
dodoneæ quercus nugalia 287
domo propria caruit Basilius episcopus 96

E

Ebræorũ lex de scripturis legendis, utilis 11
ecclesia uarijs modis tentata & oppressa 194
ecclesia ex seditione opulẽtior fit. 190
ecclesiæ lychnus est episcopus. 409
ecclesiæ corpus pulchrum inuidia dissecuit 200
ecclesiæ ministri sine ordine eliguntur 89
ecclesiæ caput unum 213
ecclesiæ corpus commune uelut animal quoddã dispar & compositum existit 11
ecclesiæ bona 208
ecclesiam quidam ob multitudinem definiunt 192
ecclesiasticæ præfecturæ multo se uiolenter immiscere 196
ecebolius 418
echeti inhumanitas 364

Universidad de Deusto
Biblioteca

echidnæ uenenum 180
eleazar & Ithamar post Aaronem uncti 32
eleazarus ante Christum, & Stephanus post Christum martyres 166
electrum animi purgatio dicitur. 32
eleemosyna quomodo distribuenda 70
eli sacerdos cur à Deo punitus. 20
elias in cœlũ curru igneo subductus: indicans nimirum, quantum ille iustitia cæteros mortales anteiret 243
Empedotimi 354
emmelia uxor Basilij, & quid proprie significet 82
Encænia ut honorentur, uetusta est lex 328
Enoch testis spei 148
enoch ob breuẽ translatus est pie latem 105
enoch trãslatus mirabilia Dei ostendit 346
enoch, quanquam hinc trãslatus est, nondum tamẽ constat, prehenderit ne Dei naturam, an adhuc sit prehensurus 243
enos inuocauit Dominum eod.
Epicuri impietas deos negans. 234
epicuri philosophia nihil bonum super uoluptatem definit 357
episcopatus honestè alij refugiũt, alij obeunt 310
episcopus petit literas dimissorij cum testimonij dexteritate. 217
episcopi filium militiæ operam dare 422
episcopi probi descriptio 4
episcopum proposuit populus. 75
in Episcopum quis eligendus. 163
episcopi Pauli regulam non sequuntur 16
episcopi olim, cum electi essent, super thronum collocati 75. 77
episcoporum bellum turbat ecclesiam 99
episcoporum uerum opus 92
epicteti crus 355
epicteti fortis animus in tormentis 427
erat, & erit, nostri temporis fluxæ naturæ sunt particulæ 312
eruditio non est omnium 371
Esaias gloriæ & seraphim inspector 68
esaias obediuit Deo parato animo 24
esaias triennio nudus sine aliquo indumento peregit 353
esaias carbone per Seraphim repurgatus 14
essentia quinta 238
eua pro adiutrice facta est hostis. 66
eua sectum quiddam ex figmento 272
euæ auxilium ferre 320
euangelistarum scripta quomodo intelligenda 104
ad Euãgelium perducere pia quadam uafricie 277
eucharistiæ uerba sacerdotẽ proferre 73
euclides lineis, quæ nusquã sunt, occupatur, ac in demonstrationibus anxiè laborat 246
eudochius rheror 415
eudoxius rhetor 425
eudoxij hæresis 229
eulalius episcopus Deo charus. 417.218
eunuchi spiritales triplices 226
eunuchi natura non laudantur. 225
eunuchi inter mulieres sunt uiri, & inter uiros mulieres 96
eunuchi plerique Ariani erant. 226
euphrates fluuius maximus. 376
eupraxius Eusebio coniungitur. 432
eusebius episcopus Samosatenus in exilium ejicitur 431
eusebius episcopus Deo dilectissimus 408
eustochius sophista 424
Exinanitio quæ dicatur 221
excogitatio Dei statim fuit opus uerbo pariter adimpletũ, & spiritu consummatum 313
exemplum domesticum uirtutis habere ad bene uiuendum. 84
exempla præcedentia nobis utilia 22
exorcismi longior cultura 302
expuere in diuinũ pauimentum 66
Ezechias in templo orauit contra hostes 380
ezechiam ægrotantẽ & orantem Deus uitæ glorificauit additione 73
ezechiel primùm fuit seruus Hieremiæ 333
ezechiel inter prophetas admirandus & subtilissimus 187
ezechiel magnorum inspector & mysteriorum, ac uisionum interpres 15

F

Fabas Orphicas inuadere 234
fabulæ pudoris uelamen 371
fames ingens tempore Nazianzeni 93
famem auditione uerbi Domini pati, miserrimum 189
Felicitatis humanæ finis 430
de Felicitate quid sentiat Aristoteles 426
femoris dolor in Iacob, naturæ deuictæ symbolum 105
ferraria ars à quibus inuenta. 368
feruor disciplinæ nescius 173
festis in diebus reconciliemur inimicis 310
festi summa, Dei memoria 289
festis diebus quid potissimum osferendum 310
in Festis duo facienda 121
festiuitates peragendæ spiritualiter 322
Fides disputationis nostræ perfectio est 260
fides sine operibus est mortua. 204
fidei catholicæ confessio 403
fidei testis Abraham 148
fidei indicia 66
fidei transgressio unicũ ad principatum suffragium 379
filij appellationes multæ & uariæ 266
filij generationem uerbis inexplicabilem esse 252
filiorum præclarè gesta patri referantur accepta iustissimum est. 166
flagellatio puerorum super altari apud Lacedæmonios 367
fluuius dulcis per mare fluit 87
fœminæ pulchritudo uera. 51.52
fons aquæ uiuæ cur Christus dictus 399
formatio diuina 85
formæ obscuratio 113
formicæ prouidentia 247
fornicatio & adulterium non solum peccatum, sed quomodocunq; peccaueris, maximè circa diuinitatem 226
fortitudinis est in audendis confidere 375
fratres quomodo emendandi. 180
fructificare Deo debemus omnes, quantum possibile est 36
frugalitatem docet Helias propheta 149
frumentum suppressum populi est execratio 92
frumenti arctatores & institores taxantur 63
fugere posse Christianum persecutionis tempore 362
fulgetrum est collisio nubium insanientium 248

G

Galatarum stultitia in multis impietatis pietatis diuites sunt nominib. 142
Galilæos uocauit Iulianus Christianos, contumeliæ causa; 53. 359
Gallus Iuliani rater 347
Gallo Cæsari regnũ pariter cum uita ademptum est 349
Gazæorum uæcordia 362
Generationem triplicem scriptura nobis ostendit 295
generis unicum esse splendorem. 125
gentilium fabulæ quales sint 22
gentilibus manus non porrigere 66
geometria inuentum est Aegyptiorum 369
geometria quomodo pio discenda 42
Gladius Christus 221
gloria humana tanquam grauis domina, abijcienda 43
gloriæ inanis uulnere sauciari. 144
gloriæ inanis multi studiosi 10
gloriæ inanis studium hominib. magnum adferre uirtutis impedimentum 12
gloriationis corona tempus & sectus 57
Gorgonia soror Nazianzeni 49. 50
Grabbatum peccati 305
grammatica linguam exornat, historias colligit, metris imperat, legemq; fert pœmatibus 88
gratia non est locorum, sed spiritus 302
gratia indignos nequaquam tangit 31
gratiæ dona non sunt æqualia. 174
gratiæ subuersores taxantur 224
Gregorius princeps 418
Gregorius Nissenus 416
gregorius magnus oculus orbis, magnifica uox & tuba, regnisque dicendi splendor 407
gregorius ad sacros presbyterij thronos eligitur 89
gregorio Nazianzeno obiecerũt patriæ humilitatem 194
gruum ordinati motus 246
Gubernandi ars 72
gubernationis spiritualis cuiusuis scopus & terminus 13
Gygis annulus 87

H

Hæreticorum fornicatio 225
hamum impietatis contegere 115
Hecates terribilia & tenebrosa phasmata 287
Heli filij cur à Deo puniti 162
Heliæ dicendi audacia contra tyrannos 106
Heliodorus presbyter sub Valente Imperatore in naui comburitur miserabiliter spectãtibus multis in littore 185
heliodori mors 193
Heliopolitarum commilitium egregium 362
Heliadius 405
Hercules boum comestor 372
herculis pyra 356
Heron philosophus 181
Hesiodi bona auditui exposita. 370
Hieremias cõpassione inter prophetas præcipuus 144
hieremias dolens matri generationem improperat ob calamitates alienas 46
hieremias iuuentutem metuens, ad propheticum munus nõ est ausus accedere, priusquam à Deo & promissionem & uirtutem ætate sua potiorem accepisset 24
hieremiæ magna gentium & regum potestas concredita fuit. 63
Hierusalem patria superna, ciuitas nequaquam uisibilis, sed mente tantum perceptibilis. 50
Hippocratis iuramentum 43
hirci Mendesiorum uenerabiles. 287
Holocautomata rationalia 307
Homerus cur breuiloquus 404
homeri scripta 370
homo ex elementis constat 7
homo cur Christus nominatus. 399
homo præcipuè hoc diuinum habet, ut bene faciat 147
homini nihil facilius quàm mori. 297
hominem regere, omniũ animantium uersutissimum simul, ac moribus diuersissimum, reuera est ars artium, & scientia scientiarum 4
honorabile nihil, quod non conducit ad uirtutem 87
hospitalitatis laus 148
hospitum mactatio apud Tauros 367
hostia laudis super altare supernum sacrificanda Deo 320
Humanitatis laus 148
humanarum rerum prosperitas uentis comparatur 423
humilitas cum gloria securitatẽ etiam habet 177
humilitas sublimitatis est hospes. 221
humilitas parit, ut iustificatio cognoscatur 146
humilitas non est sita in uestimento 7
Hypsistarij qui nam, & quales sint 65

I

Iacob quatuordecim annis Laban Syro pro duabus seruiuit uirginibus 203
iacob hominum more cum Deo luctatur 243
iacob luctæ signa in corpore portat eod.
iacob quomodo Deũ uiderit. 401
ianua Christus 222
ianuas contumeliæ & contumaciæ quibuslibet aperire 18
Idolianus 359
idola surripuit patris, filia Rachel 319
Ieiunium animæ esse adiutorium 58
ieiunium suum Christus objcit contra tentationes 303
Ignis Deus est, quia leuem & pruam purgat materiam 221
ignis Christus eod.
ignis absumit multos Iudæos. 374
ignis expurgatiuus, quem Christus super terram iacere uenit. 306
ignis natura habet, ut urat 225
ignis est Deus, & ignis cõsumens malitiam 326
ignis Sodomiticus 306
ignobilis qui 196
Illuminatio splendor est animarum 293
illuminatio dum tempus est, suscipienda 302
Immisericordes taxantur 158
immolare à Chaldæis siue Cyprijs ortum habuit 369
Imperator admonetur, ut sanam fidẽ defendat, ac temeritatem quorundam cohibeat 250
cum Imperatorib. & regibus quomodo episcopi loqui debeant. 147
imperitiam comitatur temeritas. 10
imperitiam suam quidam nõ sentiunt 118
impietas cum damno eligitur. 371
in Impietatis diuitijs alius alio est contentiosior 115
impietatem adiuuat maligni spiritus infidiosa calliditas 242
impiorum supplicia qualia 58
improbitas non consumitur cum uita 377
improbitas facilis est captu 365
Increpationes quales esse debeant 8
indumentum incorruptibilitatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis 316
infans ex pueritia sanctificetur in baptismate 298
infanti trinitatem dare, magnam & prestantissimam custodiam. 298
infantes triennium expectarunt, deinde baptizati 303
infantibus baptisma datum, si periculum aliquod immineret. eod.
infinitum dupliciter cõsideratur. 313
pro Infirmis orandum 54
initiari & initiare, Thracum sunt ceremoniæ 369
initio quod caret natura, neque idem esse potest cum eo quod creatur 255
inobedientiæ est grauis comminatio, & graues illius pœnæ. 23
insipientium proprium, ut sint leues ad uouendum 337
integritatis quę in animo est, symbolum 20
intelligibilia & corpore carentia, nullum nomen proprium habent 228
intellectus progressione fit melior 69
intercedere Christum pro nobis. 265
inuidia à diuina natura, quæ nullis affectibus tangitur, & sola omnium est bona, sola domina, longissimè abest 240
inuidia non solum multos, sed & optimos tangit, ita ut solius Dei sit, penitus ab illa purum & inexpugnabilem esse 90
inuidia Adamum è paradiso eiecit, à uoluptate et muliere deceptum 199
inuidia successus interpolat 146
inuidia populum Israeliticum eo peccato contaminauit, ut ne nunc quidem ab illo respiret. 200
inuidiæ malum 199
inunctio postium cur facta 303
Ioannes tanquam uox uerbi, & quasi lampas luminis 106
ioannes magnus ueritatis præco, præcursor, uox uerbi 37
ioannis eremitæ, præcursoris ac magni ueritatis præconis 20. na 318
Iob tolerantia in afflictionibus & animi fortitudine reliquos superauit 71
iob in ægrotantibus quibusdam delitescit 160
Ionæ fuga qualis fuerit 22
ioppe uox Hebræis quid significet 23
Ioseph historia 124
ioseph uenditus genti alienæ, in gentem excrescit magnam 211
ioseph substantiã Aegyptiorum bene curauit 63
ioseph per prudentiam summam, famem præuidit superuenturam 189
Iouinianus rex ualde pius et mansuetus, episcopos ab exilio reuocauit 118
iouinianus successit Iuliano 377
Ira quomodo refrenanda 71
ira Dei præter naturam est 61
iratis non est securum iusticiæ solem occidere 317
Isidis infortunia 287
Iudas & Israel unum sibi ponunt principatum 119
iudaismi secundi impetus unde exordium sumpserit 391
iudæi immorigeri cur puniti 2
iudæorum calamitas in Aegypto grauissima 132
iudæos incitat Iulianus contra Christianos 374
ex Iudæis quomodo quidam facti Christiani 277
iudex aptus quisq; rerum suarum existit 116
iudicis probi officium 431
Iulianus comparatur Achaabo, uel Pharaoni 374
iulianus cogit mira arte Christianos sacrificare 360
iulianus pro sacris libris impia suscepit sacrificia 210
Iulianus omnes prauitates in seipsum collegit 374
iulianus decipitur à Persa proditore 376
iulianus scholas instituit, & uirginum domicilia 369
iulianus aulam regiam immutauit 355
iulianus omnia loca ex Euangelio colligit, quò Christianos turbet 365
iulianus primus ex Christianis regibus contra Christum insaniuit 118
iulianus mansuetudinis simulatione mores celauit improbos 347
iulianus olim diuinorũ eloquiorum lector, & magni gradus honore decoratus 366
iulianus imperator ab episcopo Marco seruatur 363
iulianus spiritu maligno agitatus 118
iulianus taxatur 191. & 200
iuliani expeditio in Persiam 176
iuliani calliditas in decipiendis Christianis 41. & 44
iuliani exercitus fame laborat. 376
iuliani uaria nomina 159
de Iuliani morte uaria scribuntur 377. 185
iuliano impietatis schola Asia. 348
iulianum neque sepulchro condi tum, sed à terra propter ipsum commota absorptum & concrematum, præludium supplicij quod illic est 118
iulianum duplicem habuisse exercitum 375
Iupiter dulcis genitori lapis, & amarus tyrannicida 372
iupiter omnia propter mulieres factus eod.
Iouis Cretensium tyranni natalitia 287
iuramentum generat periurium. 318
iuramenti formula, quam fecit spiritus sanctus 202
iustificari per ministerium 175
iustificat Christi passio 251
ad Institutionem omnia quæ uidemus facere debent 205
iusti sæpe traduntur in manus impiorum 113
iusti comes est lætitia 306
iusticiæ manifestum documentũ. 65
Iustinæ pulchritudo & uirtus. 122
iuuenis pauper & sapiens, regi seni & stulto præferendus. 336
iuuenis debet timere Deum, priusquam se malis tradat 341
iuuenes senilem prudentiam in uigente ostendant corpore. 206
iuuenes apud Hebræos non aussi sunt propter legẽ sacros libros legere 182
iuuentus nequaquã in turpibus consumenda affectibus 171

L

Labor sanitatem confert 93
laborum bonorum gloriosus est fructus 45
labyrinthus Cretensis inexplicabili ambagum perplexitate sinuosus 247
lachrymarum baptismus 291
lachrymis Deum propitiare 123
laconicè scribere quid 404
lacones ephebi 356
laconum Epheborum cruor. 287
Lectores 212
Lamech cur septuagesies septies condemnetur 323
lampades accensæ, uenturæ illuminationis mysterium 309
lapis angularis Christus dictus. 199
lapis pyrites ferro malleatus ferrum fit 224
laus est ueri amoris hospes 181
laude propinquos priuari debita, absurdissimum est 49
Leo quiddam habet uehemens et superbum 332
leo cur Christus dictus 399
Leontius uir excellens, episcopus optimus 68
leprosi Dauidem Hierosolymis excluserunt 413
lex nobis in subsidium data, tanquam uallum quoddam inter Deum & idola medium. 316
lex Iuliani contra Christianos. 365
lex partim in aperto est, partim etiam inuolucris tegitur 236
legis finis peccatorum est prohibitio 318
legem non subuenire illis, qui per ignorantiam delinquunt 116
legem tantummodo futurorum ac intelligendorum umbram esse 315
leges æquitatis in ecclesia à Deo constitutæ 1
legislatio duplex, una in litera, altera in spiritu 132
contra Libidinis incentiua remedium 123
lignum cognitionis 284
ad Lignum uitę per ligni ignominiam reducti sumus 195
liquidæ naturæ uinculum 248
à Litera ad spiritum ascendendũ. 11
λόγος quid proprie 267. 398
longanimitatis laus 148
longanimitatis exemplum 77
loqui aliena hominibus iucundum 1
Loth Sodomites, sed non Sodomites moribus 148
loth mandatum est transgressus. 318
Lucius ueritatis proditor, secundus Arius 185
lumen est lex scripta 294
lumen duplex 306
lumen Christus 221
luminaria in mundo 306
luminarium dies 293
lunæ natura 250
lupus Arabicus 236
lux est Deus summa, cuius tenuis delluxus quidam ac irradiatio omne lumen exuperat infernum, etiamsi splendidissimum appareat 175
lux in cœlo apparet crucẽ circum scribens 374
lucis filij 333
luciferi lapsus 240

M

Macedoniani seipsos episcoporum nomine decorant 229
Machabæi non Christi certarunt gratia 166
magistratus Christianorum 124
magorũ superstitio est Persarum inuentum 369
malicia aliorum citius inquinamur, quàm alijs uirtutem impertiamus 87
malicia fœcunditate sua probitatem excellit 3
malicia expedita est, etiã sine trahente 140
malicia res quædam incomprehensibilis 351
maliciæ aliquid attrahit lutũ corporis 61
à Malicia nemo omnino purus est 158
malorum obliuio 71
Mamas celebris pastor & martyr. 332
mandatorum Dei obseruatio ibi est, ubi timor Domini est 288
Manichæorum nugæ de corpore Christi 387
manichæorum electi 391
manis materia cum tenebris 197
mansiones apud Deum multæ. 149
mansiones apud Deum multæ, quæ secundum dignitatem unicuiq; diuiduntur & distribuuntur eod.
mansuetudo Mosis & Dauidis. eod.
mansuetudinis exemplum 72
manus dandi & accipiendi est instrumentum 174
manuum extensione flammam extinguere 357
manuum extensio Mosis mysticè crucem uenturam præfigurabat 176
Marcion noua secula effingit 271
marcionis Deus ex elementis & numeris conflictus 197
Martius Anthimus 412
Marcus sporta in altum eleuatus, melle oblitus & garo, uespis et apibus, in meridie, quum sol feruentissimè incalescere solet, expositus 363
marcus dæmonum subuertit templum 361
marcus episcopus Arethusianæ ecclesiæ, seipsum è fuga rediens offert ad supplicium eod.
marcus episcopus indignis mo-

dis tractatur, & crudeliter 363
mare uita est nostra 205
mare mirabile opus Dei 247. 248
margarita cur Christus dicatur. 399
margaritas pedibus conculcare. 10
Maria uirgo rogatur, ut periclitanti uirgini opem ferat 123
maria Dei genitrix 387
martyrio neminem, qui ante Christum decesserit, id fine Christi fide adsequutum esse credibile est 166
martyres quomodo colendi 29
martyres sunt holocausta rationabilia, sacrificia perfecta, oblationes acceptæ, ueritatis præconia, mendacij infamatio, legis spiritaliter intellectæ adimpletio, erroris dissolutio, maliciæ persecutio, peccati submersio, mundi expurgatio 128
martyres templis ac delubris honorare 366
martyrum certaminibus oblectatur Christianus 129
martyribus aliquid offerre 125
martyribus omnibus festiuitates sunt peragendæ 121
Mataza locus 427
mater Machabæorum & generosa & animosa 166
matris constantia 169
matrum indulgentia 225
matrum misericordiam nihil superat eod.
matrimonium. uide Coniugium. 223
Matthæus in discipulorum numero publicani sibi nomen imposuit, tanquam aliquid quod inter honoranda esset insigne. 121
Maximinus ecclesiam Christi persecutus est 81
Maximus taxatur 200
Medicandi spiritualis cura 6
medici probi officium 45
mellis satietas uomitum mouet. 231
in Membris ac corporis partibus multa, in quibus ingenij acumen exerceas, suppetunt. 245
memoria bona iucundior animæ, quàm oleum corpori. 338
memoria conseruatio rei receptę. 179
memoria optimorum præcipuè habenda 120
Memphiticorum amentia 287
Menœceus 256
Mercurius lucrosus 372

Universidad de Deusto
Biblioteca

mens quæ sæpe descripsit, hęc manus non perfecit 164
mens in supernä respicit profunditatem 282
mens cunctis hominibus dux est. 174
mens separat inseparabilia 137
mentem aliorum ex proprijs affectibus iudicare 355
mensa sacra cum timore ab impuris mundanda 71
mensa mystica 182
mensæ uenerandæ nunquam tergum præbere 66
circa Mensam sacram dominatur sacerdos 202
ad Mensam diuinam dona afferebantur olim 97
mensam circa sacram frequentes premi 3
circa Mensas sacras multa iniurio se sunt facta 373
Midas auro perijt 87
milites contenti sint suis stipendijs 37
militum Christianorum uox ad Iulianum imperatorem 361
misericordia magnum est remedium adflicto 152
misericordia Deo quiddam peculiare est 149
misericordiæ uiscera omnibus pauperibus sunt aperienda. eod.
mithri supplicia 287
mithri pœnas sustinere 363
ob Mithri honorem tormenta. 356
Moabitis ad ecclesiam ingredi nõ licet 214
molionidæ Homerici libri miraculum 88
monachorum uita & mores quales olim fuerint 127
montani spiritus malignus 184
montani spiritus malus, contra spiritum sanctum 152
montani muliebris spiritus 197
morbus philosophans potior, quàm terrenarum rerum successus indomitus 428
morbum pædagogiã quandam esse ad id quod utile est 429
mors quid propriè Christiano. 125
mors in mundum intrauit maligni inuidia 329
mortem morte Christus mortificauit 31
mortem susципere tanquam præscriptum necessariæ libertatis diem 206
mortuis modica indumenta dari solent 423
mortuis aliquãdo plus largimur, quam uiuis eod.
mortuos colere uice deorum. 241
mortuos suscitat promptitudo. 93
mortuos Christianos honorare cantibus tota nocte resonantibus, ac luminaribus accensis 378
mores moderati probandi, non elati & fastuosi 338
morum innocentia 71
morositatem placabilitate temperare 94
moses Dei apparentia dignus. 346
moses ex legislatoribus illustrissimus 28
moyses deus fuit Pharaonis, sed Dei seruus 388
moses duplicem legem tulit 105
moyses minister commotionis diuinæ 60
moses deus Pharaonis 176
mosis mansuetudo 71 ecstasis. 221 tabernaculum 250
moysi in rubo flamma ignis apparuit 401
mosen ferunt, postquam audisset oracula Dei, uxorem suam non attigisse amplius, nec liberos procreasse 333
mozoni 318
Mulieres ornatum corporis detrahunt, ac conferunt in reædificationem templi 374
mulierum texendi & uariegandi ars 246
mundus ex uisibilibus pariter & inuisibilibus constat 329
mundus secundarius in paruo magnus 314
mundus magnũ Dei elementum. 111
mundi duo 64
Mysterium Christus sub uespera discipulis communicat. 317
mysteriorum magnorum exemplar 21

N

Nabuzardan coquorũ magister. 96
nasus odoris est instrumentum. 174
natura pro uiribus adiuuanda. 157
natura diuina percipi nequit 268
natura nihil stabile in rebus humanis 154
natura rationalis quæuis est, uelut spiritualibus pennis alata. 332
natura diuina in nullo æquè atq; in sanctis requiescit 276
ad Naturæ ductum quæcunq; fiunt, plerunq; bene succedunt. 425
nautilus piscis 427
Nazianzenus ad presbyterij gradum suscipiendum coactus. 408
nazianzenus ęgrotum habuit corpus 207
nazianzenus expers Romanæ linguæ, & ignarus rerum Italicarum 430
nazianzenus theologus nequaquam audax 165
nazianzenus periclitatur in mari 74
nazianzenus libellum de fide scripsit uera, contra Arianos 392
nazianzenus quas persecutiones in ecclesiastico munere pertulerit 216
nazianzeni oratio coram centum & quinquaginta episcopis. 209
Nectarius sacerdos 404
negotiatio optima 124
negotiorum uitæ ociosa tranquillitas, splendore est preciosior. 433
Nicea quassatur terræmotu maximo 45
nicenæ synodi fides 390
nicenum symbolum 392
nicenam synodum spiritus sanctus collegit 112
Nicobulus 404
nicobulus cum uidua matre commendatur 418
Nicodemus pius nocturnus 320
nilus frugifer ac spicifer laudatur 287
Niniuitas imitari debent peccatores 61
Nobilis uerè qui 196
nobilis natalibus & uirtutibus. 206
nobilitas uera, est imaginis conseruatio, & ad exemplar configuratio, quam operatur uerbum & uirtus 50.182.196
nobilium triplex genus 206
Noe magnus & mundi secundi pater 69
noe arca monachi appellari, quæ sola mundi diluuium effugere potuit 119
noe apud Deum tam erat gratiosus, ut ei si non mundus totus, certè mundi seminarium ab aquis conseruandum â Deo crederetur, ut qui exigui ligni beneficio inundationem effugeret 243
nomenclatura propter necessitatem prodest, quoniam nos ad cognitionẽ perducit intelligibilium 228
Nomia coniux Gregorij 50
Nouati superbia, & in uerbis puritas 197
Nouati inhumanitas 292

Nouati audacia 184
nouati procacia, aut puritas impura, quæ dictionis elegantia multos inescat 142
de Numero septenario multa in scripturis inueniuntur 323
numina tria 270
nuptiæ olim pulchræ 223
nuptiæ laudabiles propter summam in nuptijs tranquillitatẽ, & pulchram inde fructificationem 51
nuptiæ per quæ sacrificia sanctificandæ 171
nuptię quando primatum habuerint 219
nuptiæ sint puræ, ac sordidis affectibus incontaminatæ 298
nuptię laudabiles, sed præ nuptijs puritas 219
nuptias esse perturbationis indicium eod.
à Nuptijs secundis deterret 223

O

Oasios desertum 186
Octonarium & tricenarium numerum Simonis & Marcionis sectatores statuunt 523
oculus scortans nequaquam uirginitatem custodit 223
oculus corporis est lychnus 409
oculorum faces tangunt etiam intangibilia 122
Offensiones relinquẽdi sunt Deo. 384
Oloris modulatio pennis uelut fistulis quibusdam in auram explicatis 246
olympius princeps 419
olympij infirmitas 432
Operis cuiusq; principium ordine instituendum 1
opera uerè bona 37
opera nulla mortuis prosunt 59
opera absq; fide mortua 309
opes ex rapina collectæ nocentissimæ sunt 337
opulentia iniusta 65
opulentia bona propter Christũ egere 305
opus nullum sine fide adprobatur 204
oratio pia, gradus ad Deum 233
Orationis domus 305
ordo ubi dominatur, ibi uniuersum ornatus est ac pulchritudo inconuulsa 173.174
ordo ubi est nullus, ibi ruinæ ostium patet 251
ordo optimus est incipientibus pariter, & utilissimus 89
ordinem labijs ornare opus est laudabile 175
Origenistæ taxantur 225
orionis armatura 250
orphei scripta qualia 570
orphei sacra 287
Osiridis dilaniatio 227
ostracinam inhabitare 421
Ouis Christus 222
Oza perijt, quòd arcam saluasset. 162.& 10
ozizalenus uir 421

P

Pædagogia Dei circa homines 7
palamedes Euboicus rerum multarum inuentor 368
palamedis opus 246
pallor ornamentum magnum. 220
pancratius commendatur 404
panis uerus Christus 148
panem & uinum in cœna Domini sumentes, quid facere debeant 304
parentatio quæ olim habita Christianis defunctis 45
parrhasius pictor 247
parthenium mare 74
parua non contemnenda 224
pascha significat transitum 515
paschæ & resurrectionis mysterium 310
paschatis diem cœlestium bonorum mystagogiam esse 405
passionis promptitudo uincit persecutores 182
pastoris, non furis uox audienda 311
pastoris ueri officium 31. 3. & 32
pastores ad morientes uocati 55
pastores falsi taxantur 203
pastores comam præscindere. ibid.
pataricensis Chimæra 364
pater neque essentiæ, neque operationis est nomen, sed tantum relationis habitum quendam significat, nimirum ut pater se habeat ad filium, & uicissim filius ad patrem 257
pater deus principio caret, nec genitus est 172
pater Deus quomodo colendus. 9
patrem uocat Nazianzenus causam diuinitatis 163
patria Christianorum 124
patriam obscuram ferè omnes pij habuerunt 195
paulus magnificus Christi discipulus 12
paulus antesignanus uerbi præco, & magna ueritatis uox. 244
paulus cum socijs à Macedonianis miserabiliter est interfectus 194
paulus quæ pericula subierit 13
paulus magnus ueritatis præco, gentium in fide doctor 68
paulus fortissimus athleta rum. 69
paulus abbreuiari sermonis et præco & confirmator 210
paulus magnus ueritatis præco, gentium doctor fidelis 176
pauo uolucris insolens & curiosa 246
pauper in Deo sit diues 206
pauperes calamitosi quomodo consolandi 157
pauperes ægrotantes describuntur 151
pauperibus et modica magni æstimantur 421
paupertas Marci episcopi, qui nec aureum unum tortoribus reliquit 563
paupertatẽ quidam longè à prouidentia diuina segregant. 169
pax res utilissima 171
pacis commoda in omnibus rebus describuntur 111.132
pacem habent inter se latrones, quos malitia colligauit 149
pacem quid dissoluat 171
pace nihil preciosius 392
Peccare humanum est 294
peccare nil, supra hominis uires est 62
peccatum omne, animæ mors. 227
peccatum humiliationis est mater, conuersionis uerò humilia tio 349
à Peccato penitus liberum esse, Deus supra humanam naturam ordinauit 383
peccata in profundo animi celare 5
pecuniarum cupido nulla est sonicetas 337
pelopis carnificina hospitalis. 556. 287
periculorum cõtemptus propter Christum 125
in Periculis esse melius est, quàm securè agere 422
peregrinationes duæ Iuliani. 379
persarum regis exercitus innumerabilis 95
persecutio magna sub Valente. eod.
persequutiones Christianissimum honoratiorem ferè, quàm imbecilliorem reddidere 354
perturbatio quid 144
pestis descriptio 3
petrus discipulorum honoratissimus 58
petra cur Christus dictus 399
petrus episcopus lege & ordine spiritus erat delibutus, canicieq; ac prudentia uenerandus 186

Universidad de Deusto
Biblioteca

petrus Alexandrinus episcopus non minus uirtute, quàm nomine clarus 189
petrus columen ecclesiæ 30
petrus obolaribus lupinis pastus. 149
patri trina confessio 291
petro ecclesiæ fundamẽta concredita 176
Phalaridis inhumanitas 364
pharao tyrannus inuisibilis 317
pharisæum non solum genus, sed & mores faciunt 223
pharisæis nihil satis eod.
phidias pictor 247
philippimus 413
philosophia in duas partes uniuersa est diuisa 370
philosophia nouit rebus rectè habentibus modestè uti, & calamitatem honestè ferre 417
philosophia nihil inexpugnabilius 207
philosophiam animi passionibus dominam constituere 183
philosophiã quidam inanis gloriæ studium appellant 2
philosophicorum hominum præcipuum certamen 53
philosophus per afflictiones clarescit, & ex grauibus materiam facit uirtutis 205
philosophũ laudare, philosophicum est 181
phinees æmulatio, à qua & nomẽ est sortitus 71
phœbus sine ære nequaquam oraculum edit 392
phœnicum literæ 368
phorini infernus Christus 197
phrygibus pium est sub tibiarum concentu incidi, aut saltationibus effœminari 367
phrygum emasculationes. 287.356
phrygum insania, qua nunc etiam se expiãt & explantur, quæ paulo minus & à ueteri distat impietate 142
Pietas nequaquam in paruis consistit. 185 nec in sermone 358
pietas cogitationibus carnalibus resistit 157
pietas scripturis sacris defendenda 94
pietatis semina augenda 157
pietatis pars quibusdam inhumaniras 158
pietatis typus est à prophetis & patriarchis 168
pietatis in terminis manere 112
pietatis in terminis manendum. 9
in Pietatis foribus uersari 298
piscario Christi 221
piscium mirabilis natura 246
piseus 359
pij omnes esse uolunt, quòd impietatem aliorum damnant 18
pium esse licet sine iactura 271
Plautarum discrimina 247
plato taxatur 183
platonis gulositas Sicula, ob quã & uẽditus est, & nec ab aliquo discipulorum suorum est emptus 357
platonicæ facundiæ incantamenta in ecclesiam irrupere, non secus ac flagella quædam Aegyptiaca 178.179
pleiadum, Vesperis & Arcturi cur mentio fiat in scripturis 389
plebs uirtutis ubertate ad moderationem attrahenda, & non uiolentia cogenda, sed persuasione alliciendа 4
Pœnitentes recipiendi, si lachrymis rigati fuerint 292
poetæ risum in lachrymis cognoscunt 370
polygamia uita porcina 223
polygnotus pictor 247
polypi natura 201
polypodes quomodo saxis inhæreant 86
pontifex Christus 222
pontici Cimmerij 406
populus rationis expers 184
populum etiamsi ad præsens iram cohibeat, tanquam ignis in ligno delitescens, seu fluuius ui cohercitus, ubi tempus est oblatum, reaccendi & erumpere. 362
populi mores eod.
poro Indorum regio permissa. 350
posthumianus princeps 430
postphani 107
Præfectos magis aurum amare, quàm Christum 114
præmia quorum 124
præsidis forte dictum 364
prauitatis cohercio est laudabilis 323
principis munus 429
principatus qui tenere debeant. 420
principatus quid præcipuè deceat 430
principia in omnibus rebus bene consideranda 171
probitas apud cunctos pariter uenerabilis existit 125
procopius princeps 420
procus tyrannus 123
proditoris exemplum egregium. 376
prophetæ medij inter legem & Christum 6
prosperitas nulla durabilis 155
prouidentiæ diuinæ opera 114
prudentiæ signa 65
Psalmodia baptizari susceptì, quod laudis uenturæ fuit antè ambulatrix 304
psalmodia tam nocturna quàm diurna se exercere 66
psalmodiæ cantatæ in funere 108
psalmodiarum tonus prudens 55
psalmodijs sedare luctum 45
psalmorum peruigilis resonantia 325
Pugilum leges & palæstræ certamina 145
pugnare aliquando bonum est secundum legem eod.
pulchritudo manifesta non celatur, at occulta à Deo cernitur. 223
pulchritudo uera quæ 206
pulchritudinem uilem infernus facit artifex 52
purgatio duplex 295
puritatis symbolum 182
puritatem solam sacrificij loco à nobis requirit Deus 56
purpura Tyria regum indumentum 368
Pyron 112
pyrronis instantias ac prohibitiones uel oppositiones ecclesiam Christi turbarunt 178
pythagoreorum dictum, Ipse dixit 367
pythagorici philosophi dictum de amico 418
pythagorica super fabarum natura decertatio 356

Q

Quæstiones superfluas & inutiles, tanquam cõmunem quendam morbum in negotio trinitatis reijciunt fideles 142
quaternarium numerũ iuramenti statuere formulam 323

R

Raab meretricem solum iustificauit hospitalitas 299
raab inter peccatores meretrix, sed nequaquam meretrix professione 148
Roboam increpatur, quòd reiecto seniorum consilio, iunioribus paruit 201
ramathaim Samuelis patria 195
rapsaces Assyrius 369
Recordatio rei præteritæ resumptio 179
redditus numerosi tam annui, quàm menstrui 194
regnare multis modis dicitur. 261
regis sermonib. oportet diligenter attendere 339
regis uoluntas citra scripturam, legis etiã uim obtinet, uia sua prævalens, & longè scriptis illis fortior, quibus potentia nõ succurrit 364
religionis fertilitas ostendenda. 204

ad Religio-

ad Religionem nemo cogendus. 34
religionem consuetudine ac tempore longo corroboratam immutare difficile 277
reliquiæ martyrum 125
remedia inuẽta sunt curãdis morbis 259
in Respondendo Christi mos. 222
resurrectionis Christi dies quid fidelibus attulerit 311
retia cur Christus dicatur 399
retributionis lex indissolubilis. 211
Risus procax & meretricius 233
Roche propugnaculum 376

S

Sabbati appellatio requiem significat 323
sabellius Libycus 9
sabellius ipsum patrem, & ipsum filium profitetur 400
sabellius personas confundit. 279
sabellij impietas et innouatio, tria contraxit in numerum unum. 112
sabellij error de unitate 69
sabellij error 214 165
sabellij impia contractio 90.142
sabellij dissolutio & confusio in trinitatis negotio 197
sabelliana insania 191
sabellissimus tribus excogitatus est personis 119
sacrificium spirituale 65
sacerdotiũ philosophia est, & philosophia sacrorum indiget disciplina 114
de Sacerdotio Mosis & Aaronis multa 28
sacerdotis officium 37
sacerdoti ostẽdere purgationem. 305
sacerdotes Malachias acerbè increpat 14
sacerdotes adulterini taxantur. 111
sacerdotes quomodo olim inaugurati 27
sacra uasa diripiuntur 362
sacra arcana gentiles nemini manifestarunt, qui non esset eiusdem religionis 232
sacra uenerari silentio 66
ad Sacra accedere multos indignos 3
sacrificium Christi imitari 30
sacrificium regis puellæ apud Troiam 356
sacrificia offerre pro nobis mortuos, ac pro populo orare 108
sacrificiorum ratio 316
sacrilegium Iuliani 362
sadducæorum error 270
samuelis iurisdictio 71
samuelem sacrum à cunabulis referre 12
salmoneus ex folle tonitrum emisit 375
salutis mysterium est uolentium, non coactorum 34
salutis una solum uia 149.181
salutem nostram consistere non in uerbis potius, quàm rebus. 104
saltationes armatæ 287
saluandorum tres esse ordines. 296
sanguis Christi cur sit effusus. 319
sanguinis guttæ paucæ mundum uniuersum reformarunt 322
sanctorum inuocatio 126
sanctos sæpe ægrotare ob limi uilis purgationem 72 & 73
à Sanctis quæ petenda 115
sapientia cur Christus uocetur. 399
sapientia prima, sapientiam illam despicere, quæ in sermone ac uersutijs uerborum, nec nõ captationibus et oppositionibus consistit 56
sapientiæ opinione ipsam plerunque sapientiam auferri 12
inter Sapientiam & insipientiam multum est discriminis 334
Sasimorum præsulatus 412.413
satan sophista & maleficus 131
satanæ quomodo resistendum. 126
satietas inimica est auribus 293
satietas iniuriæ parens 121
Saturnio iniungit ut pacis curam habeat, propter dissidentes episcopos 431
saul non totum se præbuit spiritui 31
saul patris quærẽs asinos, regnum inuenit 84
scedâsi filiæ 356
scripturæ sacræ fides est habenda. 201
ad Scripturam quamlibet ne quælibet ætas admittatur 11
Securis est Christus 221
securitatis gratia multa percurrere, nihil est peius 22
seditionis parens est solutio 130
seditiosi quomodo puniendi. 419
segnities somno est cognata 173
senectus spiritui confidens saltat. 93
senectute nihil fortius 26
senescere ætatem turpe est, cum lasciuia non senescat 298
sensus an animæ sint motus. 144
sensuum officinas purgare 307
septenarius numerus mysterijs est conuenientissimus, & mundo huic perquam cõgruus. 317
sermo masculinum nomẽ habet, cum tamen extra omnem sive masculinam, seu femininam corporalitatem est 228
sermo canus & animam in impietate adhuc adolescentem iuua re ualet 11
sermo mentis est fœtura 179
sermones, quemadmodum & sepiæ atramentum contra ipsos expuere 213
sermones adulterium canendi. 311
sermonib. superari nequaquam graue 188
sermonibus fallacibus & superfluis ianua apponenda 330
sextus 115
signa incredulorũ & nequaquam credentium gratia fiunt 54
simiorum imitationes 369
Simplicia hæretica 414
simplicitas & austeritas contraria sunt 72
simplicitas pacifica existit, & sedi tione caret 294
simplicitatis laus 71
simplicitatis pulcher fructus 56
simulachra diuis dedicata, quorum sumptuosa precia uulgum inescarent 242
simulachris sublatis, uictimarum concessit sacrificia primitiua ecclesia 277
simulatũ nil durabile esse potest. 71
socordiæ pœnam serò addiscimus 310
Socrates noluit fugere, etsi data esset potestas fugiendi 427
socratis amor erga pueros. 357
sol quod est sensibus, hoc intelligentibus est Deus 109
sol luce non est antiquior 252
sol in sensibilibus hoc est, quod Deus in intellectibilibus. 249
sol prouidentiæ frenis moderatur 57
solis utilitas, & mirabile opus. 249
solennitatum gentilium lex 283
solitudinem esse, tanquam cooperatricem ac matrem eleuationis ad Deum 25
solomon egregiè doctus super omnes, qui ante eum, & qui eius etiamnum ætate sapientiæ fama claruerunt 344
somnum Christus benedixit 221
per Somniorum uisiones Deus sæpe anima, seruandæ benefacit 67
somniorum phantasiæ unde. 337
sophronius prouinciæ rector. 423
speculationis hospes actio 306
spei uelum suspendere 220
spiritus diligentia ad minimũ usque apicem & postremam lite-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ram persequtanda 22
spiritus processum non curiosè inquirendum 165
spiritus materialis per baptisma expellitur 305
spiritus mansuetus à peccantibus exacerbatur 317
spiritus sanctus non est creatura. 226
spiritus sanctus neq; incipiens, neque desinens, sed semper patri & filio fuit coordinatus 315
spiritus sancti uaria nomina 278
spiritum sanctũ quidam ad creaturam deducunt 324
spiritum sanctum esse Deum 191
de Spiritu sancto quæstio in Nicæna synodo non fuit mota 390
Stagerisimum adprobare 424
statio nocturna perpetua 357
statio, in quam post baptisma ante magnum altare cõstitueris, uenturæ gloriæ est prælidium. 309
stationes totius noctis 217
stilis martyris corpus transfigitur 363
stoici laudantur 427
stoicorũ clarum supercilium 234
stola splendida baptizatis data. 301
Susanna à quo liberata ab accusatoribus 123
superbia gentilis uestetrita, barba prolixa, & simulata gloriatur honestate 183
supplicium omnium, quod hic irrogatur, an prauitati adscribẽdum 159
suspicione quod caret, fraudi est opportunius 214
Synodalis lex, quomodo lapsos recipiat 386
synodi rarò utilitatem aliquam attulerunt 420

T

Tabeel hæres rerum alienarum. 186
taciturnitas magnũ Dei donum. 175
talenta multa Christus nobis gratis remisit 304
tauricremus 359
taurorum prouentus 99
Tecla uirgo superat insidias satanæ 123
tecla ex igne & à feris est erepta. 210
telmisæorum, somniorum uaticinium, est inuentum 369
temeritas inscitiæ soboles 172
templum Hierosolymitanum reædificandum fore, ut Antichristus à Iudæis Christus esse credatur 333
templum Iudæi conantur reædificare 374
templum dæmonum debent reædificare Christiani 363
temporum factor, tempori non subijcitur 289
tempus elapsum iterum reuocare impossibile 36
terrores inutiles sunt ijs, qui sano sunt iudicio 422
testamentum uetus patrem manifestè prædicauit, filium autem obscurius 277
testamentum unum in umbra, aliud in ueritate 157
Theani mortis contemptus 356
theodori interitus 193
theologi multi in uno die sapientes euadunt 162
theologi indocti describuntur 12
theologi quomodo sermone purgandi 163
theologiæ opportunum tempus consecrandum 232
theologiæ tractandæ ratio 277
thesaurus cur Christus dictus. 399
thestij filiæ 359
thracum orgia, à quibus superstitiones sumpsere initium 287
threni Hieremiæ quando legendi 133
thucydidis ocium & lingua 364
Tolerantiæ exemplum 77
Translatio omnis, interemptio est pristini 400
trinitas nõ numeratur rebus inæqualibus 137
trinitas perfecta ex perfectis tribus 136
trinitas quomodo simplex expendi debet 165
trinitatis est margarita 225
trinitatis iusta professio 124
trinitatis descriptio 307
de Trinitate & ueritate bene sentiendum 217
in Trinitate unitas, & trinitas in unitate adoranda 188
de Trinitate quid sentiendum. 187
de Trinitate multa & exacta 163
in Trinitate proprietates tres, & deitas una 278
de Trinitate quid ueteres senserint 214
de Trinitate quid piè sentiendũ. 191
trophonij ludi subterranei 287
Typi salutis 148
tyrannis nulla diuturna 4

V

Væcordiæ symbola 186
Valens uehementi oculorũ et animi uertigine corripitur in ecclesia 97
ualens Imperator nebula grandine plena, & pernicies calamitosa 90
ualens ecclesias subuertit, quæ piè de Christo docebant 95
ualens à crudelitate abhorruit, quam ob gratiã quorundam concesserat 193
ualentis tempora ecclesiam Christi turbarunt 184
ualentis filius grauissima ægritudine laborat 97
à Valente nemo ob reuerentiam Basilij munus accipere uoluit. eod.
ualentinus unum dissecat in duo. 197
uapores à terra sursum uergentes, nubium parentes sunt 248
uarus & Valerianus pœnas dederunt ob motus omni ratione carentes 375
uasa ministerij multis ad tangendum prohibita, manibus iniustorum exponere 193
Velle est à Deo 224
uelle Dei fabricatio est 164
uenationis penuarij 82
ueneris meretricia mysteria 287
uenia sæpe multum prodest ad salutem 52
uentrem accipi pro anima allegoricè 144
uentre nihil inexpugnabilius. 376
uentilabrum Christus 221
uentorum receptacula 248
uentos esse tentationes incidentes 205
uerbũ Dei mandatis principium iuuetur 227
uerbum lapidari nequit 286
uerbum Christus 221
uerbum in loco & sub tempore. eod.
uerbum panis est angelorum 93
uerbi initium nobis sit uerbum. 323
uerbi mensuram singulis dare opportuno tempore, non exiguè est spiritus 8
uerborum simplicitas nõ culpam olet, sed mali intellectus obstinatio 394
uerborum multa est copia, utilitas uerò nulla, propter nugacitatis falsitatem 333
uerborum inutilium effluxus fugiendus 337
uerecundia pulcher flos 220
uergiliarum nexus 250
ueritas cur dictus sit Christus. 399
ueritas omnium fortissima 115
ueritas non in uerbis, sed in rebus sita est 256
ueritas uincit 124
ueritas cur frequẽter occultetur 1
ueritatis sermone ad quæstũ abuti quosdam 1
ueritatis doctrinæ puppim miserè pulsari 427
ueritatem ui sermonis cooperire. 365
ueritatẽ nihil obscurat quòd molestia afficitur 409
ueritatem recens inscribere menti facilius, tanquam ceræ nondum impressæ, quàm supra pristinam inscriptionẽ malarum doctrinarum pietatis sermonem inducere 10
pro Veritate sermonibus decerta re conuenit 343
uestimentorum superfluitas 153
uestis splendidæ sordes sunt manifestiores 224
Via est Christus 222
uia cur Christus sit dictus 399
uictimas sursum ad cœleste altare destinare 17
uictoria modestè utendum 377
uictoriam perficere est Dei 224
uirginitas nuptijs præstantior. 223
uirginitas integra sit eod.
uirginitas res est magna 101
uirginitatis puræ remedia plurima 219
uirginitatis laus eod. & 220
uirginitatis bonum nuptijs admiscere 51
uirginitatem dilige, tametsi conjugalibus sis ligata uinculis 66
uiri & uxoris idem honor 222
uirgo tota Deo adglutinetur 224
uirginis tentatæ uigilantia 123
uirginis laus 122
uirginem amat Cyprianus 123
ex Virgine Christus cur natus. 101
uirgines & coniugatæ honorentur 223
uirgines uestibus nudatæ in medium producuntur, ut iniuria adficiantur 362
uirginum eminentia 223
uirtus precium haud curat, sed solum ad id quod honestum est, respicit, quo permaneat uirtus. 213
uirtutis præmium est Deus 426
uirtutis armatura est mansuetis, uis sermonis 348
uirtuti uitia esse adiuncta 102
uirtutem hominum & hostes admirantur 170
uirtutes ueræ 71
uita tota hominis est dies unus. 202
uita uniuersa in duo diuisa 51
uita hominis quid sit 48
uita cur Christus dictus sit 399
uitæ genus nullum malis hominibus offensum est 404
uitæ humanæ duę mutationes omni æuo extiterunt 276
uitæ turpem speciem proponere iudicem, nihil est aliud quàm seipsum spectaculo ac ludibrio exponere 431
Vitalij fides 390
uitulus cur Christus dictus 399
uituperium opus scortationis. 226
uiuendi genus horridum 336
Vnguentum cœno commiscere. 141
Volatilis natura suum uehiculum habet in aere 248
uolucrum greges & uarietates. 246
uoluntas & electio boni ex Deo. 224
uoluntas non pertinet ad corporeos motus 253
uoluptas philosophis indigna. 234
uoluptates seruas surripere 330
uocem exilem habuisse Nazianzenum 198
Vsura & nimio habendi studio terram contaminare 62
Vuenzeslaus Lincus theologiæ doctor 280
Vxoris & uiri eadem quoad diuortium leges esse oportet 222
uxoris probæ laus 66
uxore caruit Nazianzenus 200
uxores petulantes castigandæ 223

X

Xenocratis liguritio 357

Z

Zebedçi filijs magniloquentia ascribitur, unde & tonitrui filij sunt adpellati 71
Zachæus pecuniæ contemptor. 149
Zachariæ silentium, Ioannis soluit natiuitas 128
Zelus Phinees, qui Madianitidẽ unà cum Israele confodit 149
Zeuxides pictor 247
Zona castitatis 318

Indicis finis.

SEQVVNTVR SCRIPTVRÆ *locæ, passim ex ijsdem operibus collectæ.*

Gen. 2. De ligno uitæ & transgressione Adam 314
Gen. 3. Adam nudus 38
Exod. 12. Vasa argentea commodato sume ab Aegyptijs 319
Exod. 20. Moses solus appropinquauit 162
3. Reg. 17. de Sareptana uidua 305
Pro. 4. Noli declinare ad dexterã. 173
Pro. 8. Dominus creauit me principium uiarum suarum 260
Pro. 8. Ego ex ore altissimi prodiui 395
Pro. 9. Initiũ sapientiæ timor Domini 288
Pro. 19. Qui miseretur pauperis, fœnerat Deo 161
Pro. 22. Pauper & diues obuiauerunt sibi 160
Pro. 30. Omnium hominum sum stultissimus 165
Eccl. 5. Ne sis uelox ad loquendũ. 17
Eccl. 7. Ne fias nimium iustus 173
Psal. 8. Cœlos opera digitorũ tuorum 165
Psal. 9. Ne obliuiscaris pauperum tuorum 160
Psal. 11. Propter miseriã inopum. eod.
Psal. 21. Deus meus, Deus meus. 262
Psal. 31. Beati quorum remissa sunt peccata 304
Psal. 32. Ipse dixit, & facta sunt 164
Psal. 44. Eructauit cor meum uerbum bonum 395
Psal. 50. Cor mundum crea in me Deus 329
Psal. 54. Quis mihi pennas dabit ut columbæ 144
Psal. 64. Ad te omnis caro uenier. 389
Psal. 74. Renuit anima mea consolationem 144
Psalm. 103. Qui facit angelos suos spiritus 150
Psal. 144. Benedicat omnis caro nomen eius sanctum 389
Psal. 146. Et pulli coruorum inuocant Deum 389
Esa. 6. De Seraphim repurgante labia carbone 14
Esa. 19. Stulti principes Taneos. 14
Esa. 55. Venite ad aquam sitientes. 302
Hier. 4. Ventrem meum doleo. 144
Hier. 10. Sacerdotes non dixerunt ubi est Dominus 16
Ezech. 22. Tu es terra non complu ta 15
Dan. 4. Eleemosynis purgantur peccata 161
Oseæ 5. Veluti rete super Thabor expansum 14
Ioel. 1. De luctu sacerdotum. eod.
Mich. 2. Appropinquate montib. æternis 155
Mich. 3. Sion uelut ager arabitur. 14
Abac. 1. Quousq; clamabo Domine eod.
Soph. 3. Desolabo uias eorum, ut penitus sint immeabiles 145
Hag. 2. Meum est aurum 319
Zach. 11. Vox lamentatium pastorum 15
Malach. 2. Lex ueritatis erat in ore eius eod.
Matth. 3. De baptismate Christi multa 290

Matth. 7. Introite per portam arctam 254
Matth.18.Redde quod debes 147
Matth.19. Nemo bonus nisi solus Deus 265
Matth.19. Qui potest capere, capiat 122
Matth. 20. de matre Zebedæorum 225
Matth.20. De mercede conductis operarijs 299
Matth.25.Sitiui,& potum mihi dedistis 304
Matth.25.Venite benedicti patris mei 116
Matt.25.De uirginibus & lampadibus 309
Marc.13. Ne ipsum filium,sed tantum patrem 266
Luc.2.Exiuit edictũ à Cæsare Augusto 38
Luc.2.Tuam ipsius animã pertransibit gladius 389
Luc.2.Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum. 93
Luc.11.Cum immundus spiritus exierit 95
Luc.11. Assumit secum spiritus nequiores 305
Luc.15. de drachma inuenta 285
Luc.15.Lucernam accendit 321
Luc.16.De diuite & Lazaro 160
Luc.17.Nouem ubi sunt 305
Luc.19. Zachæe descende 288
Luc.24.Deum meum & Deum uestrum 262
Ioan.1.In principio erat uerbum. 395
Ioan.1.Lux in tenebris lucet 396
Ioan.1. Verbum caro factum est. 389
Ioan. 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi filius hominis, qui descendit 220. 387
Ioan.3.Non ex mensura dat Deus spiritum 264
Ioan.4.Fontem aquæ salientis in uitam æternam 302
Ioan.4.Deus spiritus est 272
Ioan.5.Vis sanus fieri 305
Ioan. 6. Non ut faciam uoluntatem meam 264
Ioan.6.Ego uiuo propter patrem. eod.
Ioan.11.Lazare exi foras 305
Ioan.14.In domo patris mei mansiones sunt multæ 253
Ioan.14.Surgite eamus hinc 155
Ioan.15.Et alium paracletum mittet uobis 297
Ioan.17. Quemadmodum dedisti ipsi potestatem uniuersæ carnis 389
Ioan .17. Vt cognoscant te uerum Deum 265
Acto.2.Dispartitæ linguæ 326
Act.7. In septuaginta quinq; animabus descenderunt in Aegyptum 389
Act. 8. Philippus Aethiopem baptizat 302
Ro.8. Verùm ipse spiritus intercedit in nobis 272
1.Cor.12.Num omnes apostoli.214
1.Cor.13.Per speculum & ænigma. 165
1.Cor.14.Orabo spiritu,orabo autem & mente 272
1.Cor.15.Donec ponat scabellum. 261
2.Cor.12.Raptus in cœlum 244
Gal.2.Viuo iam non ego,sed uiuit in me Christus 163
Ezech.4. Primùm Apostolos, secundò prophetas 174
Phil.3.In ipso constituta sunt uniuersa 395
Phil.3.Omne genu flecti ei 261
Hebr. 7. Melchisedec rex Salem. 268

Locorum Scripturæ finis.

SEQVVNTVR SIMILITVDINES.

De Aetnæo igni, & Iuliano Imp. 361
de aqua interdicta 119
de aqua & de reb. per sermonem diffusis 251
de arbore fabulosa et philosopho 205
de arcu & Nazianzeno eod.
de auditorib.& pluuia, & de quæstionibus 233
de bubulco aue,& pastore tam ouium quàm animarum 203
de Absinthio & melle 3
de calculo iniecto in undis 70
de cera & animo 10
de cibo immodico 277
de claritate solis, & maiestate illa diuina quæ Christus est 402
de corpore & animo 7
de corpore male affecto, & populo discordante 358
de curatore uariarum bestiarum, & corpore ecclesiæ 10 & 11
de cithara & Deo 237
de dracone, uel fulmine & Iuliano 365
de equorum & spectaculorum amatoribus,& de ijs qui pro doctoribus conflictantur 85
de figuris literarum deformibus & de animi facultate principe. 231
de flamma,& Iuliano 354
de fluminibus & hæreticis 269
de fontibus fistulis plumbeis inclusis,& de cupiditate 224
de funam bulo
de gypso & hæretica confessione. 394
de harmonia,& sermone 368
de humore nectareo, à fonte aliquo scaturiente,& de trinitate. 228
de imbre rapido & concionatore iuuene & eloquente 56
de lapide & ira 180
de lapide ignifero ferro percusso & ueritate 10
de margarita & trinitate 225
de margaritis instar suum pedibus proculcatis 10
de mari & uita humana 205
de medico & concionatore 277
de medico & pastore 5
de membris humanis & republica 247
de membris in corpore & ecclesia 1
de membris humani corporis,& pastoribus ecclesiæ & populo. 174
de mente captis & theologis 238
de mercatoribus & nautis. 143.144
de morbosis oculis,& de Deo. 258
de nauigante lucri causa 201
de nauseabundis & disputationibus 269
de nauta, milite, & episcopis 89
de nautis & milite generoso 2
de nocturna pugna & nauali 18
de oculo corporis & ecclesiæ præfectio 409
de oculis uel auribus laborantes. 10
de picturæ adumbratione 84
de planta uiolenta manu attracta & tyrannide 4
de poculo lethali & de hæresi. 397
de prato odorifero,& fide 148
de pugilibus inexpertis 83
de pullis equinis 84
de puluere uëtorum impulsu proiecto 10
de ramo,& equo feroci, & de lege 316
de ramis arborum & malicia 174
de Sampsone & falsis ecclesiæ doctoribus 116
de solari lumine 277
de annulo & baptisatore 302
de sole cum nube tecto & diuinitate 401
de solis radijs,& de Christo & spiritu sancto 228
de solem intuentibus & diuinitatem perscrutantibus 165
de sole & Basilio 105
de sole & uxore fideli 67
de speculo,& Deo 401
de submersione aquarũ, & de ijs qui philosophantur 215
de terra,cœlo,aere, & alijs rebus. 23

de uitulo 84
de umbra sequente 240

Similitudinum finis.

SEQVVNTVR PROuerbia.

Bis ad eundem lapidem offendere,brutorum est animantiũ.422
calceum hunc Histiaus cõsuit, Aristagoras autem induit 377
Caluus cum sis,ne cum ariete aduersa fronte arietes 425
Crabrones ne contra teipsum irrites 425
Cursum fluuij detorquendũ non esse 425
Cygnos cãtaturos,cum obmutuerint graculi 404
Dare manus 257
In dolio figulinam discere 11
Fundæ strophа seipsum deqere. 365
Graculum aßidere graculo 419
Gygis annulus 365
Illotis manibus & mentibus profanis sacratißimis se reus ingerere 3
Infirmi segnes non sunt 421
Iræ loco utilitatem succedere 134
In medio fonte siti cruciari 301
Nudo capite accurrere 5 & 6
Orci galeam induere 365
Pauper in sermone & scientia uerbis simplicibus inedit, & in illis tanquam fragi rate saluatur 179
Pinum ululare oportet, quũ cadit cedrus 63.211
Qui alios curare nituntur, ipsi ulceribus scatent 4
Saul inter prophetas 3.31
Si sedebis,absq; timore eris:si uerò decubueris, iucundè somnum capies 297
Silentium assensum esse 136
Supra saxa seminare 12
Sus in luto uoluutatus 353
ab Vmbra laudare statuam 51
ab Vnguibus leonem laudare. eod.
ad Zonam usque philosophari. 11

PROVERBIORVM *finis.*

INDICIS IN NAZIANZENVM FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SERIES CHARTARVM.

α ß a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u
x y z A B C D E F G H I K L M N O P
Q R S T V X Y Omnes terniones, præter ß quaternionem,
& Y duernionem.

BASILEAE, PER IOANNEM
Heruagium, Anno salutis humanæ M. D. L.
Mense Septembri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca